Bibliothèque numérique
medic@

Galien / Fuchs, Leonhart. Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera

Parisiis : Apud Iacobum Dupuys, via ad D. Ioannem Lateranensem, [1549?].
Cote : 72

BIUM

(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?00072

Claudij Galeni Pergameni, medicorum facile principis, aliquot opera,

A LEONHARTO FVCHSIO TVBINGENSIS scholæ professore publico, Latinitate donata, & Commentariis illustrata.

Ex Bibliotheca S. Germani a Pratis 1685

De Inæquali intemperie Liber	I.
De Differentijs & causis morborum, symptomatumque Libri	V I.
De Iudicijs Libri	I I I.
De Curatione per sanguinis missionem Liber	I.

PARISIIS,

Apud Iacobum Dupuys, via ad D. Ioannem Lateranensem, è regione collegij Cameracensis, sub signo Samaritanæ.

Cum Gratia & Priuilegio.

1549

©BIUM

PRIVILEGII CAESAREI Regiúque ſumma.

CAutum eſt Arnoldo Birckman & Iacobo Dupuys bibliopolis, Caroli quinti Imperatoris, & Henrici ſecundi Galliarum regis Chriſtianiſſimi priuilegiis, ne quis intra ſex annos proximos, hoſce Galeni libros, de Inæquali intemperie I. & de Differentiis & cauſis morborum ſymptomatumque VI. & de Iudiciis III. & de Curatione per ſanguinis miſſionem I. à Leonharto Fuchſio Tubingẽſis ſcholæ profeſſore publico, latinitate donatos, & commentariis illuſtratos, temerè in ſuis imperio & regno, aut imprimat, aut vendat iniuſſu dictorum Arnoldi & Iacobi, interminatione confiſcationis id genus voluminum, contra principale interdictum impreſſorum, & mulctæ arbitrariæ: vt apertè in diplomatis ea de re apud vtrunque principem diſertè conceptis videre eſt.

Imperatoris edicto ſubſignabat Ioannes Obernburger.
Regis verò Guyneau.

Ampliſsimis, ornatiſsimis,& prudentiſsimis viris D. Ioanni, et Georgio Fuggeris, ſingularibus ſtudiorum omnium Mecænatibus ac patronis, dominis ſuis plurima obſeruantia colendis, Leonhartus Fuchſius medicus. S. P. D.

REctiſsimè M. T. Cicero Romanæ eloquentiæ parens memoriæ prodidit, nos à Græcis philoſophiam, omnesq; alias ingenuas diſciplinas accepiſſe. Quippe nullum eſt in vniuerſum doctrinæ genus, quod illi non primi inuenerint, aut ſaltem ab aliis acceptum, non expolierint, & multò quàm anteà fuerit, melius, auctiusque reddiderint. Nam, vt de philoſophia (vtpote omnium artium, eodem Cicerone teſte, matre & procreatrice) tantùm dicamus, conſtat hanc à Mercurio illo, qui propter virtutem, & multarum artium ſcientiã Græcis τρισμέγιστος, hoc eſt, ter maximus, eſt nominatus, primùm excultã eſſe. Is enim, vt veterum monimenta abundè teſtantur, non modò Platone, ſed & Pythagora ſeptemque illis Græciæ ſapientibus antiquior fuit, ac Græcis Aegyptiorum myſteria communicauit. Quanquam igitur originem ſuam philoſophia à primis hominibus, qui Armeni & Chaldæi fuerunt (ibidem nanq; ante diluuium duntaxat homines vixiſſe, literis proditum eſt) traxit, tamen ab illis ad Hebræos, ab iis rurſus ad Aegyptios, & ab illis tandem ad Græcos peruenit. Siquidem vt hanc rectè & accuratè diſcerent, non piguit in Aegyptum proficiſci Orpheũ, Muſæum, Melampodem, Homerum poëtam, & Spartanũ Lycurgum, deinceps Solonem Athenienſem, Platonem philoſophum illum planè diuinum, Samium Pythagoram, aliosque multos, quos nominatim percenſere nihil attinet. Quum itaque omnibus perſpicuum ſit, veteres illos homines, tardos ac ſegnes, parumque poſteritatis memores fuiſſe, ſiue quòd literarum vſus non eſſet vbique receptus, ſiue quia conſuetudo ſcribendi, & per literas ad poſteritatem res mandandi nondum eſſet vſitata: denique magna veterum monimentorum naufragia facta eſſe conſtet, vniuerſum certè philoſophiæ genus intercidiſſet, nobisque priorum cognitio nihil planè profuiſſet, niſi Græcorum induſtria ac ſedulitate hoc totum quod ab Aegyptiis acceperunt conſeruatum, & ſubinde auctum fuiſset. Quòd igitur hodie aliqua philoſophiæ, & ea quidem melior, pars reliqua eſt, hoc Græcis, Mercurio præſertim, & poſt hunc Platoni & Ariſtoteli, viris excellentiſsimis, debemus. Etſi itaque à Barbaris ſapientiæ ſtudium peruenit ad Græcos, tamen quum primi illam per literas poſteritati mandarunt, atq; ab aliis acceptã plurimũ excoluerunt auxeruntq;, merito apud illos Cicero, & alij grauiſsimi viri natã eſſe ſcripſerunt. Vt aũt philoſophiæ originẽ, progreſſum, & conſummationẽ debemus Græcis, ita etiã omniũ aliarũ artiũ, & potiſsimũ medicinæ, de

Græci omnis doctrinę inuẽtores.

Philoſophiæ initia.

Græci in Aegyptũ diſcendi philoſophiã gratia profecti.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 3 sur 637

qua vna iam dicere constitui. Quum enim reliquæ artes horum industria atque sagacitate satis aucta & exculta sint, vna tamen medicina tota illis acepta referenda erit. Antiquissimi enim medicinæ autores non solùm à Poëtis, sed & aliis compluribus historiæ scriptoribus Græci celebrantur, Apollo, Aesculapius, Machaon, & Podalirius, vt qui rudem adhuc & inertem paulò subtiliùs excolere cæperunt. Post hos ab omnibus laudatus Hippocrates, in Coo insula Græciæ in primis clara natus, primus omniũ hãc disciplinã ad certiorẽ rationẽ, & in artem redigere conatus est, neque tamen, quod metipse fatetur, perfecit. Hippocratem sequuti sunt Diocles Carystius, Praxagoras, Chrysippus, Erasistratus, Herophilus, Asclepiades, aliique complures, qui quanquam omnes artem auxerunt, nullus tamen horum hanc ipsam absoluit: imò pleriq; ex iis multis & pudendis erroribus illam contaminauerunt. Nam hisce temporibus, quod è Plinio satis liquet, plurimi passim impostores, medicos se mentientes, exoriebantur, qui artẽ, non modò sinistrè eam exercendo, quod omnibus sæculis accidit, deprauabant: sed etiã in docendo nouas præstigias ostentabant, artemq; absurdis ac portentosis dogmatis multis, non solùm odiosam, sed & exitiosum reddiderunt, vt nisi paulò pòst diuinitus excitatus fuisset in omni genere disciplinarũ exercitatissimus, veritatisq; amantissimus Galenus, in Pergamo Asiæ oppido natus, vera & legitima medicina haud dubiè tota intercidisset. Is enim numine quodam afflatus diu multũq; iã laboranti medicinæ auxiliares manus præbuit, ac vniuersam ita illustrauit & excoluit, vt nullã illius partẽ præterierit, quã nõ posteris absolutã ac perfectã post se reliquerit. Quare absolutæ medicinæ speciem, quã vix inueniri posse Hippocrates affirmauit, & in nullo se vnquam vidisse testatus est, medicorum omniũ vnus expressit Galenus. Quum itaque is in terris ageret, in medicina primas obtinere creditus est. Postquàm verò è mortali hac vita excessit, nullus vnquam liuor, nulla calumnia, nulla deniq; obliuio nomen eius obscurare potuit, adeò vt in hodiernum diem apud omnes gentes splendor & gloria illius vigeat, nec vlla eius laudibus æternitas finem est allatura. Viuit enim omnium in animis, sempiternamq; sibi tot extra omnem aleam positis scriptis, & post se relictis monumentis, memoriam parauit. Sed in anatomicis fortè quispiam aliquid requiret, vt quæ ad vnguem ab eo tradita nõ sint. Verùm quisquis hic fuerit qui ea in parte sibi satisfactum per omnia non putabit, is secum memoria repetat quàm multa & egregia planè eius de dissectione corporum, iniuria temporum, atq; prioris sæculi medicorum negligẽtia amissa sint, quæ si extarent, fortè non esset quod desiderare posset. Quum itaq; Græcos medicæ artis inuentores esse iã ostenderimus, adeoq; fontes eius apud illos, Galenum præsertim ipsum, esse constet, non aliunde profectò, quàm ab ipsis artificibus, primisq; inuentoribus huiusce artis institutio petenda erit. Quapropter in hanc curã & cogitationem medicinæ studiosos incumbere oportet, vt in vniuerso suorũ studiorũ cursu Græcos, maximè Galenũ, vt q reliquos oẽs industria et dex é ritate excelluit, lõgè valere iussis Arabib⁹, et id gen⁹ aliis parũ aptis ac sordidis scriptoribus

Galeni laus.

Galeni anatomica.

Artis institutio à Græcis, & potissimùm Galeno petenda.

©BIUM

ſcriptoribus,quos ſequantur ſibi proponant, & certo iudicio quibus ſe formãdòs dent deligant,ac in eorundẽ aſsidua lectione,optimæ frugis pleniſsima,omnes neruos,& ingenij vires intendant.Et ſi verò fatendum eſt Arabicis ſcriptoribus nõ defuiſſe neq; in deligendo iudicium,neque in imitando induſtriam,vt hoc nomine prioris ætatis hominum animos ita in ſe cõuerterint,vt alios autores vix agnoſcerent:quod ſcilicet ambitioſè à Græcis ad ſe ſe vniuerſa traduxerint, atq; latinis hominibus tanquam ſua propoſuerint.Qua de cauſa factum eſt,vt nihil vſquã eſſe putaretur,quod ex Arabum libris non rectè peteretur.Ac horum ſcripta illi non iudicabant,ſed colebant & venerabantur,adeò vt ex eorundem cœtu Auicennas ab iis numinis inſtar cultus ſit, principisque medicorum nomen meruerit. Quàm verò homines illi falſi ſint, vel hinc palam fit, quòd etſi pares fuiſſẽ eos Græcis autoribus damus,tamen quum ab iis omnia mutuati ſint, dici non poteſt, quanto deteriora ſint facta,quæ toties in aliam atq; aliam linguã tranſlata ſunt. Nam vt vinum ſubinde in aliud atq; aliud vas transfuſum aceſcit,ita etiã ſcripta veterum in varias mutata linguas deteriora redduntur. Quis enim ambigat dum hæc primùm à Græcis ſcribuntur,ac toties à librariis, ſæpe imperitis admodum,deſcribuntur,dein ab ea gente ad Arabes deriuantur,ab iis rurſus ad latinos traducuntur miris modis inuerti,deprauari,inuolui,& peiora reddi?Et ſatis quidem ex collatione Græcorum conſtat,in Arabum libris innumera deprehendi tum inter ſertum etiam cum illis pugnantia diſsidẽtiaq;,alia falſò,aut ineptè,aut ambiguè,aut omnino obſcurè adiecta.Id quod verum eſſe comperiet, qui Galeni libros de curandi ratione ad Glauconẽ inſcriptos ex veteri cõuerſione,quæ Arabico reſpondet,cum Græcis conferre voluerit.Non ſunt igitur tyronibus Arabũ proponenda ſcripta,vt quæ illorum animos præpediunt atque peruertunt. Sed ſi legenda ſunt,ab exercitatis in arte hominibus,acriq; iudicio præditis cognoſcenda eſſe iudico.Cæterùm ignoſcendũ eſſe prioris ſeculi hominibus cenſeo,quòd in ſumma Græcorum inopia, quos denſisſimæ barbarorum cohortes penitùs oppreſſerãt, ad Arabum ſcripta,qui ſoli tum in Scholis regnabãt ſe ſe conferre quadam neceſsitate,quum vnde diſcerent meliores autores non haberent,compulſi ſint. Poſtquàm enim Romani Imperij maieſtas barbarorũ armis concidiſſet, Sarracenica verò res maximè floreret, optimæ quæq; artes non ſolùm in Germania,ſed & in Italia,artium tum altrice,à ſtirpe interciderunt,vt iam nihil niſi Gothicum & Sarracenicũ ſonarẽt vniuerſæ Scholæ.Nã cũ Imperij amplitudine, grauí me hercle iactura,artes ipſæ ad Arabes trãſlatæ fuerunt.Qui quũ philoſophiæ ſtudio, & potisſimùm medicina flagrarent,vt quæ vitæ mortalium præcipuè prodeſſet, ad eam conſequendam omni ſtudio & labore contenderunt. Proinde factum eſt vt ſoli Arabes,& inter hos maximè Auicẽnas, in Scholis medicorũ principatũ obtinerent.Oppreſsis itaq; hoc tempore Græcis omnibus ſcriptoribus,ad Arabes eius ætatis medici cõfugere coacti ſunt. Atqui in iſta veritatis luce,quæ nobis opimos quoſq; autores reſtituit, Galenumq; nobis ſua loquentem lingua exhibuit,

Arabes medici quales.

Græcorũ ſcripta Arabum operâ deteriora facta.

Arabum ſcripta tyronibus non ſunt proponẽda.

Prioris ſeculi medici excuſantur.

Huius ætatis medicis veniæ locus relictus non eſt.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 5 sur 637

©BIUM

iis qui Arabum lacunas, & infinitis contaminatos erroribus riuulos consectantur, veniæ locus nullus erit. Quin modis omnibus exhortãdi, & vbi admonitionibus nullus est relictus locus, acriter increpandi sunt, quòd neglecto ac contempto Galeno, optimo methodi magistro, aliisque Græcis autoribus, vniuersum vitæ suũ curriculum in legendis Arabum scriptis terunt. Sed hîc nobis insultabunt Mauritanorum assertores, multa esse apud Arabes scriptores dicturi, quorum nulla apud Galenum extat memoria, vt si nullo alio, hoc saltem nomine Galeno meritò sint anteferendi. Quibus ex aduerso respondeo, nihil esse quod ad præcepta artis, ac rectè curandi morbos methodum attinet, quod ab illo non sit perfectissimè traditum, adeò sanè vt ad medendi rationem consequendam ne tantillum Arabum scriptis opus sit. Imo quum in multis morbis rectam curãdi rationem perturbauerint, præstat illorum libros prorsus nõ attingere, quàm citra iudiciũ ad perdiscendum medendi methodum adhibere. Medicamentorum quidem tum simpliciũ, tum compositorum numerum auxisse Arabes inficias ire non possum, vt qui Galeno posteriores fuerint, aliaque in regione quàm ille vixerit. Tamen non est cur ob id concedamus, vt reiectis Galeni, aliorumque veterum monumentis, ex Arabum libris institutio quærenda sit. Nam si hæc valebit ratio, Arabes quoque esse reiiciendos ipsi fateantur necesse est. Siquidem complura sunt simplicia, hodie etiam vsitatissima, quæ Arabibus incognita fuerũt. Accedit quod Arabes in iis quæ ipsi inuenisse creduntur describendis varij & inconstãtes admodum sunt, vt ferè semp quid id sit quod ab illis depingitur ignores. Id quod luce clarius patebit ei qui capita de Caphura, lacca & nonnullis aliis, de quibus in nostris paradoxis disseruimus, apud Serapionem cæterosque Arabes diligentiùs excutere voluerit. Proinde quanquam donamus Arabibus quædam esse inuenta, tamen quum illa negligentiùs descripserunt, parum eorundem hac in re opera nobis proderit, præsertim quum constet posteriores Græcos, Trallianum, Actuarium, Psellum, Simeonen Sethi, & Nicolaum Alexandrinum hæc omnia exactiùs, ac veriùs multò quàm illos posteris delinïasse: adeò vt istis iam renatis facillimè Arabum libris carere liceat. Verùm rursus alius quispiam μισόπονος, ac compendij affectator ita Arabibus patrocinari volet, Galeni quidem scripta optima & lectu dignissima esse concedendo, tamen quum sint admodum prolixa ac supra modum verbosa, fieri non posse vt ab vllo sine magno tædio, ac sudoribus multis percurrãtur. Mirum autem cur ille eandem rationẽ non prætexat in legendo Rasis continẽte, prolixissimis in Auicennam Gentilis, Iacobiq; de partibus cõmentariis, & vastissimis Nicoli cẽtonibꝰ, ad quos perlegẽdos vniuersa hominis vita vix sufficiet, nisi quòd cum suibus mauult in sterquilinio & volutabro lati per vniuersam suã vitã versari, quàm in amœnissimo viridario, iucũdissimo rosarum aliarumq; optimè redolentium herbarum odore nares pascere. Prætereà is pulchrè suã prodit ignauiam, vt qui per compendium, quod Arabes secuti esse videntur, artem vniuersam, Thessaliorum more asinorum, consequi se posse arbitratur. Quasi verò ea sit

Nũ apud Arabes sint quędam Galeno incognita?

Arabes in suis describẽdis varij & inconstantes.

Aduersus eos qui Galenum verbositatis ac prolixitatis insimulant.

©BIUM

ea ſit compendiorum ratio, vt ſingula ad artis tractationem neceſſaria ob oculos diſcentium ponant, quum earundem rerum non niſi capita quædam, nec tamen omnium, ſed paucarum tantum attingant. Quocirca quum ſuccincta compendiorum doctrina non omnia complectatur, demonſtrationibuſque deſtituatur, fit vt horum affectatores ad frugem nunquam perueniant. Quippe certiſſimum eſt aut ingenij tardioris, aut fugitantis laborum, aut ad ſordidum tantum quæſtū aſpirantis, ſi quis iſta ratione, ac planè per compendium ad artis faſtigium peruenire cupit. Quòd ſi igitur ille qui Galenum verboſitatis inſimulat ſecum expenderet, quanta ex hac copia ad ſe vtilitas peruenire poſſet, longè ſecùs erga illum afficeretur, malletque ex limpidiſſimo ac largiſſimo hoc fonte, quàm ex turbidiſſimis Arabum, & id genus aliorum ineptiſſimorum autorum riuulis ſatiari, nec pateretur vlla ratione ſe à Galeni lectione ad alios parum idoneos traduci. Quòd verò Galeni ſcripta ſunt paulò prolixiora, non eſt cur aliquis miretur. Nam quomodo is artem, quæ Hippocratis etiam teſtimonio, longa eſt, paucis ac breuibus cōplecti voluminibus potuit. Prætereà quum id vnicum eius fuerit ſtudium vt ſua ſcripta ad docendum eſſent maximè idonea, profectò vt paſſim demonſtrationes adhiberet, exemplisque precepta illuſtraret neceſſe fuit. Quapropter quum omnia exquiſita quædam methodo docere in animum induxiſſet, nihilque quod ad plenam artis cognitionem ſpectat præterire conſtituiſſet, quomodo breuior eſſe potuit? Atqui demus hoc docendi genus tædio ac vitio haud carere, tamen præſtat multorum commodo ac fructu quidem maximo eſſe copioſum & redundantem, quàm immenſo lectoris detrimento ieiunū & breuiloquum. Sed hic obgannient alij, ſaltem Auicennam ex Arabum ordine propter methodum amplectendum, primāque inſtitutionem ex eiuſdem monumentis eſſe petendam vel hoc ſaltem nomine dicentes, quòd eius liber, quem Canonem appellauit, totius artis medicinalis epitome ſit, ex optimis medicis antiquioribus, imprimis autem Galeno, cuius ille ſe fatetur eſſe interpretē, atque Paulo Aegineta decerptus. Verū ſi diligēter multa quæ Auicennas conſcripſit capita ad amuſſum examinare velint, non methodum, non ordinem & lucem, ſed confuſionem ac denſiſſimas tenebras in illis eſſe fatebuntur. Quanquam enim ille compendiariam ſcribendi rationem ſecutus fuiſſe videtur, tamen capita rerum pro quaque materia congeſſit ſolùm, neque adhuc in ſuum ordinem ſingula digeſſit. Quippe præceptum quod proximum, ſcilicet à primo, eſſe debebat, in medio aut vltimo capite apud illum ſæpe locum habet. Quum itaque ille capita rerum tantùm congeſſerit, nondum tamen in ſuum ordinem vnumquodque digeſſerit, id quod in primis ad perfectam docendi rationem requiritur, quid emolumenti ex huius lectione tyrones conſequi poſſent? Accedit prædictis hoc etiā quòd quū ille totis viribus hoc agit, ampliſſima Galeni volumina vt in compendiū cogat, bone Deus, quàm plurimis in locis turpiter impingit, ac interim friuolis ac nullius momenti rationibus aduerſus eum cuius ſe, ſi Diis placet, eſſe fatetur interpretem, temerè diſputans, ſuam in rebus medicis inſcitiam prodit. Prætereà

Cōpendiaria docendi ratio non omnia artis neceſsaria cōplectitur.

Cur Galeni ſcripta prolixiora.

Auicennę methodus qualis.

©BIUM

multa, imaginatione peruersa ductus, fingit, quæ nunquam in rerum natura fuerunt, neque unquam futura sunt, vt vix Vtopia plura quam Auicennæ Canon monstra habeat. Quàm crebro vero de re vna tanquã diuersa diuersis capitibus agit, alibi à nobis copiosè est demõstratum. Quid multa? quàm innumeris erroribus suum illũ Canonẽ farserit Auicẽnas, omnium nostræ ætatis eruditorũ hominum de re medica scripta abunde testãtur, vt non sit opus omnes hoc loco cõsectari. Deniq; modũ illo Epitomes, multitudine ac varietate rerũ planè excesit, quod tamẽ ferẽdum erat, si nõ in plerisque locis adeo obscura esset, vt à nullo possit intelligi. Atque hinc est quòd nobis tã prolixos Gentilis & Iacobi de partibus, & aliorum quorũdã, quibus perlegẽdis nulla hominis vita sufficere potest, cõmẽtarios pepererit. Neque enim ab vllo vnquàm hæc compẽdiaria Auicennæ doctrina, nisi vastissimis iis ac spinosis, rancidisq; cõmentariis adiutus fuisset, assequi potuit. Quare rectissimè olim Guilielmus Copus scriptum reliquit, multo plus solidæ doctrinæ biẽnio ex Galeni lectione discipulum reportaturũ, quàm si decẽ perpetuis annis Auicennæ Canonẽ reuoluat. Atq; nũc nos abunde mõstrasse iudico quam confusa sit Auicennæ docẽdi ratio, & quòd plurimùm decepti sint qui illum methodi nomine tyronibus proponendum esse putauerint. Prudenter itaque fecerint, suisque studus rectissimè prospexerint, qui spretis Auicennæ nugis ac tenebris, ex Galeni lympidissimis ac purissimis fontib⁹ salubberrima medicinæ præcepta deinceps haurire voluerint. Restat hìc hominum genus supercilioſum, inertissimum tamen, & ab omnibus humanitatis studiis alienissimum, quod quum vniuersam suã vitã in legẽdis Arabum aliorũque barbarorum medicorum scriptis triuerit, nihil quod barbariem & insciitiam summam non redoleant probare potest. Quapropter & illi non desinunt medicinæ tyrones à Galeni lectione ad suorum magistrorum, quos practicos appellant, deliramenta traducere, quòd, vt illi nugantur, Galeni scripta ad faciendam medicinam ne tantillum conferant. Quin esse potius ad practicos suos respiciendum, vnde breuissimo tempore artis tractationem discere possint. Sed quis Thessaliorum istorum asinorum, & impostorum pessimorum stultitiam ac summam cæcitatem non execretur? vt qui cæteros omnes è suo æstimãt ingenio. Nã quum ipsi curandi indicationes, quas tamen Galenus exquisitissimè in iis quos de medendi ratione posteritati reliquit libris tradidit, non didicerint, neque si discere vellent, præ nimia ruditate, insciti, & ingenij crassitiæ, adde etiam densissima cæcitate, consequi possent: iudicant alios quoque omnes pari ratione inertes esse, et ad ea quæ recta sunt discenda similiter vt ipsi sunt ineptos. Quibus igitur hos rectiùs cõparem, nisi sutrinæ tyronibus, nemo occurrit, Vt enim ij suere calceũ nesciunt, nisi aliquis præiuerit, & corium in calcei formam anteà redegerit: ita illi nullum genus morbi curare possunt, nisi alius quispiam eos præeat, & curandi rationem ad amussim præscribat. Miseri sanè multis nominibus homines, vtpote qui suam ignorantiam ac cæcitatem non animaduertentes, aliorum tamen magistros se esse posse existimant. Hincque adeò fit vt cristas mirum in modum tollant, præ-

Auicennę Epitome obscura.

Practicorum nominatorũ libellorũ admiratores.

Simile elegans.

sertim

©BIUM

ſertim vbi apud ſui ſimiles, hoc eſt indoctiſsimos aſinos, ſe eſſe intelligunt. Quòd ſi verò in eruditum aliquem hominem incidũt Seriphia rana magis muti ſunt. Deſinant igitur ignauiſsimi illi imitatores ſuorum magiſtrorum, libellos experimentis quibuſdam, aut exorciſmis, aut omnino anilibus fabulis, & infinitis erroribus refertos magni facere, aut ſaltem ipſi tantùm ijs nugis delectentur, nec cæteros qui meliùs ſibi ac ſuis ſtudiis conſulere cupiunt prohibeant, atque ab optimorum medicorum ſcriptis ad iſtas practicorum cloacas traducant. Quod niſi fecerint, futurum haud dubiè eſt, vt lampſacenum illum rudentem quem multis annis texerunt ſint prodituri, ac nemo nõ intelliget quàm perfidè hactenus multis impoſuerint. Porrò quum iã Galeni ac ſolidioris medicinæ oſorum calumniis abundè reſponſum ſit, quamque futiles ac parum efficaces ſint oſtenderimus, nihil reſtat niſi vt medicinæ tyrones hortemur, vt poſthabitis Arabum aliorumque barbarorum putidiſsimis lacunis, ex puriſsimo fonte Galeno artis præcepta alacriter diſcere pergãt, quũ conſtet illum vnũ eſſe ex quo omnia reliquorum medicorum ſcripta fluxerunt, neque extare apud illos quicquam, quod huic non ſit acceptum referendum. Quorũ ſanè conatus vt & nos iuuaremus, illorumque animos ab Arabum & barbarorum lectione ad longè optimum autorem Galenum conuerteremus, non piguit eũ ſubire laborem, vt in aliquot eius opera commẽtarios cuderemus, ea præſertim quæ præ cæteris ad artis tractationem maximè conducere vidẽtur, & in ſcholis medicis ad diſcendum proponi debent. Nam quum anteà in compendiaria noſtra ratione modum perueniendi ad veram ſolidamque medicinam monſtraſſem, viãque aliquam ad intelligenda Galeni ſcripta præſtruxiſſem, operæ pretium me facturum putaui, ſi tandem ad ipſum fontem medicinæ ſtudioſos deducerem, ac Galeni libros mea opera explanatiores factos ipſis legendos proponerem. Atque vt hoc ipſum maiori illorum fructu fieret, volui ipſe vniuerſos hos libros quos commentariis meis illuſtrare conſtitui, de nouo è græcis in latinum conuertere, vt paſſim legitima, & cum Græcis non diſſidentia autoris verba quibus tuto inniterentur haberet. Quod vt facerem me impulit quorundam latinorum interpretum oſcitantia, qui multis in locis à genuina Galeni ſententia deuiaſſe videntur. Quanquàm neque noſtram conuerſionem eiuſmodi eſſe velim, vt ab eius fide omnes pendere oporteat. Quin ex animo potiùs cupio, vt Græcorũ codicum collatione ſingula examinentur & cognoſcãtur, & ſi fieri poteſt ex ipſis fontibus omnia petãtur. Optimum enim eſſe ſcio vt graues diſciplinæ, qualis noſtra eſt, in ſua lingua legãtur & perdiſcantur. Igitur noſtra conuerſione iis tantùm inſeruire voluimus, qui aut per ætatem, aut per otium Græcas literas cognoſcere non poſſunt. Reliqui quos non piguit Græca, ad artis tractationem ſummè neceſſaria, ita cognoſcere, vt Galenum aliosque Græcos ſua lingua illis loquẽtes ipſimet intelligãt, noſtrã aut aliorum interpretum conuerſionem non requirant, ſed ex ipſis fontibus artis præcepta potius hauriant. Neque enim ſatis tutum eſt paſſim interpretum fidem ſequi, vtpote qui ſæpenumerò conuerſiones ſuas præcipitant, aut non ea qua decet diligentia ador-

Occaſio ſcribendorum cõmentariorum.

Graues diſciplinæ in ſua lingua legendæ.

Non ſatis tutum fidere interpreti.

©BIUM

nant. Sunt etiam qui insigni arrogantia, aut improbitate nonnulla immutant, aut imprudentia, aut artis ignorantia lapsi non pauca falsò reddunt. Meum quidem hoc vnicum ea in re studium fuit, vt optima fide, & quàm possem perspicuè, citra vllam gloriæ aut eloquentiæ affectationem, Galeni sententiam exprimerem. Adiecimus etiam commentarios nulla quidẽ alia de causa, quàm vt si quid in nostra conuersione esset non satis explicatum, illis magis illustraretur, & ad amussim explanaretur. In summa, obscuritatem, quàm potuimus maximè, euitare curauimus, omniaque nostra talia esse voluimus, vt à nullo non, nisi artis omnino rudis sit, aut totus saxeus, intelligi possent. Dici enim non potest, quàm cane & angue peius oderim istos obscuritatis ostentatores, quibus hoc vnum in votis est, vt res ipsas inuoluant, & affectata quadam loquendi & scribendi ratione ea etiã quæ per se plana sunt, omnium maximè obscurent. Dedimus denique strenuam operam, vt nostri commentarij modum non excederent, atque iis tãtùm, quæ in Galeno obscuriora sunt lucem aliquam afferrent. Quippe satis constabat Galenum, vtpote redundantem, non rarò sibiipsi commentarij vice esse. Hinc pleraque paraphrasticῶς tantùm, propter vnius & item alterius voculæ obscuritatem, explicare studuimus, Quod verò in aliquot nunc Galeni operibus enarrandis præstare conati sumus, id quoque, Deo annuente, & conatus nostros iuuante, in nonnullis aliis quæ partim nũc absoluimus, partim cepta adhuc in manibus habemus, faciemus.

Nũcupãdi ratio.

Cæterum quum in more vulgarique consuetudine positum sit, vt quemadmodum Agricolæ Diis suis terræ fructus olim dicare soliti sunt, ita etiam hodie scriptores lucubrationes suas iis nuncupent, quos literarum fideles patronos cognouerint: eodem ego sanè studio & consilio in præsentia adductus, vobis duobus Germaniæ nostræ clarissimis Heroibus has meas qualescunque vigilias consecrare constitui. Nam quum de multorum eruditorum hominum prædicatione cognouerim vos ita erga optimorum studiorum cultores esse affectos, vt vix reperiantur qui illos maiori beneuolentia & fauore prosequantur, non dubitaui & ipse fore, vt in vestrũ patrocinium ac tutelam hos meos labores haud grauatim essetis recepturi. Quî enim fieri posset vt vobis, qui multiplici tum linguarum, tum rerum cognitione, singularique prudentia ornati estis, illorum opera qui hanc artem, quæ ad vitam humanam rectè degendam, sustentandam, ac prorogandam vnicè vtilis est, illustrare & indefesso studio iuuare conantur, non esset futura gratissima? Vt enim à vobis magnifiunt studia ipsa, ad quæ etiam opibus, diuitiis, & rerum omniũ copia affluentes respicere voluistis, ita etiã eorundem cultores omni officiorum genere prosequi studebitis, eorumdemque patrocinia libenter in vos suscipietis. Plurimum igitur laudis egregiæ vestræ virtutes merentur, nempe immensa illa in omnes egenos misericordia & clementia, studiosos que omnes mirificus amor, ac propensa voluntas. Quis enim quàm Fuggerorum hactenus solita est familia, suas opes vnquam largius in pauperes effudit? Nã illis nõ tãtum quæ ad vitæ huius sustentationẽ necessaria sunt suppeditatis, sed et νοσοκομεῖον amplissimũ construxistis, in quod ij qui morbis

Fuggerorum in egenos & studiorum omnium cultores liberalitas.

©BIUM

morbis afflicti ſunt commigrantes, neque medicorum etiam opera, quibus ipſi ſtipẽdia hoc nomine perſoluitis, deſtituuntur. Sed quum hæc veſtra in pauperes liberalitas totiam orbi ſit notiſsima, non eſt cur prolixiori mea cõmendatione egeat. Ad alteram itaque virtutem veſtram priore non minus laudandam venio, prolixam ſcilicet in eruditos ac ſtudioſos omnes beneuolentiam & humanitatem, qua vna vobis omnium eruditorum hominum animos cõciliatis, ac perpetuam immortalemq; famam & gloriã comparatis, in hac præſertim paucitate eorum quos ſtudiorũ conſeruandorum cura tangit. Quotus enim quiſque eſt, vel Principum, vel Epiſcoporum (ad quos tamen præ cæteris hæc cura pertinet) qui bonas diſciplinas magnifaciat ſaltem, tantùm abeſt vt foueat, iuuet, tegatque, quum tamen ſine illarum conſeruatione, neque reipublicæ tranquillitas conſiſtere poßit. Quin omnes propemodum, venationes, aleas, choreas, & id genus alias voluptates & delitias conſectantur. Atque in has res momentaneas ac fluxiles, mirum dictu, quantum operæ ponant, impenſasque faciant, parum intereà quomodo literis ac bonis ſtudiis proſpectum ſit curantes. Vos contrà pro ſumma veſtra prudentia, pulchrè in quanto nunc, propter rerum omnium perturbationem, omnes bonæ artes verſentur periculo intelligentes, illas iuuare, fouere, ac tegere modis omnibus ſtudetis. Quo ſanè nomine fit vt earundẽ cultores, ad vos duos clariſsimos Heroas, tanquam ad ſtudiorum optimorum Mecænates confugiant: atque id eo maiori confidentia, quòd illis perſpectum ſit, vos non à limine, quod dicitur, tantùm literas ſalutaſſe, ſed profectum etiam in iis haud contemnendum feciſſe. Nec dubito quin diuinitus hoc tempore, quo faſtigium ſuum conſecutæ optimæ diſciplinæ iterum vileſcere incipiunt, impellamini, vt propediem collapſuras iamiam literas, ne prorſus corruant, ſuſtentetis, illisque ſuppetias feratis. Vt Deo maximo ea de cauſa ſint agendæ gratiæ, quòd in iſto etiam literarum comtemptu, aliquot tamen eſſe vult Mecænates, & ſtudiorum aſſertores. Has itaque & alias cõplures, quas ſtudio, ne in κολακείας ſuſpicionẽ veniam prætereo, veſtras virtutes quum mecũ ſubinde memoria repeto, committere non poſſum quin meam erga veſtram amplitudinem, obſeruantiam, animique propenſionem declarem. Quos igitur nuper in Galeni libros aliquot exarauí cõmẽtarios, hos veſtris nũc dominationbus tãquàm mei erga vos amoris & obſeruantiæ teſtes nuncupo, maiorẽ in modum orans, vt eoſdẽ hilari ac læto animo accipere digneminí. Deus optimus Maxi. vos ad promouenda bona ſtudia quàm diutiſsime incolumes ſeruet. Valete, Tubingæ Nonis Iulij, anno M. D. XLIX.

©BIUM



©BIUM

INDEX.

Indicis huius ratio.

Numerus folium indicat. p.1. partem mediam ſuperiorem anterioris paginæ, p.2. partem inferiorem eiuſdem paginæ. p.3. partem item mediam ſuperiorẽ paginæ verſæ. p.4. inferiorem ſic, Abolitio actionis principis. 137. p. 4. hoc eſt, folio. 137. parte quarta. Vt intelligas ſingula folia velut in quatuor partes diuiſa.

A

Abolitio actionis principis. 137.p.4
Abſceſſus quid 137.p.4
abſceſſus generatio 4.p.3
abſceſſuum inter ſe collatio 4.p.2
abſceſſuum ſignã 254.p.1.&2
abundantia 20.p.4
abundantes partes, duplici ſpecie 31.p.1.&2
accidens aliud eſt quàm ſymptoma 59.p.2
acerba cur guſtui moleſta 94.p.3
abſceſsio, paroxyſmus 171.p.1.286.p.4
acceſsio prima tranſilentia non eſt 174.p.2
acceſsionis duratio in tertiana 214.p.1
acceſsiones & vniuerſalia morborum tempora tribus modis cognoſcuntur 174.p.4
acceſsionum incrementa 174. p.4
acceſsionibus ſingulis ſua ſunt tempora. 170.p.3
ex Accidenti, quid 60.p.2
aceti temperamentum 158.p.2.290.p.4
acida cur guſtui moleſta 94.p.3
acida pituita etiam famelicos facit 102.p.3
aciditas, frigidũ temperamẽtum indicat. 73.p.1
acres & calidæ qualitates eſculentorum & potulentorum febrem nonnunquam accendũt 40.p.4.& dein.
acria cur guſtui moleſta 94.p.3
acria medicamenta non ſunt temerè partibus corporis admouenda ante vacuationẽ. 282.p.4
acris humor interdum à ſede, iterum ad ventriculum aſcendit 146.p.4
actio quid ſit 14.p.1.59.4
actio, efficientis motus eſt 57.p.1
actio & functio 57.p.2
actio & repaſsio 150.p.4
actio naturalis 258.p.1
actio partis non impeditur niſi aliqua ex parte ſubſtantia eius lædatur 162.p.1
actio omnis ex viribus procedit 5.p.1
actio propria vnde partibus inſit 29.p.2
actio ſecundum naturam 14.p.1
actionis animalis differentiæ 63.p.3
actionis principis noxæ 66.p.3
actionis voluntariæ ſymptomata 112.p.4
actiones animę principes quot ſint, inter philoſophos ambigitur 64.p.1
actiones animales, & actiones naturales 63.p.2. 76.p.1.&.162.p.2
actiones practicæ quæ ſint Gale. 162.p.3.165.p.3
actiones ſeu opera à ſymptomatis diſcer. 75.p.1
actionem duæ primæ differentiæ 63.p.2
actionũ naturaliũ & animaliũ differ. 162.p.1.&2
actionum noxæ 62.p.3
acuta febris 223.p.2
acutorum morborum febres continuæ. 228.p.3
in Acutiſsimis febribus ſanguis ad animi vſq; defectionem mittendus 274.p.1
adhæſio 163.p.3.164.p.4
adhæſio in nutritione, quæ 164.p.1
adnata corneæ tunicæ membrana 37.p.4
adnatæ membranæ ſymptomata 85.p.2
adoptio vbi locum habeat 35.p.1
adſtrictio calorem accendens 40.p.4
ad ſtrictus quid 174.p.1
aduſtio quæ dicatur 40.p.4
æger an morbo ferẽdo ſit, vnde cognoſ. 241.p.2
ægri morituri indicium 247.p.1
ægrotantium corporum gradus 16.p.3
ægrotantibus iucundæ voces 96.p.2
æqualis & inæqualis intemperiei diſcrimẽ. 2.p.1
æqualis intemperies ſine dolore eſt 125.p.3
aër ambiens vt lædat 7.p.2
aër extrinſecus, incidentium eſt 2.p.1
aër, niſi immodicè mutatus, non lædit 8.p.3
aër quale corpus 39.p.3
aëris ambientis humiditas putrefactionem adiuuat 41.p.3
aëris conſtitutio calida & humida & omnis generis putredines & peſtilentias magnas procreat 41.p.3
aërea ſubſtantia plus iuſto calidior rigorem excitat 131.p.4
Aeſculapij inſignis curatio 34.p.1.&2
ætas quæ intelligenda 210.p.3.&2.1.p.1
ætatis morbi 210.p.3
ætas ex eorum numero eſt, quæ nobis natura inſunt 164.p.3
ætate florentium calor 164.p.3
ætatũ inter ſe collatio quoad nutrit. 163.p.3 & 4
ætatum nulla frigida & humida 165.p.1.&3
ætatibus vt varientur facultates 163.p.3
ætnæ incendia 23.p.2
affectus generatim 56.p.3
affectus quomodo à Galeno vſurpatur. 57.p.3
affectus vox quid ſignific. 254.p.4.257.p.1.&3
affectus trifariam accipitur 14.p.3.62.p.2
affectº, ex rerũ pmanẽtiũ numero eſt. 81.p..2.&3
affectus, factum pathos eſt 57.p.2.58.p.4
affectus etiam inanimis rebus tributus. 57.p.1
affectus qui primò actiones lędũt morbi. 28.p.4
affectus ſeu cõſtitutio, actionis cauſa eſt. 14.p.4
affectº ſimplex primo die agnoſcen. 209.p.3 & 4
affectus morborum cauſæ quidam dicuntur, quidam ipſi morbi 26.p.3.&.4.&.27.p.1
affectus ſimplices medico diligenter cognoſcendi 223.p.4
affectum eſſe, & habere cauſam continentem,

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 13 sur 637

©BIUM

inter ſe pugnant 81.p.4
affectum vnum ſolum ignorare, abſurdum & turpe 209.p.1
affectus præter naturam tres 56.p.2.&.3
in Affectibus à fluxione procreatis præcipuus curationis ſcopus,roboratio 268.p.1
affici quid 56.p.4.&.57.p.2
agens omne agendo patitur 151.p.1
ἀγκυλόγλωσσον 35 p.1
ἀγωνία quid 134.p.3
ἀγωνιᾶν,quid ibidem
ἀγώνισμα,quid 198.p 1
ἀιματοφόβοι Eraſiſtratij 282.p.3
ἀιμοῤῥαγία 182 p 3
ἀιμωδία,dentium ſtupor 89.p.4
ἀιωθητὸν,quid 62.p.4.&.63.p.4
ἀκινησία 65.p.4
ἄκοπον,quid 98 p.4
ἄκρα μόρια 2.p.3
ἄκρα omnia Græci λόβους vocant 55.p.1
ἀκρισία 199.p 2
Aldinus codex Græcus reſtitutus 8.p.3.4 19.p.1.23.p.2.29.p.4.32.p.3.42.p.4.49.p.1. 84.p.1. 87.p.4. 96.p.3. 100.p.4. 107.p.4. 108.p.2. 127.p.4. 130.p.4. 135.p.1. 141.p.4. 147.p.2.157.p.4.163.p.1. 167.p.3. 185.p.4. 255.p.3. 267.p.3.269.p.1. &.270.p.1. 278. p.3. 283..p.4. 286.p.2. &.4.&.287.p.2.291. p.4.293.p.2
ἀλεξιτήρια 41.p.4
albularum aquarum lotio 41.p.4
albú oculis ingratú,fuſcú gratú.295.p.2. 96.p.1
algor ſeu rigor ſine febre 11.p.3
alimentũ duabus de cauſis eſt vitioſum.142.p.3
alimentum licet à corpore alito vincatur,tamen ipſum in corpus aliquid agit.150.p.4.& dein.
alimentum quomodo in corpore diſtribuatur. 101.p.1.&.p.2.&.3. dein.
alimentum validũ & imbecillum quod.109.p.2
alimenti exceſſus & defectus 45.p.1
alimenti natura non ſuperati ex ventriculo diſtributionem putredo ſequitur 261.p.4
alimenti quanta vis ſit 150.p.1.&.2
alimentorum calorem inducentia 40.p.4
alimentorum immodica copia apoplexia incurritur 45.p.3
alimentorum quantitas & qualitas calorem extinguens 44.p.4
aliquem in ſeipſumm incurrere, eſt ſibi contrarium eſſe 25.p.3
ἀλλᾶς,quid 105.p.1
allium & ſerpillum cur veteres in cibo miſcebãt 106.p.1
alliorum porrorum & ceparum immoderatior vſus febrem nõnunquam excitat.41.p.1.&.4
Alphi. 149.p.2.&.150.p.1
ἄλογα ſeu bruta animantia 49.p.4
alterari ac corrumpi quomodo cuiuſq; natura dicatur 5.p.1
alteratio corporis vnde fiat. 47.p.4.& dein.
alterationis cuiuſque particulæ terminus,actionis læſio.7.p.1.&.3
alteratrices facultatis ſymptom. 69.p.3.71.p.1
alteratrices facultates,quæ 162.p.2.&.3
ad Alteratrices facultates quod corpus ſit aptiſſimum 163.p.1
alteratio 68.p.4
alteratio ſæpe plus cõfert quàmvacuatio 132.p.1
alteratiões tres in animantiũ corpore fiũt. 4.p.3
imperfectè Alteratis dolor non eſt 7.p.2
alteratur aliquid bifariam 93.p.1
alterentur quæ primùm in corpore 7.p.4
alui excrementa quid indicent 181.p.3
aluminoſarũ aquarũ lotio calorẽ accẽdit 41.p.4
amara cur guſtui moleſta 94.p.3
amaræ bilis generatio 191.p.3
amaritudo,calidi temperamenti indiciũ 73.p.1
amblyopia 89.p.1
ἄμβονες 27.p.4.& 51.p.3
ambulantes noctu dormientes 108.p.3
ambuſta 23.p.1.24.p.1
amentia 67.p.1
ἄμνιος tunica 105.p.2
ἀμφιμερινὴ febris 222.p.1
amuleta calorem inducunt 41.p.4
ἀνάλυσις 160.p.4
ἀναπέτεια 22.p.3
anaſarca,hypoſarca &leucophlegmatia, eadem hydropis ſpecies 1.p.3
anaſarca hydrops,vt creetur 160.p.4
ἀναστοχείωσις 160.p.4
anaxionis cuiuſdã hiſtoria. 204.p.3.&205.p.2
Andreæ Veſalii commendatio 63.p.4.91.p.1 279.p.4
ἀνθύρισμα 288.p.4
anguſtia meatus in naribus,morbus eſt 30.p.4
anguſtia meatuum vt fiat 53.p.1
anima dormientium nõ omnino ceſſat ab operatione 108.p.3
animæ actiones 63.p.3
de Animę eſſentia veterũ philoſophorũ opiniones 134.p.1
aię natura Galeno ſatis ꝑſpecta nõ fuit. 133.p.4
animę princeps vis in cerebro reſidens,videt,audit,&c. 29.p.2
animę principes actionis tres differentię 63.p.4
animi perturbationes multę exiccant 47.p.3
animi mores ex oculis coniicere licet 231.p.3
animi ꝑturbatio tremorẽ facit. 116.p.4.117.p.1
animi perturbationes 133.p 4
animal quodlibet in ambientem aërem per cutẽ diſſipatur 101.p 1.&3
animalis facultas ſomni tempore quieſcit,naturalis validius operatur 108.p.4

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 14 sur 637

©BIUM

animalia inſtrumenta quantò ſunt ſicciora, tantò ad obeundas ſuas functiones ſunt validiora 165.p.3
animalia, præter pauca, terræ non adhærent. 101. p.2.&.4
animalia quædam conuenientes inter ſe humores habent, quædam contrarios 9.p.1.&.3
animales actiones, non omnibus partibus ſunt inſitæ 162.p.1
animalis actio vnde dicta 63.p.3
animalis facultas per ſomnum quieſcit 109. p.1.&.3
animalis ſpiritus per neruos viſorios in oculos confluit 78.p.2
animalium actionum ſpecies 76.p.1
animantium actiones duplices, naturales, & animales 162..p.2
animantium corpus vnum non eſt 15.p.4
anni conſtitutio quartanæ obnoxia 215.p.3
anni tempora vt diſtinguenda 170.p.3
anni tempora 174.p.4
anni tẽporibus variatur iudiciũ morbi 175.p.2
ἀνώδυνα 110.p.3
ἄνοια 67.p.1
ἀνοιά, quæ 137.p.4
ἀνορεξία 67.p.4
ἀνομοιομερῆ inſtrumenta, ſeu diuerſarum partium 20.p.2
Antiades 166.p.1.&.3
anteuertere ſimpliciter 172.p.1
anticipatio ſola, incrementi morbi nota non eſt 172.p.1
ἀνυπόλογιστος 244.p.1
ἀόρτη, maxima arteria 107.p.3
ἀπεψία 67.p.4
ἀπεψία 69.p.4
apertio vaſorum vnde 152.p.3.&.153.p.1
aphonia 65.p.3
ἀφωνία 66.p.1
aphonia 112.p.4
ἀφωνία 113.p.1
apnœa 65.p.3.112.p.4
ἄπνοια 66.p.1.113.p.1
ἄπνοια ὑστερική 101.p.1
ἀποκύησις quid ſit 50.p.4
apoplectici morbi 262.p.4
apoplexia. 65.p.3.&.4.&.90.p.4.113.p.3.262.p.2
apoplexia, & epilepſia 110.p.4
apoplexia incurritur immodica alimentorum copia 45.p.3
ἀποσκήματα 182.p.4
ἀπόστασις ſeu ἀπόστημα, quid. 4.p.3.&.137.p.4
ἀποξύσμ quid 51.p.4
appendiculi laxatio 55.p.1
appetentia quid 101.p.2.&.292.p.3
appetentia canina. 103.p.2.&.4.&.104.p.1
appetentia cibi, præcipua oris ventriculi actio 101.p.1
appetentia deprauata duobus modis fit 101.p.1
appetentia immodica 67.p.4
appetentia naturalis 102.p.4. animalis. 103.p.1
appetentia naturalis nõ plus appetit, quàm poſſit concoquere 103.p.4
appetentiæ abolitæ & exiguę ac deprauatæ cauſæ 103.p.1.&.2
appetentiæ ſymptomata 67.p.3. vitia. 100.p.3
in Appetentia procreanda quinque ſe inuicẽ ſequuntur ſymptomata 102.p.4
appoſitio 163.p.3.164.p.1
appoſitio in nutritione, quæ 164.p.1
ἄπυρεξία, febris vacuitas 210.p.1.217.p.3
aqua aluminoſa cutim denſat 231.p.1.
calorem accendit 41.p.4
aqua marina, facultate ſicca 48.p.4
aquæ inter cutem omnes ſymptomata ſunt 67.p.4
aquoſa vrina 178.p.3.&.192.p.1
Archigenis libri decem de dignotione febrium 219.p.3.&.220.p.1
Archigenis libri de laborantibus locis. 219.p.4
ardens febris καῦσος, tertiana continua 217. p.2.&.234.p.3.
arida humidis ne antecedant in cibis 141.p.1
Ariſtoteles alios reprehendendi cupidiſsimus 108.p.1
Ariſtotelis pertinacia 108.p.2
Ariſtotelis error 65.p.2
ab Ariſtotele diſceditur 64.p.1.&.2
Ariſtoteles à Galeno notatus 109.p.3.&.4
ἀριθμός 33.p.3
Arnoldi de villa noua argumentum ridiculum 3.p.1
ars coniectrix medicina 273.p.1
artes ſingulæ propria habent vocabula 59.p.3
artium fides aliter ſe habet quàm inuentio 244.p.1.&.4
arteriæ Priſcis venæ dicebantur 288.p.3
arteria diſſecta quomodo ſanguis ſiſtendus 289.p.4
arteriæ vulnus quomodo citra aneuriſma ſanãdum 289.p.4
arteriæ cur totæ diſſecandæ 289.p.2
quæ Arteriæ incidendæ 288.p.3
arteriæ magnæ cur non ſecentur 289.p.2
arteriæ cur pulſent 46.p.1.&.118.p.1.&.2
arteriæ paruæ ſectæ nonnunquam magnam vtilitatem afferunt 289.p.2.
arteriarum dilatatio vt fiat 118.p.2.& dein.
arteriarum motus nunquã intermittitur. 6.p.4
arteriarum motus vnde ſit 119.p.1
arteriarum principium, cor 118.p.4
arterias Hippocrates etiam venarum nomine complectitur 45.p.4.&.46.p.2

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 15 sur 637

©BIUM

arterias incidere cur metuerint medici 288.p.4
arterias sectas sequentia pericula 289.p.1
articuli vt luxentur 54.p.4
artifex quando sit medicus 224.p.1
artificem primùm fieri oportet, deinde aggredi opera 223.p.1
artus, extremæ corporis partes 89..p.4
artuum vincula reuellunt 272.p.3
ἄσθμα, quid 182.p.1
ascites aqua inter cutem 143.p.1. vt curetur 160.p.4
Asclepiadis corpuscula incompacta 15.p.4
Asclepiadis elementa 243.p.2.&.258.p.2
contra Asclepiadem disputat 243.p.2
ἀσθενὴς febris 222.p.1
asperitatis & leuitatis causæ 53.p.2.&.3
asperitas indecens 20.p.4
ἀσφυξία 67.p.4
assiduæ deiectionis causæ 154.p.1
assimilatio cibi 149.p.1
assimilatio, nomine tantùm à nutritione differt 149.p.3
athenæi opinio examinata 120.p.4.& dein.
athletarum bonus habitus 259.p.4
ἀθρόως 186.p.4
atomi Epicuri 15.p.4.&.16.p.3
atomorum concursus 16.p.4
atomorum & insectilium corporum authores 39.p.3
atra bilis frigida & sicca est 37.p.1
atra bilis famem excitat, at non naturalem 102. p.4
atra bilis in morem aceti acris existit 158.p.3
atræ bilis abrasio 51.p.4.& dein.
atræ bilis duplex generatio 158.p.1.&.228.p.1. 229.p.2
atræ bilis splendor 158.p.2
atræ bilis temperamentum 158.p.2
atractio ciborum vt fiat 145.p.4. vt vitietur. ibid.
attractio ventriculi deprauata, & imbecilla 68.p.4
attractricis facultatis symptom. 69.p.3.45.p.3
ἄξηροι 167.p.4
ἀξηροφία, ξήρωσις, tabes 34.p.1
ἀξηροφία 67.p.4. Eius causæ 70.p.2
attritus lignorum aut lapidum calorem excitat 40.p.1
ἄυανσις, quæ sit 101.p.4
auctio 20.p.4
auctioni aptissima est humiditas 165.p.2
auctrix facultas in pueris dominatur 194.p.2
audibiles differentiæ symptomatum non sunt 71.p.4
auditorius meatus 86.p.2
auditorius neruus ibidem
auditus quibus infestetur 94.p.1.3.96.p.3. vt lædatur 64.p.3
auditus sanus qui sit 96.p.3
auditus vt fiat 86.p.2
auditus vitia 64.p.3
auditum oblectantia ac lædentia 96.p.2
augmentum interdum in morbis sensum latet 173.p.3
augmentum morbi, vigor, & declinatio. 203.p.3
augmentum morbi 183.p.4.&.184.p.1
augmenti morbi signa 172.p.4
augmenti finis manifestus 186.p.3
Auicenna calumniator potius Galeni quàm interpres 95.p.1
Auicenna homines iugulare docet 281.p.2
Auicennæ calumnia in Galenum 229.p.1
ab Auicennæ calumnis vindicatus Galenus 94.p.4
Auicennæ error detectus 52.p.2
Auicennæ error de famis generatione 102.p.1
Auicennę & aliorum iuniorum medicorum error 146.p.2
Auicennæ error de generatione horroris 129. p.1
Auicennæ addictum esse, periculosum 102.p.3
Auicennæ perniciosissimum de vena secanda præceptum 280.p.4
Auicennæ ratiocinatio inepta 95.p.1
Auicennam quæ imaginatio fefellerit 102.p.3
aurium ad oculos proportionis ratio 86.p.2
auster putredinem facit 41.p.3
ἀυλίσκα 183.p.1.&.2
αὐτὸν ἑαυτῷ βοηθεῖν 25.p.3
autorum, maximè barbarorum, autoritati esse addictum, periculosum & detrimentosum 102.p.3
autumnus nebulis gignendis aptior 155.p.4
autumni morbi 215.p.1.&.3
auxilium, βοήθημα 255.p.4
axioma medicum 13.p.3

B

Balnea nitrosa exiccant 47.p.3
balneæ vt calescant 40.p.1
balnearum dulcium vsus à cibo humectat 47.p.3
balneum lassitudinibus conferens 98.p.1
balneo vti ante venæ sectionem quibus expedit 288.p.1
balneo vtendum ante crurum scarificationem 293.p.2
barbara multa nomina à recentioribus medicis inuenta 55.p.3
barycoia 89.p.1
basis pyramidis visualis in oculo, res visa. 83.p.2
biliosus vt reddatur corpus 211.p.2
bilis nomina varia 192.p.3
bilis amara, calidissima 11.p.1
bilis amaræ generatio 191.p.3

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 16 sur 637

©BIUM

bilis atra cur timorem & mœſtitiam pariat 138.p.2
bilis atræ duplex generatio 229.p.2
bilis cur tot colores nanciſcatur 192.p.4
bilis flaua vnde gèneretur 211.p.2
bilis flaua, calida & ſicca eſt, atra frigida & ſicca 48.p.3
bilis vt vacuetur 129.p.1.in princ.
bitumen mortui maris, Iudaicum 157.p.1.& 158.p.2
βλαβὰι quæ ſint Galeno 32.p.2
βλάσημα 31.p.2.53.p.1
βλασήματα in corpore humano, quæ 146.p.1
βλαισοὶ, hoc eſt valgi 27.p.3
βοήθημα quid 255.p.4
bombi 156.p.2
bomborum ſimiles ſtrepitus 155.p.4
βοεβορυγμός 156.p.2
boreas putredinem non facit 41.p.3
Brachelij enarrationes quales 1.p.3
Brachelius notatur 3.p.4.6.p.4.& dein.7.p.3 7.p.4.8.p.2.3.8.p.3.9.p.4.10.p.4.12.p.2
brachiale 2.p.4
brachium 2.p.3
βραδυτροφία 67.p.4.69.p.4.139.p.4
breuitatis amantes 220.p.1.&2
breuitas calumniæ obnoxia, obnoxia & prolixitas 219.p.4.&220.p.1
breuitas vix obſcuritate caret 262.p.4
Briſſotus medicus 281.p.1
βρωὰλη 25.p.1
bulimos, quid 106.p.2.&4
bullæ in decoctis humoribus 118.p.2
bupreſtis 107.p.4

C

Cacochymia quo pacto concoquitur 104.p.4
cæcitas 68.p.2
cæcum inteſtinum homo aliud quàm cætera animalia habet 188.p.4
cæcutientis cuiuſdam inſignis curatio 282.p.1.&2
cęruleus color & fuſcus viſui vtilis & iucundus 95.p.3.&4.&96.p.1
cærulei coloris generatio 95.p.3.&4.&96.p.2
Calamintha idonea ad menſes prouocandos 283.p.4
calaminthæ & pulegij exhibendi ratio 284.p.1
calamitates vocat Galenus detruncationes partium naturalium corporis 31.p.4
calculus in veſica, morbus 32.p.1
calfactio repentina in vehementi frigore, dolorem facit 10.p.3
calida & humida corpora optimè nutriuntur, frigida contrà 163.p.2
calida & humida corpora faciliùs putreſcunt 6.p.2
calida etiam cauſa rigorem excitat 211.p.4. &212.p.2
calida nuda intemperies 23.p.3
calida intemperies quomodo frigidũ procreet excrementum 148.p.3
calidæ fluxionis ratio 3.p.2
calidi morbi quot de cauſis accendantur 39.p.4
calido tempore cur non vacuandum 263.p.2
calidum & frigidum qualitates efficaciſsimæ 92.p.4
calidorũ vicinia calefacit proxima 40.p.1.&3
calidior & ſiccior victus ratio tertianis febribus obnoxia 211.p.2
calidiores vt fiant homines 1.p.4.in fine.
calidiſsima naturâ flaua bilis 5.p.3.&6.p.1
calidiſsimæ aëris conſtitutiones, ſerenæ ſunt 155.p.3
calidiſsimum in corpore quid ſit, flauáne bilis, an ſanguis 6.p.1
caliditas, qualitatum primarum efficaciſsima 39.p.4
caligo vt offundatur viſui 84.p.4
calor, alteratricum facultatum potentiſsima 162.p.4.&163.p.1.
calor, continens cauſa abolitæ appetentiæ 104.p.1
calor cordis bifariam intenditur 260.p.3
calor & frigus ſimul & ſemel in eadem corporis parte ſentitur in febre epiala 11.p.1.&2
calor famem impedit 103.p.1
calor immodicus velut vnitatem ſoluit 8.p.4. 9.p.2
calor in arteriis per vniuerſam cutem in ambiétem nos aërem reſpirat 46.p.3
calor natiuus ex ſanguine fouetur 260.p.2
calor natiuus vt ſeruetur 46.p.1
caloris natiui motus in animi perturbationibus 134.p.1
calor nimiũ auctus nutritioni inutilis 165.p.2
calor, omniũ actionum naturaliũ cauſa 163.p.2
calor proprius, & calor alienus 41.p.2
calor tertianæ vt à calore ardentium differat 213.p.4
calor vehemens, flatus minimè generat 155.p.3
calor vnde excitetur 40.per totum.
caloris in tertiana qualitas 213.p.4
caloris motus in quartana 215.p.4
caloris innati aſsidua actio 119.p.4
caloris innati vi, ſubſtantia noſtra aſsiduè diſsipatur & fluit 101.p.3
caloris opus ac vis 165.p.2
caloris propagatio per viciniam quomodo contingat 40.p.4
à Calore proprio nihil corrumpitur 41.p.2
camini vt calorem ſuum ſeruent 40.p.1
cancer 12.p.1.&262.p.2

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 17 sur 637

©BIUM

caninæ appetentiæ cauſæ 103.p.2
captiui cuiuſdam triſtis caſus 24.p.2
caput,animalium partium domicilium 2.p.3
caput impletum,ſomnum affert 109.p.3
capitis dolor 252.p.4.&253.p.3
capiti multis in morbis primùm ſuccurritur 109.p.4
carbunculus 12.p.1.36.p.4.& dein.
cardiaca ſyncope 100.p.4.106.p.3
cardialgia 64.p.4.106.p.2.&.4.&.190.p.4
caries 55.p.2.& 4
caro calida, os frigidum eſt 8.p.2.& 4
caro,calida particula eſt,os frigida 7.p.2
caro ſimpliciter quæ ſit 3.p.4.149.p.4
carnis differentia vnde 18.p.2
carnis multiplex differentia 149.p.1.&.2
carnium in mutatione quanta ſit vis alimenti 150.p.2
cari vt fiant 110.p.2
caros,quid ſit 67.p.1
carus vnde 106.p.3
caſus vehemens 54.p.4.in fi.& dein.
caſtrati adoptare nequeunt 35.p.1
catalepſis vnde 106.p.3
cauitas oculorum 231.p.4
cauitas indecens 20.p.4.&28.p.1
cauitates quando obſtruuntur 28.p.2
cauitatis deprauatæ cauſæ ſex 52.p.3.& 4
cauſa quid 60.p.1.&.2
cauſarum inuicem ſe excipiẽtium ſeries 60.p.2
cauſarum genera 60.p.1.&.2
cauſa quæ affectui actiones lædẽti proxima eſt, Galeno præcedens appellatur 43.p.3
cauſa cur coniuncta dicta 43.p.3
cauſa continens quæ 57.p.4
cauſa cõtinens mot⁹ volũtarij,muſculus 63.p.4
cauſæ cõtinentis aſſertio vnde nata 13.p.1.25.p.1
cauſæ continentis aſſertio in morbo,per Franciſcum Valeriolam,à Galeno confutatur 80.p.1.& dein.
cauſa efficiẽs,ſiue vnde principiũ motus 60.p.4
cauſa finalis diuerſa ſortit nomina 60.p.2.&.4
cauſa genitum à ſe affectũ non vnà tollit 81.p.4
à Cauſa interna citius quàm externa naturale partium temperamentum mutatur 12.p.3
cauſa morbi præcedens,antecedens ſiue interna 43.p.1.&.61.p.2
cauſæ morborũ præcedentes,& euidẽtes 43.p.1
cauſæ morbi ſemp in primis proſpiciẽdũ 81.p.3
cauſa morbum efficiens ſi adhuc eſt, duo ſunt conſideranda 58.p.1
cauſa morbum præcedens 61.p.2
cauſa ſine qua non 61.p.1.69.p.1
cauſæ antecedentes omnes eiuſdẽ generis 81.p.3
cauſæ exiccantes 47.p.3
cauſæ externæ morborum & cauſæ internæ 55.q.4.&.56.p.1
cauſæ externæ morborũ non ſunt ſymptomata 63.p.2
cauſæ facultatibus noxam inferentes non ſunt morbificæ 139.p.3
cauſæ per ſe,ab iis quæ ex accidente faciunt, diſtinguendæ 61.p.1
cauſæ vniformes 48.p.1
centimanus 23.p.2
cephalalgia 64.p.4
cerebrum ad quid à natura inſtitutum 107.p.4 &.108.p.2
cerebrum animæ ſedes 162.p.1
cerebrum in vigiliis nunquam non agit, in ſomno quieſcit 108.p.4
cerebrum læſum quæ mala ſequantur 90.p.2
cerebrum omnibus ſenſibus vim ſentiẽdi ſuppediat 108.p.2
cerebrum pars ſimilaris 76.p.4
cerebrũ,primum ſenſitiuum 65.p.2.&.108.p.1
cerebrum, ſedes principis animę facultatis 109.p.3
cerebrum vulneratum an ſanari poſsit 77.p.1
cerebri abſceſſus 4.p.4
cerebri actiones internæ 64.p.1
cerebri actiones propriæ 29.p.2
cerebri & cordis cum ventriculo conſenſus 106.p.2.&.3.&.107.p.2.&.3
cerebro nimia pituita grauato, etiam ad olfact' organa pituitæ defluxus fit 88.p.4
cerebro vnitatis diuiſio accidit 76.p.4
ceruſa ſpirationem tollit 107.p.4
character ſimplex 229.p.4.compoſitus. ibi.ibi.
Chilo Lacedæmonius gaudio mortus 135.p.1
χλωρὸς idem quod ὠχρὸς 189.p.4
chordæ cur in aëre humido vel ſicco rumpãtur 114.p.4
χορηγία 285.p.4.&286.p.2
χορίον 105.p.1
Chryſippus Cnydius Eraſiſtrati præceptor 254.p.3
chymoſis quid 85.p.3
cibus quando ſumendus 140.p.&.4.quo ordine ibid.&.141.p.1
cibus valentior cur veſperi offerendus 109.p.2
cibi appetentia, præcipua oris ventriculi actio eſt 101.p.1
cibi & alimoniæ neceſsitas vnde ſit 101.p.3
cibi etiam optimi immoderatè ſumpti frigidorum morborum cauſa ſunt 45.p.2.&.4
cibi ſumendi neceſsitas animalibus ac ſtirpibus 5.p.2
cibi tardioris tranſitus cauſæ 154.p.2
à cibo non lucubrandum 142.p.3
ciborum attractio vt fiat 145.p.4.vt vicietur ibid.

ex cibis

ex Cibis multis & prauis noxa, vt corrigatur 143. p.1.
ad Ciceronis loquendi normam, medicus non adſtringitur 59.p.3
cicuta. 45. p.3 & 4
cimolio terra. 104.p.4
cineris aqua macerati ac colati facultas. 158.p.2
circuitus, περίοδος. 172.p.1
circuitus acceſsionum conſiderandi 235.p3
circuuſtantiæ morbi. 227.p.2
clyſteres nutrientes à ventriculo trahuntur 146.p.4.
clamoris vehementia, ruptionis nonnunquàm cauſa. 151.p.4.
clangentes voces. 73.p.3
claudicatio pathema, & ſymptoma. 30.p.3
clepſydræ. 258.p.1
clyſteres an vomitu reiici poſsint. 146.p.3
coalitus meatus perdit aut lædit. 52.p.4
coalitus ineptus. 55.p.1
codex græcus emendatus 100.p.4.214.p.4 253.p.4. vide Aldinus codex.
cogitatio. 64.p.1
in Cognitione rerum ſucceſſus conſiſtit, non in nominibus. 59.p.1
cognitiones non omnes perinde promptæ ſunt. 224.p.1.
cohibitio ſpiritus tuſsim ſanat. 124.p.2.& 125.p.2.
coitus abſtinentiæ malum. 107.p.4
colliſio. 55.p.2
collyria mollia. 282.p.4
color humores oſtendit. 264.p.1
color naturalis vt morbis immutetur. 72.p.1
color oculi proprium ſenſile. 88.p.1
color rufus, flauus. 191.p.4
coloris ex pallido albi cauſa. 216.p.4
coloris excretionum nulla ab Hippocrate facta mentio. 188.p.2
coloris mutatio vnde. 70.p.3
coloris partium immutati cauſæ. 71.p.2
coloris rufi & flaui differentia. 192.p.3.4
coloris viridis generatio. 193.p.3
colores tribus de cauſis mutantur 168.p.2
colores viſum recreantes. 78.p.1.95.p.2
colorũ differentiæ vnde ſint 73.p.1
colorum, odorum ac ſaporum prauorum cauſæ. 73.p.2
columbinus fimus putrefactus, ardens. 40.p.1.&2.
columella, palati particula 33.p.1
coma ſopor. 65.p.1.&2.66.p.3.67.p.2.106.p.3
comata vt fiant. 101.p.2
comitialis morbus vt inuadat. 24.p.3
Vnde fiat. 106.p.3
commune Omnibus partibus tam ſimplicibus quàm compoſitis quid. 22.p.2
communes notiones. 257.p.3
communis ſenſus, primum ſenſificum. 65.p.2
communis ſenſus Galeno idẽ quòd primũ ſenſitiuum ſignificat. 108.p.2
compacta deiectio etiam leuis. 187.p.2
comparationes pulchræ. 209.p.1.&2.&3
complexio mala, diuerſa barbaris dicitur. 1.p.3
complexus firmus vt fiat. 163.p.1
complicatio febrium varia. 218.p.4.&219.p.2
compoſitæ partes. 20.p.2
compoſiti morbi vt fiant. 36.p.1.& 2
compoſiti morbi totius inſtrumenti quidam primò ſunt, quidam ex accidente 38.p.3
compoſitorum morborum compoſitæ cauſæ. 47.p.4
compoſitos morbos deprehendẽdi exquiſitiſſima via. 38.p.4
in Cõpoſitis morbis dignoſcendis prudentia & exercitatione opus eſt. 218.p.3
compoſitis nemo rectè vti poteſt citra ſimplicium cognitionem. 224.p.1
compoſitio bifariam fit vitioſa. 18.p.4
compoſitio febrium. 218.p.3.&4
compoſitio indecens. 34.p.4
compoſitionis indecentis cauſæ 54.p.2.&4
compoſitionis indecentis differentiæ duæ. 20.p.3.&4.
pro Compoſitionis uarietate, cõpoſita ipſa nũc meliora nunc deteriora euadunt. 16.p.1
compoſitionis morborum modi tres 37.p1.&2
compreſsio corporum quæ vaſis circumiacent. 167.p.2.
compreſsio vt meatus obſtruat. 53.p.1
conceptus, deinde fœtus. 104.p.3.&105.p.1
conceptus quatuor tempora totidémque appellationes. 105.p.1
conciliator, Apponenſis. 93.p.4
concocta quæ. 176.p.4
ad Concoctam deiectionem requiſita 188.p.2
concoctio quæ ſit. 4.p.3 68.p.4.69.p.4.153.p.3. 162.p.2.&3.163.p.4.240.p.3.&p.4.
concoctio duplex. 98.p.1
concoctio exquiſita fit in vigore. 240.p.1
concoctio deprauata. 139.p.4
concoctio perfecta, imbecilla. 202.p.3
concoctio vt fiat. 139.p.1.&2
quî melius fiat. 165.p.4
concoctio per ſomnum melius fit. 108.p.4
concoctio ſeptem modis non fit ventriculo etiã ipſo nequaquam laborante. 140.p.4
concoctio tarda. 139.p.2
concoctionis tardæ cauſæ. 141.p.3
concoctio vna alterius errorem emendare non valet. 141.p.4
concoctionis bonum, cruditatis malũ. 198.p.4
concoctionis & iudicatoriorum ſignorum differentia. 184.p.2.&5

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 19 sur 637

©BIUM

concoctionis manifeſtum ſignum. 202.p.3
203.p.1.
concoctionis manifeſti iudicii ſignis quantum deſit,quomodo cognoſcatur. 202.p.4
concoctus ſigna quid ſignificant 181.p.1
concoctionis ſigna & iudicatoriavt inter ſe differant 182.p.1.&3.&183.p.3
cõcoctionis ſymptomata 67.p.3.&4.&139.p.4
concoctionis vitia 69.p.4
in Cõcoctione crudorum humorum tale quid accidit,quale in iis partibus quæ phlegmone laborant 202.p.3
in Cõcoctione venarũ tria excremẽta 147.p.4
concoctiones prauæ in ventriculo quadrifariã fiunt 261.p.4
concoctiones tres 109.p.3.141.p.3
concoctiones vnde cognoſcendæ 233.p.2
in Concoctionibus & vigore maxima vis eſt. 240.p.1
concurſus ſiue ſyndromæ medicorum 243.p.4.& deinde
concretiones 22.p.3
confertim,quid ſit. 94.p.2.273.p.1
conformationis differentiæ quatuor 20.p.4
conformationis morbus vt fiat 50.p.2
in Conformatione morbus quadrifariam accidit 50.p.4
congelatio 106.p.4.
coniectura artificioſa. 184.p.4.&185.p.1
coniectura artificioſa habenda non ſolùm principii,ſed & aliorum temporum 206.p.4
coniunctionum diſiunctiuarum vſus apud Galenum 74.p.3
conſenſus cordis & ventriculi cum cerebro,ratio 107.p.2.&3
conſenſus indecens 20.p.4
conſiſtentia deiectionis 181.p.3
conſtipatio calorem auget 40.p.1.&3
conſtipatio vt calorem extinguat 44.p.4. &45.p.1
conſtipatio non quæuis calorem natiuum extinguit 46.p.3.&4
conſtipatio frigidos morbos procreans 45.p.4.& 46.p.2
conſtipationis cauſæ 47.p.2
conſtitutio & affectus duplex 14.p.4
conſtitutio optima 16.p.2
conſtitutiones morbi 175.p.1
conſtitutio ſecundũ naturam ſeu naturalis quæ ſit 14.p.2.vitioſa,quę 14.p.2
conſtitutiones morborum,quę intelligantur. 174.p.3
conſtitutum tempus 171.p.2
conſtrictio & refrigeratio calorem accendit 41.p.4
conſuetudo & vſus multam rebus afferunt perſpicuitatem 59.p.2
conſuetudo quid 263.p.3
continens cauſa inter morbificas numerari non poteſt 81.p.2
continens cauſa quid 43.p.3
continens cauſa ſub antecedenti complecti nequit 81.p.2
continens morbi cauſa nulla eſt 44.p.3
continentem ſeu coniunctam cauſam morbi ſtatuentium error 43.p.2
contenta & continentia. 119.p.2
continuæ febres,& earum dignotio 216.p.4. & deinde,quæ. 217.p.4.227.p.3
continuæ febres in quo cum intermittentibus conueniant & differant 217.p.2.&3
continua tertiana,febris ardens, &
continua quotidiana &
continua quartana 217.p.2
continui ſolutio in compoſitis morbis 36.p.3
continui ſolutio,aliud atque aliud pro parte in qua fit,nomen ſortitur 35.p.3
continuitatis ſolutio,pathema eſt totius inſtrumenti & partis 35.p.4
continuitatis ſolutio morbus vtriſque partibus tam conpoſitis quàm ſimplicibus communis 22.p.2
contrarium conueniens,quid 99.p.2.&4
cõtrarium quod eſt,inimicum eſt ac moleſtum 9.p.1.&3.
contraria vno eodémque in loco ſentiri 48.p.2
contraria quæ ſint 14.p.1
contrariis,non ſimilibus cõtraria curari 99.p.2
contuſio 55.p.3
de Conuiuio ſurgere ad meiendum nunquid expediat 159.p.4
conuulſio 35.p.4.&36.p.1.55.p.3.114.p.2
Eius cauſæ duæ ibi.p.3
conuulſio per conſenſum 114.p.4
couulſio ſymptoma eſt,non morbus 25.p.1
conuulſio vniuerſalis duplex 111.p.2
conuulſionis differentiæ 113.p.3.&4
conuulſionis tria genera 24.p.3
Copi medici erratum 19.p.1.144.p.2.148.p.1 159.p.1.167.p.4
cor à ſeipſo mouetur 119.p.1
cor feruentis ac ſpirituoſi ſanguinis principium exiſtit 30.p.1
cor in perpetuo motu eſt 6.p.4
cor non multo tempore ad quietem indiget 108.p.4
cor,os ventriculi ſæpe priſcis dicitur 100.p.3 182.p.4
cor quomodo ĩ viuo animãte nudãdũ ſit 6.p.4
cordis conſenſum comitantia ſymptomata 107.p.1
cordis corpus duplici modo alteratur 261.p.1
cordis dolor 100.p.4
cordis morſus 252.p.3

corde

©BIUM

corde impedito ſomnus non fit 110.p.1
coria ſiccata tenduntur, madida laxãtur 78.p.4
Coriſcus philoſophus Socraticus 225.p.2.
cornea tunica 37.p.4.77.p.2
cornea corrugata viſum aufert 84.p.4.&85.p 2
corneæ tunicæ color 79.p.3.eroſio.54.p.4
ſymptomata. 84.p.3.& 4.
corneæ vlcus quàm noxium 85.p.1
corpus à compoſitis cauſis variè alteratur 48.p.1
corpus ægrotans 16.p.3
corpus animantium vnum non eſt 16.p.3
corpus alteratricibus actionibus aptum 163.p.1
corpus animantis non eſt ex impatilibus elementis compoſitum 17.p.1
corpus calidiſsimum & humidiſsimum celeriter alterationem perficit 163.p.1
corpus humanum compoſitum eſt, non inſectile 15.p.4.16.p.3
corpus humidum & frigidum non inuenitur in ætatibus 165.p.1.3
corpus molle practicis actionibus ſeptũ 62.p.4
corpus neutrum Galeno nullum eſt 19.p.4
corpus noſtrum ex elementis patilibus & alterabilibus compoſitum eſt 17.p.2
corpus nunc ab vniformibus cauſis, nunc ab iis quæ facultatibus contrariæ ſunt alteratur 47.p.4.
corpus parum firma valetudine prædituũ 16.p.3
corpus quod ſit obeundis vel alteratricibus vel practicis naturalibus actionibus magis idoneum 162.p.3.&4
corpus ſanum, non tamen boni habitus 16.p.1
corpus ſummè boni habitus quod 16.p.2
corpus vniuerſum humanũ συμπνεῦν καὶ σύῤῥουν eſt 73.p.2
corpus vnum idémque ſimul frigidum & calidum euadere poteſt 48.p.2
corporis humani compoſitio triplex 17.p.3
corporis magnitudo immodica 34.p.1
corpori humano vnde accidit pati 15.p.4
corpore læſo quî fiat vt non ex æquo omnes eius facultates naturales lędãtur 161.p.4.162.p.1
corpora admodum dura diſtributioni alimenti, & ſuperuacuorum excretioni inepta 165.p.4
corpora animantium quot ſimplicium morborum generibus infeſtentur 17.p.2
corpora calida & humida cur optime nutriantur. 163.p.2
corpora habitus rationem habentia, hoc eſt ſolida 7.p.4
corpora noſtra diuiſa eſſe quidam philoſophi dixerunt, & non vnita 39.p.3
corpora prima quæ ſint 3.p.4.in.fine.
corporum in tumorem ſublatorum meatibus occluſis, interdum vnus, interdum duo ſunt morbi 29.p.1
corporum inter ſe mollium ac durorum, calidorum & humidorum collatio 162.p.4.& 163.p.1.&.2.
corporales & naturales actiones & facultates eædem 162.p.2
corpuſcula incompacta Aſclepiadis 16.p.3
corrumpere, putrefacere 41.p.2
corruptelæ concoctionis duæ 141.p.2
corruptelarum ciborum indicia 143.p.3
corruptio non fit ſine dolore 92.p.3
cotonea mala & punica in paſtu & cibo prima ſumenda non ſunt 141.p.4
cotyla duplex 274.p.2
cotyla vna 276.p.1
coxa 284.p.2
crapula ſerotina vitanda 109.p.1.&.2
crapulæ ac ſaturatis malum 11.p.3
craſſi & lenti humores 117.p.2
craſſi inteſtini dolores 64.p.3
criſis ſiue iudicium Galeno quid vocetur. 170.p.2
cruda quæ ſint 98.p.1
cruda vt concoquantur 104.p.4
cruditas 68.p4..69.p.4
cruditas quæ ſit 139.p.2.&4. 261.p.4
cruditatis duæ cauſæ 141.p.3
cruditatis & concoctionis indicia 196.p.4.& 197.p.1.& 4.
cruditatis & concoctionis ſigna plurimùm inter ſe differunt 206.p.2
cruditate laborantes, dum quieſcũt, nihil moleſtiæ ſentiũt: balneum ingreſſi, ſtatim horreſcunt 128.p.2
in Cruditatibus omnibus tria ſymptomatum genera 142.p.1
crudus humor 194.p.1.271.p.2
crudus humor quid 265.p.1.
in eo conſeruato duo conſideranda ibi.p.2
crudi humores qui 117.p.2.142.p.2
crudorum humorum copiam in primis venis habentes, ab omni motu abſtinere debent 128.p.2
crudis adhuc cibis inventriculo exiſtitẽbus, ſanguis haud detrahendus 274.p.2
crudis humoribus refecti robuſtas vires nõ obtinent 270.p.1
crudum ſputum 181.p.1
cruenta dyſenteria 156.p.4
cruẽtarum excretionũ cauſa 156.p.4.&159.p.1
cruentarum excretionum quatuor differentiæ 158.p.3.& 4.
crus, quorum inſtrumentorum ſit 21.p.3
cruris partes 2.p.2
crura paruulorum vt diſtorqueantur 50.p.3
crura vara ac blæſa 50.p.3
crurum morbi 27.p.4
cruſtacea 149.p.4
cryſtallinus humor, prima actionis cauſa 32.p.2

©BIUM

cryſtallinus humor propugnaculo quodam eget. 77.p.4
cryſtallini humoris propugnacula duo 79.p.1.&2
cryſtallinus humor viſus inſtrumentum 26.p.3.&27.p.1.&2
cubitus 2.p.3
cucurbitulæ hypochõdriis affixæ, ſanguinis ad nares impetum reuellunt 291.p.3
cucurbitularũ conſideratio 292.p.1.& dei.p.to.
ante Cucurbitę vſum corpus vacuandũ 285.p.2
culicum & muſcarum imagines cur extrinſecus quibuſdam appareant 83.p.3
cum impetu meantia 119.p.2
curę immodicę corpus ſiccant 47.p.2
curandi communis indicatio 38.p.2
cuminum deſiccatorium 290.p.4
cutis denſatio vnde 231.p.1
cutis diſpoſitio 72.p.2
cutis foramina 2.p.2.3.p.1
cutis, nullius actionis ſed vſus duntaxat gratia creata eſt 49.p.2

D.

Deãbulatio leuis facit vt cibus citius deſcendat 154.p.3
Deambulatio quibuſdam ante venę ſectionem vtilis eſt. 288.p.1
declinatio quid 171.p.3
declinatio morbi 172.p.2.184.p.1
declinationis ſigna 172.p.4.& 173.p.1
in Declinatione nemo ratione morbi moritur 240.p.3
declinationis tempore cur multi moriantur 245.p.2
decubitus qui ſint medicis 182.p.4.&235.p.1
dediſcendorum maiorem eſſe laborem, quàm diſcendorum 58.p.4
defectus 20.p.4
defectus alimenti, figuram naturalẽ vitiat 52.p.1
deficientes partes 31.p.3
definitionis commoditas in diſciplinis 56.p.4
à definitione morbi cur inceperit Galen. 13.p.1
defluxus à ſupernis in ventrem, cauſæ 156.p.4
degenerans actio, quæ 137.p.2
deiectio cruda 188.p.1.189.p.1
deiectio exquiſitè ſecundum naturam qualis 187.p.4.189.p.1.
deiectio nigra, liuida, pinguis fœtida, ſtridens ſpumoſa, varia, quid indicent 189.p.2.&3 & deinde.
deiectio optima tribus cognoſcitur 181.p.3
deiectio optima quæ 188.p.1
deiectio quę comeſtorum proportionem non ſeruat, mala 189.p.1
deiectio ſtridens 122.p.4
diectio ſolida & cohærens etiam leuis 188.p.2
deiectio mollis & cohærẽs quid denotet 188.p.3
deiectio ſolitum tempus anteuertit quatuor de cauſis 154.p.2.
ad Deiectionem probè cõcoctam quę ſufficiãt 187.p.2.
deiectionum alui diuiſio 188.p.1
delectatio 92.p.2
delectatio in oculi, non perinde atque in cęteris ſenſibus euidens 95.p.4.& 96.p.2
delectatio quibus ex cauſis in ſenſibus procreetur 95.p.2
delectatio ſenſuum non par eſt omnium 92.p.1
delectationis ac doloris duplex cauſa 92.p.2.&3
διηλητήρια quæ ſint 42.p.1
deligationes puerorũ quales eſſe debeãt 50.p.3
deliriorum cauſæ & uarietas 138.p.1.& 2
delirium 66.p.3.67.p.1.106.p.3.& 107.p.1
delirium & in imaginatione & in ratiocinatione concipit 67.p.1
delirij mirabilis exemplum 66.p.4
dementia 66.p.3
Democriti & Epicuri ſententia de elementis humani corporis 15.p.3
demonſtrandi methodo paſsim Galenus vtitur 13.p.3.
demonſtratio ut fiat 257.p.1.& 2
demonſtrationum xv. libri Galeni propendiem in lucem prodibunt 258.p.2
demonſtrationes medicæ 257.p.2
demorſus eorum quæ in inteſtinis continentur cauſæ quatuor 155.p.1
demorſus ſtomachi 100.p.4
denſatio cutis vnde fiat 231.p.1.& 4
dentis abolitio, oris morbus 32.p.1.& 4.&33.p.1
dentium dolores 64.p.3
dentium inuitus ſtridor qui fiat 113.p.3.& 4 & deinde.
dentes molares, & dentes inciſorii 33.p.1
dentium ſtridor, vnde 89.p.4
deriuatio 279.p.1
deriuatio 285.p.1.291.p.3
deſtillatio 166.p.1.&3
deſtillationis diarrhœæ ſimilia ſunt. 166.p.1
dextra cum ſiniſtris etiam rectitudinem habent 279.p.4
à dextris ad ſiniſtras quãdo reuellẽdũ ſit 291.p.4
diabetes quid ſit Græcis 74.p.3.191.p.2
diabetes vt creetur 160.p.4
διαχωρήματα 188.p.1
διανοπή 54.p.4
διάλειμμα 172.p.1
διάνοια 64.p.1
διαπνεῖν 153.p.1
διαφόρησις 4.p.2
διαπλάττειν quid ſit Galeno 27.p.4
diaria febris 10.p.2. in ſpiritibus accenditur 230.p.2.230.p.1.& 232.p.1
diariarum febrium ſigna communia 230.p.1.& 2.

διάῤῥ

©BIUM

διάχρισις εἰς ὥρας 74.p.3.192.p.1
διακοπή 46.p.2
διακρέφω 27.p.4
διαφύτης 282.p.1
διαθεῖα quid 56.p.4
διάθεσις 14.p.3.& 4
διάθεσις & ἕξις Galenus pro eodem posuit 62.p.2
διάθεσις aliter à Galeno ac Aristotele sumitur 44.p.1
diatritarii 214.p.1.286.p.3
diatritos lanificorum 214.p.3
diatritos Thessalij 114.p.1
dies qui sit Gal.200.p.4.in fi.208.p.1. & 209.p.2
dies index cur considerandus 234.p.2
dies intercidentes 205.p.3
dies iudicii vt inuenienda 237.p.2
dierum numero non esse primariò attẽdendum in sanguinis missione 286.p.3
diebus indicibus singulis, obseruanda signa 201.p.2
διεσταλμένα πῶλα 27.p.4
differentiæ propriæ, quæ 21.p.4
difficultas sentiendi 64.p.4
difficultas spirãdi ĩ pleuritide 225.p.3.& 226.p.1
difficultas spirandi 253.p.2.& 107.p.1
digitus sextus in manu vnde adnascatur. 54.p.1
digitus quorum instrumentorum sit 21.p.2
digitorum particulæ 2.p.2.& 4
dignitates 257.p.3
dilatatio partium ex se non est 118.p.1
dilatatio vt fiat 118.p.2.& deinde
diminutio 20.p.4
dioclis opinio refutata 75.p.3
dionysius tyrannus præ gaudio mortuus 135.p.1
Dynisij tyranni carcer qualis 79.p2
dionysii tytanni inuentum ad excæcandum homines 96.p.2
διψάκη 192.p.1
dipsas an ex viperarum genere 105.p.4.& dein.
dipsadis morsum in explebilis sitis sequitur 106.p.1.
δόσις 286.p.2
discere plerique pauca volumus ipsi, at nihil ab aliis prætermitti 219.p.3
discipuli & iudices libri secundi de iudiciis qui mittendi 208.p.4
discussio humorũ seu euaporatio, optima 4.p.2
disputare num morbus in actionibus aut affectibus corporis sit quærendus, de nominibus nõ de rebus est controuersia 25.p.1
dissectio 55.p.2
dissimulares partes 20.p.2
dissolutionis virium causæ 277.p.2
distentio quomodo frigidæ perfusione sanetur 99.p.2.& 4.
distentiones maximè à somno fiunt 126.p.1
distortio 27.p.4
distributio alimenti quando perficitur 147.p.3
distributionis aliměti inuniuersum corpus symptomata 147.p.3
diuidendi methodus 21.p.4
diuisio per proprias differentias facienda 21.p.4
diuisionis ac definitionis vsus ĩ disciplinis 13.p.2
doctoris optimi officium 76.p.1
doctrina quæ per exempla fit, omnium optima 40.p.1
quod Dolet, alterabile ac sensibile est 17.p.1
dolor quid 64.p.4.92.p.2
dolor à frigido & calido excitatur 94.p.4
dolor, animi deliquia inducit 135.p.2
dolor capitis, cuius venę sectione leuetur 285.p.1.
dolor dupliciter accipitur 93.p.4
dolor in tactu non tantùm ab externis, sed multo magis ab internis affectibus accidit 65.p.1
dolor, morbus sit, an symptoma 93.p.4
dolor non est in iis quæ perfectè alterata sunt 7.p.2.8.p.1
dolor non nisi occursu violento infertur 92.p.1
dolor particularum quando sit, & quando desinat 5.p.1
dolor pathema est, causam continentem habens 81.p.2.
dolor punctorius 290.p.1.225.p.2.&3
dolor, tactus proprium symptoma 64.p.3
doloris causa vnica non est 94.p.4.259.p.4
doloris causæ duæ, cõtinui diuisio, & alteratio 95.p.2.
doloris generatio ac corruptio, solius sunt frigoris & caloris 93.p.2
doloris omnes causæ duæ 260.p.1
doloris species duæ maximè generales 5.p.2.& causæ item duæ, 206.p.1
doloris symptomata 135.p.1.&2
dolores magni vt leniantur 297.p.2
dolores maximi sensui tactus eueniunt 64.p.3
dolores quando fiunt 4.p.4
dolorũ in tactu vehementium causæ 92.p.3.& 4
domus ampla vt calefiat 40.p.1
donatus à Mutiis leguleius notatus 98.p.3.& 4 128.p.2.132.p.4.
dormientes aliqui cur noctu ambulant 108.p.3
dormientibus nobis cibus magis concoquitur 108.p.4.
dormitio à modico cibo, salubrior 108.p.4
dormitio profunda aut non profunda vnde sit 108.p.1.& 4.
δοξοσοφία 254.p.3
dulces & pingues succi essẽtię corporis maximè familiares 96.p.4 & iucundissimi sunt 97.p.3
duæ tantum morbificæ causæ 43.p.1
duo in medico requirit Galenus 121.p.2
duo tãtum de Thessali sententia morbi ex victus

©BIUM

ratione 174.p.1
durum ſtercus 147.p.2
δυσαρεστέμενον 16.p.3.&19.p.2
δυσαρεστέμενοι qui ſint 56.p.4
dyſenteria cruenta 156.p.4
δυσκρασία 1.p.2
δυσπεψία 67.p.4.69.p.4.140.p.1
δυσορεξία 67.p.4
dyſphonia 65.p.3.66.p.1.182.p.4
dyſpnœa 65.p.3.66.p.1.107.p.1
dyſuria 65.p.3

E.

Ebrietas ac temulētia crebra, hominem refrigerat 45.p.3
Ebrietate tefrigerati 45.p.2
ἔδρα 54.p.4
Educatio naturalem conformationem nonnunquàm immutat 51.p.1
Egeſtionum alui indicia 181.p.1
ἔγκαυσις 41.p.4
ἔγκανθις 34.p.3
ἐγκοπή 54.p.4
ἐκφυσήσεις 123.p.3
ἔκπτωσις & ἔκπτωμα 34.p.4
ἐκτρέφω 27.p.4
ἔκτασις 22.p.3.169.p.2
ἐκπλήσσειν, quid. 135.p.2
elementa impatilia per tota non alterari 17.p.2
elementa humani corporis ex ſententia Democriti 15.p.3
elementa in ſe agunt totáque totis commiſcentur. 20.p.1
elementa quomodo inter ſe commiſceantur 258.p.2.
elementa ſenſibilia quæ 22.p.4
elementorum inter ſe tranſmutationis mutuæ cauſæ 17.p.2
elephantia, quæ & lepra 71.p.1.149.p.1.&2.&4
elephanticorum notę 51.p.3
elephas 1.p.1. hodie lepra nominatur 51.p.4
elephas tandem vniuerſum inuadit corpus 1.p.4
eliquationis varia nomina 160.p.4
ἕλκος 36.p.1
ἕλυτρον quid ſit 54.p.4
encanthis 34.p.1
empirici 196.p.1
ἔμφραξις 22.p.3
emprosthotonus 24.p.3.65.p.4
ἔνδεια ὀλίγη 260.p.3
ἐνέργειαι 57.p.2
ἔντασις 159.p.1
ἐντεροκήλη 34.p.4.54.p.4
ἔνθλασις 56.p.1
ἐπαμφοτερίζειν 283.p.1
Epicuri de elementis opinio 16.p.4
ἐφελκίς 158.p.4
ἐφημέρα febris, diaria 10.p.2
ἡπίαλος πυρετός 11.p.2
ἐπιγέννημα 56.p.3
epigenema, ſuccedens, quid ſit 61.p.3
ἐπίδηλοι 399.p.4
epilepſia 65.p.3.65.p.4.113.p.3.114.p.2
ἐπιφαινόμενα, quæ 175.p.4
ἐπιπλοκὴ febrium 218.p.4
ἐπιπλοκήλη 34.p.4.54.p.4
ἐπιτηδεύματα quæ ſint Galeno 142.p.3
ἐπιτηρήσαι, quid 287.p.3
equus, oculorum vitium 112.p.1
Eraſiſtratus medicus 282.p.1.219.p.3
Eraſiſtratus ſenex ab Ariſtotele deſciuit 108.p.2
ἐρεθισμοὶ qui ſint 111.p.1
erraticæ febres 215.p.4
eryſipelas 12.p.1.
eryſipelas 48.p.4
ἔσχατον Græcis quid ſit 46.p.2
eſuries vt fiat 5.p.2
εὐήθης 172.p.2.&3
eunuchus generale nomen 35.p.2
εὐσαρκος 272.p.2
ex accidente, quid ſit 37.p.4
ex accidenti quid facere 61.p.1
exacta viſio, & obtuſa viſio 83.p.1
ἐξάρθρησις 34.p.4
excæcandi ratio à Dionyſio tyranno excogitata 79.p.2.
quæ immodicè excernuntur alia quantitate, alia qualitate pręter naturam ſunt 152.p.1
excreatio 176.p.1
excreatio nigra, pernicioſa 178.p.1
excrementum alienum quod ſit 50.p.1
excrementa à ſeipſis trifariam mouētur 128.p.2
excrementi copioſi duę cauſę 148.p.2
excremēta cuiuſque partis cōſideranda 181.p.3
excrementa cur non rectè expurgantur 148.p.2
excrementa de corpore vt expellantur 46.p.4
excrementa ingeſtis reſpondeant 187.p.4
excrementa quieſcentia in corpore & immota parū infeſtant prę ſeipſis motis 1281.p.3 & dein.
excrementa tria in venarū cōcoctione 147.p.4
excrementa vt excitentur 128.p.2
excrementorum expulſionis ſymptomata 67.p.3.&4
excrementorum expurgandorum conſideratio 49.p.1&2.
excremētorum gratia creata inſtrumēta 50.p.1
excremētorū inuita excretio in dolore 135.p.2
excrementorum prauitas quę ſit 147.p.4
excrementorum tria genera, trium partiū concoctiones indicant 181.p.2
excrementis ſingulis propria ſymptomatis ſpecies comitatur 148.p.3.&4

excre-

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 24 sur 637

excretio conueniens cuique ſpecici morbi,quę 234.p.2
excretio immodica aut retentio vnde fiat. 62.p.3
excretio tardior, celerior, morſicans. 187.p.3
excretionis celerioris cauſæ 153.p.4
tardioris 154.p.1
excretionis & retentionis immodicę,tres differentiæ 73.p.3
excretionis iudicatoriæ conſideratio 251. p.1.
excretionis minoris cauſa 154.p.4
excretionis quæ per inferna fit,cauſæ. 153.p.4
excretionis ſanguinis tres cauſæ 152.p.4
excretionis ſpecies quæ per iecoris imbecillitatem excernitur 157.p.4
excretionum conſideratio 166.p.1.&2 187.p.3.& dein.
excreationum ſignificationes 176.p.2
earum eductionis modus 176.p.2 &.177.p.1
excretiones vt reſpondeant morbis. 233. p.3
excretionum multiplex differentia 177. p.2
exemplo docet 203.p.4.&.204.p.3. &.237.p.2. &.p.4. &.238.p.1. &.2.&.4.& 289.p.2.&.3.
exempla iudiciorum 237.p.2.&.4.& 238.p.1.&.2.&.4.&.239.p.1.&.2.
exempla reuulſionis 291.p.2
exercitationes mediocres ſudores prouocant. 161.p.1.&.2
exercitium calorem affert 40.p.1
exercitium,vehemens motus eſt 154.p.3
exercitia cibum præcedant 140.p.4
ab Exercitiis profundius dormitur 108.p.4
exiguæ mutationes deprehenſu difficiles. 25.p.3
ἕξις *habitus* 7.p.4.62.p.2
ἕξιν & διάθεσιν *Galenus pro eodem poſuit.* 62.p.2
ἕξοθεν περιεχόμενα,*quæ ſint* 2.p.1
expanſio 22.p.3
experientia quæ ſit 196.p.1
expiratio 66.p.1
expulſio excrementorum vnde ſit 49.p.4
expultricis facultatis deprauati motus aliquot. 145.p.2
expultricis facultatis ſymptomata 69.p.2 70.p.1
expultricis facultatis motus ſimiles ſunt, ſiue quid ſecundum naturam,ſiue præter naturam expellitur 122. p.1
expultrix facultas non ſolum ea quæ in amplis inſtrumentorum ſpatiis continentur, ſed etiam ea quæ in membrorum ſubſtantia hærent,expellit 130.p.2
extenſio 22.p.3
extenſionem ſiccitas facit,non humiditas 78.p.4
extenta manus, ex genere actionum & motionum eſt. 115.p.2
exufflatio 66.p.1.123.p.3
exufflationes vehementes 123.p.1
externa morbi cauſa euidens, præincipiens ſeu primitiua 43.p.1
Extrema omnia Græci λόβους ſeu fibras dicunt 55.p.1
extremitates anteriorum ventriculorum cerebri 87.p.1

F

FAcere vt res quæpiam aliquid poſsit, tribus opus eſt 42.p.4
facultas quando propriè dicatur lædi. 140.p.3.& quando impediri.ibid.
facultas bifariam à ſcopo aberrat 140.p.2
facultas & natura idem ſignificant 241.p.1
facultas ventriculi expultrix 121.p.3.&.4
facultas vteri expultrix 120.p.4.&.121.p.2
facultatis propriæ eſſentiæ noxæ quæ ſint. 140.p.3
facultates animales,& facultates naturales. 162.p.1
facultates animales à cerebro in partes deriuantur 162.p.2
quæ facultates in ſingulis ætatibus robuſtiores aut imbecilliores 163.p.3
facultates corpus noſtrum gubernantes tres. 241.p.3
facultates naturales quatuor 49.p.1.& 2.112.p.3
facultates naturales quatuor in qualibet corporis parte 68.p.1
facultates partium propriæ,& communes. 29.p.3
facultatum robur & imbecillitas vnde cognoſcenda 264.p.3
ex falſis verum inueniri nequit 244.p.2
famem frigus excitat,calor impedit. 103.p.1. &.4.
fames,ſuctionis ſenſus 101.p.3.& 102.p.3
fames vnde excitatur 102.p.3
farina emplaſticam vim habet 290.p.4
faſciarum deligatio ſeu iniectio qualis eſſe in paruulis debeat 51.p.2
faſtidioſos lectores taxat Galenus 219. p.4
fatigari dum quis cœperit, ſtatim quieſcat. 128.p.2

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 25 sur 637

©BIUM

fatigati non omnes febricitant 42.p.2
fatigatorum recreatio iucunda 97.p.2
fauces & lingua leues esse debet, non asperæ. 30.p.4
faucium asperitates vnde fiant 53.p.2
febris quando dicatur 23.p.2.&.3
febris quid 40.p.3.&.4.41.p.1.261.p.2.&.262.p.1
febris acuta 223.p.1.&.224.p.2
febris acuta in pleuritide 226.p.1
febris ardens quàm siticulosa 105.p.4
febris ardens exquisita quo à tertiana exquisita differat 217.p.1
febres ardentes pernicioſæ 11.p.p.1
febris continua quæ 218.p.1
febris cur non semper à causis calidis accendatur 42.p.1.&.p.3
febris ἐυπρόσωπος quæ 201.p.2
febris ex complicatione semitertianæ & tertianæ 221.p.3
febris ex humorum putredine 9.p.4
febres ex Solis deustione 10.p.3.231.p.1
febris intermittens 237.p.1.236.p.3.&.11.p.3
febris nulla statim à primæ accessionis insultu in vigore est 180.p.4
febris pernicioſa & maligna 11.p.3
febris placida, simplex, maligna, & malignissima 200.p.4.201.p.2
febris putrida. 10.p.1.223.p.1.&.224.p.2
febris vt molesta sit 8.p.2
febris vigor vbi attendatur 180.p.2
febris ex sanguine nata, sub biliosa comprehẽditur 228.p.4
febris quotidianæ & tertianæ ac quartanæ discrimen 216.p.1.&.2
febris tertianæ exquisitæ consideratio. 210.p.2.&.3.&.4.&.211.p.1
febris duratio futura vt cognoscatur. 227.p.1
febres bifariam componuntur 218.p.3
febres complicantur, & confunduntur. 218.p.4
febres debiles & exiguæ interdum malignæ. 236.p.4
febres diariæ 230.p.1
febres epialæ vniuersum corpus distemperant. 1.p.1.&.3
febres erraticæ, typicæ 215.p.4
febres exquisitæ & legitimæ 227.p.3
febres ex adenum phlegmone 231.p.1
febres ex tristitia 230.p.3
febres ferè omnes ex duplici intemperie inæquali componuntur 12.p.1
febres hecticæ vnde dictæ. 7.p.4
febres hecticæ difficile discutiuntur 143.p.4
febres horridę 129.p.2
febres intermittentes vt inuadant 12.p.1
febres peracutæ quæ 239.p.1
febres placidæ citò finiunt, malignissimæ citò interimunt 200.p.3.&.4
febres quæ sentiantur, quæ non 9.p.1
febres quomodo etiam symptoma dicantur. 25.p.3
febres simplices ac inpermixtæ primùm cognoscendæ 217.p.1
febres simplicissimæ 172.p.2
febres synceræ primùm cognoscendæ. 217.p.3
febres tertianæ maximè horridæ 128.p.4 &.129.p.2
febrium à putridis humoribus ortarum tria genera 223.p.1.224.1
febrium complicatio 221.p.1
febrium tria prima genera. 10.p.2.218.p.2.224.p.2
febrium singularum signa propria 230.p.3
febrium species contemplandæ 210.p.1
febrium species vt deprehenduntur 227.p.1
in febribus quo tempore mittendus sanguis. 287.p.3.&.4
febricitantium vrinas medicus attendere debet 183.p.3
febrilis accessionis partes 171.p.1
femur 2.p.3
feneſtrata cur quibusdam omnia videantur. 83.p.3
ferrum etiam acutissimum in re mollissima secanda retunditur 151.p.1
fibra quid 278.p.2
fibræ iecoris quinque 55.p.1
fibrarum rectitudo 221.p.3
fibula 2.p.3
fides artium aliter quàm inuentio se habet. 244.p.2.&.4
fieri vt aliquid possit, tribus opus est 42.p.4.2.&.4
figura aduentitia 27.p.3
figura indecens 20.p.4
figura particulæ læsa, sæpe simul cum ipsa meatum aliquem vitiari 30.p.3
figuræ naturalis immutationis causæ. 50.p.2.3.&.4
figuræ naturales quatuor modis mutantur. 168.p.3
figuræ vitia natiua 28.p.1
figuram naturalem deprauantes internæ causæ. 51.p.3.&.4
fimus columbinus putrefactus ardens. 40.p.1.&.2
finis ac scopi propriè dictorum differentia. 60.p.4
finem à causa finali nonnulli distinguunt. 60.p.4
fissio 55.p.2.&.4
flamma ventilata magis accenditur 40.p.1
flamma vt increscat & dissipetur 45.p.1

flatus

©BIUM

flatus ſtrepens 155.p.4
flatus violenter retentus, interdum ſurſum recurrit 147.p.1
flatuum appellationes variæ 156.p.1.&2
flatuum generatio 155.p.2.&3
flaua bilis, calidiſsima naturâ. 5.p.3. natura ſicca. 6.p.1. calida & ſicca eſt 37.p.1
flaua bilis vnde coaceruetur 210.p.3
fluctuatio quæ ſit 144.p.2
fluctuationes cibi in ventriculo 69.p.4
pro Fluxionis natura tumores alium & alium modum accipiunt 12.p.3
fluxiones in quas partes magis decubant. 266.p.3.&4
fluxus quid 174.p.1
fluxus muliebris 166.p.4
fluxus muliebris à menſtruis diſtat 167.p.2
fluxionibus incipientibus, reuulſione & deriuatione vtendum eſt 285.p.2
fœminarum oblectatio in venere vnde. 99.p.3. 100.p.2
fœtidus odor 193.p.4
fœtores in quo ſymptomatum genere comprehendantur 72.p.1.&2
fœtorum ſymptomata 72.p.1
fœtus corruptus quoto menſe eiiciatur. 121.p.1.&2.&3
fœtus quàm diu dicatur 104.p.3.&105.p.1
fœtus in vtero vitioſa formatio vnde fiat. 50.p.4
fœtus vt edatur 120.p.4
fœtum inuoluentes membranæ tres 105.p.1
folles fabrorum vnde dilatantur 118.p.2
foramen oculi quatuor modis à propria natura mutatur 77.p.2
foramẽ auditorij meatus cur tortuoſum. 86.p.2
foraminis oculi amplitudo bonæ viſioni ſemper, anguſtia non ſemper incommodat. 77.p.3.&78.p.2.&78.p.3
foramina cutis vt formata 3.p.2
foratio 55.p.2
forma morbi 286.p.4
formæ differentiæ 20.p.3
formæ eædẽ & ſpecies ſeu χαρακτῆρες. 225.p.2
formicantes pulſus 115.p.3
fractura 35.p.3.36.p.1.55.p.2.&4
Franciſci Valleriolæ argumenta de continente in morbis cauſa ſtatuenda, diluuntur. 43.p.2
Franciſcus Valleriola notatus 29.p.1.& 145.p.4.
frictio mollis quæ ſit 98.p.1
frictio præparatoria 56.p.1
frigefactio 127.p.2
frigida & ſicca corpora peſsimè nutriuntur. 163.p.2
frigida quomodo lædant 10.p.3
frigida ſummè, ſomnifera impropriè. 110.p.3
frigida intemperies cur in extremis partibus conſiſtat. 24.p.2. in vniuerſo corpore. ibid.
frigida intemperies dolorem affert 10.p.3
frigidæ cauſæ ſex ignem extinguentes. 45.p.1
frigidæ perfuſio quomodo diſtentionem ſanet 99.p.2.&4
frigidæ potio non omnem ſitim reſtinguit. 105.p.2.&106.p.2
frigidi morbi cauſæ 44.p.4
frigidi morbi procreatio 45.p.2
frigido & ſicco aëris temperamento nihil corrumpitur 41.p.3
frigido tempore cur non mittendus ſanguis. 263.p.2
frigidorum vicinitas 45.p.1
frigidum, imbecillum eſt & torpidum. 165.p.1
frigidum quo pacto delectationem inducat, & dolorem 93.p.4
frigidum ac calidum, efficaciſsimæ qualitates. 5.p.1
frigidum & calidum quare dolorem excitent. 95.p.1
frigidiora natura quæ bibuntur vel comeduntur, inter frigidiorum morborum cauſas numerantur 45.p.2.&4
frigidiores ætate palpitatione magis capiuntur 119.p.4
frigidiores vt euadant homines. 2.p.1
frigidiſsimæ aëris conſtitutiones flante Borea ſerenæ ſunt, & quare 155.p.3
frigiditas abſoluta vaporem prorſus non efficit 155.p.2.&3
frigus ad famem non naturalem & naturalem confert 103.p.3.&4
frigus alia ratione quàm calor delectat. 62.p.1 &2.
frigus immodicum vnitatem ſoluit. 8.p.4.& 9.p.2
frigus nulli actioni vtile eſt 165.p.2
frigoris ſymptomata 137.p.3.&4
frigore nimio interimentia 43.p.3.&4
frigore nonnulli toto corpore alterati, nonnulli etiam mortui 10.p.3
frigore vehementi correpti, paulatim ſe calfaciant 10.p.3
fuligo putrida non eſt cauſa continens febris. 81.p.4.& dein.
fuliginoſi vaporis detenti malum 10.p.2
fuluus color 96.p.1
fungi quidam lethales 107.p.4
fuſcus color oculis iucundus. 95.p.3.&.96.p.1
fuſci coloris generatio 95.p.3.&96.p.2
futura in morbo prædicturus medicus, ſigna omnia obſeruet 195.p.3.&196.p.2.&3
futuri cognitio ex ſignis, difficilis eſt. 196.p.1
futurum quod eſt, nonnunquam ad certam ſcientiam peruenire poteſt 200.p.3

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 27 sur 637

©BIUM

G

Galenus à calumnia Auicennæ vindicatus 229.p.1
Galenus à Brachelij calumnia vindicatus 7.p.3.12.p.3
Galen⁹ in ſomnis monit⁹ de re medica. 289.p.2
Galenus iniquè taxat⁹ à Hiere. Thriuero. 1. p.2
Galeni interpretum erratum 271.p.4
Galenus maledicos & obtrectatores ſuos notat 219.p.3.&.4
Galenus methodi atque ordinis obſeruantiſsimus poſt Ariſtotelem. 1.p.2.&.3.76.p.1. paſsim demonſtrandi methodo vtitur. 13.p.3
Galenus noctu dormiens inambulauit. 108.p.3
Galenus non vno ſimpliciter modo vbique de ſimilaribus locutus eſt 18.p.1
Galenus quàm citò morborum ſpecies cognouerit 208.p.1
Galenus vnus præ barbaris omnibus ſequendus 102.p.1
Galeni comitas 9.p.1
Galeni cura in penè cæco, incantationi ſimilis. 282.p.2
Galeni de morbo fiente & facto differentia. 58.p.3
Galeni mos ſcribendi medius, idemque optimus 219.p.4
Galeni locus obſcurus explanatus 65.p.4 65.p.4.&.81.p.3.&.86.p.4.198.p.3
Galeni locus in Aldino codice emendatus. 84.p.1. 179.p.4. 183. p.2.190. p.1.193.p.1. 220.p.3.258.p.1. vide Aldinus codex.
Galeni loca ſpecie pugnantia, conciliata. 2.p.4 30.p.1.&.91.p.4
Galeni temporibus quotidie ſe lauabant homines 133.p.1
Galenum temerè vellicantiũ cõfutatio. 284.p.3
Gallæ vſtæ vſus 290.p.4
Galli qui olim dicti 277.p.3
Ganglia quæ ſint 49.p.1.54.p.1
Gangræna 5.p.1.12.p.1.289.p.1
Garum quid 141.p.1
Gaudio nimio mortui quidam 135.p.1
Gemina cur appareat vna res 77.p.1
Genitalium partium ſenſus, eximium & proprium quid patitur. 99.p.3.100.p.2
genitura quæ dicatur 105.p.1
genus vniuerſum 259.p.2
Geometricæ demonſtrationes 257.p.1
gibberus 272.p.1
tres in Gibbero loci vnde ſanguis mittitur 279.p.4
gibboſæ vt fiant multæ virgines 51.p.2
glandes ano ſubditæ, per os eiectæ 146.p.3
glandulæ fluxiones facilè recipiunt. 266.p.4 &.267.p.4
γόμφιοι, *molares dentes* 33.p.1
gonorrhœa 113.p.3.114.p.1.& 167.p.4.&.168.p.1
Græca lingua diſcenda medicinæ ſtudioſis 124.p.1
Græcæ inſtitutiones cur à iuriſconſultis contemnãtur. 35.p.2. Earum commoditas. 35.p.2
graue & leue ad aliquid referuntur 116.p.2
grauedo 166.p.1.&.3
grauitas audiendi animali trifariam accidit. 86.p.1
grauitas plenitudinis ſignum ad vires. 264.p.1
gula 100.p.4
gulæ reſolutio 145.p.3.&.4
gurgulionis vſus 26.p.4.32.p.3
guſtabilium ſymptomata 72.p.1
guſtandi ſenſus ſymptomata. 87.p.3.&.4
guſtus inſtrumentũ bifariã cõſideratur. 94.p.2
guſtus quibus infeſtetur 94.p.1
gnſtus ſenſorium 86.p.4
guſtui iucunda 96.p.4.97.p.3

H

Habitus bonus ſimpliciter 16.p.2
habitus interdum idem quod pars ſolida ſignificat 7.p.4
ſub habitu veniunt etiam primæ & ſecundæ qualitates 88.p.1
hæmorrhagiæ cauſæ 73.p.3.&.74.p.1
hæmorrhois præter naturam 74.p.4
hæmorrhoidum profluuij commoda 271.p.3
hallucinatio 68.p.3.85.p.1
harmonia quid. 57.p.1. eius modi quatuor. ibi.
hebetudo viſus 68.p.3
hecticarum febrium intemperies. 1.p.1.&.3.& 2.p.1.10.p.2
hectica febris quæ ſit 7.p.1. ea doloris expers eſt. ibid. p.2.&.4
in Hectica febre ſpiritus & ſanguis etiam calefiunt 7.p.4
hecticæ febris præcipua duo genera 8.p.1
ἡγεμονικὸν *quid* 63.p.4
hemina cũ cotyle non confundenda 151.p.1
ἡμιτριταία *ſeu ſemitertiana febris* 220.p.4
hepatica alui ſedimina 153.p.2
hepaticæ excretiones 157.p.4
hepatici affectus 156.p.4.157.p.4
hepialæ febres 11.p.1.&.2.&.12.p.1
hepiali compoſitio vnde ſit 11.p.4
hepialę febres qualiter corpus afficiant. 48.p.2
herbarum cognitio aſsiduitate exercitij opus habet 209.p.3
hernia 34.p.4
herpes 1.p.1.12.p.1
herpes & cãcer inter eryſipelata & carbunculos mediam obtinent naturam 37.p.1
hiera picra Galeni 284.p.1
Hieremias Thriuerus Brachelius Galeno iniquus 1.p.2

Hippocratis

©BIUM

Hippocratis locus reſtitutus 175.p.2
Hippocratis locus de cruenta dyſenteria. 157.p.3
Hippocrates non temerè cuiquam ſine doctore legendus 210.p.4
Hippocrates omnium optimarum diſciplinarũ dux 248.p.3
Hippocratis aphoriſmi quidam etiam vulgo notiſsimi 98.p.2
Hippocratis nullũ dictũ fruſtraneum. 198.p.4
Hippocratis obſcuritas 185.p.2
Hippocrates quo tempore vixerit. 92.p.3
Hirudines quem ſanguinem è corpore eliciant 290.p.4
Hirudinum vſus in ſanguinis euacuatione. 290. p.1.&.2.&.dein.
hiſtoria de puero qui de viſu penè extincto ſanatus eſt 84.p.4
hiſtoria de quodam de cæcitate periclitante 282.p.1
hiſtoriæ philoſophicæ libri autor 16.p.4
Homerus mortem ſibiipſe conſciuit. 65.p.1
homo & vipera contrarios humores habent. 9.p.1.&3
hominis ſaliua ac ſputum viperæ & ſcorpio lethalia 9.p.1
hominem conſtituentia 119.p.2
hominum peruerſum in diſcendo iudicium 219.p.4. &.220.p.1
homonymiæ obſcuritas 59.p.1.&.p.3
hora qua æger morietur, vt dignoſcenda. 248.p.1
horæ inæquales. 227.p.3
horologiorum & clepſydrarum conſtitutio 257.p.2
horridæ febres quæ. 129.p.1.220.p.4.&dein.
horror quid 127.p.2
horror & rigor differunt 12.p.1
horror medius inter rigorem &frigefactionem 221.p.1
horror vnde fiat 212.p.1
humani corporis elementa 15.p.3
humani corporis generalis diuiſio. 2.p.3
humectare ſimilarem particulam exiccatam difficilius eſt quàm humidam exiccare 78.p.1
humerus 2.p.3
humidæ naturæ magis à febribus inuaduntur. 41.p.2
humiditas à molli corpore inſeparabilis eſt. 152.p.4
humiditas, coaleſcentiæ ac agglutinationis cauſa 163.p.2.&.p.3
humiditas externa putredinem non per ſe efficit, ſed ex accidenti 41.p.3.&.4
humiditas, nutritioni commoda. 163.p.3.& 165.p.2
humiditas & frigiditas ſomnum, ſiccitas & caliditas vigiliam conciliat 111.p.1
humiditas & ſiccitas an dolorem excitent. 92. p.4.&.93.p.1.&.2
humidi & ſicci morbi generatio 25.p.3
humidi morbi cauſæ 47.p.3
humidi morbi qui 85.p.2
humidum & frigidum corpus in ætatibus non inuenitur 165.p.1
humidum & ſiccum, minus efficaces qualitates 5.p.2
humidum externum an putrefaciat 41.p.2
humidorum ſanguis calidiſsimus 6.p.1
humidior cibus profundiorem ſomnum facit. 108.p.4
humor inferens morbum, & humor laboranti parti impactus, differunt 43.p.4
humor phlegmonẽ creãs cur putreſcat. 228.p.2
humor quiuis ſyncerus, dempto ſanguine, prauus 177.p.2
humor putrefactus calorem malignum accendit 228.p.3
humor tenuis & aqueus inter cryſtallinum humorem & vueam conſiſtens 78.p.3
humor veſtientem coſtas membranã obſidens, eſt morbus 43.p.3
humoris affectus in oculo 79.p.1
humoris in corpore redundantis ſigna. 271. p.2
ab Humore omnia incaleſcunt, & perfunduntur 3.p.3
in Humore tenui ſymptomata 82.p.3
humores bifariã iuſto fiunt copioſiores. 259.p.3
ſiue Humores auctos, ſiue ſanguinem dicas. nihil refert 266.p.1
humores crudi. 117.p.1.craſsi & lenti. 117.p.2.3
humores crudi, & humores ſemicocti. 142.p.2
humores non omnes ſunt humidi 37.p.1
humores, quatuor duntaxat 48.p.3
humores qui per venas & arterias fluunt, nullũ rigorem excitant 128.p.3
humores ſicci, vtraque bilis 48.p.4
humores vt calidi aut frigidi fiant. 261.p.1.&.3
humorum alteratio 6.p.1
humorum craſſorum ac lentorum ſuppreſsio. 90.p.1
humorum facultas 48.p.3.&.4
hyberni temporis itineratio, frigidi morbi cauſa 45.p.3
hydrops ad matellam 73.p.4.191.p.2
hydrops anaſarca totius corporis intemperies. 1.p.1.&.3
hydrops aſcites & anaſarca vt creetur. 160.p.4
hydropicorum color 72.p.1
hyemis morbi. 216.p.2
hyoſcyamus 45.p.3.&.4
hypocauſtorum calor 40.p.3
hypochondrium quare in tumorem attollatur in quotidiana 216.p.4

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 29 sur 637

©BIUM

hypochondriorum ſine dolore tenſio 253.p.2
hypochondriacus morbus 138.p.3
hypotheſis quid 227.p.2
hypotheſin ſuam non ſeruantes, reprehenſionẽ effugere non poſſunt 25.p.2

I

Ianitor, ventriculi particula eſt, non inteſtinorum 145.p.3
ἰκτερος 67.p.4.169.p.4
icteri color, quod ſymptoma. 73.p.2
ictericus omnia cibaria amara iudicat 88.p.2
icterici pallida omnia ſe videre putant. 84.p.3
ictericorum color 70.p.3.71.p.4.161.p.3
iecur propriam procreandi ſanguinis facultatẽ obtinet 30.p.1
iecoris facultas propria, & communis 29.p.3
iecoris & lienis phlegmone 234.p.4
iecoris fibræ complicatæ vt medearis 55.p.1
iecoris fibræ quales 55.p.1
iecoris gibba phlegmone obſeſſa 234.p.4
ieiuni hominis ſputum ſcorpiũ necat. 9.p.1.&3
ignauia irritationi oppoſita 111.p.1
ignauorum crura 27.p.4
ignis minor à maiore diſipatur 45.p.2
ignis niſi tempus & robur obtineat, refrigeratos calefacere non poteſt 42.p.2
ignis nobis contrarius eſt, ac minimè familiaris 100.p.1
ignis non quamlibet materiam promptè accendit 42.p.2
ignis vt alatur, & extinguatur 44.p.4.45.p.1
ignem extinguentes frigidæ cauſæ ſex. 45.p.1
in Ileis lethalibus cur ſtercus per vomitũ eiicitur 146.p.4
ilei cauſæ 147.p.1
ileos quid 70.p.1
illiſio 55.p.3.56.p.1
ἴλλωσις 114.p.1
ἰλλώπεψ, ſcrobiculum 114.p.1
imaginatio 64.p.1.&2
imaginatio illæſa, ratione errante 67.p.2.& contrà.
imaginatio ſenſibus temerè incidens. 88.p.2
imaginatio ſola deprauata, conſtante & ratione & memoria 67.p.2
imaginationis noxæ 66.p.3
imaginationis ſymptomata 67.p.1
imbecillitas partium excitat interdum phlegmonen citra plenitudinem 267.p.2
imbecillitates methodicorum 25.p.4.26.p.1
immutabile quod eſt, nec intendi nec minui poteſt 16.p.1
cum Impetu meantia 119.p.2
incendia quid appellet Galenus. 23.p.2
incognita non damnanda 208.p.3
inæquales corporis intemperies vnde fiant. 6.p.3
inæqualis & minimè cohærens deiectio. 188.p.3
inæqualis intemperies nonnunquam in vniuerſo corpore, nonnunquam in vna qualibet parte 1.p.1.&3
inæqualis intemperiei definitio curà Galeno omiſſa 1.p.2
inæqualis intemperiei differentiæ 9.p.4
inæquales intẽperies vnde fiant. 2.p.1 vbi fit. 11.p.2
inæquales motus. & eorum quæ plurimùm diſtant complicationes malæ. 176.p.2. &177.p.3
inæqualitas quid. 126.p.2.274.p.2
inæqualitas naturæ inter animalis partes, cum indolentia eſt 8.p.2
inæqualitas pulſuum duplex 213.p.3
inæqualitatis vlceroſæ laſsitudinis, horroris, & rigoris differentiæ 127.p.3.&4
incipiens vt accipiatur 180.p.2
inciſio 55.p.2.&4
inductio quæ ſit 71.p.3
incredibilia plebeiis quædam per demonſtrationes inducuntur 257.p.1
incrementum partium immodicum quãdo fit. 34.p.2
incrementi certiſsima indicia 173.p.1
incrementum morbi quomodo cognoſcitur. 172.p.1
infirmæ vires quæ 127.p.4
infans 105.p.1
infantium corpora humida ac mollia & fluxilia 50.p.3.&4
infebricitatio 217.p.3
inflammationibus internis venæ ſectio commodior 268.p.2
inflatio ventriculi 69.p.4
inſpirantium gemina ſeu duplex reuocatio. 114.p.1
inſtitutionum Iuſtiniani locus emendatus. 35.p.2
inſtrumentum quod dicatur 14.p.2
inſtrumentum & pars inſtrumentalis differunt 14.p.2
inſtrumentum, tertium genus cauſæ. 60.p.4
inſtrumentum naturale 113.p.2
inſtrumenti functio quomodo maximè vitietur 26.p.5
inſtrumenta ambigua 21.p.3
inſtrumenta compoſita, & inſtrumenta ſimplicia 20.p.2.&36.p.4
inſtrumenta, & inſtrumentariæ partes. 55.p.4
inſtrumenta inuentionis duo. 257.p.1.&3
inſtrumenta multa excremẽtorum gratia creata. 50.p.1
inſtrumenta naturalia multum differunt ab inſtrumentis animalibus. 162.p.1.&165. p.1. 2.3.&4

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 30 sur 637

©BIUM

instrumenta prima ac secunda 21.p.1
instrumentorum morbi compositi 37.p.2
instrumentorum plurima differentia. 21.p.2.
Instrumentorum primorum ac secundorũ iidẽ morbi. 21.p.3.
Instrumẽtis animalibus illesis eorum actio nõnunquam impeditur, non sic in instrumentis naturalibus 162.p.1
instrumentis in singulis vnã aliquã esse particulam quę actionis sit prȩcipua causa 26.p.3
instrumentalium partiũ morbi quatuor 20.p.2
intelligentia vnde paretur 218.p.3
quomodo Intemperies à particula phlegmone obsessa in totum propagatur corpus 5.p.3
intemperatis corporibus quando similia exhibenda, & quando contraria 164.p.3
intemperies cum fluxu humoris nonnunquam est, nonnunquàm citra fluxum 1.p.1.3.& 4 22.p.4.23.p.1
intemperies duplex, sanitatis vna, altera morbi 8.p.2.16.p.3
intemperies duplex 48.p.2.103.p.4.125.p.3.& 4
intemperies æqualis sine dolore est 125.p.3. & 4
intemperies frigida morbus est, conuulsio symptoma 25.p.1
intemperies humidę & siccę non facilè cognoscuntur 26.p.1
intemperies in singulis partibus similaribus, earum morbus est 72.p.4
intemperies in vna quauis particula 12.p.1
intẽperies ĩæqualis quomodo generetur 48.p.1
intemperies nuda 22.p.4.23.p.1
intemperies omnis morbus est 72.p.4.140.p.3
intemperies omnis vehemens vires deiicit 5.p.1 84.p.1.143.p.2.& 3.
intemperies omnes qua in re conueniãt 143.p.3
intemperies aliæ simplices, aliæ compositæ 1.p.1.& 2.p.1
intempestiua sumptio 140.p.2
inter affectum lędentem actionem & causam antecedentem nihil intercedit 81.p.2
intercedentes dies, qui 205.p.3
intercisio 54.p.4
intermissio quid 171.p.3.172.p.2
intermittens febris quæ 236.p.3
cur Intermittentes febres ita sibi complicẽtur, vt ægrotanti nulla quies febre vacans accidat 224.p.3
intermittentium cum continuis febribus commixtio deprehensu facilis 222.p.2
interpretis antiqui commoditas 8.p.3 Eiusdem lapsus 171.p.2
interpretes Galeni notantur 14.p.2
interpreti fidere, parum tutum 124.p.1
interuallum, διάλειμμα 286.p.4
interuallum primum tertianarum 224.p.3
intestina aspera esse debent 30.p.4
intestinorum à propria sede motio 54.p.3
intestinorum motus propulsorii 147.p.1
intestinorum ramex 54.p.4
inuadentia cũ morbis & superuenientia 180.p.2
inuentionis iustrumenta duo 257.p.1
Ioannis Vallei error 183.p.2
ira quid 231.p.3
ira quid sit. 40.p.3 ea interdum febrem accẽdit ibi. & 41.p.1.
iræ definitio 134.p.3
ira nemo mortuus est 134.p.2.& 4
iris oculi 37.p.4
irritationes quæ sint 111.p.1
ischiatica vena 284.p.2
ischuria 65.p.3
ἰσχυρία & ἀνισυρία actionis naturalis sunt symptomata 66.p.1.& 2
ischuria, vrinæ suppressio 112.p.4.113.p.1.159 p.2.& 3.
ἰσοῤῥέπειν quid 51.p.2
ister .i. Danubius 45.p.1 eius frigiditas 44.p.4
iteratæ sanguinis detractionis præcepta 288.p.1
itinerantium in frigore mors 24.p.1
iudicari morbum, quid 186.p.3
iudicatio quid 182.p.3
iudicatio quid propriè 226.p.4 quid im propriè ibidem.
iudicatio optima quæ 239.p.4
iudicatiõnes in morbis laudabiles vnde fiant 40.p.4.
iudicatoria signa duplicia 198.p.1
iudicatoria signa nõ omnia in omnibus morbis æqualem habent dignitatem 234.p.2
iudicatoria symptomata 196.p.4 duplicia 197.p.2.& 3.
iudicatorij dies vt ab Hippocrate & Galeno digesti 199.p.4
iudicii vox ambigua 170.p.1
iudicium quid 207.p.1.&3.232.p.3
iudicium cur dictum 233.p.1.& 2
iudicium à cuti s tantũ morbis conuenit 235.p.1
iudicium ἀγωνιστικὸν 239.p.4
iudicium aut in vigore, aut parum ante ipsum fit 242.p.1
iudicium cum accessione concurrit 237.p.3 & 238.p.4
iudicium quod futurum est, vt cognoscendum 235.p.2.& 4.
iudicium malũ perfectum, & iudicium malum deficiens 243.p.2
iudicium malum 245.p.4.& 246.p.2
iudicium non fit sine certamine 245.p.1
iudicium optimum vt prænoscendũ 236.p.1.& 3
iudicium quale futurũ sit, cõsideratio 248.4 p. & deinde 249.p.1.2.3.& 4 & 250.p.4
iudicium simpliciter bifariam fit 232.p.5. & 233.p.1

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 31 sur 637

©BIUM

iudicium ſimpliciter, quid 242.p.3.& 4
iudicium ſimpliciter & iudicium inperfectum aut deficiens 242.p.2.&3
iudicii boni ſigna 233.p.3.234.p.2
iudicii cognitio in primis diebus nanſciſcenda 217.p.4
iudicii & mortis tempus 242.p.1
in Iudicii modo quid coſiderandũ 250.p.2 & 4
iudicii futuri ſigna 233.p.2
iudicii ſpecies an morbo conueniat, vt cognoſcatur 235.p.2
iudicia è pulſu ſumpta 251.p.3
iudicia non bona 242.p.4
iudicia opportuna quæ 246.p.3. anticipantia, ib.
iudicia optima quę 240.p.1
iudicia pernicioſorum morborum intempeſtiua 247.p.2
iudicia ſigno carentia 148.p.2
indicia tempeſtiua, & antè erumpentia 246.p.4
iudiciorum malorum prænotiones incertæ. 246.p.4. bonorum certæ, ibi.
iudiciorum peruerſitas aduerſus ſcriptores 220.p.2
in Iudiciis bonis plurimum eſt certitudinis 246.p.3.
iuriſconſulti indocti taxantur 35.p.2
iuuenum calor 164.p.3
iuuenum & puerorum collatio 164.p.2. & 165.p.4

K.

καινοτομία 254.p.3
καπνοειδὲς ἕλκος 155.p.1
κακοσφυξία 67.p.4
κακοτροφία 70.p.4
κάκωσις 255.p.1
κάραβος piſcis 150.p.1
καρδία 255.p.1
κάρπος 2.p.4
κάταγμα 36.p.1
κατάληψις 67.p.1
κατασκευή 14.p.3
κατάσασις 227.p.4
κατ' ἔξιν quid Hippocrati ſignificet. 278.p.2
κατάλυξις 127.p.2
καῦσος, ardens febris 175.p.2
καχεξία 143.p.1
κεγχρὶς 2.p.3
κεραυνὸς βίαιος, vehemens fulmen 23.p.2
κέγχρη quid 124.p.3
κέγχρος 124.p.& 4
κίνησις τονικὴ 115.p.2
κίττα, pica 104.p.3
κλυσμῶν quid ſit 69.p.4
κνήμη 2.p.3
κοιναὶ ἔννοιαι 257.p.3
κοινότητες 185.p.4
κόπος, laſſitudo 41.p.1
κόρη pupilla oculi 77.p.2
κοτύλαι 51.p.3
κρίσις febrium 218.p.4
κύημα, conceptus 105.p1
κῶλα quæ ſint 89.p.4

L.

Labii inferioris agitatio 252.p.4
Laborantium locorũ mixtio 219.p.1 &2
ex Laborantibus locis quomdo febres naſcantur 227.p.4.&228.p.1.&2
Labor quatenus producendus 99.p.1
Laboris amanti quid faciendum 249.p.4
Labores qui intelligantur 186.p.4
lactuca ſomnifica eſt 110.p.3
læſa actio, quæ 76.p.1
lana commodiſsimè vulneribus imponitur 290.p.4
lapis etiam duriſsimus ab aquæ gutta frequenter delabente excauatur 151.p.1
laſsi vt recreentur 97.p.2
laſsitudo 40.p.3.41.p.1.126.p.3.& 4.
laſsitudo non continuò inuadit, nec ex omni motu 42.p.1
laſsitudini quę conducant 98.p.2
laſsitudine febricitantium aſpectus 230.p.4
latitudinem quãdam boni habitus eſſe in humano corpore 15.p.3
latitudinis meatuum differentię 21.p.3
lauationum incommoda 11.p.4
laxitas cur minorem reddat pupillam 78.p.4
legumina ferè omnia flatuoſa 155.p.3
λειπυρίαι febres 11.p.3
leniſsima & tardiſsima vox cur auditui iucunda 96.p.3.
lepra quę fit Galeno 136.p.3
lepram hodie vocant elephantem 51.p.4.71.p.1
lethargus 66.p.3.67.p.1.234.p.3
lethargus, morbus in actionibus practicis imbecillus 165.p.1
leuce qnæ ſit 71.p.1.149.p.2.& 4
λευκοφλεγμαϛία 148.p.4
leuitas & aſperitas non fruſtrà eſt in partibus 30.p.3.& 4.
lexicorum quorundam erratum 50.p.4
liber de inęquali intemperie quando legendus 1.p.2.12.p.4. Eiuſdem vſus 37.p.2
libri de naturalibus facultatibus inſcripti legẽ 121.p.1
liber quartus Galeni de ſimpli. med. facul. medico diligenter legendus 97.p.3
libri naturales, qui 73.p.1
lictoris libidinoſi facinus execrandum 24.p.2
lien ex qua atra bile nutriatur 102.p.2
in Lienis affectibus quę vena olim ſecaretur 277.

©BIUM

277.p.4
lienis indurati malum 72.p.1
lienosis sanguis vtiliter mittitur 281.p.2
lienteria vt fiat 145.p.3.191.p.2
ligamenta sensus expertia sunt 4.p.1
ligna virida tandem accensa,calorem augent. 40.p.1.&3
Linacrus errandi occasionem cæteris præbuit. 7.p.4
lingua bifariam consideratur 94.p.2
liugua duabus facultatibus inseruit 86.p.3
lingua quando deprauatè sapores sentit. 88.p.2
lingua quibus succis delectetur. 97.p.4
lingua saporum iudex 97.p.3
lingua ventriculo inseruit,ventriculus venis 97.p.4
linguæ ac ventriculi consensus 97.p.4
linguæ immodica magnitudo sine noxa.34.p.2
linguæ ligatio bifariam fit 35.p.1
linguæ magnitudo aut paruitas,noxia. 33.p.4
linguæ partem sibi mordicus præcidens quidã. 31.p.3
linguæ vincula vitiosa vt sint 34.p.4
linguæ vitia 64.p.4
lippitudo quæ dicatur 37.p.3
lipyriæ febres 11.p.1
liquor reuera vrina 190.p.4
literarum & artium quidam obliti per morbos 157.p.3
liuidus color 193.p.4.194.p.4
lixiuii vis vnde 158.p.2
loco ac regioni sua cuique dos attributa 150.p.3.
locorum duorum Galeni prima facie pugnantium conciliatio 6.p.1.100.p.1.118.p.4
locusta 149.p.4
locustarum caro 149.p.1.&2.
λογιστικόν 63.p.4
lotio quàm frequentata fuerit olim 133.p.1
lucerna sub dio exposita, frigiditate apud istrũ extinguitur 44.p.4
lucerna ut extinguatur & ardeat 44.p.4
Ludouicus Viues 64.p.2
eius de Aristotele sententia 108.p.1
lumbrici,morbus 32.p.1
lumen quid significet 96.p.4
luxatio 34.p.4
luxatio instrumentalium partium morbus 37.p.3.&4.

M.

MAgis aut minùs 172.p.4.&173.p.1
Magis & minùs in corporibus animantium 15.p.3
Magis & minùs vt recipiatur à quoquam, quid necesse sit 16.p.1
Magnitudo propriè quid 34.p.1.171.p.1.&4
Magnitudo corporis immodica 34.p.1
Magnitudo & figura non sunt propria visus seu sibilia 88.p.1
magnitudo & mos morbi bifariam cognoscuntur 172.p.2
magnitudo &vehementia idẽ in morbo 172.p.2
magnitudo,quantitas continua 33.p.3
magnitudo symptomatis magnitudini pathematis respondet 83.p.4
magnitudo vt augeatur ac minuatur 54.p.2
magnitudinis differentia 20.p.3
magnitudinis indecentis differentię duæ 24.p.4
magnitudinis vitiatæ causæ 54.p.1
mala fientia non sunt morbi 292.p.2
malacia 104.p.4
μαλακόσαρκα 149.p.4
malæ rubicundæ 253.p.2
malè bifariam dicitur 64.p.3.&4.87.p.4
maligna febris ardens 219.p.1.&2
malignæ febres 200.p.3
malleoli 271.p.4
mandragora 45.p.3.&4
maniæ,deliria citra febrem 250.p.1
manus & crura frigore emortua nonnullis decidant 24.p.2
manus extenta duobus valentibus motibus constat 115.p.1.&2
manus particulæ 2.p.2.&3
marasmus 242.p.4.243.p.2.
marina aqua sitim non aufert,sed auget 105.p.4
μαρμέρυγες 198.p.2
materia quid 60.p.3
materia calorem auget 40.p.1
matres redarguit quę pueros suos ablactãdos & educandos aliis committunt 51.p.1
Matthæi de Gradi iudiciũ de Auicẽna 102.p.3
maturiùs aut non fieri quid 172.p.4.&173.p.1
matutinum tempus quando ad venam secandã conuenientissimum 288.p.1
maximę 257.p.3
meatus bifariam angustores fiunt 22.p.3
meatus à peritonęo ad intestina pertingentis laxatio 54.p.4
meatus in corpore humano ex sententia epicuri 15.p.3.
meatus soli nerui visorij habent 78.p.2
meatus vt vitientur 52.p.4 & deinde
meatuum angustię differentię 22.p.3
meatuum differentię 28.p.3
meatuum extensio seu expansio,& obturatio seu occlusio,contrarię sunt 22.p.3
media sermonum forma eligenda 219.p.4
media sermonũ forma,quę 219.p.4.&220..p.2
medicæ artis scopus 60.p.3.officium 258.p.4 &259.p.2
medicamenta acria febres nonnunquam excitant 41.p.1
medicamenta putrefacientia,calida & humida

©BIUM

41.p.3.
medicina ars Aſclepiadum,quanta exercitatione egeat 209.p.2
medicina,ars coniectrix 273.p.1
medicis duplex eſt materia 223.p.1.224.p.1
medicushabendus non eſt qui tertianam à quartana primo ſtatim die non diſcernat 215.p.1
medicus in exquiſitis typis ſe primùm exerceat 210.p.2.
medicus in libris de inæquali intemperie ſe plurimùm exerceat 38.p.3
medicus omnes ſignorum differentias diſcernepoteſt 199.p.1
medicus ſingulorum ſignorũ naturas exquiſitè conſideret 195.p.3.&196.p.2
medici docti & generoſi eſt vt futurum vigorẽ prænoſcat 173.p.2
medici generoſi eſt ſignis iudicatoriis non terreri 233.p.2
medici inſtitutio 244.p.2.&3.officium 66.p.2
medico neruorum ortus & eorundem inſertio diligentiſsimè diſcenda 92.p.1
medici σπατοφάγοι 72.p.3
medicorum delicta in conformatione membrorum fractorum 51.p.2
medicorum iuniorum error notatur 132.p.1
mediocris à mediatemperie exceſſus moleſtiam non infert 8.p.3
mediocris cibus qui 109.p.1
mediocris læſio,quæ 138.p.1
mediocritas alimenti commendata 109.p.2
medulla oſsium nutrimentum 3.p.1
meiendi cauſa de conuiuio ſurgere nonnunquã expedit 159.p.4
meiendi & deiiciendi officium neque totum ab electione pendet,neque totum naturale eſt 113.p.3
melancholia 107.p.1
melancholica deliria 138.p.1
melancholici omnes num famelici 102.p.3
melancholicorum varię imaginationes 138.p.3
melius aut peius alio,quomodo quid dicatur 16.p.1.
μέλθ quid 57.p.1
μᾶλον quid 141.p.1
membraua dura multis foraminibus peruia 87.p.2.
membranę fœtum inuoluentes,tres 105.p.1
membrorum diſtortio in paruulis vnde fiat 50.p.2.
memoria 64.p.1
memoriæ ſymptomata ac noxę 66.p.4 67.p.2.
Menodotus medicus empiricus 268.p.4
Menodoti ratio vt conuincatur 272.p.4
menſis partus perfecti,qui ſit 121.p.2
menſis qui ſit Galeno 208.p.4
menſium ſigna 253.p.4
menſium ſuppreſsionis & prauæ fluxionis cauſę 166.p.3
menſium non fluentium occaſio ac remedium 292.p.3.& 4.
menſibus prouocandis idonea 283.p.3.& 4
in Menſibus ſuppreſsis quomodo vacuandum 271.p.4.
menſtrua quibus auxiliis ſint euocanda 283.p.3.& 4.
menſtruæ mulierũ purgationes vt fiant 157.p.2
menſtrui ſanguinis vitium 167.p.1
menſtruorum retentionis cauſæ 167.p.1.&2
menſtruis ſuppreſsis perpetuò venæ quę in cruribus ſunt,ſecandæ 285.p.4
mentis emotio 169.p.2
μηρός,femur 2.p.3
meſſoribus veteres cur ſerpillum & allium in cibo miſcebant 106.p.1
μεταβάλλω 27.p.4
μεταπάρπιον 2.p.4
μεταποροποίησις 22.p.4
μεταποροποία ibidem
μεταςύγκρισις 22.p.4
μετασυγκριτικὰ medicamenta 22.p.4
methodici ſaxei 214.p.2
methodicorum imbecillitates 25.p.4.&26.p.1
methodicos rectè ſuis morbis tribuere cauſam continentem,noſtros nequaquam 25.p.1
μυλίται 33.p.1
mixtiones febrium 221.p.2
μνημονευτικοί 196.p.1
moderatio bifariam corrumpitur 18.p.4
moderatio non vna eſt,ſed varia 15.p.4
moderatũ quid,& quid immoderatũ 15.p.1.&2
molles nerui accommodi ſenſuum inſtrumentis 91.p.3
mollis quid ſignificet 187.p.2
Montuus notatur 90.p.1
morbus quid ſit 13.p.4.14.p.3.56.p.3.& 4 58.p.2.59.p.4.61.p.2.3.208.p.4.&209.p.2.1 fi.
morbus an iudicabitur,vnde cognoſcendum 237.p.2.
morbus compoſitus quãdo primò ſit ipſius inſtrumenti,& quando ex accidente 38.p.2
morbus compoſitus proprius oculi 38.p.3
morbus vtrum per iudicationem aut citra iudicationem finiẽdus ſit,vt cognoſcatur 227.p.2 238.p.3
morbus an mitis an malignus ſit, quomodo cognoſcendum 236.p.4
morbus calidus per excretionem iudicatur,frigidus per abſceſſum 251.p.1
morbus comitialis ex cerebri conſenſu 106.p.4
morbus ex morbo naſcitur 25.p.3.28.p.4 30.p.2.80.p.4.
morbus,ex permanentium numero eſt 43.p.3. 57.p.

©BIUM

57.p.3
morbus fiens propriè an ſit 58.p.2
morbus frigidus 24.p.1
morbus,immoderatio 15.p.1.&2
morbus in cõformatione quadrifariam accidit 50.p.4.
morbus interdum paulatim & citra iudiciũ ſoluitur 207.p.1
morbus non eſt perpetuò qualitas 14.p.4
morbus interdum ſubſtantia eſt 57.p.3
morbus peracutus 186.p.4.237.p.3
morbus quando vehementiſsimus 186.p.4.
morbus quamdiu duraturus ſit, quatuor è rebus cognoſcitur 185.p.1
morbus ſanitati contrarius 57.p.2
morbus vt ſit,requiritur ſenſibilis actionis læſio 19.p.3
morbus vt ſit,duo neceſſariò exiguntur 61.p.4
morbi cuiuſque principium proprium 184.p.1
morbi & naturæ ſimul opera 112.p.2
morbi fientis definitio 58.p.3
morbi fientes non ſunt morbi 54.p.4
morbi genus commune ſimplicium & compoſitorum corporum 22.p.1
eius inueniendi methodus ibidem
morbi genus nullum partibus ſimplicibus & cõmunibus proprium 22.p.1
morbi genus omne tertio aut quarto die cognoſci poteſt 220.p.3
morbi humidi cauſæ 47.p.3
morbi latitudo qualis ac quanta 19.p.4
morbi liberatio ſubita vt fiat 242.p.2
morbi mos 198.p.1
morbi natura primo ſtatim die cognoſci poteſt 208.p.3.
morbi nulla eſt cauſa continens 57.p.4
morbi ſicci cauſæ 47.p.2
morbi ſolius opera 112.p.2
morbi ſpecies propria vt cognoſcenda 171.p.3
morbi tempora cognoſcere,plurimùm adviſum artis confert 200.p.2
morbi tempora vt deſcribantur 183.p.4
morbi tempora vt quis prænoſcat, multo labore & tempore opus eſt 201.p.1
morbum ad eam partẽ ſpectare, quæ remaneat, alia ſublata 32.p.4
morbum eſſe vehementiſsimum, vt cognoſcatur 186.p.2
morbum in vigore primo die eſſe, vt cognoſcatur 202.p.1
morbi calidi quot de cauſis accendantur 39.p.4
morbi compoſitarum partium quatuor 20.p.3
morbi compoſiti 36.p.1&2
morbi compoſiti totius inſtrumẽti proprii qui ſint,& qui ex accidente 38.p.4
morbi contrariis tolluntur 9.p.1.&4
morbi & morborũ cauſæ 31.p.2.& p.4&32.p.1
morbi ex humoribus procreati varii 48.p.4
morbi ex immodico vini potu 45.p.4
morbi frequenter ſibi inuicem miſcẽtur 37.p.1
morbi frigidi 117.p.1
morbi in compoſitione, poſitu, cõſenſu partiũ 34.p.3.
morbi in figura aduentitii 27.p.3
morbi in figura natiui 27.p.3
morbi in magnitudine,differunt à morbis in numero 33.p.3.&4
morbi inſtrumentarii vnde naſcantur 27.p.1.
morbi non omnes qualitates ſunt 23.p.1
morbi etiam ſubſtantiæ ſunt 23.p.1
morbi nonnulli ſunt ſubſtantiæ 44.p.1
morbi omnes vlcera 8.p.4
morbi qui tantùm ad numerum referuntur. 53.p.2. qui ad numerum & magnitudinẽ ibi.p.3
morbi quidam ſtatim vigorem accepiſſe dici poſſunt 180.p.3
morbi ſimilarium partium &inſtrumentalium 37.p.1.&2.
morbi ſimplices compoſitis priores ſunt 13.p.2
morbi tales vel tales ſunt non propter temporũ appeliationem,ſed ob aeris ambientis temperamentum 310.p.3
morbi tres ſimul in vna & eadem parte 36.p.4
morbi vt vniuerſalia tempora morborum demonſtrent 174.p.3
morbis ſuperuenientia ad exquiſitã morbi cognitionem plurimùm conducunt 176.p.3.&4
morborum cauſę,& morbi,differunt 27.p.2
morborum compoſitionis in inſtrumentariis partibus modi 38.p.1
morborum differentiæ in numero 30.p.4
morborum dignotiones quales ſunt 223.p.4
morborum genera quot 39.p.2.&3
morborum genera quot in ſimilaribus partibus 18.p.4
morborũ partes ſeu tẽpora quatuor 170.p.3.&4
morborum prima quatuor genera 20.p.1
morborum primorum nullus qui ſimilaribus partibus proprii ſunt,ſine primorum elementorum cõtẽplatione curari ratione poteſt 25.p.4 26.p.1.
morborum propria ſymptomata quæ 176.p.1
morborum ſimplicium numerum inueniendi ratio 15.p.1
morborum in ſimplicibus accidentium partibus genera 39.p.2.&3
morborum ſpecies primis ſtatim diebus cognoſcendæ medico 207.p.3
morborum tempora vniuerſalia vt diſtinguenda 171.p.1
μωρία 67.p.1.
morientium modi tres 242.p.4.&243.p.1.
morituri ægri tempus quod ſit 244.p.4.

©BIUM

& 245.p.2.
μώρωσις 67.p.1
morſus hominis homini lethalis non eſt 9.p.3
mors quid 240.p.3
mors quo tempore accidit 242.p.1
mortis diei prænotio 246.p.3.& 4
mortis & ſalutis ſigna 196.p.4.& 197.p.1
mors interdũ ægro ſuperuenit in vniuerſali declinatione 246.p.1
mortis modi tres citra iudicium morientium 245.p.4
mortem ſibi nõnulli prẽſtantiſsimi viri doloris impatientia conſciuerunt 65.p.1
mos, qui & modus 171.p.3.172.p.3
mos morbi 233.p.3
mos morbi 286.p.4
moris morbi ſigna triplicia 198.p.1
morem morborum ſignificantium ſignorũ diuiſio 197.p.2
mores & indoles ex oculis coniectantur 230.p.4
mota cauſa magis infeſtat quam quieſcens 128.p.3.
motrix actio, continens inſtrumentum vnũ habet 63.p.3.& 4
motricum actionum ſymptomata 65.p.2
motus actiuus, & motus paſsiuus 57.p.2
motus calorem excitat 6.p.4.40.p.1
motus celeritatem adiuuantia 237.p.4
motus cordis in ſomno validior 110.p.1
motus deprauati ſpecies 111.p.4
motus & quietis effectus 261.p.4
motus interdum ſenſu tetento aboletur & corrà ſeruato motu perit ſenſus 91.p 1.&2.92.p.1
motus inteſtinorum propulſorij 147.p.1
motus morbi 237.p.4
motus. muſculorũ thoracis per nudas inæquales intemperies excitatus rigori ſimilis 131.p.1
motus non omnis pathos eſt 57.p.2
motus robuſtus 115.p.1.&2
motus ſecundum naturam 112.p.3
motus præter naturam plurimi epilogo comprehenſi 136.p.1
motus voluntarii inſtrumenta, muſculi 66.p.2
motũ muſculi & articuli maximè ſuſtinẽt 41.p.1
motu immodico ignis extinguitur 45.p.2
motuum deprauatorum ſpecies 65.p.2 &3.& 4.
muliebris fluxus cauſę 73.p.3.&4.166.p.4
muliebris fluxus vt vitietur 167.p.1.&2
quæ Mulieres venas maiores habent 272.p.1
mulierum grauidarum deprauata appetentia 104.p.2.&.3.
mulierum rigor præ otio ac deſidia 11.p.4
mulieribus candidis crura ſcarificanda 272.p.1
multum trifariam dicitur 153.p.4.&154.p.2
murmurillum quid 122.p.4
murmur 156.p.1&2
muſculus ex quo conſtat 4.p.1
muſculus, inſtrumentum motus 63.p.4
muſculus nullus ſenſu tactus deſtitutus 91.p.4
muſculus plus facultatis requirit ad motũ quã ad ſenſum 91.p.3.&4
muſculus vena & arteria, ex primis inſtrumentis ſunt 21.p.1.&.2
muſculus vnde componatur 21.p.2
muſculi iutemperies inæqualis 3.p.3
muſculi circum oſſa poſiti 127.p.1
muſculi intercoſtales 123.p.3
muſculi temporales 259.p.4
muſculi, voluntarii motus inſtrumenta 66.p.2 in fine. 116.p.2
mutari quid 186.p.4
mutatio magna quæ ſit 204.p.1
mutatio nulla niſi quę violenta eſt, & confertim fit, dolorem concitat 100.p.1
mutatio ſiue iudicatio optima quæ 234.p.1
mutationes acutorum morborum repentinæ ſunt 234.p.1
mutationum differentiæ ſex omnes in morbis 232.p.2.
μύσις 159.p.4

N.

NAres & palatum, excremẽtorum capitis inſtrumenta 50.p.1
Narium ſymptomata 88.p.2.& deĩ.
Narium vitia 64.p.4
ναρκωτικὰ, ſtupefacientia 110.p.3
Naſus duplici facultati ſeruit 88.p.3
Naſi meatus quando obſtruitur 88.p.4
Natatio in aqua frigida, cauta ſit 45.p.3
Natationes corpus exiccantes 47.p.2
Natura cuiuſque vt alteretur ac corrumpatur 5.p.1.
natura, facultas naturalis 14.p.1
natura, quid 49.p.3.111.p.4.203.p.1.265.p.1
natura idem quod vis aut facultas 241.p.2
natura cur aduerſus morbum quem vincere nequit, inſurgit 246.p.4
natura multas habet facultates quibus animal gubernatur 243.p.3
natura nequaquam ratione & mente prædita eſt 49.p.1.&.3.& 4
natura non eſt iners 49.p.3.243.p.4,
natura nullã corporis partẽ fruſtrà fecit 27.p.2
natura ſingula optimè diſpenſat 49.p.4
naturæ actio ſeu naturalis vnde dicta 63.p.4
naturæ brutorum animantium ſimiles noſtris edunt actiones quo ad alimenta & excrementa 49.p.4
naturę legibus quõ gubernetur animal 130.p.2.
naturæ modus qui ſit 138.p.2
naturę, morborum medici 243.p.4
naturæ motus ordinati 246.p.3
naturæ opera 112.p.2

naturæ

©BIUM

naturæ variæ acceptiones 112.p.2
naturale quod eſt,moderatum eſt 15.p.2
naturalis affectus & ſanitas haud diſtant. 15.p.1
naturales actiones,eędem & corporales.162.p.2
naturales actiones quæ 293.p.2
naturalium actionum ſymptomata. 67.p.3. &.4.
naturalium actionum è numero quæ practicæ. 162.p.3
naturalis facultas in dormientibus validiùs operatur 108.p.4
naturalis facultas per ſomnũ robuſtior. 109.p.1
naturalis facultas 258.p.1
naturales facultates in qũlibet corporis parte quatuor 68.p.1
naturales facultates omnibus corporibus inſitæ ſunt 162.p.1
naturalia inſtrumenta quantò humidior, tantò ad nutriendum magis idonea 165.p.4
nauſea quid 145.p.2.&.3
nauſea vomitum præcedit 124.p.1.&.3
nauſea,vomitus,liẽteria & cholera, expultricis facultatis deprauati motus ſunt. 145.p.2
nebula alba in vrinis quid indicet 214.p.1
nephritis quid 283.p.2
neruus auditorius 86.p.2
nerui duri,& nerui molles 91.p.1.&.2
nerui viſorij foramine peruij 78.p.2
in Neruis digerendis duplex naturæ ſcopus. 91.p.2
neruorum ortus & inſertio medico diligentiſſimè diſcenda 92.p.1
neruorum qui cauitatem ſeu meatum obtinẽt, facultas vt impediatur 90.p.1
neruorum ſurculi complures in cutem digeſti ſunt 91.p.3
neruus vt craſsior fiat 90.p.2
neutri verè qui ſint 56.p.4
neutrum corpus Galeno nullum eſt 19.p.4
Nicomachi Smyrnæi magnitudo corporis immodica 34.p.1
nidor 141.p.3
niger color oculis iucundus non eſt. 95.p.2
niger color quo proſit 95.p.4.&.96.p.2
niger icterus 164.p.4
nigerrimum ſplendidiſsimo minus infeſtat. 95.p.3.&.96.p.1
nigra bilis ægrè alteratur 5.p.3
nigra excreatio,& nigra vrina,malæ 178.p.1
nigredo in percuſsis partibus & afflictis quid ſignificet 276.p.1
nigrum ſputum 181.p.1
nihil fruſtra ab Hippocrate dictum. 198.p.4
nihil ſciens,nihil dubitat 42.p.4
nigrum omne craſſarum eſt partium. 95.p.3
nimium omne,naturæ inimicum 99.p.1
nimius cibus qui 109.p.1
nomina non ſunt ſingulis ſingularum partium doloribus impoſita 65.p.2
nomina nonnunquam propria fingenda. 59. p.1.&.3
nomina qualia rebus imponenda. 59.p.1.&.3
nomina quatuor eius quòd in vtero ex ſemine genitum continetur 105.p.1
nomina ſingula ſingulis rebus imponenda ſunt. 59.p.1
nominum etiam ſuorum quidam obliti poſt morbos 137.p.3
nominum inquiſitio an damnanda ſit. 59.p.1 179.p.2
de Nominibus celerrimè cũ aliis paciſcẽdum: de re diſceptandum 58.p.4
de Nominibus non eſt temerè iudicandum. 59.p.1
νωθρότης ἐρεθίσμῳ oppoſita 111.p.1
nono ferè menſe partus perficitur. 121.p.2
nox iudicationem præcedens,difficilis. 248.p.3
nocte etiam interdum ſanguis mittendus. 274.p.3
noctu cibus multus non ingerendus. 109.p.1
noxa etiam priuatio intelligitur 27.p.2
noxæ quæ intelligantur 62.p.4
noxæ actionum cur perperam morbis adſcribuntur 63.p.1
noxæ partium quæ actiones offendunt. 32.p.2
noxę ſenſificarum actionumcommunes. 64. p.2
noxarum omnium facultatibus accidentium communis cauſa 140.p.1.&.2
numerus quid 33.p.3
numeri aucti vitium in corpore humano. 54.p.1
numeri vitiati cauſæ 53.p.3
numeri differentiæ 20.p.3
numeri indecentis differentiæ duæ. 20.p.4
nutricatoriæ functionis ſymptomata 70.p.2
in Nutricum delectu curam ac diligẽtiam adhibere oportet 51.p.1
nutricum error in tractandis puerulis. 50.p.2 3.&.4
nihil Nutrit niſi ſecundum naturam. 153.p.4
nutriendi actionis ſymptomata 67.p.4
nutritio quid 149.p.3.trifariam accipitur. ibidem.
nutrititio naturalis eſt,non animalis:& perinde in ſtirpibus fit vt in animalibus. 101. p. 2. &.4
nutritio,naturalium actionum prima. 149.p.1
nutritio vt fiat.3.p.1.vt fruſtretur. 149.p.1.&.2
nutritionis abolitæ cauſæ 151.p.2.&.3
nutritionis ſymptomata tria 149.p.3
nutritionis vitiatæ ſymptomata 67.p.3

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 37 sur 637

O

Obesæ quæ 272.p.2
Obesi angustas venas habent. 263.p.4
obesorum curatio 51.p.4
obliuio suiipsius 67.p.2
obmutescentiæ repentinæ causa 45.p.4
obstetricum quarundam error in suscipiendis fœtibus 50.p.2.&.4
obstructio meatuũ quomodo fiat. 28.p.2.53.p.1
obstructio iecoris, vitiosi coloris in ictero causa 72.p.4
obstructionis causa 30.p.2
obturatio 22.p.4
occasio quid 255.p.2
ochra natiua vrina 192.p.2
ocio immodico ignis extinguitur 45.p.2
ociosæ ac desidis vitæ malum 11.p.3
oculus, pars instrumentaria 26.p.4
oculus, pars instrumentalis est 32.p.2
oculus vt vitietur 37.p.3
oculi inuersio 113.p.3.&.114.p.1
oculi hebetes, lachrymantes, rubicundi. 253.p.2
oculi indicia morum & indolis 230.p.4
oculi morbus compositus 38.p.1
oculi symptomata quindecim 68.p.2
oculorum altero clauso, alterius pupilla dilatatur 77.p.3.&.78.p.2
oculorum asperitates vnde fiant. 53.p.2
oculorum dolores 64.p.3
oculorum ludibria varia 83.p.3
oculorum vitia 64.p.4
oculis iucunda ac dolorifica 95.p.2
odor quid 72.p.2
odores saporibus proportione respondent. 97.p.2
odorabilia symptomata 72.p.1
odorata omnia calida 97.p.3
odoratus sensorium, cerebrum 86.p.3.&.4
œdema 12.p.1.248.p.4.228.p.1.262.p.2
ὄγκοι καὶ πόροι 15.p.3.243.p.4
οἰσοφάγος 100.p.4
oleum aptissimum ignis nutrimentum nõ semper flammam accendit 45.p.3
oleum obturatiuum 290.p.4
olfactiles affectus 72.p.2
olfactus & gustus sensus congeneres. 96.p.4
olfactus quomodo à gustu distet 97.p.3
olfactus instrumenti sedes 87.p.1
olfactus organa 88.p.4
olfactus quibus infestetur 94.p.1
olfactus sensus vaporis 97.p.2
olfactui iucunda ac molesta. 94.p.3.97.p.1.&.4
olfactum & gustum oblectantia ac molestantia. 96.p.4
omnino, quid sit 118.p.4
omnis morbus vlcus est 9.p.1
ὁμοιομερεῖς partes 17.p.3
on⁹ an quis ferre possit, vnde colligatur. 241.p.2
οὕτως ὑπνωτικά 110.p.3
opera animalis accuratè à symptomatis distinguenda 74.p.4
operatio omnis vt fiat, tempore opus est & magnitudine &c. 42.p.2
ὄφρυες, id est, supercilia 27.p.4.28.p.1
ὀφθαλμία 37.p.4
ὀφθαλμία, seu lippitudo ex accidenti visum impedit 85.p.2
opisthotonus 24.p.3.65.p.4
optima iudicatio non fit nisi in vigore. 186.p.4
optima vel pessima signa 199.p.1
oratio numerosa, quæ 96.p.3
ordo compositiuus ad docendum accommodatissimus 13.p.2
ordo conueniens sumendorum ciborum. 140.p.4.&.141.p.1
ὄρεξις 101.p.4
ὄργανον καὶ μόριον ὀργανικόν, differunt 14.p.2
ὀρμή 116.p.2
os ventriculi, stomachus 100.p.2
oris ventriculi nomina 100.p.3
oscitatio 66.p.3
oscitationes crebræ vt sanentur 125.p.2
osculorum apertio vt fiat 53.p.1
ossiũ capitis solutiõis varia sũt nomina. 55.p.4
ossa colatoria 123.p.2.&.4
ὀστᾶ ἠθμοειδῆ, seu κοσκινοειδῆ 87.p.2
ossa infantium mollia 51.p.1.in princip.
ὀστᾶ λιθοειδῆ 86.p.2
ossa vnde nutriantur 2.p.2
ossium nutrimentum 3.p.1
os ventriculi per abusum stomachus vocatur. 255.p.1
otalgia 64.p.4
ὀφθαλμός 105.p.2
ὀξυγλυκύ 273.p.3
ὀξύμελι 273.p.3
ὀξυρεγμία quid 143.p.4

P

Παλαίθη 179.p.2
Palpebrarũ magnæ phlegmones visum impediunt 85.p.3
palpitatio quid, & in quibus fit partibus. 117.p.3.&.4.119.p.3.&.4
palpitatio vt à conuulsione differat, & à tremore, & à rigore 120.p.1.&.2.&.3
palpitatiõis causa vnde venãda. 117.p.4.118.p.2
palpitantibus partibus influens substantia qualis sit 119.2
pandiculatio. 65.p.3.&.66.p.2.&.3.126.p.2
pandiculatio cur à somno magis proueniat. 126.p.3
panis vt nutriat etiam ossa 3.p.1.&.2
papauer 45.p.3.&.4
παρά-

©BIUM

παράκεσμα 89.p.2
παράκεσις 87.p.4.89.p.1.&.2
παράλυσις 90.p.3.145.p.4
παραφροσύνη .67.p.1
paraplegiæ 250.p.1
παράρθησις 34.p.4
παρέγχυμα 18.p.2
πάροδγον 170.p.2
paristhmia 166.p.1.&3
παρόρασις 64.p.4.85.p.1.89.p.1
parotides 235.p.1
parotides opportuno tempore apparentes nonnunquam salubres 242.p.2
παροξυσμὸς 171.p.1
pars aliqua tribus modis fit infirma aut imbecilla 50.p.1
partis cuiusq; excrementa considerandа.181.p.3
partis vt generis differentiæ veræ ac propriæ. 22.p.1
partis nullius actio impediri potest, quin aliqua ex parte essentia eius lædatur 162.p.1
partis simplicis iudicio sensus, morbi proprij. 21.p.1.& dein.
partes corporis bifariam incalescunt & refrigerantur 261.p.1
partium corporis diuisio 2.p.2
partes ex sese non dilatantur 118.p.1
partes infra thoracem, quarũ venarum sectione iuuantur 283.p.1
partes instrumentariæ & similares.2.p.4.27.p.2
quæ Partes morbis ab excrementis natis corripiantur 267.p.4
partes nonnullæ actionem toti animanti communem perficiũt.quædam nihil agunt.32.p.2
partes principes quod alienũ est, ad ignobiliores partes detrudunt 50.p.1
partes quadrifariam pereunt 53.p.4
partes quæ ab hominibus sine interitu auferuntur 31.p.3
partes extremas esse frigidas, internas autem calidas in acutis morbis, malum 178.p.3
partiũ tenuium quæ sunt, facile alterantur, quæ crassarum, difficilè 5.p.3
partibus singulis animalis facultas inest expultrix 121.p.3
particulæ compositæ sensus iudicio, proprij morbi 21.p.4
particularum corporis generalis diuisio. 2.p.3
partus perficiendi tempus 121.p.2
paruitas pupillę oculi ab vtero, acutissimi visus occasio 78.p.1.&3
pathema ab affectu differt. 57.p.1.&.2.&3
pathema seu pathos quid vocetur. 56.p.3.57.p.1.&.2.58.p.1.59.p.4
pathema idem cur à contrariis causis generetur. 133.p.3
pathos & pathema à morbo & sanitate differt. 57.p.2
pathos & symptoma vt differant. 61.p.3.4.& 62.p.1
πάθος *non rectè affectum reddideris* 58.p.4
quod Patitur, vicissim aliquid in id quod agit efficere solet 150.p.4.&.151.p.3
πῆχυς 2.p.3
πηλίκον 33.p.3
πηλικότης *ibid.*
pellacia mulierum prægnantium 104.p.4
penuriæ sensus appetentiam facit 101.p.2
penuriæ sensus ventriculo cur inditus. 101.p.4
πέψις 69.p.4
per se, quid 60.p.2
per se facere, quid 61.p.1
peracutus morbus 186.p.4
perfecta concoctio.203. p.4.debilis & obscura. ibid.
perfrictio præparatoria 56.p.1
Pergamum Galeni patria 289.p.4
peripneumonia 234.p.3
περίδρασεις 31.p.4
peritonei dissectio 54.p.4
permanentia quæ 58.p.1
περόνη 2.p.3
Persicæ stirpis mirum 150.p.2.&3
perspiratu carentia faciliùs putrescunt. 6.p.1
perspiratu carentia, putrescunt 10.p.2
perturbatio ægrotantis sub iudicationem. 242.p.2
perturbationis morborum modi tres cum æger seruatur 242.p.3
perturbationes animi 133.p.4.230.p.3.231.p.2
pes & manus quorum instrumentorum sint. 21.p.3
pedis partes 2.p.3
pedum vitia 27.p.4
pestilentiæ mira vis 67.p.2.137.p.3
à Pestilentia seruati quidam nec seipsos agnoscentes 66.p.4
πῆξις *quid significet* 24.p.3
phagedæna 1.p.1.12.p.1
φαντασία 64.p.1
phantasiæ oculorum vnde nascantur 83.p.3
φάρυγξ 285.p.1
Philoctetus seipsum necauit vi doloris adactus. 65.p.1
philosophorũ ridicula de olfactus organo sententia 87.p.2
phlebotomiam Chrysippus Cnidius sustulit. 254.p.3
phlegmone quæ dicatur. 3.p.3.4.p.1.23.p.1.36.p.3.228.p.1.262.p.2
phlegmone compositum vitium 38.p.3
phlegmone faucium. 285. p.1.oculorum ibid.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 39 sur 637

©BIUM

phlegmone,ſimilarium partiũ morbus. 37.p.3
phlegmone vox quomodo veteribus vſurpata. 224.p.2
phlegmones generationẽ quid ſequatur. 4.p.1
phlegmones multifariæ alterationes. 6.p.1
phlegmones pulſus 213.p.4
in phlegmone cur excitetur febris 227.p.4
φλύκταινα *puſtulæ* 148.p.4
phrenitis 234.p.3.&.4.292.p.2
phrenitis vnde accidat 138.p.1
phrenitis morbus calidus & ſiccus, & in actionibus practicis fortiſsimus 165.p.1
phrenitici cuſuſdam hiſtoria 66.p.4.67.p.2
φρίκη,*horror* 127.p.2
φθίσις,*tabes* 34.p.1
φθόη 34.p.2
pica mulierum prægnantium 104.p.2.3
πικροχόλοι 266.p.1
pingues & dulces ſucci iucundi 97.p.3
pinguia & dulcia in amaram bilem conuertuntur 192.p.3
piper cõfertim eſum, & calida ſuperbibita,ſingultire faciunt 145.p.2
pituita acida etiam famelicos facit 102.p.3
pituita,dulcis ſuccº. 97.p.1.&.2.&.4.&.98.p.1
pituita & amara bilis ſimul redundantes. 48.p.2
pituita,frigida & humida eſt. 37.p.1.48.p.3
pituita frigidiſsima 5.p.3.&.6.p.1
pituita vitrea 106.p.3
pituitæ vitreæ frigus 11.p.4
pituitoſus humor ægrè accenditur 203.p.1
pituitoſus humor, vitreus quibuſdam dictus. 10.p.4
pix liquida, & pix naualis cui vſui poſsint eſſe. 209.p.4
placidæ febres 200.p.3
plancæ,planæ tabellæ 27.p.3
planci 27.p.4
plancorum inceſſus 27.p.3
Plato quo tempore vixerit 92.p.3
Platone antiquior Hippocrates. 92.p.3
plauti & ploti 27.p.4
Plautus poëta vnde nomen acceperit. 27.p.4
plenitudo duplex. 257.p.2.&.258.p.3.&.4
plenitudinis qualitas biſariam cognoſcitur. 264.p.1
plenitudinis ſpecies vt diſtinguendæ. 264.p.2
in Plenitudine ad vires,non ſemper mittendus ſanguis 264.p.4
in Plenitudine vtraq;,celeriter vacuãdũ.262.p.3
plenitudines à ſuppreſsis menſibus ortæ,à cruribus vacuandę 272.p.1
plethorica ſyndrome 269.p.1
plethoricum corpus vt fiat 46.p.3
pleuritici conſideratio. 203.4.&.204.p.3
pleuriticorum pulſus 225.p.4
pleuritis morbus quando eſſe dicatur. 58.p.2
pleuritidis ſymptomata. 171.p.4.176.p.1.&.4 225.p.2
in Pleuritide,ſecunda acceſsio ferè tertia die fit 180.p.3
in Pleuritide tutius eſt miſsione ſanguinis vti, quàm purgatione 268.p.2
in Pleuritide quæ vena ſecanda. 279.p.2.& 280.p.1.&.2
cur in Pleuritide in contrario latere vena non ſit incidenda 280.p.3.&.4
ploti 27.p.4
plumbum cæterorum metallorum molliſsimũ & humidiſsimum 163.p.3
pneumatici. 114.p.3.124.p.1.&.125.p.1
πνευμάτωσις 69.p.4
πνεῦσις ἢ πνιγέα *quid ſit* 45.p.2
πνιξὺς ὀδύνη,*quid* 101.p.1
podagræ & articulorum doloris curationi parcimonia victus neceſſaria 266.p.1
polypus 31.p.2.150.p.1
poples 272.p.1
poplitis venæ ſectio 284.p.2
περιπολία 22.p.4
politus indecens 20.p.4
πόσον *Græcis biſariam accipitur* 33.p.3
ποσότης 33.p.3
poſtbrachiale 2.p.4
in Potionis appetentia ſymptomata tria. 105. p.3.&.4
practicæ actiones 162.p.3.165.p.3
practicarum ſcriptores cur morbis continentes cauſas aſsignant 63.p.1
præcedẽtium dierum recordatio plurima commonſtrat 246.p.3
præceptores ſtatim optimi deligendi. 58.p.4
præcluſio veſicæ quid.159.p.4.eius cauſæ.ibid.
prædicturus medicus de morbo,ſigna omnia obſeruare debet 196.p.2
prænotionis via breuiter monſtrata. 244.p.4
prænotiones vnde comparantur. 208.p.3
prænotionis ſtudium in medico 198.p.2
præpoſterus ordo quis dicatur in cibis ſumendis 140.p.2
præter Naturam quod eſt,iniucundum, ac etiã dolorificum eſt 92.p.1
præter naturam quæ 153.p.3
prauas qualitates qui appetant. 104.p.2.&.3
πρηνής 24.p.1
Priapiſmus 34.p.1.&.2.167.p.4
primæ qualitates 37.p.1
primæ partes 2.p.4
primi indices & iudicatorij dies non eandẽ vim obtinent cum poſterioribus 204.p.2
primi morbi dies 205.p.1.&.4
primo ſtatim die morbi natura cognoſci poteſt 208.p.3
principis actionis læſio 138.p.1

princi-

©BIUM

principis animæ actionis tres differentię.63.p.4
principum actionũ tria tria prima ſymptomatũ genera 137.p.2
principium variè intelligitur.174.p.1.178.p.4. &.205.p.3.&.4
principiũ bifariã à medicis vſurpatũ. 179.p.2.4
principium quid appellet Hippocrates.185.p.4
principium ſeu axioma,quid 98.p.2
principium medicum 13.p.3
principiũ ex ſignis cõcoctiõis cognoſcit.185.p.1
principium inartificioſum & proprium in morbis 184.p.1
principium latitudinem obtinens,quod artificio caret 180.p.2
principium morbi quid ſit, multam habet dubitationem 173.p.4.185.p.4
principiũ oĩm morborũ ęquale nõ eſt. 174.p.2
principium morbi proprium, concoctione definitur 183.p.4.&.184.p.1
principium quomodo ceſſabit 203.p.3
principium ſingulorum proprium.185.p.3.&.4
principium verum primus omnium Hippocrates exquiſitè manifeſtat 185.p.2
principij completi ſignum. 205.p.4.in fi.& dein.&.206.p.2
principij finis vt cognoſcendus.202.p.1.203.p.3
principij tẽpus nunc longũ,nunc breue.201.p.4
principio in dubio quæ medela 174.p.2
principia 257.p.3.258.p.2
principiorum naturæ fidem habere debet medicus 244.p.2
πρόβλημα 254.p.4
profluuium muliebre 74.p.2
profluuij ſanguinis è naribus ſigna. 253.p.1.&.2
prognoſticorum Hippocratis capita. 178.p.4
prolixitas duplex. 219.p.3.220.p.3
prolixitas Galeno vitata 220.p.1
πρόφασις 107.p.1.&.230.p.2
proprium quid ſit 21.p.4
propriæ actiones quæ dicantur 29.p.2
propria morborum ſymptomata. 176.p.1
προσκόπτω 114.p.2
προσπταίω 114.p.2
proprietas quædam temperamenti cuiuſq; animantis corpori ineſt, vni naturæ conſentiẽs, alteri diſſentiens 9.p.3
πρόσθεσις 164.p.1
prudentes quidam natura 218.p.3
pruritus,quid 136.p.3
pruritus quos vexat 136.p.2
pruritus ſymptoma 64.p.3
πτόφοι qui ſint 62.p.4
pterygium, oculi morbus eſt inſtrumentatius. 27.p.1.31.p.2.85.p.3
πτηρυγώδεις cur dicti tabidi. 52.p.1
πτύελον ſputum 177.p.1
πτύσμα 177.p.1
pudendi vitium 34.p.4.&.35.p.1
pueri cur per breuia interualla & vomunt & deiiciunt 164.p.3
pueri extremè humidi 165.p.4.277.p.3
pueri facilè quod moleſtat excernunt. 164.p.2
pueri nõ ſunt virib⁹ imbecillis præditi.269.p.4
pueri facillimè nutriuntur 163.p.3
pueri quotidianæ febri obnoxij 216.p.2
puerorum calor 164.p.3
puerorum corpora vt non rectè conformentur 50.p.2
puerorum cum iuuenibus collatio. 163.p.4.& 164.p.2.&.165.p.4
puerorum viſa 83.p.3
puerorum vrinæ 195.p.1
pueris alimenta commoda 163.p.4
in Pueris quæ facultates optimæ. 164.p.1.&.2
pueris vſq; ad.xiiij. annum non mittendus ſanguis 275.p.4
pulmo cur circumpoſitus cordi 109.p.4
in Pulmonis humorem ſomni cauſa probabilius reiicitur 110.p.1
pulſandi facultatem inſitam quam vocet Galenus 118.p.4
pulſatio cordis & arteriarum an ſimiliter fiat. 118.p.2
pulſus arteriarum quò conferat. 46.p.1
pulſus æqualitas 232.p.1
pulſus bonarum declinationum.245.p.3.malarum.ibidem.&.246.p.1
pulſus ex quibus eſt compoſitus, 46.p.2
pulſus formicans 115.p.4
pulſus inæqualis 213.p.3
pulſuum cognitio neceſſaria medico. 208.p.2
pulſuum inæqualitas duplex 213.p.3
pulſus paruus,rarus,tardus 213.p.2.&.3
pulſus ſigna Hippocrates neglexit 252.p.3
pulſus phlegmones 213.p.4
pulſus pleuriticorum 225.p.4
pulſus quartanæ 215.p.2.4
pulſus quotidianæ febris 216.p.3
pulſus tertianarum febrium.212.p.4.& quartanarum ibid.&.213.p.3
pulſus timoris,& iræ 134.p.4
pulſus vndoſus,mollis,durus,altus 252.p.2
pulſuum immutatio 276.p.4
pulſuum ſymptomata 67.p.3.&.4
punctorius dolor 176.p.4
pupilla in oculo 38.p.1.77.p.2
pupilla morbi ratione minor reddita, non ſuapte natura,mediocri deterior cur ſit.77.p.4 78.p.3
pupillæ amplitudo, ſymptoma eſt, non morbus 80.p.3
pupillæ anguſtia natiua viſioni confert. 78.p.3.
pupillæ anguſtia, ſymptoma eſt 80.p.4

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 41 sur 637

©BIUM

pupillæ diſtortio 38.p.1
pupillæ ſtylo punctæ ſanatio 84.p.4
purgandum nõ eſſe ante perfectam concoctionem.186.p.1.nec tum ſemper.ibid.
purgãti medicamento quibus in morbis in principio vti liceat 185.p.3
purgare quando debeat medicus 186.p.1
putredo calorem excitat 40.p.1.&.4.41.p.2
putredo,febris cauſa antecedens 44.p.3
putredo humidis magis q̃ ſiccis accidit. 41.p.2
putredini magis obnoxia corpora 6.p.2
putredine calefiunt corpora,ſemina,& ſtercora 40.p.2
putrefactioni non obnoxia 41.p.2
putreſcentia,calida & humida ſunt. 228.p.2
putreſcẽtia excremẽtũ humidũ cõtinent.41.p.2
putreſcentia in corpore quæ dicantur. 9.p.4 &.10.p.1.&.2
putreſcentia in corporibus animantium immodicum calorem excitat 41.p.4
putreſcentiæ cauſæ 53.p.3.&.4
à Putribus humoribus ortarum febrium genera tria 223.p.1
putrida febris 10.p.2
πυλωρὸς,*ianitor in ventriculo.* 121.p.4.145.p.3
πυρακτέω,*comburo* 24.p.1
Pyramides,ſingulas ĩ oculo ſĩgulę res effi.83.p.2
πυρακτώδεις 24.p.1
πυρίκαυτα 24.p.1

Q

Qualitas idem quod ſpecies ſignificat. 276.p.4
qualitatũ primarũ efficaſsima caliditas. 39.p.4
quando ex proximis venis vacuandum.280.p.2 quando ex diſtantibus.ibid.
quando in profluuio ſanguinis è naribus vena ſit ſecanda 272.p.3
quando vacuationem partiri oporteat. 273.p.3
quantitas duplex 33.p.2
quantitas cuiuſq; præſidij artem coniectricem facit 272.p.4
quantitas in re medica nec dici nec ſcribi poteſt 273.p.1
quantitatis ſpecies 33.p.3
quantitate lethalia,non genere 45.p.4
de Quantitate vacuationis varię veterum opiniones 278.p.1
Quartana ante annũ vix deſinit 175.p.1 215.p.4
quartana vndecim ſignis deprehẽditur. 215.p.2
quartanæ exquiſitè ſigna 215.p.1
quartanarum febrium pulſus. 212.p.4.213.p.2
quartanæ autumno abundant. 215.p.1.&.3
quartanæ duæ & tres complicantur. 221.p.4
quartanę quibus magis accidant 248.p.4
quartanarum duarum complicatio. 222.p.4
quartanarum duratio 174.p.4
quartanos circuitus idem homo nonnunquam habet 219.p.1
quartanarum rigor mixtus 133.p.2
quartus dies genus omne febriũ indicat.221.p.2
quartus liber de ſimplicium medicamentorum facultatibus non oſcitanter legendus. 97.p.1
quartus de victu acutorum morborũ liber non eſt Hippocratis 270.p.1
quarto ſaltem die complicatos omnes morbos medicus debet cognoſcere 225.p.2
Quaternarij ἐπίδηλοι καὶ διάφοροι 184.p.1
quaternariis ſingulis & indicibus diebus obſeruanda ſigna 201.p.1.&.3
quatuor ſunt ex quibus corpora animãtiũ conſtant 17.p.2
quatuor duntaxat humores 48.p.3
quatuor naturales facultates.49.p.1.&.2.112.p.3
quies quid 115.p.1
quies laſsitudini conducit. 98.p.2.3.&.4
quieſcendum à labore ſtatim vbi laſſari incipimus 99.p.1
quietis genera tria 114.p.4
quod fit,propriè non eſt 58.p.2
quotidiana febris à quibus rebus fiat.216.p.3.4
quotidiana febris vt à tertiana diſcernatur.216.p.1.vt à quartana.ibid.p.2
quotidianæ febris calor 216.p.2
quotidiana febre laborantes, ore etiam ventriculi & iecore malè afficiuntur 216.p.3

R

Radius 2.p.3
ῥαμβοὶ,*vari* 27.p.4
ῥακοειδὴς *tunica,rnea* 37.p.4
ramentum quid 158.p.4
ramentoſæ excretiones 158.p.4
ramices 34.p.4.54.p.3.&.4
raritas calorem extinguens 45.p.1
raritas ignem extinguit 45.p.2
raritas quomodo frigefaciat 47.p.1.&.2
Raſij error 78.p.4
ῥαστώνη 233.p.1
ratio à natura diſtincta 49.p.4
ratio bifariam demonſtrat 257.p.1.&.3
ratiocinatio 64.p.1
ratiocinationis noxa 66.p.3.&.4
ratiocinatricis ſymptomata 67.p.1.&.2
rationalis animę principatus in cerebro.108.p.4
raucedinis cauſa 73.p.3
raucitas 166.p.1.&.3
recluſionis vaſorum cauſæ 74.p.1.&.2
recordatio præcedẽtiũ dierũ quo cõſe. 248.p.1
rectitudo 278.p.2.&.4.&.279.p.2
rectitudo in pleuritide cur obſeruanda.280.p.1
reditus in naturalem ſtatum ex innaturali, volu ptatẽ habet.97.p.2. &.98.p.2.4.&.99.p.1.2. & dein.p.4.&.100.p.1
redundans duplex eſt 49.p.1
redundantes partes bifariã virt° format. 54.p.1

refrige-

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 42 sur 637

refrigerantia palpitationē efficiunt 119.p.4
refrigerantium vicinitas 44.p.4
refrigeratio calorem accendens 40.p.4
refrigeratis in partibus cur accidat palpitatio. 119.p.3.&.4
regio quartanis obnoxia, quæ 215.p.3
regius morbus 67.p.4
ῥήγνυσθαι quid 247.p.1
renes, ancipites sunt partes 283.p.1
repastio, vt vocant 150.p.4
repentè à morbo nemo liberatur sine iudicio. 245.p.1
reptilium caro, qualis 150.p.1
in rerum cognitione successus consistit, non in nominibus 59.p.1
rerum substantia intuenda 68.p.4
rebus singulis singula imponenda nosa. 59.p.3.
resolutio quæ 90.p.2.&.4.&.113.p.1
resolutio quō figurā naturalē vitiet. 52.p.2
resolutio gulæ quale symptoma. 145.p.3.&.4
resolutionis varietas, & nomina multa. 112.p.4
respiratio quid 72.p.1.&.2
respiratio cohibita cur tussim sanet 125.p.1
respiratio, cordis calorem seruat 46.p.1
respirationis symptomata 66.p.1
retentio deiectionum, naturalis actionis noxa. 113.p.2
retentionis & excretionis immodicæ, tres differentiæ 73.p.3
retentrix facultas expultrice imbecillior est. 163.p.3
retentricis facultatis symptomata. 68.p.4.69.p.4.70.p.4.144.p.1.&.2.&.3.
retentricis & expultricis facultatis collatio. 163.p.3
retractio 279.p.1
reuulsio semper ad contraria fit, nō tamen semper ad distantissima 280.p.3
reuulsionis cōsideratio. 290.p.1.291.p1.& dein.
ῥῆξις 55.p.4
ῥήξεις quid 247.p.1
rhœas 34.p.1
rigere simul & febricitare vt contingat. 10.p.4.& dein.
rigor ab externa causa frigida excitatus quomodo curetur 131.p.4
rigor ęgrotātiū, & rigor sanorū. 127.p.2.129.p.3
rigor ardentem febrem sanat. 128.p.4.129.p.3.
rigor corporis 110.p.4.&.111.p.3
rigor & horror à mordaci & mota causa excitatur 128.p.4
rigor ex calida etiam causa. 211.p.4.& dein.
rigor ab excremēto mordace excitatur. 130.p.2
rigor an febrem semper sequatur 11.p.3.4
rigor in febre ab inæquali intēperie fit. 9. p.1.4
rigor iudicatorius vt præcognoscēdus. 251.p.4
rigor lethalis 132.p.3.&.133.p.2.136.p.1
rigor morbosus qui sit 129.p.4
rigor non per se, sed ex accidenti sanat febrem. 129.p.4.
rigor qualis sit motus 120.p.2.&.3
rigor quantò vehementior, tantò breuior. 135.p.3.&.136.p.1
rigor quartanarum 133.p.2.215.p.2
rigor quomodo fit 127.p.4.& dein.
rigor quotidianæ febris 216.p.3
rigor symptoma simul & signum 129.p.2
rigor tertianæ à quartanæ rigore vt differt. 212.p.1.&.3
rigor verus à frigidis humoribus nunquā procreatur 132.p.2.133.p.2
rigor vt differt à conuulsione & palpitatione. 130.p.3.&.4
rigor vt excitetur, causam etiam moueri oportet 129.p.1
rigoris dolor 135.p.4
rigori num semper succedat febris. 132.p.2.&.4
in Rigore duo fiunt 129.p.3
rigores sine febre cur veteres non viderint. 132.p.2.&.133.p.1
rigoribus cur extremæ corporis partes refrigerantur 135.p.3.&.4
robur virtutis à copiosa cruditate exoluitur. 275.p.3
ῥωγμὴ. quæ sit 55.p.4
ῥοιὰς 34.p.3
Romani senatores vehiculis vsi 282.p.2.&.4
rubrum quādo in pleuritide expuitur. 229.p.4
ructus 72.p.2.155.p.4
ructus acidus, imperfectæ cōcoctionis signum. 143.p.4
ructꝰ acidi in quotidiana febre cur fiāt. 216.p.4
ructuum symptomata 72.p.1
rufus color. 191.p.4. flauus ibid.
rufus color idem qui aureus 192.p.4
ruptio 35.p.4.&.36.p.1.55.p.3.151.p.4
ruptionis vasorum causæ duplices. 152.p.2
ruptura 34.p.4.55.p.2.&.4
ῥυθμὸς 96.p.3

S

SAepiùs per annum incidere venam, noxa non caret 293.p.2
Sal quare carnes seruet, & à putredine tuea tur. 41.p.3
saliua hominis, venenatis aduersatur 9.p.3
saliua hoīs viperæ pnicioſa, & contrà. 9.p.1.&.3
saliua tenuis ac multa. 252.p.4
saltus sanguinis 152.p.3
sanæ quando putantur esse actiones partiū corporis 13.p.2.&.3
sani plenitudinē ad vires īterdū incidūt. 259.p.3
sanorum & ægrotantium multiplex varietas. 16.p.1.19.p.3
sanis facultates singulæ robustiores sunt. 118.p.3

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 43 sur 637

©BIUM

ſanos quando ſe putant homines,& quando ægrotos 13.p.3.14.p.1
ſanitas quid ſit 13.p.4.59.p.4.259.p.3
ſanitas deficiens 19.p.1
ſanitas ſiue moderatio duplex.19.p.1.3.190.p.4
ſanitas & morbus in vno conſtituuntur genere. 14.p.1
ſanitas & morbus in eodẽ genere cõſiſtũt.15.p.2
ſanitas in conſtitutionibus non in actionibus quærenda 14.p.2
ſanitas in quo conſiſtat 39.p.3
ſanitas intenſa & abſoluta 19.p.1
ſanitas remiſſa intemperata,deprauata 19.p.2
ſanitas,moderatio 15.p.1.&.2
ſanitas naturalis eſt conſtitutio 14.p.2
ſanitas non eſt actio 14.p.2
ſanitas,ſcopus & finis medici eſt 60.p.3
ſanitas ſimilibus ſeruatur 9.p.1.&.4
ſanitatis latitudo 19.p.3
ſanguis bifariam craſſus dicitur 271.p.2
ſanguis bifariam fit vitioſus 152.p.4
ſanguis bilioſus aut ſpirituoſus faciliùs in corpore accenditur 6.p.3
ſanguis,calidus & humidus eſt 37.p.1.48.p.3
ſanguis cur ſplendens 158.p.1.&.2
ſanguis in ſiniſtro cordis ventriculo calidiſſimus. 6.p.3. & perpetuò mouetur.ibid.
ſanguis interdum vbi nulla eſt plenitudo, mittendus eſt 267.p.1
ſanguis nimium erumpens vt ſiſtẽdus. 290.p.4
ſanguis poſt flauam bilem calidus 5.p.3
ſanguis primùm in arteriis calefit, poſt in venis. 5.p.3.&.4
ſanguis ꝓ ſua qualitate carnẽ immutat.149.p.4
ſanguis cur putreſcat in phlegmone. 228.p.4
ſanguis putreſcens bilioſus fit 228.p.1
ſanguis quando ad animi defectionem mittendus 274.p.2
ſauguis ſemper è directo mittendus. 279.p.1
ſanguis tenuis & ſeroſus vnde generatur.74.p.2
ſanguis varios accipit colores 193.p.1
ſanguinis deiectio,præter naturam 74.p.4
ſanguinis effluxus quando ſit cohibendus ſigna tria 276.p.3
ſanguinis per nares eruptio, vt præter naturam ſit 74.p.4.75.p.2
ſanguinis excretiones omnes, excepta ea quæ per vterum fit,toto genere præter naturam fiunt 152.p.2
ſanguinis feruentis copia laborantibus, ſanguis vſque ad animi defectionem mittendus. 274.p.3
ſanguinis generatio,ꝓpria iecoris actio. 29.p.4
ſanguinis miſsionis conſideratio. 254.p.3.&.4. & dein.
ſanguinis mittẽdi primi & maximè proprij ſcopi. 268.p.3.&.269.p.2
ſanguinis mittendi dignotionem tria continẽt. 269.p.3
ſanguinis mittendi occaſio quomodo dierum numero amittatur 287.p.2
ſanguinis miſsio ſæpiùs iterata efficacius reuellit 275.p.1
ſanguinis miſsionem cur ægri ferre nõ poſſunt. 255.p.1
ſanguinis miſsionem ex venis poplitis & malleoli, iam retractionem, iam deriuationem vocat Galenus 283.p.4
ſanguinis miſsionem iterandam eſſe 281.p.3
in ſanguinis miſsione primi ſcopi expendendi decem 263.p.1
ſanguinis miſsione innoxiè vti volentibus,quæ ſint cognitu neceſſaria 275.p.3
ſanguinis miſsione vſuris tria principiò ſunt conſideranda 254.p.4
in ſanguinis miſsione rectitudo obſeruanda. 278.p.4
ſanguinis mutatio quando expectanda in vacuatione 276.p.4
ſanguinis narium profluuium,iudicatorium ſignum 182.p.3
ſanguinis profluuij è naribus ſigna 253.p.3
ſanguinis ſaltus 152.p.3
ſanguinis ſpuitioni idonea thoracis ſtructura. 271.p.1
ſanguinis per vterum vacuationes ſolùm quantitate præter naturam ſunt 151.p.4
ſanguinis optimi vapor 46.p.3.&.4
ſanguinis plus veteres quàm hodie fit,detraxiſſe 277.p.3
ſanguinem in arteriis ineſſe 119.p.1
ſanguinem in iudiciis per rectitudinẽ profluere oportet 233.p.4.&.234.p.4
an ex ſanguine putrefacto fiat febris. 228.p.1
ſanguine alũtur omnes partes corporis.260.p.2
ſanguifica facultas vbi ſita 143.p.1
ſapores guſtum contriſtantes 94.p.3
ſaporum indicationes. 73.p.1
σάρκωμα quid 31.p.2
ſaturitatis malum 11.p.3.51.p.1
ſatyri vnde dicti 52.p.1
ſayrorum figura 52.p.1
ſatyriaſis quid ſit 48.p.4.52.p.1
ſcabie & lepra laborantes aliis magis pruriunt. 136.p.3
ſcarificationis conſideratio. 290.p.1.&.292.p.4 & dein.293.p.2
σκληραὶ febres facilè diſcutiuntur 143.p.4
ſciatica 284.p.2
ſcirrhus 34.p.2.262.p.2
ſcopus & finis differunt 60.p.3
ſcopi in ſanguinis miſsione cõſiderandi.263.p.2
ſcriptum nullum calumnias effugere poteſt. 219.p.4

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 44 sur 637

©BIUM

INDEX.

Scybalon,durum ſtercus 147.p.2
ſecretrix facultas diſtat ab expultrice 148.p.1
& quæ ſit ibidem
ſecretricis facultatis ſymptomata 147.p.4. & 148.p.1.& 2.
ſecta ſpecula quomodo res oſtendunt 77.p.1
ſecunda aut Secundina membrana 105.p.1
ſecundæ qualitates 73.p.2
ſecundum naturam quod eſt,iucundũ eſt 92.p.1
ſedes 55.p.2.& 4
ſegnis à lectione librorum Galeni abſtineat 209.p.4.
ſeminis profluuium 114.p.1
ſeminis retenti malum 107.p.4
ſemini retento maior vis eſt ad inferendam noxam,quàm menſtruis retentis 100.p.2
ſemina putrefacta concaleſcunt 40.p.1.&.2
ſemicocti humores,qui 142.p.2
ſemitertiana febris 220.p.4.222.p.1.& 2
ſemitertianæ cum tertiana intermittente commixtio 222.p.2
ſenectus,intemperies quædam 116.p.4
ſenectus inter omnes ætates ſola frigida 137.p.4 164.p.4.
ſenectus ſubviriũ robore cõplectitur 269.p.4
ſenectus tremoribus obnoxia 116.p.4
ſenectutis extremæ ſymptomata 137.p.3
ſenes qui 179.p.2
ſenes admodum quomodo caligent 84.p.4 & 85.p.2.
ſenum incommoda quo ad nutritionem 163 p.4.quo ad omnes actiones 164.p.4
ſenioru morbi 250.p.1
ſenioribus quam ętate florentibus minus ſanguinis detrahendum 276.p.2
ſenſifica facultas 76.p.2.&3
ſenſificarum actionum ſymptomata 64.p.4
in Senſificis actionibus triplex ſymptomatum differentia 76.p.2
ſenſificum primum,cerebrum 65.p.2
ſenſilis animę actio in quinque differentias diducitur 63.p.3.& 4
ſenſim & paulatim quod fit,ſenſu haud percipitur 62.p.1
ſenſitiuum primum 64.p.2.65.p.1.2.108.p.1
ſenſitiui primi ſymptoma 107.p.4
ſenſorii auditus ſymptomata 85.p.4
ſenſoriũ primũ & ſenſus cõmunis,idem. 108.p.2
ſenſus 255.p.2
ſenſus à ſenſibili patitur 91.p.3.&.4
ſenſus & motus totius corporis vt amittatur repentè 46.p.1
ſenſus & motus noxa ex nimia alimentorum copia 45.p.3
ſenſus inſtrumenta duplex neruorum genus ſibi vendicant 91.p,2
ſenſus manẽs ſublato motu 92.p.1.& cõtrà.ibi.
ſenſus oẽs delectatiõe & dolore afficiunt 92.p.1
ſenſus ſine alteratione non fit 7.p.2.8.p.1
ſẽſu exquiſitiſsimo p̃ditũ eſt osvẽtriculi 100.p3
ſenſus commnis 64.p.1
ſenſus communis & primum ſenſitiuum vna res 64.p.1.& 2
ſenſum communẽ fingere nhil opus eſt. 64.p.2
ſenſuum ſymptomata communia 64.p.4
in Sẽſuũ vnaquaq; ſede duplex eſt ſeuſus. 89.p2
ſentiẽdi ac mouendi facultas vt iupediat 90.p.1
ſentiendi difficultas 64.p.2
ſentiendi facultas à cerebro ſingulis animalis partibus ſubminiſtratur 107.p.4
ſentiri ex accidente quæ dicantur 88.p.1
ſeptimanę vt numerandæ 199.p.4
ſeptum tranſuerſum Græci φρένα .i.mentẽ vocant 107.p.1
ſermonũ forma media quæ 219.p.4.& 220 p.2
ſex libræ ſanguinis quibuſdã detractæ 277.p.3
ſicci morbi cauſæ 47.p.2.&3
ſiccitas ad robur &firmitudinẽ confert 165.p.2
ſiccitas magis q̃ humiditas efficiens eſt 93.p.3
ſiccitas non per ſe,ſed ex accidenti dolorem excitat 93.p.3
ſignum maximum in perniciosis quòd ſine iudicio æger morietur 247.p.2
ſignum nullum adeò certum eſt,vt ſingula tempora morborũ futura oſtendat 196.p.1.& 4
ſigna bona in morbis 177.p.4.mala ſigna ibid. & deinde.& 197.p.4.
ſigna concoctionis & cruditatis 197.p.4
ſigna concoctionis & ſigna iudicatoria differũt 182.p.2.& 183.p.3.
ſigna decretoria 182.p.4
ſigna dignitatis æqualis omnia nõ ſunt 233.p.3
ſigna iudicatoria 196.p.4.& 197.p.1.&.3. & 237.p.2.
ſiguorũ iudicatoriorum varietas 184.p.2.&3
ſigna morem morbi ſignificantia,triplicia 197 p.2.& deinde
ſigna præcipua è quibus futura prædicimus, triplicia ſunt 196.p.2
ſigna quartanæ vndecim 215.p.2
ſigna quibus ea quæ ex ratione fiunt,ab iis quæ præter naturam accidũt,diſcernũtur 199.p.2
ſigna quibus num futurum ſit iudicium,deprehendas 246.p.4
ſigna quibus vacuationis quantitas cognoſcitur 270.p.2
ſigna ſex diſcretionis quotidianæ febris à tertiana 216.p.1.& 2
ſigna ſimul & cauſæ 197.p.3.& 198.p.2
ſigna ſingula medico exactè noſcenda ſunt 195.p.3.
ſignorum tria genera, propriam cuiuſque partis concoctionem demonſtrantia 181.p.2
ſigna tria mortis citrà iudiciũ eueniẽtis 246.p.3

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 45 sur 637

©BIUM

ſignorum concurſus obſeruandus 196.p.1
ſignorum nõ iudicatoriorum triplex differẽtia 199.p.1
ſignorum omnium triplex natura 196.p.4
ſilentiũ ægrotantibus gratiſsimũ 96.p.2.&3
ſilentium proportione tenebris reſpondet quæ in viſu ſunt 96.p.2
ſimilares partes 2.p.2.4.17.p.3.39.p.3.55.p.4
ſimilares inter partes multa ſunt ſpacia 3.p.1
ſimilarium partium definitio 18.p.1
ſimilarium partium differentiæ 17.p.4
ſimilariũ partiũ ſanitas ac morbi 18.p.3.20.p.1
ſimilaris particula in vnoquoque ſenſus inſtrumento actionis opifex eſt 76.p.2
ſimile de aqua & aere ad facultatẽ viſiuã 90.p.2
ſimile quod eſt, familiare & amicũ eſt 9.p.1.&3
per ſimilia nihil curatur 99.p.2
ſimilibus quidque augetur & nutritur, perimitur contrariis 9.p.1
ſimilibus optimè nutritio fit 164.p.3.&4
ſimplex affectus initio cognoſcẽdus 209.p.4
ſimplex quid 172.p.1
ſimplex quod eſt, immutabile eſt 16.p.1
ſimpliciũ corporũ morbi primi duplices 18.p.3
ſimpliciũ febriũ tria vniuerſa genera 218.p.1 228.p.1
ſimplices partes 17.p.3
ſimpliciũ partium nomina 22.p.4
à Simplicibus ad cõpoſita progrediẽdũ 36.p.2
ſimpliciter bona vel mala 199.p.1
ſimulachrorum apparitiones quibus maximè fiant 83.p.3
ſingultus 69.p.2.113.p.3.114.p.1.144.p.3
ſingultus & vomitus quomodo differũt 145.p.1
ſingultus cauſa vbi conſiſtat 136.p.4 &137.p.2.
ſingultu qui potiſsimũ corripiantur 144.p.4
ſinus cordis ſiniſter dextro calidior 6.p.4
ſinus incontinentes 54.p.4
ſitic ines 156.p.2
ſitis ac eſuries vnde fiant 5.p.1
ſitis imperfecti iudicij ſignum 205.p.2
ſitis inexplebilis 105.p.3.&4
ſitis cauſæ 103.p.1.&3
ſiti mortui 105.p.3.&4
σῖτος quid 183.p.2
ſitus, proprium viſus obiectum 88.p.1
σκιερὸμένη eſſentia 28,p.2
σκόπος quid 60.p.3
σκόπος & τέλος pro eodẽ ſæpe accipiuntur 60.p.4
σκοφλόνισμος pandiculatio 66.p.3. 126.p.2
Sol cur viſum offendat 95.p.3
Sol incõniuentibus oculis non innoxiè cernitur 78.p.1.&79.p.2.
Solis aduſtio propriè vocata ἔγκαυσις 41. p.4
ex Solis deuſtione febres 10.p.3.231.p.1
ſolutio continuitatis compoſitis morbis coniuncta 36.p.4
ſolutio continuitatis 55.p.4
ſolutio morbi quæ dicatur 242.p.2.&3.&4
ſolutio vnitatis ſubſtantiæ quinque modis fit 5.p.2
ſolutio vnitatis cum ſimplicibus morbis coniuncta 36.p.4
ſolutionis vnitatis duplex ratio 35.p.4
ſolutiones, non iudicia 232.p.3.&4
ſomniorum monita in re medica 289.p.2.&3
ſomnus quid 109.p.4..eius ratio ac cauſa ib.
ſomnus vnde proueniat 106.p.4
ſomnus naturalis, & non naturalis 110.p.2
ſomni cauſa cui ꝓbabilius attribuatur 110.p.1
ſomni cauſa, hmiditas 109.p.3
ſomno optimè concoquitur 140.p.3
per Somnos ſenſus ocioſi ſunt 108.p.1.&3
ſomnifera medicamenta 110.p.1.&3
ſoni & voces eſſentiam ſuam in fieri obtinent 71.p.4.
ſophiſtæ à cauſis non poſſe fieri morbos negantes 42.p.4
ſophiſtarum ſtudium 243.p.4.244.p.1
Sophoclis mors 135.p.1
ſopor 107.p.1.in prin.
ſordes aurium ab ægroto deguſtandæ 72.p.3
ſordium aurium iudicationes 72.p.2.&3
σφάκελος quid 28.p.2
ſpadones generare nequeunt 35.p.1
σπάσμα 36.p.1
ſpecula rupta rem geminam oſtendunt 77.p.1
ſpecies morbi ꝓpria vt cognoſcẽda 171.p.3.&4
ſpecies morbi 233.p.3
σφιγκτὴρ qui muſculus ſit 146.p.4.155.p.1
σφυρὰ, malleoli 271.p.4
ſpinalis medullæ principio læſo quæ mala ſequantur 90.p.1.3.&4
ſpiratio vt fiat 46.p.2
ſpiratio vnde reddatur difficilis 106.p.3 226.p 1.vnde lædatur 107.p.2.3.&4
ſpiratio in ea quæ extra fit latione offendens 114.p.2.
ſpiritus ad alterandum promptior 5.p.3.&4
ſpiritus animalis qua ratione viſum impediat 84.p.2.
ſpiritus cohibitio tuſsim ſanat 124.p.2 &125.p.2.
ſpiritus cur ἐνορμῶνται dicuntur 119:p.2
ſpiritus dẽſus & creber, & ſpiritus ex longis interuallis factus quid indicent 178.p.2
ſpiritus palpitationis cauſa, qualis ſit 119.p.3
ſpiritus vnico impetu & ex pulmone & ex capite emittitur 123.p.2.&4
ſpirituum vaporantium ſeu flatuum conſideratio 155.p.2

ſplendens

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 46 sur 637

©BIUM

ſplendens & album oculis dolorificũ 95.p.2
ſplendorem magnum viſus ſine offenſa tolerare non poteſt 72.p.2
ſplendorem quæ obtineant 158.p.2
σπληνικὸς, morbus ſpleniticus 72.p.1
ſpongiæ exemplum 22.p.3
ſpongiæ vſus 290.p.4
ſpumæ generatio 190.p.1
ſputum propriè quid 176.p.1.&2.& 177.p.1 &.3.
ſputum quid indicet 181.p.3.quale ſit ſanum ibidem & p.4.
ſputum hominis ieiuni ſcorpio necé affert 9.p.1
ſputum in pleuritide 226.p.2
ſputum quorum morborum ſignum 203.p.3
ſputi ſignificationes 181.p.1
ſputi crudi & nigri ſignificationes 181.p.1
ſputa vrinis aſſimilantur 203.p.2
ſputorum forma 226.p.2
ſputorum indicia 225.p.3
ſtatim quid ſignificet 182.p.2
ſtaphyle 166.p.1.&3
ſtercus columbinum incenſum,incedendæ domus occaſio 40.p.2
ſtercus cur in ileo lethali vomitur 70.p.1 146.p.4.
ſternutamenta capiti maximum preſidium afferunt 123.p.2
ſternutatio 65.p.3.66.p.3
ſternutatio vt fiat 122.p.1.&2.&123.p.2.136.p.4
ſternutatio,humorum qui in pulmone cõſiſtũt & ſingultuum remedium 137.p.1.&2.
ſternutationes quos humores expellant 123.p.1
ſtillicidium vrinæ 160.p.3.& 4
ſtirpes perinde vt animalia nutriuntur 101.p.2 &.4.
ſtirpes vt exareſcant 101.p.2.&4
ſtirpes tranſlatione aliã naturã ſuſcipiũt 150.p.2
ſtirpium cognitio aſsiduitate parãda 209.p.3
ſtirpium velut fames ac ſitis 5.p.2
ſtomachica ſyncope 100.p.4
ſtomachus,os ventriculi 100.p.2.&3.255.p.1
ſtrabo quis dicatur 114.p.1
ſtrabiſmi 113.p.3.114.p.1
ſtrangulatio & præfocatio vteri 101.p.1
ſtrangulationes vteri, ſpirationi incommodant 107.p.2.& 4.
σφυγμοὶ 66.p.2.160.p.4
ſtrepitus qui intelligantur 62.p.4
ſtrepituum differentiæ 155.p.4.& dein.
ſtridor 112.p.1.156.p.3
ſtruma 34.p.1.& 3.
ſtudia quæ vocet Galenus 142.p.2
ſtudioſorum & triſtium alius atque alius aſpectus 230.p.4
ſtultitia & fatuitas 66.p.3.67.p.1
ſtultitia & obliuio à frigore naſcitur 137.p.3
ſtultitia & obliuio poſt morbos quoſdã 137.p.3
ſtyltitia quid 137.p.4
ſtupidarum partium varietas 114.p.2
ſtupiditas miſerationem,contentio odium meretur 42.p.3
ſtupor,eiúſque cauſæ 89.p.2.&4.110.p.2.&3 113.p.3.&4.
ſubeth 106.p.4
ſublimamentum bonum 194.p.2.&230.p.3
ſublimamentum,ἐναιώρημα 194.p4
ſubrufa deiectio quid ſignificet 188.p.1
ſubſidentia 53.p.1
ſubſidentia pauca 193.p.2
ſubſidentia farinam hordei referẽs,laminea,furfurea,nigra 194.p.3
ſubſidentia exquiſitè bona 202.p.4
ſubſtantia non ſuſcipit magis & minus, quomodo intelligendum 16.p.2
ſubſtãtię noſtrę perpetuus fluor vnde ſit 101.p 3
ſubſtantiam non vnitam eſſe dicentes philoſophi 39.p.3.&4
ſubſtantiã ortui & interitui obnoxiã eſſe,& alterari arbitrantes philoſophi 39.p.2.3.&4
ſuccedens morbo 56.p.3
ſuccedentia ſigna trifariam diuiſa 237.p.2
ſucci dulces & pingues eſſentiæ corporis maximè familiares 96.p.4
ſucci iucundi,& ſucci ingrati 97.p.3
ſuctio quando non fiat 103.p.2
ſuctionis ſenſus,fames 101.p.3.&102.p.1
ſudor bonus 234.p.3
ſudor nunquid ſecundum naturam ſit, an præter naturam 75.p
ſudor tertianæ,qualis 213.p.4
ſudoris multi cauſæ 161.p.3.detenti ibid. prẽcluſi ibidem
ſudoris nuncius in tertiana 213.p.4
ſudoris retenti aut etiam excreti malum 74.p.2
ſudoris vel excretio vel retentio vnde fiat 161.p.1.&2
ſudoris ſignum 252.p.1
ſudorem prouocantia 161.p.1&2
ſudores frigidi in acuta febre lethales 206.p.1
ſudores iudicatorii 161.p.1&2
ſudorum aut immodicè excretorum aut indebitè retentorum cauſę 73.p.4
ſudorum color & odor,quales 161.p3
ſudorum diuerſitas 161.p.2
ſudorum indicationes 72.p.2
ſuffuſio quid 83.p.2
ſuffocatio,vteri ſymptoma 101.p.1
ſuffuſio,morbus 32.p.1
ſuffuſione laborantes an ſi acu compũgantur, viſum ſint recepturi,ſignum 77.p.3.& 78.p.2
ſugillata quę dicantur. 85.p.1

©BIUM

ſumma,exacta,abſoluta & optima ſanitas ſimpliciter 19.p.1
ſumma manus 2.p.3
ſummũ,id eſt maximũ acvehemẽtiſsimũ 46.p.2
ſuperflua dupliciter eiiciuntur 112.p.4
ſupercilia quę vocent medici 27.p.4.51.p.3 118.p.2.
in Superlatiuo,aut ſimpliciter quicquam dicere,multum refert 200.p.4
ſuperuenientium diuerſitas 179.p.2
ſuperuenientia morbis,ad exquiſitã morbi cognitionem plurimùm conducunt 176.p.4
ſuppreſsionis vrinæ cauſæ 159.p.3
ſupremum principium,cerebrum 169.p.3
ſurditas animali trifariam accidit 86.p.1
ſycophantarũ morſus effugere nemo ſcriptor potuit 219.p.4.& 220.p.2
Syderatio quæ ſit 28.p.3
συγκρίματα 22.*p*.4.39.*p*.3
σύγκρισις 39 *p*.3
συμβεβηκὸς quid 59.*p*.2
σύμφυσις 28.*p*.2
ſymptoma quid ſit 56.p.3.61.p.2.3.4. & 62.p.1.63.p.2.
ſymptoma vt à morbo ac pathemate differat 61.p.4.62.p.1.& 2.
ſymptoma alterum,ſæpe alterum ſymptoma ſequitur 69.p.1.73.p.3
ſymptoma ſymptomatis cauſa 70.p.2
ſymptoma Corneæ tunicæ 84.p.3.& 4
ſymptoma morbus non eſt 24.p.4.& 25.p.1
ſymptomatis generationis modus medico cognoſcendus 142.p.4
ſymptomata à morbis naſci 72.p.4
ſymptomata alterationem cõſiſtẽtiæ tenuis humoris ſequentia 83.p.1
ſymptomata ambigua 66.p.2
ſympomata cauſarũ rationẽ obtinentia 197.p.3
ſymptomata communia,quæ 178.p.1
ſymptomata neceſſariò ſe conſequẽtia 168.p.4 169.p.2.
ſymptomata è genere deprauatorum motuum quadrifariam inter ſe differunt 137.p.1
ſymptomata multa naturæ opera 122.p.4
ſymptomata mala 178.p.2
ſymptomata noxæ ſunt actionum 71.p.2.in fin.
ſymptomata quæ ſunt actiones lęſæ,habent cauſas continentes 44.p.2
ſymptomata cordis cõſẽſum comitãtia 107.p.1
ſymptomata non omnia omnium quæ in corpore ſunt propria indicia exiſtere 226.p.3
ſymptomata in quantitate & qualitate excrementorum 151.p.4
ſymptomata iudicatoria quæ 183.p.3
ſymptomata iudicium præcedentia 232.p.4
ſymptomata quæ phlegmone obſeſsis locis euẽniunt,duplicis generis 226.p.1
ſymptomata quinque ordine ſe inuicem ſequẽtia in appetentia procreanda 101.p.3.102.p.4
ſymptomata tria in potionis appetentia 105.p.3
ſymptomata ſenſuum 64.p.3
ſymptomatum quę ſunt affectus corporis,differtiæ 71.p.4
ſymptomatum cauſæ,morbi ſunt 71.p.2.&3
in Symptomatum commemoratione nominibus eſſe attentum minimè oportet 69.p.3
ſymptomatum cauſarum conſideratio 76.p.1 &2.& per totum
ſymptomatum differentiarũ cõſideratio 56.p.2
ſymptomatum in naturalibus actionibus inueniendorum methodus 68.p.1.& 2
ſymptomatum propriorum triplex differentia 62.p.3.
ſymptomatum quę in vaſorum & totius corporis molis cruditatibus accidũt cauſæ 142.p.3
ſymptomatum ſibi inuicem ſuccedentium ſeries 73.p.4.34.p.3
ſynceræ excreationes quæ 177.p.2
ſyncerè rufa deiectio 189.p.1
ſyncerum quid 177.p.4
ſyncerus quiuis humor,dempto ſanguine, prauus 177.p.2
ſyncope duplex 100.p.4
ſyncope vnde fiat 161.p.1.& 2
συνδρομὴ ſignorum 196.*p*.1
συνεχεῖς febres 217.*p*.2
συνίστημι 188.*p*.1
ſynochus febris 217.p.4 & deinde
ſynochi differentiæ tres 217.p.4 & & 218.p.2.
συνόχος febris ſeu continẽs 217.*p*.4.& 218.*p*.1.& 229.*p*.2.& 3.& 236.*p*.3.& 237.*p*.1
σύστηξις 160.*p*.4
συσηματικὴ inæqualitas 213.*p*.3
συσοιχία 235.*p*.4
συσολή 46.*p*.2
συσρέφεσθαι quid ſit 54.*p*.1
συσροφὴ quid ſit,ibidem

T

TAbella dierum indicum & iudicatoriorũ 200.p.2
Tabidorum notæ 51.p.3
Tactiles differentiæ cum primis & effectricibus qualitatibus cognationem habent 73.p.1
Tactilium ſymptomata 72.p.2.&3
Tactus ſenſus cur per vniuerſum corpus diffuſus 89.p.2
Tactus,ſenſoriorum omnium communis 64.p.3.65.p.1
Tactus cum ad naturalem habitum reuertitur, tribus modis motũ in ſe ſentit 98.p.1.&2
Tactus propria ſenſilia 88.p.1

Tactus

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 48 sur 637

©BIUM

Tactus ſymptomata 89.p.1
Tactum oblectantia 99.p.2.3
in Tactu dolorum vehementium cauſæ 92.p.4
ταμειεύεσθαι quid 273.p.3
Tardius excerni, quid 188.p.3
tardæ concoctiones cauſæ 141.p.2.&3
τελέως, plenè, prorſus, omnino, perfectè 8.p.1
temerarios quoſdã & audaculos arguit 42.p.4
temperamentum ad pondus 16.p.2
temperamentum quartanæ obnoxium 215.p.3
tẽperamentum ſuum vt quis mutet 164.p.3.
temperanenta duo in vna particula 3.p.4.
temperatus. & optimè temperatus. 19.p.1
tẽperatũ in ſingulis generibus 16.p.3.19.p.2
temperatum ſimpliciter 16.p.2
tempeſtiuè fieri, quid 74.p.4
tempeſtiuè quę expelluntur 75.p.2
tempora adhuc futura vt cognoſcenda 187.p.1
tempora anni vt ſint iudicanda ac diſtinguenda 170.p.3
tempora morbi 170.p.3.& 4
tempora morbi noſſe, multi laboris actemporis opus eſt 201.p.1
temporum appellatio morbos non variat, ſed ambientis aeris temperamentum 210.p.3
tempora morborum nullo certo dierum nume definiuntur 171.p.1
temporum morbi deſcriptio 183.p.4
tenaſmos 158.p.3.&159.p.1
tendines oſsibus ipſis adhærent 127.p.1
tenebrę an lumini contrariæ 96.p.4
tenebrarum diutina aſſuetudo viſum aufert 96.p.2
in Tenebris diu ſeruati, luci ſi reſtituantur, caligant 95.p.3
tenebroſa oculis obuerſantia 252.p.4
tenſio & laxitas ſunt ſymptomata 80.p.4
tenſio laxationi contraria 78.p.4
tenſio ſignum plenitudinis ad vaſa 264.p.1
tenſionis vueæ cauſæ 79.p.4
tenuis ſubſtantia facilius quàm craſſa alteratur 5.p.4.
teredo 55.p.2.& 4
Terentii in Eunucho locus 51.p.2
terminus alterationis præter naturam 7.p.1.& 3
terra ventriculi ritu alimentum ſtirpibus ſubminiſtrat 101.p.2.& 4
terroris comites 24.p.3
tertiana febris 213.p.4.234.p.3
tertiana duplex 221.p.4
tertiana febris vt ab adurente diſtet 211.p.3
tertianæ calor 213.p.4
tertianæ exquiſitæ dignotio 210.p.2.&3 & 4.213.p.1.
tertianæ iudicium 175.p.1
tertianæ exquiſitæ indiciorum epilogus 214.p.2.&3.
tertianam à quantana non ſtatim primo die diſcernens, medicus cenſendus non eſt 215.p.2
tertiana triplici laborantis adoleſcentis hiſtoria 224.p.4.
tertianæ febres omnium maximè horridæ 128.p.4.& 129.p.2.
tertianæ productæ 224.p.4
tertianarum duarum complicatio 222.p.4.triũ 223,p.2.& 3.
tertianarum febrium pulſus 212.p.4
tertiana & quartana febres rigorẽ ingerũt 9.p.4
tertianæ & quotidianę complicationes 221.p.4
tertianæ & quotidianæ intermittẽtis cõmixtio 222.p.1
teſticuli fœminarum 99.p.3.100.p.2
tetanos 24.p.3.65.p.4
Theodoricus Gaudanus notatus 255.p.3 272.p.3.283.p.3.287.p.3.291.p.1.
Theophili medici delirium 66.p.4
θεσπιάι 199.p.4
Theſſalus notatus 174.p.1.208.p.4.213.p.1 214.p.1.2.3.4.
Theſſali diatritos 214.p.1.208.p.4
θλάσμα & θλάσις quid 55.p.3.& 56.p.1
thorax, vitalium partium domicilium 2.p.3
thoracis partes vt à nutricibus vitiẽtur 50.p.3
thoracis ſtructura idonea ſanguinis ſpuitioni 271.p.1.
thoracis vulneratio 54.p.4
tibia. 2.p.3
timor & ira vt nos afficiant 134.p.1.&3
timor vires deiicit 116.p.3
timore ſubito mortui nonnulli 134.p.2
τομεῖς, dentes inciſorii 33.p.1
torpedinis piſcis vis & natura 89.p.4
tractricis facultatis ventriculi ſymptomata 70.p.4.
tragicę victorie nũciũ quàm pernicioſum fuerit Sophocli & Dionyſio tyranno 135.p.1
tranſlatio ſtirpium naturam mutat 150.p.2.&3
tranſpiratio latens 119.p.4
tranſpiratio quid 72.p.1
τραῦμα 36.p.1
tremor, compoſitus 115.p.2.&4
tremor & extenſio manus in quo conueniant & differant 115.p.4
tremor & pulſus in quo cõueniãt & differãt 115.p.4
tremor formicanti pulſui ſimilis 115.p.3
tremoris cauſę 116.p.4
in Tremoribus voluntas agit 116.p.1
tremuli qui intelligantur 24.p.3
trepidatio ante certamen 134.p.1.&3
tres modi mortis citra iudicium morientium 245.p.4.
tres ſeptimanę vt numerandæ 199.p.4
tria vniuerſa febrium generatio 228.p.1

©BIUM

triſtans,cruciás,laborioſum,dolorificum,idem ſignificant 94.p.2
ex Triſtitia febres cuiuſmodi 230.p.3
triſtitiæ indicia 230.p.3
Ξιχίασις 282.p.3
Ξυσμὸσ aut ῥυσμὸσ quid 156.p.1.&3
Triſtitiæ exiccant 47.p.3
Ξόπος,hoc eſt εἶδος 175.p.1
Ξύλωψ 189.p.4
Ῥυσμὸσ quid 112.p.1.156.p.1.&3
tumor quando morbus, & quando ſymptoma 36.p.4.
tumores & meatus Aſclepiadis exagitati 243.p.2.& 4.
tumores præter naturã 1.p.1.&3.12.p.1.49.p.1
tumores varii 22.p.4
Tunicæ fœtũ í vtero ſuoluentes tres 105.p.1.&2
turbatio excretiones & abſceſſus præcedens 170.p.1.
turgere,quid 185.p.2.186.p.1
tuſsis 65.p.3.& 66.p.2.66.p.3.123.p.3
tuſsis cauſæ 124.p.4.136.p.4
tuſsis ex aſperitate faucium 30.p.4
tuſsis ex intemperie 124.p.1.& 4.&.125.p.3
tuſsis ex nuda intemperie,quo pacto ab horrore & rigore differat 131.p.2
tuſsis in pleuritide 225.p.3.& 226.p.1
tuſsis qualis motus ſpecies & à qua facultate oriatur 123.p.1
tuſsis quid expellat 121.p.4.& 122.p.1.123.p.1
tuſsis vt fiat 122.p.1.&2
in Tuſsi & rigore infeſtantia humidáne ſint, an aeria,quibus ſignis deprehendas 131.p.3
tutum & tutiſsimum differunt 201.p.2
tympania,aqua inter cutem 143.p.1
τυφώδης τυφὼς ,& typhoeus igneus ſiue ardens dæmon 23.p.1.2.3.4.& 24.p.1.
typus quid 172.p.1.210.p.4
typi anteuertentes,& poſterius occupantes 171.p.3.172.p.1
typicæ febres 215.p.4

V.

Variæ 27.p.4
Vacuandum in plenitudine dum cõſueta adhuc munia facimus 263.p.1
Vacuatio ſimplex 284.p.4
Vacuationis menſuræ ſcopi duo 255.p.4
Vacuationis quantitas quibus ſignis cognoſcatur 270.p.2
Vacuationis quatuor modi 279.p.1
Vacuationis voce Galenus interdum pro deriuatione vtitur 280.p.2.& 285.p.2
Vacuationes confertæ cauẽdæ niſi magna neceſſitas vrgeat 275.p.1
vacuum 16.p.4
Vacuum ſemper ſpacium in arteriis eſſe cur debeat 46.p.1
Valde bona vel mala ſigna 199.p.1
Valetudo bona vt ſeruetur,mala vt pellatur 9.p.4
Valeriolæ erratum 112.p.1.116.p.4.123.p.4 135.p.2.140.p.3.146.p.2.
valgi 27.p.3
validum alimentum & imbecillum quod dicatur 109.p.2
validiora medicamenta 284.p.1
vapores 73.p.1.97.p.3
vari 27.p.3
vaſorum eroſio 153.p.1
vaſorum ruptionis cauſæ 152.p.4
vehementia eadem quæ magnitudo 236.p.2
vehementiſsimum eſſe morbũ vt cognoſcatur 186.p.2
vehiculorum vſus apud Romanos 282.p.2 & 4
vena axillaris,gibberi interior,& iecoraria,eadẽ 281.p.4.
quæ Vena incidenda ſit,ſi ea quę laboranti parti propria eſt,non apparet 279.p.4
vena inter anularem & medium digitum olim ſecabatur in lienis affectibus 277.p.4
vena paris expers 279.p.2.&3
Venæ per rectum ſectio quare melior 281.p.2
venæ ſectio purgationi præferenda 273.p.2
venę ſectione non ſemper eſt opus 260.p.1
venæ ſectio,reuulſorium remedium 272.p.3
venæ ſectione in profluuio ſanguinis vt reuulſorio præſidio vtuntur 272.p.4
venam hanc an illam ſecemus, multum intereſt 254.p.4
venam ſæpius per annum incidere,noxa non caret 293.p.2
de Vena ſecanda generale præceptum 287.p.1
quæ Venę labõrantibus iam partibus incidendę 284.p.3.quę nondũ laborantibus 285.p.4
vena & arteria cõpoſitę ſunt & inſtrumenta appellantur 21.p.2
venæ & arteriæ ſimilares ſint partes,necne 2.p.4 17.p.4
venarum & arteriarum munere fouetur & conſeruatur caloris innati ſubſtantia 46.p.3
venę ex ventriculo velut mulgent ſugúntque 101.p.4.
venę non propriam ſed ex iecore in ſe deriuatã ſanguinis procreatricem facultatem obtinent 30.p.2
venę primę quę 287.p.1
venarum interceptiones 46.p.2
venarum ſchema 279.p.3
venarum nomine Hippocrates etiã arterias complectitur 45.p.4.46.p.2
venarum tunicę ſanguinem haud creant 29.p.4
venarum vteri anguſtia 167.p.1
venenata 42.p.1

vene-

©BIUM

venerea voluptas vnde tanta 99.p.3.100.p.2
venter quis intelligatur 157.p 2
venter inferior 181.p.3.medius ibidem187.p.2 188.p.1.
venter,naturalium partium domicilium 2.p.3
in ventrem confluere quid 189.p.1
ventriculus præter naturam affectus, etiam ab infernis aliquid assumit 146.p.1
ventriculus vt est concoctionis instrumentum quatuor actionibus præditus 69.p.3
ventriculi appetentia 97.p.1
vẽtriculi cum duabus principibus partibus cõsensus 106.p.2.&3
ventriculi exemplo demonstrat symptomata naturalium actionum 68.p.3.& 4
ventriculi facultas expultrix 121.p.3.& 4
ventriculi imbecillitas vnde proueniat 25.p.4
ventriculi motus deprauati 144.p.2.naturales 146.p.2.
ventriculi motus idem in vomitu qui vteri in partu 122.p.2
ventriculi os infestantia symptomata 100.p.2
ventriculi ora duo 145.p.3
ventriculi propria symptomata 101.p.1
ventriculi vt est corpus similare symptomata 70.p.2.& 4.
ventriculorum anteriorum cerebri extremitates 87.p.1
ver nebulis gignendis aptius 155.p.2
verno tempore quibus,& cur, sanguis sit mittẽdus 265.p.3
in Verno tempore vacuatis quid sit considerãdum 266.p.1
vertigo 252.p.4
in Vertigine arteriæ post aures secandæ 288.p3
verecundia 134.p.2.& 4
veritas pri⁹ cognita mẽdaciũ arguit 111.p.1 & 3.
veritatis amans indagator quid agat 58.p.4
veritatis inquirendæ studium laudandũ semper non reprehendendum 125.p.1
vesica nimium impleta nihil excernitur 159.p.4 &160.p.1.
vesicæ actio propria & naturalis 66.p.1
vesicæ meatus vt obstruatur 53.p.1
vesicę officium ab officio meiendi discernendũ vt officium intestinorum ab officio deiiciendi 113.p.3
vesicæ symptomata 159.p.3.& 4
veterum dicta lenienda potius quàm acerbanda aut insectanda 55.p.1
veterum parsimonia 11.p.4
veterum placita non sunt hostiliter redarguenda 9.p.1.132.p.3
viatores vt moriantur cœli inclementia 24.p.3 45.p.3.
vicinarum partium consensum corrupẽtes causæ 55.p.1
vicinia calidorum calorem propagat. 40.p.4. 41.p.4.
vicinitate frigidorum qui lædantur 45.p.3
victum in vincens etiam agit 151.p.1
vict⁹ parcimonia podagricis necessaria.266.p.2
victus pro morbi specie ac tempore mutandus 200.p.2.
victus ratio quartanæ obnoxia 215.p.3
videndi facultas lędi vt possit 76.p.3.& 4
vigesimus non vigesimus primus iudicatorius 199.p.4.
vigilia &coma ĩ primo sẽsitiuo cõsistũt 64.p.4
vigilia vnde fiat 65.p.2
vigiliæ immodicæ corpus siccant 47.p.2.&3
vigiliarum & irritationum causæ 110.p.4
vigor quid 170.p.1.&3
vigor morbi cur à medico prænoscẽdus 173.p.3
vigor morbi 183.p.4.in fine & 184.p.1
vigoris finis 187.p.1
vigoris futuri tempus cur prænocendũ 241.p.2
vigoris prænoscendi necessitas 241.p.1.&3
in Vigoris prænotione tribus de causis se exerceat medicus 240.p.1.241.p.2.&.4
vigoris signa 172.p.4.186.p.3
vigoris tempus sæpe in morbis non deprehendi tur. 173.p.1
vigorem futurum ignorans, victum rectè instituere non potest 195.p.4
vigore elapso nullum est mortis periculum 207 p.3.240.p.2.3
vincula violenta parti alicui iniecta vita eam priuant 47.p.1.&.2
vinum cur frigida procreet vitia 45.p.4
vinum maximè familiare alimentum homini 45.p.2.
vinum moderatè sumptum,insitum calorem auget.ibidem
vinum passum,γλυκύ 273.p.3
vinum vetus sitim inexplebilem afferens 105 p.3.&106.p.2
vini potio in quo vipera extincta,siti lethalis 105.p.3
vini potum immodicum quæ mala sequantur 45.p.4.
viniveteris & acris potio liberalius ingesta corpori imbecillo,febrem excitat 41.p.4
vino multo meraco ingurgitati,tremunt 116.p.4
vinolentorum visa 82.p.4.83.p.3
vipera comesta sitim mortalem afferens 105.p.3
viperæ morsus homini lethalis 9.p.3
viperæ saliua homini pernicioſa 9.p.1
viperarum caro salsa 106.p.1
vires infirmæ quæ 127.p.4
vires nihil æquè ac dolor deiicit 135.p.2
Virgilij locus ex Buco. 106.p.1
virgines infantes vt fasciis inuoluantur à nutricibus 51.p.2

virorũ oblectatio ĩ venere,vnde 99.p.3.100.p.2
viridis color qui 194.p.4
viridis color herbaceus viſum delectat 96.p.1
virtutis imbecillitas,ſignũ maximũ in pernicioſis morbis ſine iudicio ſuperuenturæ mortis 247.p.2.
virtutis validæ ſigna è pulſu cognoſcẽda 276.p.1
viſa eorum quibus in iudicationibus ſanguis fluxurus eſt 83.p.4
viſcerum phlegmone 253.p.3
viſilium affectuum cauſę 168.p.1
viſio exacta,& viſio obtuſa quæ 83.p.1
viſio vt fiat 26.p.3.quando maximè ægrotet 26 p.4.
viſio vt vel probè fiat vel lædantur 76.p.2
viſiuæ facultatis vitia 64.p.3
viſus iſtrumẽtũ cryſtallinꝰ humor 26.p.3.27.p.2
viſus ludibria vt fiant 82.p.3.& 4.84.p.3
uiſus præſtantia inter ſenſus 95.p.4
viſus proprium obiectum,ſitus 88.p.1
viſum offendentia 94.p.3
vitalis actio 63.p.4
vitiligo alba 149.p.4
vitrea pituita 106.p.3
vlcus,vnitatis ſolutio 8.p.4 35.p.3.36.p.1.55.p.2 82.p.3.
vlceris ſenſus 259.p.4
vlna 2.p.3
Vlpianus notatus 35.p.2
vnguis in oculò,morbus 31.p.1.& 2
vnguium dolor in calfactione repentina ex vehementi frigore 10.p.4
vniformes cauſæ 48.p.1
vnitas ſubſtãtiæ quinque modis ſoluitur 5.p.2
vnitatis ſolutio,doloris cauſa 5.p.1.35.p.3.55.p.2
vnitatis ſolutio,morbus tam ſimilarium quàm inſtrumentaliũ partium cõmunis 82.p.2.&3
vniuerſalia tempora 171.p.1
vnus ne an duo ſint morbi quãdo obſtructio in corporibus nata eſt,quõ cognoſcendũ 29.p.1.
voluntarius motus quomodo fiat 114.p.3
voluntaria actio 63.p.3.162.p.2
voluntariæ actionis ſymptomata 112.p.4
voluntas, προαίρεσις 116.p.3
voluntas in tremoribus agit 116.p.1.& à tremore ſeparari non poteſt 116.p.2.&3
voluptas,pathema quoque eſt 57.p.1
vomentibus & ſingultientibus non eſt idẽ motus,neque idem affectus 144.p.4
vomitus quid 153.p.3
vomitus ac tuſsis diuerſi motus 121.p.4
vomitus cauſę 153.p.4 ſigna 252.p.3
vomitus,naturę opus eſt 122.p.4
vomitus,naturalis facultatis ſymptoma 124. p.1.& 2.
vomitus vt præter naturam ſit 74.p.4.75.p.2
vomitus ſpontaneus 121.p.3.&4
vomitu reiici clyſteres an poſsint 146.p.3
vox aſperrima & celerrima auditũ lędit 96.p.3
vox auditui iucundiſsima,quæ 96.p.2
vocis noxę vnde ſint 73.p.2
vocis primum inſtrumentum,larynx 91.p.1
vocis repentinę abolitionis cauſa 46.p.2
vocales nerui 91.p.1
vrina reuera quæ ſit 190.p.4
vrina quid indicet,& qualis eſſe debeat 181.p.4
vrina bonam concoctionem indicans 197.p.2
vrina exquiſitæ concoctionis ſignum 194.p.1
vrina aquoſa 191.p.2.178.p.1.& 2
ſummè cruda 191.p.1.192.p.1. laminea, furfurea,nigra 193.p.3.multæ ſubſidẽtiæ 194.p.2 nigra 178.p.1 oleoſa 193.p.4.rufa & tenuis 193.p.2.194.p.2.ſubpallida 192 p.2
vrina optimè concocta quæ 190.p.4.192.p.2 202.p.1.3.203.p.1
vrina optima,aliarum veluti regula quædam 193.p.1.194.p.1
vrinę excretio,veſicæ actio propria & naturalis 66.p.1 113.p.2
vrinæ ætatibus variantur 195.p.1
vrinæ nõ vno modo vitiantur 181.p.2.&182.p.1
vrinę præter voluntatem excretio, voluntarię actionis noxa eſt 113.p.2
vrinę profluuium 191.p.2
vrinæ retentio 66.p.2 159.p.4
vrinę ſtillicidium 66.p.2.160.p.3
vrinę ſubſidentia farinã hordei referens 193.p.3
vrine ſuppreſsionis cauſę 159.p.3
vrinæ vitia 73.p.4 & ſymptomata 159.p.2
ad vrinã optimè cõcoctã quę requirũtur 195.p.1
vrine diariarũ febriũ 230.p.3 tertianarũ 215.p 4
vri narum gradus 195.p.1
vrine crudæ,& concoctæ 190.p.3
vrinę malę 195.p.1
vrinarum indicia 181.p.1
vrinarum ſignificationes 193.p.4
vrinarũ turbidarũ differẽtia tri. 190.p.2.191.p.1
vrinis febricitantium medicus attentur eſſe debet 183.p.3
vteri & ventriculi collatio 121.p.4.&122.p.2
vteri cornua 367.p.3.
vteri facultas expultrix 120.p.4.&121.p.2
vteri raritas & denſitas 167.p.1
vteri vitia 167.p.1
vuea tunica 77.p.2
vueæ tunicæ vnitatis ſolutio 82.p.2
vueæ ſolius affectus 78.p.4
vueę foramẽ quadrifariam à propria natura mutatur 78.p.1
vueæ tunicæ vſus in oculo 79.p.2
vulnus 55.p.2.74.p.1.82.p.3
ὑδλερὸς εἰς ἀμίδα 192.p.2
ὑποπαραλιεῖς qui ſint 35.p.1
ὑποξοπιάζω 233.p.1

Finis indicis.

©BIUM

Claudij Galeni pergameni de inæquali INTEMPERIE LIBER, LEONharto Fuchſio interprete.

CAPVT I.

Inæqualis intẽperies in vniuerſo corpore.

INæqualis intemperies nonnunquam ſit in vniuerſo animalis corpore, veluti in ea hydropis ſpecie, quæ anaſarca dicitur, & febribus iis quas hepialas vocant, fereque reliquis omnibus, exceptis quas hecticas nominant. Fit verò & in vna qualibet parte, quum ea vel ædemate, vel phlegmone, vel gãgræna, vel eryſipelate, vel cancro laborat. Huius generis eſt, & qui elephas appellatur, & phagedæna, & herpes. Verum hæc omnia cum fluxione conſiſtunt. Citra verò materiæ affluxum inæquales intemperies fiunt, ſolis qualitatibus particulis ipſis alteratis, refrigeratis ſcilicet, aut à ſole deuſtis, aut immodicè exercitatis, aut feriatis, aut aliquid id genus perpeßis. Quinetiam ex iis quæ foris corpori noſtro occurrunt, plurimæ inæquales intemperies gignuntur, dum id calefit, vel frigefit, vel ſiccatur, vel humectatur. Hæ nanque ſimplices intemperies ſunt, veluti in commentariis de temperamentis eſt monſtratum. Compoſitæ vero ex iis aliæ quatuor ſunt, quum vel calefit ſimul & ſiccatur, vel calefit ſimul & humectatur, vel frigefit ſimul & ſiccatur, vel frigefit pariter & humectatur. Quòd autem eiuſmodi intemperies ab æqualibus differant, quia in omnibus partibus corporis intemperanter affecti haud ſimiliter inſint, omnino manifeſtum eſt.

In vna qualibet parte, & cum affluxu humoris.

Citra materiæ affluxum.

Simplices.

Compoſitæ.

COMMENTA.

Galenus definitionem inæqualis intemperiei cur omiſit.

Omiſſa inæqualis intemperiei definitione, vt quæ omnibus ex ipſo ſtatim nomine perſpecta eſt, ab ipſa diuiſione orditur Galenus. Nam quid ſit intemperies, quam Græci δυσκρασίαν nominãt, in libris de temperamentis, quos ſanè ille qui de inæquali intemperie inſcriptus eſt, vt metipſe Galenus lib. 2. ther. metho. cap. 6. & cap. vltimo artis medicę, & in libro cui titulũ fecit de ordine ſuorũ librorũ, teſtatur, ordine ſequitur, abundè dictũ eſt. Quare malitioſè Hieremias Thriuerus Brachelius Galenum hoc loco notat, quaſi ſatis incondito ordine vtatur, eo quòd inæqualem intemperiem diuidat, priuſquam definiat. Nam conſtat neminem eſſe poſt Ariſtotelem ita ordinis ac methodi obſeruantem, atque Galenum. Inęqualis autem intemperies non eſt niſi ea, vt Galenus cap. 6. libri de morborum cauſis teſtatur, in qua vnum & idem corpus, ſimul & calidius & frigidius, aut ſimul & humidius & ſiccius, quàm pro naturali habitu, redditur, vt in Hepiala, de qua infrà latiùs dicemus, accidit. Vel, vt hic definitur, quæ partibus corporis intemperanter affectis, inæqualiter ineſt. Quod tamẽ nõ ita intelligendum venit, quaſi Galenus putet diuerſarum tantum particularum, vt illi falsò Brachelius tribuit, diuerſum temperamentum eſſe inæqualem intemperiem. Nam hîc diſertè ait inæqualem intemperiem etiã in vna qualibet parte fieri, vbi tumore aliquo præter naturam laborat. Si igitur inæquali intemperie pars vna tantum afficitur, neceſſe eſt vt in vna & eadem etiam parte diuerſum ſit temperamentum, eaque inæqualiter ſit alterata. Proinde ex iis erit vnum quod ſecũdum naturam eſt, & alterum quod iam eſt præter naturam, & nõ illud tantum quod præter naturam eſt. Vt Galeno etiã ipſi, inæqualis intemperies non ſit, niſi eiuſdem partis temperamentum, quod ex naturali affectu, & eo qui præter naturam compoſitum eſt, vt euidenter, ex iis quæ infrà capite

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 53 sur 637

©BIUM

ſeptimo huius libri ſcribit,patebit:vt merito Brachelij enarrationes omnibus ſtudioſis ſuſpectæ eſſe debeant, tãquam hæ quæ paſſim malitioſè,& falſò Galenum inſectẽtur. Atque hinc eſt quòd barbaram ſectantes medicinam homines, malam complexionẽ diuerſam appellauerint.Hæc itaque intemperies bifariam fit.Primò cum affluxu materiæ calidæ,frigidæ,humidæ,vel ſiccæ.Secundò,quando abſque materiæ affluxu ſolis qualitatibus particulæ alterãtur.Hanc intemperiem nudæ qualitatis,nominant recẽtiores intemperiem ſine materia, ſicut priorem intemperiem,cum materia,vel cum humoris affluxu.Quæ certè interim in toto animalis exoritur corpore,veluti in ea hydropis ſpecie,quam Græci ἀναζάρηαν vocant.Ea ſiquidem tertia eſt aquæ inter cutem ſpecies,& alio nomine ὑποσάρκα & λευκοφλεγμαλία dicitur.A carne verò, & albo humore omnes appellationẽ habent. In ea enim ſpecie crudus ac pituitoſus, aut veriùs aquoſus ſanguis toti corpori diſtribuitur:ex quo ſolidæ partes ab aduentitio frigore alteratæ,in aquæ naturã reſoluuntur,adeoq; vniuerſum corpus inæqualiter temperatum redditur. In toto præteteà corpore inæqualis intemperies fit, vbi quis febribus quas iidem ἐπίαλας nominant,corripitur . Siquidem in illis vno & eodem tempore in toto corpore ægrotus frigeſcit , & calefit , maximaq́ue inæquali intemperie vexatur. Quippe partes quę non putruerunt,horrores,quæ vero putruerunt,febrem admittũt. vt infrà copioſiùs dicemus . Prætereà in omnibus reliquis febribus , hecticis tantùm exceptis,vtpote in quibus calor vniuerſum corpus æqualiter occupat, inæqualis incidit intemperies,eo quòd calor vel frigus,vniuerſas corporis partes,plus,minúſue iuſto depaſcitur. Acccidit vero nonnunquam in vnaqualibet parte inęqualis intemperies, vbi œdemate,vel phlegmone, vel gãgræna,aut,in ſumma,aliquo alio tumore præter naturam laborat. Quod etiam breuiſsimè cap.5.libri de curandi ratione per ſanguinis miſsionẽ iis innuere verbis voluit.Fit autem,inquit, & vna aliqua in parte nonnunquam præter naturam tum caliditas,tum frigiditas . Quæ iterum Brachelium erroris cõuincunt. Vt autẽ diligẽs lector vniuerſum hoc caput,quod modo citauimus, legat plurimùm hortor,eſt enim veluti epilogus ferè omnium quæ in hoc toto libello de inæquali intemperie traduntur . Qui vero ac quales ſinguli hîc à Galeno commemorati tumores ſint,alibi eſt à nobis expoſitum,vt nihil opus ſit hoc loco referre . Hi tumores omnes,ex aliqua humorum fluxione cõſiſtunt,neque certam ſibi in corpore ſedem depoſcunt:modo enim in hanc,modo in illam,pro loci & corporis natura , & opportunitate decurrunt.At vbi eorum quiſpiam partem aliquam occupauerit, eã vel frigore,vel calore,aut humore,aut inſolenti quapiam ſiccitate tẽtabit,ex quo inæqualis intemperies neceſſariò conſequetur,cuius cauſa,particulę actio vel lędetur,vel omnino interibit.Verbi gratia.Si pars phlegmone affecta fuerit,primò vt ab inæquali intemperie afficiatur neceſſe eſt: neque enim ſtatim quod frigidum eſt calidum euadit, ſed duntaxat in quadam via ad calidum conſiſtit . Procedente dein morbo , naturali partis ipſius facultate deuicta, ad æqualem tandem intemperiem perducitur . Porrò mirabitur fortè quiſpiam,quî fiat vt hoc loco Galenus elephantem malum, quod ad vniuerſum corpus pertinet,inter ea quę in vna dũtaxat parte fiunt connumeret . Sed facilè ſe ex hac difficultate explicabit qui Galeni verbum rectè expendet. Nam huius generis,ſcilicet tumorum qui modo partem,modo corpus totum occupant,elephantum,phagedænam,& herpetem eſſe dicit.Elephas enim vbi primùm ſe manifeſtat , vnam duntaxat partem quam depaſcitur, occupat. Vbi verò progreditur, eadem vniuerſum inuadit corpus. Prædictę igitur intemperies inæquales omnes , cum humoris affluxu conſiſtunt.Cæterũ intemperies inæquales nudæ, & citra humoris ſeu materiæ affluxum fiunt,quando particulæ ipſæ ſolis qualitatibus:nulla prorſus affluente materia,ſeu ſubſtantia , alterantur , vt accidit iis qui ſub vehementi frigore iter aggreſsi,in extremis partibus plurimùm refrigerãtur.Item iis qui æſtiuo tempore vel in parte, vel in vniuerſo corpore immodicè à ſole incaleſcunt.Prętereà iis qui vehementer,& prętęr conſuetudinem ambulauerunt,aut manus remigãdo,fodiendo,aut quippiam huiuſmodi

Brachelij enarrationes quales.

Epialus.

©BIUM

iuſmodi faciendo exercuerint. Hi enim omnes manifeſtè calidiores redduntur. Sicuti contrà, qui in ocio ac longa quiete, crapula, & ſomno prolixiore vitam trāſigunt, frigidior, quemadmodū fuſius in libro de morborum differentiis Galenus docet. Fiunt inſuper inæquales intēperies ab iis quæ foris incidunt, Græci ἔξωθεν προσπίπτοντα nominant, E quorum ſane numero, vt lib. 1. de tuenda ſani. cap. vltimo atteſtatur Galenus, primus eſt ambiens nos aër, qui immodicè calefacit, aut refrigerat, aut ſiccat, aut humectat, aut copulâ quauis harum qualitatum afficit. Deinde aqua quâ lauamur, vel vnctiones quæ cuti propinquant, & quibus inungimur. Præterea medicamenta omnis generis quæ foris corpori adhærent, & immodicè calefaciendi, aut refrigerandi, aut humectandi, aut ſiccandi vim obtinent, veluti ſinapi, thapſia, ſal, myrta, nitrum, & aquarum aliquæ ſponte natarum, & calentium. Porro manifeſtum quoque eſt, ex iam dictis intemperiebus aliquas eſſe ſimplices & impermixtas, in quibus ſcilicet pars, vel totum corpus calefit, vel frigefit, vel humectatur. vel exiccatur. Aliquas vero compoſitas: in quibus prædicta calefiunt ſimul & ſiccantur, vel calefiunt ſimul & humectantur, vel refrigerantur ſimul & humectantur, vel refrigerātur pariter & ſiccantur. In fine tandem capitis Galenus quod ſit diſcrimen inter æqualem & inæqualem intemperiē aperit, ac quaſi eaſdem definit, inquiens. Inæquales intēperies eo ab æqualibus diſtant, quòd omnibus intemperanter affecti corporis partibus inæqualiter inſunt. Proinde æquales erūt, quæ omnibus intemperanter affecti corporis partibus æqualiter inſunt. Hoc eſt, in quibus particulæ corporis omnes aut frigidiores iuſto, aut calidiores ſunt redditæ, aut ſicciores, aut humidiores, vt in hectica euenit febre, in qua immodicus calor ex æquo, id eſt, ſecūdum proportionem, omnes corporis partes occupat. Atq; hæc pro capitis primi, quod per ſe ſatis patet, explicatione ſufficiant.

ἔξωθεν προσπίπτοντα.

Diſcrimen inter æqualem & inæqualem intemperiem.

CAPVT II.

IGitur quis ſit omnis inæqualis intemperiei generandæ modus, in hoc libello ſtatutum eſt exponere. Quo verò clarior ſermo fiat, in memoriam reuocare oportet omnes corporis particulas, initio à maximis ſumpto, quæ ſcilicet vulgò etiam notæ ſunt. Siquidem manus & pedes, & ventrem, & thoracem, & caput nemo eſt qui ignorat. Diuidatur autē rurſus vnaquæque earum in ſibi cōtinuas particulas. Crus quidem, verbi gratia, in femur, tibiam, & pedem. Manus verò in brachium, cubitum, & ſummā manum. Iam ſummæ manus propriæ particulæ ſunt brachiale, & poſtbrachiale, & digiti. Digitorū autem particulæ ſunt oſſa, cartilagines, ligamenta, nerui, arteriæ, venæ, membranæ, carnes, tendines, vngues, cutis, & adeps. Has verò in aliā ſpeciem diuidere non licet, ſed ſunt ſimilares ac primæ, exceptis arteriis & venis. Hæ enim ex fibris & mēbranis conſtant, veluti in adminiſtrationibus anatomicis eſt dictum. Quinetiā complura eſſe ſpatia inter iā dictas ſimilares & primas particulas: atq; iis etiā plura maioraque inter inſtrumentales & compoſitas: aliquādo vero & in vnaqualibet ſimilari particula, veluti oſſe & cute: hæc omnia in libris de adminiſtrādis diſſectionibus dicta ſunt. Ac quæ mollia quidem ſunt corpora, quoniam ea ſibi inuicem incumbunt, interpoſita ſpatia ſenſum latere faciunt. Quæ dura, ſiccaq; ſunt, ipſorū ſpatia ſenſu planè deprehendere licet, quemadmodum in oſſibus cauernulas. Continent aūt hæ naturaliter in ſe humorē craſſum & album, in id cōparatum vt oſſa nutriat. Qua verò ratione foramina quæ in cute ſunt fiant, in libris de temperamētis eſt expoſitum. Atq; hæc monuiſſe neceſſariū erat perſpicuitatis cauſa eorum quæ deinceps dicentur.

Partium corporis diuiſio.

Similares partes

Oſſa vnde nutriantur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 55 sur 637

©BIUM

COMMENT.

Principio huius capitis de qua re in hoc libello ſit dicturus proponit,nẽpe de modo ac ratione generandæ inæqualis intẽperiei.Prẽterea quũ dictũ ſit in eo quod prẽcedit capite,inæqualẽ intemperiẽ in vnaqualibet fieri particula, ideo,vt clarior euadat ſermó(neq; enim ſcire facile eſt, qua ratione inæqualis intẽperies in particula poſsit generari,niſi primò partis illius natura exactè cognoſcatur)generalẽ omniũ particularũ corporis diuiſionem ſubiungit,initio à maximis,& vulgo notis ſumpto,quæ numero quidem quinq; ſunt. Primæ duæ, manus nimirum & pedes, Græcis ἄκρα μέρια,latinis extremæ partes vocãtur.Prẽter has,tres adhuc ſunt vniuerſi corporis partes,caput,thorax,&venter.Caput animaliũ partiũ eſt domiciliũ,thorax vitaliũ,venter aũt naturaliũ. Totũ itaq; hominis corpus generali quadã diuiſione in manus,pedes,caput,thoracẽ, & ventrẽ diſtribuitur.Diuiditur aũt vnaquæq; iã cõmemoratarũ partiũ rurſus in ſibi cõtinuas particulas:id quod cruris & manus exẽplo Galenus perſpicuè mõſtrat. Crus enim vniuerſum in tres partitur particulas,femur,tibiam,& pedẽ.Femur,quod Græcis μηρὸς dicitur,os eſt quod à coxis incipit,& ad genua finitur. Tibia verò, Græcis κνήμη dicta,pars cruris à genu ad talum vſq; protenſa eſt: duobus cõſtat oſsibus,quorum alterũ,nẽpe interius & grãdius,totius mẽbri nomine vocatur:alterũ verò quod exteriùs locatũ eſt,interioriq; craſsitie cedit, Grẽcis περόνη, latinis fibula nuncupatur. Pes autẽ ſex donatur oſsibus,talo,calce,nauiculari oſſe,tarſo,planta,& digitis, quẽadmodũ videre licet apud Galenũ cap.24.&.25.libri de oſsibus. Manus itidẽ,quæ à brachij articulo incipit,& in digitorũ extremã acié deſinit,in tres dirigitur partes,brachiũ,cubitũ,& ſummã manũ.Brachiũ ſeu humerus,eſt id os quod ſcapulæ articulo copulatur. Cubitꝰ pars eſt vniuerſa quæ inter brachiũ & brachiale conſiſtit.Conſtat vero duobus oſsibus inuicẽ incũbentibus,& coarticulatis:quorũ inferius,quod & longius eſt,totius nomine Græcis πῆχυς,latinis cubitus appellatur:ſeorſim tamẽ vlna etiã vocatur. Superius aũt, Græcis κερκίς,latinis radius dicitur. Summa ſiue extrema manus, quæ Græcis ἀκρόχειρ nominatur,pars eſt ea quæ à cubito ad extremũ vſq; digitorũ progreditur.inq; tres diuiditur particulas,brachiale,poſtbrachiale,& digitos.Brachiale,quod Grẽcis κάρπος nũcupatur,pars eſt cubito articulata,ex octo cõſtãs oſsibus.Poſtbrachiale, quod illis μετακάρπιον vocatur,à brachiali ad radicẽ vſq; digitorũ deducitur.Digiti autẽ, vt omnes ferè aliæ corporis partes,ex multis conſtituũtur partibus, oſsibus nimirum,cartilaginibus,ligamẽtis,neruis,arteriis,venis,membranis,& id genus aliis à Galeno hîc cõmemoratis,quæ primę(quod ex iis omnes aliæ cõponãtur quæ inſtrumẽtariæ dicũtur & ſimilares,quod eas in aliã & diuerſam ſpeciẽ diuidere haud liceat) appellantur.Sed mirabitur fortè quiſpiã qui fiat,vt hoc loco Galenus à cenſu ſimilarium arterias & venas ſummoueat,quũ tamen cap.3.libri de diffe.morb.eaſdẽ diſertè inter ſimilares partes numeret.facilè aũt ſe ex hac difficultate explicabit,qui Galeni verba accuratè expendere,atque quas ille ſimilares hîc appellet partes,animaduertere voluerit. Quum enim duæ ſint partium ſimilarium differentiæ,vt in cõmentariis noſtris in eum quẽ iã citauimus Galeni locũ oſtẽdimus,hîc duntaxat de iis loquitur,quæ reuera,& vt ad vniuerſas ſuas partes,non ſenſus iudicio,ſunt ſimilares.Id quod ex ipſius verbis ſatis conuincitur.Similares enim partes eſſe ait,quæ in aliã ſpeciẽ,hoc eſt,in partes alterius naturæ & rationis,diuidi nõ poſſunt.Qua ſunt ratione venę & arterię,ſimilares partes dici nõ poſſunt. Siquidẽ ex fibris & mẽbranis,partibus diuerſę tum naturę,tũ ſpeciei,cõſtant. Similares autẽ ſunt ſenſus iudicio,& ad ſe totas,quemadmodũ loco nunc citato, & in annotationibus noſtris in libr̃ primũ Galeni de tuẽda ſanitate,mõſtrauimus. Ad hos itaq; locos lectorẽ ablegamus,ne vnã rẽ ſępius inculcando illi faſtidiũ cõcitemus. Atq; ita loca Galeni quę prima facie pugnare videntur cõciliari poſſunt. Cæterũ caput,thoracem,& ventrem in ſuas partes Galenus non digerit,quòd ſatis fuerit vno aut altero extremarũ partiũ,vtpote in oculos omniũ occurrentiũ,exẽplo,rẽ demonſtraſſe. Reliqua ex anatomicis libris,vbi illa ex profeſſo traduntur petẽda veniũt.Quòd aũt multa

& va-

Generalis particularum corporis diuiſio.

Femur.
Tibia.

Fibula.

Brachium.
Cubitus.

Vlna.
Radius.
Summa manus.
Brachiale.
Poſtbrachiale.

Primæ partes.
Similares.

Num venæ & arteriæ ſint in cẽſu ſimilarium nec ne?

©BIUM

& varia ſint ſpatia inter partes ſimilares,verbi cauſa,inter cutẽ & mẽbranã,interiacentia,atq; iis etiã plura maioraq; inter inſtrumẽtales & cõpoſitas,inter muſculũ & muſculũ,in anatomicis libris abũdè eſt dictũ. Neq; ſanè mirũ inter diuerſas ſimilares partes hæc inueniri ſpatia,quũ interdum in vna duntaxat ſimilari illa reperiantur,vt in cute, & oſsibus. Cutis ſiquidẽ foraminibus plena eſt,per quę perpetuò excrementa corporis fumoſa perſpirãt. Verũ quũ cutis ipſa mollis ſit,adeoq; eius partes prõptè in ſe concidãt,fit vt eius ſpatia ac foramina ſenſum planè lateãt. Cõtra oſſa,quia dura,ſiccaq; ſũt, ſuas cauernulas liquidò oſtendũt. In iis aũt cõtinent humorẽ craſſum & albũ,medullã nominãt, in id natura cõparatum,vt oſſa nutriat. Medullã aũt eſſe oſsiũ familiare nutrimentũ Galenus etiam alibi, nẽpe lib.3. de naturalibus facult. iis ſanè verbis docet. Qualis carnibus,inquit,ſanguis,talis oſsibus medulla,ſcilicet in iis quæ exigua ſunt ſinusq; expertia,cauernulis eorũ inſperſa. In magnis verò,& quib⁹ ſinus nõ deſunt,vtiq; in ipſis collecta. Atqui huic Galeni ſententiæ refragatur Arnoldus de villa noua,atque medullã nõ eſſe oſsiũ nutrimentũ cõtendit,hac motus ratione, quod os ſit corporis particula ſicca,& dura,medulla verò mollis ac humida. Nõ nutritur igitur id quod frigidũ & ſiccũ eſt,ab eo quod calidũ & humidũ exiſtit. Nã quũ actio nutritorię facultatis ſit adſimilatio,fieri nõ poteſt,vt adſimilẽtur mutenturq; inter ſe vlla, niſi ſocietatẽ aliquã cognationẽq; in qualitatibus habeãt. Nõ poteſt igitur à medulla,quę cũ oſſe in qualitate diſſidet,os nutriri. Hæc eſt ridicula me hercle Arnoldi ratio,quã vel puer euertere poſſet. Nã eadẽ ratione colligere liceret à pane nõ ali corporis partes molles & humidas,quòd is ſit ſiccus. Sed quis non videt medullã nõ eſſe oſsium nutrimentum propriè dictum,niſi prius aliqua intercedat mutatio? Si enim,vt comprehenſum eſt, medulla talis eſt oſsibus,qualis carnibus ſanguis,nõ fit aũt ex ſanguine caro,niſi eatenus naturę opera craſſeſcat,vt cõſtantem ſubſtantiã habeat,nec etiã ſit fluidus,neceſſe eſt vt etiã ex medulla nõ fiat os, niſi prius craſſeſcat, & ſolidã ac durã nanciſcatur ſubſtantiã. Quod enim molliſsimũ eſt,non poteſt vno ſtatim impetu durũ fieri. Eadẽ ſanè ratione ex pane nõ fit ſanguis,niſi multa intercedat alteratio, & paulatim deponat alborẽ,& ſenſim ruborẽ accipiat,quemadmodũ fuſiũs lib.1. de naturalibus facultatibus Galenus oſtendit. Atq; hinc eſt quòd natura oſsibus,quæ amplius alteratã eã qua nutriuntur medullã deſiderant,veluti pœnum,ſinus & cauernulas præparauerit. Quo verò pacto foramina & ſpatia in cute formata ſint,Galenus lib.2.de tẽp.cap.6.explicat, ĩ eũ ſcribens modũ. Quibus humida eſt cutis,& planè mollis,qualis paulò ante concreſcens caſeus,in iis eorũ quæ exciderunt,viæ per cutẽ nõ manent,partibus ſcilicet eius, quæ prius diſſidebant,rurſus inter ſe vnitis. Ac in quibus dura eſt,nõ abſimilis caſeo iã coacto,perforatur quidẽ eorũ quę exeunt tranſfluxu. Quũ aũt rurſus vniri per ſiccitatẽ nequeat,meatus ipſos immutatos ſeruat: qui etiã perpetuò trãſfluentiũ ictu aſsiduè magis fiſtulantur. Hæc ille. Quæ ideo produximus,quod etiã lucẽ aliquã iis quæ paulò ante dixit, nempe quòd in mollioribus corporibus,quoniam ea ſibi inuicem incumbant,interpoſita ſpatia ſenſum latent,afferant.

Spatia multa & varia inter partes ſimilares.

Oſsium nutrimentum.

Foramina cutis vt formata.

CAPVT III.

DE inæquali verò intemperie nunc dicendum,tum quænam eius natura ſit,tum quot eius generandæ modi. Quod vtique in omnibus corporis,quod ita laborat,particulis,vnica temperies nõ ſit,prius eſt dictum: verum id omnis intemperiei inæqualis commune eſt. Differentiæ autem eius,laborantium corporum naturas ſequũtur. Nam aliter ſimplex caro,aliter vniuerſus muſculus in inæqualem temperiem incidit. Quippe vbi calida fluxio in muſculum procubuit,primùm maiores arteriæ venæq; implentur,ac diſtenduntur: ab iis minores,atq; ita res procedit,donec ad minimas ſit peruentũ.

Calidæ fluxionis ratio

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 57 sur 637

©BIUM

In iis vbi valenter impacta fuerit, nec adhuc firmatur fluxio, pars eius per ipsarũ ora, pars per tunicas veluti colata, foras transmittitur, atq; tum spatia quæ inter prima sunt corpora fluxione implentur. Proinde omnia ab humore incalescunt, omniq; ex parte perfunduntur. Ea verò sunt nerui, mẽbranæ, ligamenta, & carnes ipsæ: anteq; hæc arteriæ, & venæ, quæ scilicet & primò ac potissimùm, variè dolore afficiuntur. Siquidem interiùs à fluxione tum excalefiunt, tum distenduntur, ac diuelluntur, exteriùs autem non modo excalefiunt, sed etiam premũtur, ac degrauantur. Reliquæ verò particulæ, aliæ quidem quia incalescunt solùm, aut comprimuntur, aliæ autem vtroq; modo laborãt: vocaturq; morbus ipse phlegmone. Est verò inæqualis musculi intemperies. Quippe feruet iam qui in eo est sanguis, isq; secum excalefacit primùm & maximè arteriarum, & venarum tunicas: mox verò omnia quæ extra has sunt, quibus scilicet circunfunditur.

Phlegmone.

COMMENTA.

Initio quid in hoc libello sit tractaturus Galenus proponit, nempe quæ nam sit inęqualis intemperiei natura, & quot eius generationis modi. Quòd ad primum attinet, hæc est omnis inæqualis intemperiei natura, quòd in ea non sit vnica temperies. Vnica enim si esset, non diceretur inæqualis. Nam particula quum ab aliquo humorũ genere corripitur, in ea pro materiæ ratione mala qualitas introducitur, calida scilicet, frigida, humida, vel sicca: quæ natiuum eius temperamẽtum manifestissimè alterat. Et eousq; procedit alteratio ipsa, donec vel ex toto à particulæ facultate fortiori discutiatur, vel eam partis facultatem prorsus corrumpet. Nõ est itaq; in particula fluxione tentata vna tantùm intemperies. Si autẽ vnica non est temperies in particula quæ fluxione laborat, duæ igitur sint oportet, quarum vna est secũdum naturam, altera verò præter naturam. vt hinc etiam constet Galenum inæqualem intemperiẽ non ex diuersarum tantum partium, vt Brachelius opinatur, diuersis temperamẽtis finire, sed vnius & eiusdem etiam particulæ, vt suprà quoq; est ostensum. Sunt itaq; in vna & eadẽ particula duo temperamenta, nempe aduentitium siue præter naturam, quod alterat, & naturale, quod pro virili aduersatur. Modi verò generatiõis eius varij sunt, atq; pro natura laborantium corporum siue particularum, quæ fluxionem admittunt, inter se differunt. Aliter enim simplex caro, aliter vniuersus musculus inæquali intẽperie tentatur. Caro aũt simplex est quę reuera pars est similaris, adeoq; propriè, Galeno lib. 2. de tẽpe. cap. 4. teste, caro appellatur. Hęc nusquã in corpore per se inuenitur, sed est perpetuò musculi pars, & fibris circũhęret. Quod si igitur hæc sola inęquali tẽperie laborat, alia fit, quàm si vniuersus musculus, cuius illa tantum pars est, eiusmodi intemperie afficiatur, necesse est. Nã vbi calida fluxio in musculum procumbit, non solùm caro, sed aliæ etiam eiusdem partes naturalem temperiem amittunt. Dolorem itaq; maiorẽ, & vehementiorẽ intemperiem in musculo quàm simplici carne experiemur. Vt aũt singula hæc certiùs intelligantur, à calida fluxione exorsus Galenus, quę huius sit planè ratio exponit. Primũ enim in calida cũ humoris affluxionis intẽperie, maiores quæ sunt in hoc musculo venę & arterię, vtpote capaciores opplentur, atq; oppletę subinde distenduntur. Post has minores, & ita deinceps donec ad minimas sit peruentum. Vbi autẽ iam venis & arteriis valenter impacta est fluxio, nec tamen adhuc firmatur, sed in assiduo est motu, pars eius fluxionis per vasorum prędictorum ora, pars per earundem tunicas, terrę exemplo, transcolatur, & foras transmittitur, atq; tum spatia quę inter partes sunt similares siue prima corpora, fluxione implentur, sicq; omnia ab humore incalescũt, omniq; ex parte superuacua illa fluxione perfundũtur. Quę verò sint prima illa corpora Galenus statim subiicit inquiens. Ea sunt nerui, membranæ, ligamenta, & caro.

Caro simplex.

©BIUM

caro. Quippe muſculus ex ligamento in fibras plures diuiſo, & carne has cõtinente firmãteq; conſtat, neruorum venarum, & arteriarum in ſe ſurculos recipiens, qui vtique præ cæteris muſculi particulis (vtpote prima fluxionis receptacula) variè dolore afficiuntur. Nam intus à fluxione in muſculum procumbente, tum excalefiunt, tum ob eius copiam ſummopere diſtendũtur, ac diuelluntur. Diſtenſos enim neceſſe eſt ſubinde diuelli & ex continui ſolutione, dolore cruciari. Exteriùs verò non ſolum excalefiunt, ſed etiam ab ipſa fluxione, & partibus adiacentibus premuntur, ac grauantur. Reliquæ partes extra venas & arterias, vtpote nerui ligamenta membranę & caro, alię quidem vel ſolum incaleſcendo præter naturam, vel quia comprimuntur, aliæ vtroq; modo, quia ſcilicet incaleſcunt & ſimul comprimuntur, laborant. Quippe membranæ quum non facilè à quoque comprimi poſſint, à calore tantùm corripiuntur. Ligamenta vero quòd ſenſus expertia ſint, ab aggrauantibus: tantùm cauſis iniuria afficien tur. Neruus autem & caro, vtraq; noxa caloris ſcilicet ac compreſſionis tentãtur. Atq; morbus qui ex fluxione illa naſcitur phlegmone appellatur. Eſt autẽ inæqualis intemperies, non quidẽ nudæ qualitatis, ſed, vt capite primo dictum eſt, eius quæ fit cum humoris affluxu, muſculi. Quippe in eo ſanguis præter naturam calet ac feruet. Is ſecum calefacit primùm ac maximè venarũ & arteriarum, in quibus ille continetur, tunicas. Mox vbi præ ſua tenuitate per tunicas illas ſudat, ac veluti colatur omnia etiã quæ extra has, & quibus circunfunditur, calefacit. Hæc quidẽ eſt phlegmones generãdę ratio.

Phlegmone.

CAPVT IIII.

TAm verò duorũ alterum neceſſe eſt ſequi, vt ſi vtiq; fluxio vicerit, corruptio ſequatur eorũ quæ victa ſũt corporũ: ſin fluxio ſit victa, vt ad naturalẽ ſtatũ redeat muſculus. Eſto aũt priùs victa fluxio (rectiùs enim à melioribus incipitur) duplex tũ erit curationis modus, quòd vel diſcutietur quicquid humoris in particulam procubuit, vel concoquetur. Verũ diſcuſsio optanda maximè curatio eſt. Concoctionem verò hæc duo neceſſariò ſequuntur, puris generatio, & abſceſſus. Abſcedit autem aliquando in cauitatum quæ propinquæ ſunt tũ maximam, tum ſummè ignobilem. Qui ſanè abſceſſus optimus eſt, Nonnũquam verò in maximam, non tamen ignobilem. Aut in ignobilem, non tamen maximam. Quibus igitur in ventrem incidũt, optimus eſt abſceſſus qui in capacitatem eius internã abit, in quam etiam plerunq; ſe effundit. Malus verò qui ſub peritonæũ. Pari modo quibus in cerebro fiunt, bonus eſt qui in priores eius ventriculos abſcedit: malus verò qui ſub eius mẽbranas, & in poſticum eius vẽtrem ſe recipit. Qui autem in cauſtas abſcedunt, hi in thoracis capacitates erumpũt. Ac muſculorum quidem abſceſſus ſub cutem: viſcerum verò, vel in arterias & venas quas in ſe continent, vel ſub membranam qua operiuntur, quæ ipſis viſceribus pro cute eſt.

Quid phlegmo nesgenerationẽ ſequatur.

Abſceſſũum inter ſe collatio.

COMMENTA.

Quid phlegmones ac inæqualis intẽperiei cũ affluxu humoris in muſculis generationẽ neceſſariò ſequatur, hoc capite Galenus diſertè exponit. Quippe duorũ alterũ, vt vel fluxio ipſa vincatur, vel vt ipſa potiùs vincat, ſequi neceſſe eſſe ait. Orditur aũt à fluxione victa, vtpote à meliore, & quid hanc comitetur mõſtrat. Si enim fluxio victa fuerit, muſculus ad naturalem ſtatũ redit. Id quod duplici ratione accidere poteſt. Primò, quãdo quicquid humoris in particulã procubuit diſcutitur & inſenſibiliter abſumitur. Hanc curãdi rationẽ Græci διαφόρησιν, latini digeſtionẽ, diſcuſsionẽ aut euaporationẽ nominant. Fit enim quũ humores in aliqua corporis parte collecti, citra ſuppurationem ſoluuntur & euaneſcunt. Atque hæc quidem maximè optanda eſt curatio, vt quę omni vacet periculo. Accidit autẽ iis potiſsimũ quę ex tenuatiore cõſtãt ſanguine

Diſcuſsio. διαφόρησις.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 59 sur 637

©BIUM

Concoqui. phlegmonis. Secundo, quando ſanguis qui in muſculum procubuit concoquitur, hoc eſt, alteratur, & à natura ipſa euincitur. Concoctio enim hoc loco in altera eius ſignificatione vſurpatur, pro ea ſcilicet alteratione quæ partim naturalis eſt, partim præter naturam. Tres enim in animantium corpore fiunt alterationes. Vna planè ſecundum naturam eſt, quum videlicet in ventriculo cibus concoquitur, aut in viſceribus, & vaſis quæ inibi generatur ſuccus, vnde corporis partes aluntur. Altera prorſus cõtra naturam eſt. in omnibus ſcilicet quæ putreſcunt eueniens. Tertia ex vtraq; miſta, adeoq; media eſt, partim primæ ac naturalis aliquid obtinens, partim eius quæ eſt præter naturam. Hæc eſt quæ ſuppurationes comitatur. Nam ab ingenito quidem fit calore, ſed non planè vincente: neq; enim ex materia peragitur quę prorſum benigna ſit, quẽadmodum nec ex omnino aliena. De tertia vero Galenum hic loqui alteratione ex ipſius verbis ſatis colligitur, ait enim: Concoctionem phlegmones hæc neceſſario ſequũtur, puris generatio, & abſceſſus. Phlegmone nanq; in pus cõuerſa, pus ipſum ſubinde protruditur in aliquod ſpatium in quo veluti in aliquo ſinu colligitur, adeoq; abſceſſum efficit. Neq; enim abſceſſus, quem Græci ἀπόσασιν & ἀπόστημα vocant, Galeno lib. 2. ad Glauconẽ teſte, aliud eſt niſi affectus in quo ab inuicẽ diſtant quæ prius ſe cõtingebãt corpora. Cæterum pus aliquando abſcedit in maximam, & valde ignobilem cauitatẽ earum quæ propinquæ ſunt. Et hoc quidem abſceſſus genus optimum eſt, eo quòd in ſatis amplam cauitatem, vnde prompte expurgari poteſt, & quæ maxime ignobilis ſit, & à principibus partibus plurimùm diſtet adeoq; nihil periculi adferat, abſcedat. Interdum vero in maximam cauitatem, nõ tamen ignobilem. Nonnunquam in ignobilem, non tamen maximam. Quare prior abſceſſus etſi cauitatis ratione, quæ ſatis magna eſt, non ſit malus, tamẽ quia in parte eſt quę principatum aliquem in corpore obtinet, ideo malitia non caret. Alter quanuis in partem ignobilem abſcedat, tamen quia in cauitatem quæ vniuerſum pus capere nõ poteſt, ideo damnandus etiam. Quod plane in exemplis planiùs cognoſcetur. Quibus nanq; in ventrẽ inferiorem abſcedit pus, optimus eſt ſane abſceſſus qui in internam eius cauitatem abit, quod ſcilicet hæc maxima ſit, & ſummæ ignobilis, vtpote in qua omnia ferè corporis excrementa continentur. Maxima vero quũ ſit, ex amplo ipſius ſinu, & meatus laxitate pus commodius expurgatur. Malus autem eſt, qui ſub peritonæum abit, quod is locus etſi etiam ſit ignobilis, tamen cauitatem in quã pus recipiatur nõ ſatis amplam habet, nec ab ea pus ipſum commodè expurgari poteſt. Pari modo iudicandũ de abſceſsibus cerebri. Bonus enim eſt qui in priores eius vẽtriculos abſcedit, vt qui maximi ſint, & minus quã alius ventriculus periculi afferant: quòd ſcilicet ex iis pus facile expurgari queat. Quippe excretionibus quę per nares & palatum fiunt, quemadmodũ lib. 8. de vſu part. Galenus copioſius mõſtrat. Bonus itaq; eſt collatione eius abſceſſus qui in aliis ventriculis cerebri fit. Hinc ait. Malus vero eſt, qui ſub cerebri membranas, & in poſteriorem eius ventriculũ abit: eò quòd hę partes minorem cauitatem habeant, & puris excretioni minus idonea ſit. Abſceſſus qui in coſtas abſcedunt, eroſa membrana ſuccingẽte coſtas, in thoracem erumpunt, ac ſubinde ex ampla iſta cauitate per aſperam arteriã expurgantur. Muſculorum abſceſſus ſub cutem erumpũt locum valde ignobilem, & eruptionibus maximè patentem. Viſcerum in venas & arterias, quæ in iis ſunt, vel in mẽbranas quæ viſcera tegunt. Hactenus de fluxione quæ à natura deuicta eſt diximus. Nunc de ea quæ naturam vincit differet Galenus.

Tres in animatum corpore alterationes.

Abſceſſus generatio.

ἀπόσασις ἀπόστημα.

Si partes à fluxione fuerint victæ.

At ſi victæ à fluxione fuerint particulæ, in tantam deueniẽt intemperiem, vt tum earum actio pereat, tum ipſæ ſpatio temporis corrumpantur. Deſinent autẽ tum primum dolere, quum ei quod tranſmutat, fuerint aſſimulatæ. Nõ enim quũ iam mutatum eſt temperamentum, ſed dum mutatur, particulæ dolent. Quemadmodũ etiam mirus dixit Hippocrates. His quibus alteratur & corrumpitur natura,

Dolores quando fiunt.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 60 sur 637

natura, dolores fiunt. Alteratur autem ac corrumpitur cuiuſque natura, quum calefit, vel frigefit, vel ſiccatur, vel humectatur, vel vnitas eius ſoluitur. In inæqualibus quidē intēperamentis, eò quòd calefiat, aut refrigeretur maximè: quippe efficaciſſimæ hæ ſunt qualitates: iā verò quia exiccatur, & humectatur. In eſuriendo verò ac ſitiēdo, quia deficit hic quidem humida, illic verò ſicca ſubſtantia. In vulnerando autem, & erodendo, & tendendo, & premendo, & conuellēdo, vnitate ipſa ſoluta.

COMMENTA.

Nunc quid accidat ſi à calida fluxione particulæ fuerint deuictæ, Galenus exponit. Duo autem accidere inquit, nempe vt propter immenſam copiam fluoris in eam intēperiē phlegmone obſeſſæ particulæ incidāt, vt actionē earū amittāt: & vt progreſſu tēporis corrūpātur. Nā omnis vehemēs intēperies, vt lib. 3. de ſympto. cauſis cap. 1. atteſtatur Galenus, vires deiicit. Viribus autē proſtratis, vt actiones pereāt neceſſe eſt. Siquidē cauſa vnde actio procedit ſit ipſa facultas. Vbi autē ſupra modū increſcit intēperies, fit vt propter magnitudinē ardoris & inflāmationis, pars emori ac corrumpi, adeóq; gangræna vocata corripi incipiat, donec tandē in totū corrūpatur. Tum autē partes ſic affectæ dolere deſinēt, quū ei, quod trāſmutat, fuerint aſsimilatę. Nā particulæ non dolent quando iam ipſorum temperamentum eſt ex toto mutatum, ſed dum adhuc à naturali ſtatu mutatur. Quòd Hippocrates etiam in libro de homine confirmat, vbi ita ſcriptum reliquit. His quibus natura mutatur ac corrumpitur, dolores excitantur. Quam quidem ſententiam Galenus etiam lib. 1. de ſympto. cauſis ca. 6. citat, & nos ibidem hanc ipſam luculenter admodum explicauimus. Alteratur autē & corrūpitur cuiuſq; natura, quū calefit, vel frigefit, vel ſiccatur, vel humectatur, vel vnitas eius ſoluitur. A calido autem & frigido, vtpote in agendo efficaciſsimis qualitatibus, natura ſiue temperamentum violenter ac confertim alteratur, ac tandem corrumpitur, hocque nomine dolor excitatur. Ab humido autem & ſicco, veluti minus efficacibus qualitatibus, natura alteratur, ſed ſenſim & citra violentiam, ideòque hæ duæ qualitates nullum dolorem excitare poſſunt, quemadmodum idipſum copioſiùs lib. iam citato primo de ſympto. cauſis cap. 1. demonſtrauimus. Hîc rem obiter tātum attingere placuit. Atque hoc eſt quod Galenus ait. In inæqualibus intemperamentis alteratur natura, quādo calefit, refrigeratur, humectatur, & exiccatur. De poſtrema vero alteratione, nempe exiccatione, exempla duo ſubiicit, famem & ſitim. In eſuriendo enim & ſitiendo alteratur natura noſtra, eò quòd in fame deficit ſicca, in ſiti verò humida ſubſtantia. Nam animalium moles in perpetuo fluore eſt, & certe tota diſſiparetur, niſi altera ſubſtantia ſimilis pro ea quę defluxit, reſtitueretur. Quo factum eſt, vt natura non animalibus modo, verumetiam ſtirpibus inſitas quaſdam vires deficientis ac deſiderati, nēpe famem & ſitim, ſtatim ab initio dederit. Cibo igitur quicquid ſiccioris ſubſtātiæ effluxit reſtituimus, potione quicquid humidioris. Vnitas autem ſubſtantiæ, vt hic teſtatur Galenus, quinq; modis ſoluitur. Primo vulnerando, vt omnibus conſtat. Secundo, erodendo. Tertio, tendendo. Quarto, comprimendo. Quinto, conuellendo. Sequi verò vnitatis ſolutionem dolorē, notius eſt quàm vt hic longius à medici debeat. Vt hinc etiā pateat primas, & maxime generales doloris ſpecies eſſe duas, quùm ſcilicet confertim temperamentum alteratur, & quum ſoluitur continuitas, veluti fuſius lib. 2. de laborant. locis cap. 1. Galenus docet. Nos harū rerū capita duntaxat attingere voluimus, quòd alibi à nobis pleniſsimæ ſint excuſsæ.

Quando particulæ dolent. Hippocrates.

Natura cuiuſq; vt alteretur, corrumpatur.

Vnitas ſubſtantiæ quinq; modis ſoluitur.

CAP.

©BIUM

DE INAEQVALI
CAP. VI.

Quomodo à particula phlegmone obſeſſa intemperies in totum propagatur corpus.

IGitur ſi calor ſanguinis in particula quæ phlegmone laborat mitis eſt, & qui in toto animalis eſt corpore mediocriter temperatus, non admodum facilè vnà cum laborante particula calefit. Si verò vel vehementiùs feruet, vel qui per totum animalis corpus ſpargitur ſanguis bilioſior eſt, illico totus incaleſcit. Multo autẽ magis ſicubi ambo cõcurrunt, vt & qui in phlegmone habetur ſanguis admodum calidus ſit, & qui in toto eſt animante bilioſus. Porro calefit primùm qui in arteriis eſt, quòd ſcilicet is natura calidior, & magis ſpirituoſus ſit: poſt hunc verò etiã qui in venis eſt. Quòd ſi phlegmone obſeſſa particula viſceri, cui plurimus ſit ſanguis, propinqua fuerit, etiam celeriùs cum hoc qui eſt in vniuerſo animali ſanguis calefit. Vnóque verbo, quicquid facilè alteratur, aut calidum natura eſt, id à quouis quod calefacit, primùm excalefit. Non ſecus, quicquid facile alteratu eſt, vel naturâ frigidum, id ab eo quod frigefacit, primum refrigeratur. Promptus igitur ad alterandũ eſt ſpiritus, propterea quòd ex tenuiſsimis conſtet partibus. Calidiſsima verò natura, flaua bilis. Frigidiſsima autem, pituita eſt. Reliquorum humorum ſanguis poſt flauam bilem calidus eſt, nigra autem poſt pituitam frigida. Quinetiam facilè alteratur flaua bilis, à quouis quod in eam agit. Nigra verò, ægrè. In ſumma quicquid tenuium eſt partium, id promptè alteratur: quod verò craſſarũ eſt partium, difficulter alteraſcit.

Cur ſanguis in arteriis primùm calefit.

Spiritus ad alterandũ prõptior

COMMENTA.

Hactenus inæqualis intemperiei modum qui vnicam tãtum particulam afficit Galenus expoſuit. Nunc de ea acturus intemperie quæ totum corpus occupat, principio hæc ipſa quo pacto à particula quæ phlegmone obſeſſa eſt, in totum animantis propagetur corpus, hoc loco monſtrat Galenus. Nam ſi calor ſanguinis in particula quæ phlegmone affiicta eſt, nequaquam acris, ſed mitis, & qui in vniuerſo eſt animalis corpore mediocriter temperatus eſt, non facilè, vnà cum laborante particula calefit. Manet itaque tum intẽperies in affiicta parte, nec in vniuerſum trãſfertur corpus. Si verò ſanguis in particula phlegmone obſeſſa, vel vehementer feruet, vel is qui per totum ſpargitur animalis corpus, bilioſius eſt, dico incaleſcit, adeóq; intemperies illa inæqualis in vniuerſum propagatur corpus, febriſque excitatur. Id quod magis accidit, vbi ambo concurrunt, hoc eſt, ſi is qui in phlegmone cõtinetur ſanguis admodũ calidus ſit, ac maximè ferueat, & qui in vniuerſo eſt animalis corpore bilioſus ſit. Primùm autem, quum intemperies à particula phlegmone affecta in totũ trãſfertur corpus, calefit, feruoremque admittit ſanguis qui in arteriis eſt, quòd is natura calidior, vtpote à leuo cordis ventriculo ortus, & magis ſpirituoſus ſit, quemadmodum lib. 6. de placitis Hippocratis & Platonis copioſiùs Galenus oſtendit. Poſt ſanguinem arteriarum, is qui in venis eſt calefit. Quod ſi vero phlegmone obſeſſa particula viſceri quod plurimo prædituſ ſit ſanguine, verbi gratia iecori, aut cordi, vicina fuerit, tũ multo etiam celeriùs cum hac particula vniuerſi corporis ſanguis calefit. Quid multa? quicquid promptè alteratur, & naturâ calidũ eſt, id à calida intẽperie, & quouis alio quod calefacit, primum calefit. Idem de eo quod refrigerat ſtatuendum. Hinc omnibus perſpicuum eſt, ſpiritum eſſe ad alterandum à calore promptiſsimum, quòd ſcilicet maximè tenuiũ ſit partium. Omnis ſiquidẽ ſubſtantia tenuis, vt lib. 1. de diff. feb. ca. 1. Galenus etiam teſtatur, faciliùs quàm craſſa alteratur. Poſt ſpiritũ, quòd media horum ſit

Saguis in arteriis naturâ calidior,

Spiritus ad alterandum promptiſsimus eſt.

©BIUM

ſubſtantia,humores.Ab humoribus,quia craſiſsima ſunt,ſolida corpora alterantur. Quæcunq; igitur in corpore noſtro craſſarum ſunt partium,ea promptè alterari nequeunt.Cæterùm calidiſsima naturâ eſt flaua bilis,at frigidiſsima pituita.Proinde hæc à frigido aduentitio, illa verò à calido facilè ac primûm alteratur. Verûm quod hoc loco Galenus ait flauam bilem eſſe calidiſsimam,videtur pugnare cum eo quod idem tradit lib.1.de temperamẽtis cap.vltimo,vbi ſcribit calidiſsimum in corpore eſſe ſanguinem. facilis autem eſt horum duorum locorũ quę prima facie ex diametro pugnare videntur,conciliatio,modo quis vtrunque locum rectè expendat.Hoc ſiquidem loco ſimpliciter de humoribus quatuor Galenus loquitur, ac quis illorum altero ſit calidior ac frigidior docet.In libro autem de temperamentis primo, Galenus non ſimpliciter de calidiſsimo & frigidiſsimo in corpore noſtro loquitur,ſed de iis quę ſimul humida ſunt.Hac itaque ratione ſanguis meritò calidiſsimus dicitur. Inter ea enim quæ humida ſunt,ſanguis calidiſsimus exiſtit. Nihil itaque repugnat quod hîc calidiorem ſanguine flauam bilem eſſe dicit,vtpote quæ nequaquam humida,ſed natura ſicca ſit. Atque hæc eſt haud dubiè germana horum locorum explicatio. Inter humores autẽ poſt flauam bilem,ſanguis calidus eſt:nigra autem poſt pituitam frigida. Quomodo autem ſit intelligendum quod hoc loco,& in multis aliisait,ſanguinem,qui tamen reuera temperatus eſt,calidum eſſe,in Compẽdio noſtro medicinæ cap. de tẽperamen. fuſiſimè expoſuimus,vt nihil attineat hanc diſputationem hîc cum faſtidio repetere. Ad eum itaque locum lectorem ablegamus, vtpote in quo cõplura ad inſtitutũ ſuum iure conducentia ſit offenſurus.Reliqua patent.

Conciliatio duorum Galeni locorũ prima facie pugnantiũ.

CAP. VI.

PRoinde neceſſe eſt multifarias incidere phlegmones alterationes,propterea quòd etiam multifariam afficiuntur corpora. Principiò nanque,humor qui phlegmonem efficit,magis minúſve calidus eſt.Deinde putrefactio eius,pro ipſius natura incidit:non minimum etiã prout is magis minúſve eſt impactus.Quippe quæ perſpiratu carent,celeriùs putreſcunt,veluti & in externis euenit omnibus. Quũ verò calida & humida ſunt temperamento,tum vtique potiſsimum. Quinetiam ipſa phlegmone laborãs particula,vel prope,vel longè ſita eſt à multi ſanguinis viſceribus.Totus deniq; ſanguis vel bilioſus eſt,vel melãcholicus,vel pituitoſus vel ſpirituoſus,atq; hæc omnia magisminuſq;.Quare neceſſe eſt multiformes fieri alterationes,ſiue alterum alteri ſitcollatum,ſiue idem aliquod ſibi.

Multifarię phlegmones alterationes.

Quæ perſpiratu carent celeriùs putreſcũt.

COMMENTA.

Cauſas cur multifarię phlegmones alterationes fiant hoc loco exponit Galenus, nempe quia corpora ipſa in quibus phlegmone excitatur multifariam afficiũtur. Primùm enim humor qui phlegmonẽ efficit,aut magis, aut minus calidus eſt,ideóq; pro caloris ſui ratione magisvel minus particulã,ac ſubinde totũ corpus calefacit.Si igitur ſanguis excitans phlegmonẽ bilioſus fuerit,calor & dolorvehemẽtior particulã occupabit,totũq; corpus magis ſubíde incaleſcet. Sin pituitoſus fuerit,minor in parte phlemone affecta calor, & deíde in vniuerſo excitabitur corpore.Secũdò,putrefactio illi⁹ humoris,naturę ipſius reſpõdet.Neq; enim ægrè omnis in phlegmone humor putreſcit.Sed ſi naturâ calidus admodũ fuerit,facilè putreſcet.Sin pituitoſus,difficiliùs.Putrefit etiam celeriùs aut tardiùs,prout is magis aut minùs eſt impactus . Nam ſi valde eſt impactus,perſpiratu caret,ideóque celeriùs putreſcit . Quod externis etiã in rebus omnibus quæ non perflantur ac ventilantur,accidere videmus,Putreſcunt autem maximè ea corpora quæ calida & humida ſunt , quemadmodum etiam fuſius lib.11.the.

©BIUM

metho.cap.4.& in lib. de tumoribus præter naturam,multiſq; aliis locis Galenus mõſtrat.Præterea phlegmone laborans particula ſi prope viſcus multo ſanguine prẽditũ, vtpote cor & iecur,poſita eſt,vt præcedenti diximus capite,celeriùs incaleſcit:ſin longiùs diſtat,tardiùs.Quocirca ab omnibus illis quæ citiùs putreſcũt,calor etiam celeriùs in vniuerſum corpus transfertur. Humore enim in particula quæ phlegmone laborat putreſcente,calor præter naturam in ea accenditur, ſimul quidem calefaciens eas quæ primæ tangunt phlegmone obſeſſas partes,deinde illis continuas,ex quibus rurſus aliæ ratione vicinitatis calefactæ;rurſuſque aliæ ab illis vſque ad ipſum cor deferunt calorem,qui tandem à corde in vniuerſum diſtribuitur corpus. Citiùs autẽ ſanguis qui eſt in vniuerſo corpore accẽditur,ſi bilioſus eſt,vel ſpirituoſus:tardiùs ſi pituitoſus,aut melancholicus. His igitur de cauſis multifarias fieri phlegmones alterationes neceſſe eſt, ſiue alterum iam dictorum alteri fuerit collatum,aut idem aliquod ſibi ipſi. Exempli gratia ſanguis bilioſus pituitoſo, vel bilioſus huius corporis cũ bilioſo alterius corporis: item particula hæc cum alia,aut cũ ſeipſa.Quippe phlegmone pro varietate ipſorũ humorum,& particularum in quibus naſcitur,variè alterat.

CAP. VII.

Vnde inæquales corporis intemperies fiunt.

HAE omnes inæquales corporis intemperies fiũt, maximè quidem inflammato eo qui in phlegmone eſt ſanguine,deinde eo qui in viſceribus habetur,& in corde,& huius maximè qui in ſiniſtro eius ventriculo eſt.In quem ſi viuo etiam animante,nec adhuc febre tentato, dimittere digitos velis, vt in opere de adminiſtrandis diſſectionibus ſcriptum eſt, vehementiſsimum ſenties calorem.Quò magis conſentaneum eſt,vbi totũ corpus præter naturam incaleſcit,hunc ad ſummum peruenire calorem:quippe tenuiſsimum maximeque ſpirituoſum ſanguinem continet, ac perpetuò mouetur.

COMMENTA.

Nũc vnde omnes inæquales corporis intemperies,quæ propter varias phlegmones præcedenti capite expoſitas alterationes fiunt,oriantur, Galenusdocet. Incidunt enim potiſsimum propter ſanguinem in phlegmone obſeſſa parte accenſum & inflãmatum.Hic enim,vt comprehenſum eſt,primò accenditur. Dein etiam propter ſanguinem qui eſt in viſceribus quæ ſunt prope laborantem partẽ ſita. Nam & is ob vicinitatem inflammatur,ac ſupra modum incaleſcit. Tertiò, propter ſanguinem qui in corde habetur.Quippe & is tandem accenditur,præſertim qui in ſiniſtro eius eſt ſinu. Is enim dextro eſt calidior,quod experietur,ſi quis viuo etiã animante, nec adhuc febre correpto,in hũc ſinum dimittere digitos velit,vt in libro ſeptimo de adminiſtrãdis diſſectionibus eſt ſcriptum.In eo enim opere quomodo in viuo etiam animãte ſit mutandum cor Galenus docuit.Quòd autem ſinus cordis ſiniſter calidior ſit dextro,

Sinus cordis ſiniſter dextro calidior.

Galenus itidem lib.2. de tempe.cap.4.in eum ſcribẽs modum teſtatur. Calidior verò, ait,non modo his,ſed etiam omnibus planè corporis particulis.Quod etiam ſenſu clarè deprehendas licet,in pectoris animalis diſſectione,ſi digitum in ſiniſtrum eius ſinum immiſeris.Inuenies enim locum hunc omnium,quæ in animali ſunt,non paulò calidiorem.Si igitur is qui in corde eſt,dum animal ſecundum naturam ſe habet, ſanguis,eo qui in venis continetur feruentior ac calidior eſt,vt etiam lib.6.de Hippocratis & Platonis placitis demonſtrauit Galenus,quanto magis incaleſcet,vbi totum corpus præter naturã afficitur & febre laborat? Vt autem ad ſummum calorem perueniat duæ ſunt etiam aliæ cauſæ.Vna,quòd is ſit tenuiſsimus & maximè ſpirituoſus,vt loco iam citato fuſiùs Galenus monſtrat.Altera,quòd cor ſit in perpetuo motu. Huius ſiquidem motus,vt etiam arteriarum,nunquam ſanè intermittitur.Motum autem calorem excitare quis eſt qui ignorat?Nemo ſanè præter Brachelium,quem aduerſus ſenſus

ſus iudicium, omnemque rationem, hoc in loco cor ex motu potius refrigerari aſſerere nihil pudet. Præterea Brachelius, ne id ſilentio tranſeam, hîc quoque Galenum inæqualem intemperiem diuerſitate particularũ definire putat, quum tamen illi ne per ſomnium quidẽ hoc in loco in mentẽ venerit. Quin id potius docet, quo pacto phlegmone ita alterare poſsit ordine quodam particulas, vt eius calor tandem ad cor vſq; deriuetur: ac febrem excitet. Ita nuſquam pervniuerſum hunc librum, vt aliàs etiã, Brachelius Galeni aſſequitur methodum, ac ſenſa.

Cæterùm in omnibus id genus febribus, calefit quidẽ aliquãdo vniuerſus ſanguis, & calorem illum præter naturam, qui ex humoris putreſcentia eſt obortus, concepit: non tamen arteriarum, aut venarum tunicæ, aut aliud vllum vicinorũ corporum prorſus iam temperamentum ſuum mutauerunt, ſed adhuc mutantur atq; alterantur incaleſcẽtiâ. Quòd ſi longiore tẽpore hoc patiuntur, etiã vincẽtur aliquãdo, prorſuſq; mutabũtur, ita vt nõ amplius calefiãt, ſed iam ſint præter naturã calefacta. Terminus autẽ alterationis cuiuſq; particulæ, actionis eius eſt læſio. Ad quẽ vſq; terminũ latitudo, via eſt in id quod præter naturã eſt, veluti mixta, cõmuniſq;, ac media ex vtriſq; cõtrariis compoſita, eo ſcilicet quod eſt exquiſitè ſecũdũ naturã, & eo q̃ iam eſt præter naturã. Toto autẽ hoc tẽpore corpus incaleſcens, pro quãtitate alterationis, proportione etiam reſpondentem dolorem obtinet. Quum verò omnes corporis ſolidæ particulæ prorſus excalefactæ fuerint, eiuſmodi febris hectica vocatur, ceu quæ non amplius iam in humoribus & ſpiritu ſolùm, ſed etiam in corporibus, quæ habitus rationem habẽt, compræhẽſa ſit. Hectica febris.

Hæc doloris expers eſt, putantq; qui ita febricitant, omnino ſe febre carere. neque enim eius calorem ſentiunt, omnibus ſcilicet eorum partibus æquè excalefactis. Et ſanè congruunt hæc cum iis quæ naturæ periti viri in diſputationibus de ſenſibus tradũt. Neq; enim ſine alteratione eſt ſenſus, neque in is quæ iam perfectæ ſunt alterata, dolor. Quocirca etiã hecticæ febres omnes, tũ ſine dolore ſunt, tum ab iis qui ipſis laborant prorſus non ſentiuntur. Non enim ex eorum particulis, hæc agit, hæc verò patitur, quum omnes inter ſe iam ſimiles ſint redditæ, ac vnicam habeant conſentientem temperaturam. Quòd ſi autem hæc quidem calidior eſt, illa verò frigidior, at eatenus calidior, vt vicinam nihil offendat, neque ſic dolebunt: alioqui ſic vtique partes quæ ſecundum naturam ſe habent, vt quæ temperamentis diſſideant, mutuò ſe offenderent. Caro nanque calida particula eſt, os verò frigida. Cæterùm tam harum partium, quàm reliquarum omnium, doloris expers eſt inæqualitas, ob exceſſus mediocritatem. Sic igitur nec aër qui nos ambit, prius offendit, quàm ad immodicum frigus, aut calorẽ eſt immutatus. Huius verò quæ in medio ſunt differentias, tametſi numeroſas, & manifeſtũ exceſſum obtinentes, citra moleſtiam ſentimus. Hectica febris doloris expers.

COMMENTA.

Quòd non ſtatim in febribus à phlegmone ortis, de iis enim duntaxat hoc loco Galenus loquitur, etſi vniuerſus interdum ſanguis calefit, & caloré illum præter naturã, qui ex humoris putredine, putreſcit enim impactus in partẽ phlegmone affectã influés

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 65 sur 637

©BIUM

humor,vt li.1.de diffe.feb.cap.3.fusiùs docet Galenus,quia nõ bene difflatur, ortus est, concepit,arteriarum &venarũ tunicæ,aut vllum aliorum vicinorum corporum suum temperamentum omnino mutauerint,sed adhuc mutentur & alterentur,magis atque magis subinde incalescẽtia,hoc loco Galenus docet. Quòd si tamen longiore tempore ita incalescant,& iam in substantiam partium plurimùm debacchetur calor, acidit vt prorsus vincantur,& mutentur,iamque non ampliùs calidiora reddantur , sed iam ex toto præter naturam sint calefacta. Terminus autem alterationis præter naturam cuiusque particulæ est,actionis eius læsio.Hoc est:nulla particula per alterationem in morbosam intemperiem incidit,nisi actio eius læsa fuerit. Tantisper igitur intra sanitatis terminos particula etiamnum alterata consistit , dum nulla eius actio manifestè est adhuc læsa.Latitudo igitur ad eum vsque terminum,via est in id quod præter naturam est.Quæ sanè veluti mixta,communis,ac media est,quòd scilicet ex vtriusque contrariis,eo nimirum quod est exquisitè secundum naturam , & eo quod est iam præter naturam,sit composita. Vt hinc etiam sole clarius sit Galenum inæqualem intemperiem non vocare illud tantum temperamentum quod à morbosa causa in variis partibus variè excitatur,vt illi mendaciter imponit Brachelius,sed id potiùs quòd ex naturali affectu,& eo qui præter naturam est,vt supra quoque capite primo diximus, cõponitur.Quare mendaciter,& non sine magna calumnia Brachelius in suis ineptis cõmentariis Galeno tribuit,quod is inæqualem intẽperiem diuersarum partium, dispar tẽperamentum appellauerit.Idipsum enim ne per somnium quidem illi venisse in mẽtem,tum ea quæ præcedunt,tum ea quæ sequuntur,manifestè demonstrant . Vnde in inæquali intemperie duos contrarios motus videre licet, vnum caloris præter naturã, & alterum naturalis.Hic siquidem resistendo plurimùm laborat,alter verò noxam inferendo contendit.Cæterùm toto hoc tempore quo vniuersum corpus calefit,pro modo ac quantitate alterationis,proportione etiam respondentem dolorem obtinet. Adeò vt si vehemens ac magna sit alteratio,magnum quoque ac vehementem habebit dolorem.Sin contraria fuerit alteratio,mitiorem etiam dolorem obtinebit.Quumverò iam omnes solidæ corporis partes,omnino siue perfectè,τελείως enim est in codice Galeni,excalefactę fuerint,tum febris eiusmodi ἑκτικὴ hectica vocatur,ceu quæ iam nõ amplius in spiritu & humoribus solùm,sed etiam in corporibus,quæ habitus,quẽ Græci ἕξιν vocant, rationem habent,hoc est,solida sunt,sit comprehensa.Quòd autem habitus corporis interdum idem quod pars eiusdem solida significet,satis testantur quæ scribit idem Galenus lib.1.de differen.feb.cap.7.inquiens. Febres hecticas appellant, vel quia stabiles sunt,ac solutu difficiles,quemadmodum habitus: vel quia ipsum corporis habitum occuparunt.Ita nanque nominare solent solidas partes, humoribus ex aduerso distinguentes.Non temerè autem à Galeno dictum est, in spiritu & humoribus solùm.Nisi enim μόνον dictionẽ adiecisset,imperitus quispiam putare potuisset,in febre hectica,de Galeni sententia,spiritum & sanguinem caloris febrilis esse expertia. Quanquam Linacrus hanc dictionem in sua conuersione,non sine maximo incommodo omisit,multisque,præsertim Brachelio,vt Galenum temerè reprehenderint,occasionem præbuit.Nihil autem tale Galenum cogitasse , præcedentia satis conuincũt, in quibus disertè dixit,primum spiritum,vtpote tenuissimum,dein verò humores & postremò solidas corporis partes alterari.Nequeunt igitur solidæ corporis partes perfectè calefieri,nisi priùs spiritus & sanguis fuerint calefacta.Porrò hectica febris doloris est expers,arbitranturque ea laborantes se omnino febre carere. Quod non alia de causa fit,quàm quòd calorem illum non sentiant.Nõ sentiunt autem,eò quòd earum partes æque sint calefactæ.Sed hoc loco Brachelius suo more ineptit, & molestus esse Galeno pergit,inquiens.Non videtur mihi eius ratio esse, quia calor omnes ex æquo partes obtinuit,sed potiùs quia opposita temperatura ferè omnis exposita est,ac propemodum euicta.Hæc ille.Quasi verò æque excalefactę esse possint partes, oppositotemperam

Terminus alterationis præter naturam.

Brachelij calumnia vindicatus Galenus.

Habitus idẽ interdũ quod pars solida significat.

Linacrus cæteris errãdi occasionem præbuit.

In hectica febre spiritus & sanguis etiam calefiunt.

Hectica febris cur doloris expers.

Brachelius notatus.

©BIUM

temperamento omni priùs non explosso,ac euicto?Quî enim ex æquo possent esse calidæ,nisi omnis frigiditas priùs fuisset expulsa?Subiicit Brachelius.Iam neque illud certum est,quòd hectica omni dolore careat.Nam hecticam dicimus,cuius calor in corporis habitu sedet.Talis est qui ab ira subinde occepit. Et quomodo ergo primis diebus omni dolore vacabit,priusquã natura eiecta fuerit ? Hactenus Brachelius.Nõ primis' diebus Bracheli,neq; priusquam uatura eiecta fuerit,Hecticam doloris esse expertem Galenus ait,sed quũ iam omnes solidæ corporis partes τελέως i.prorsus,sunt calefactę.Quũ igitur cõstet duo esse Hecticę pręcipua genera,Galeno lib.1.de diffe.feb.cap. 8.teste,vnum quod statim ab initio inuadit,similem primam sui generationem diariis faciens,ex tristitia,& ira,& multa lassitudine,cum solis vstione contractum:& alterum quod iam diu durauit,& absolutũ est:de postremo tantùm in pręsentia loqui Galenũ, exiã dictis abũdè constat.Quinetiam ipsemet Brachelius paulò post fatetur verum esse quod diximus,dũ inquit,nõ in omnibus hecticis statim ad extremũ caloré peruenire solida corpora,sed paulatim promouere. Verisimũ igitur est quod hoc loco affirmat Galenus, hanc hecticam in qua omnes solidę corporis particulę perfectè siue extremè calefactæ fuerint,doloris expertẽ esse . Quę à Galeno dicta sunt,ea congruunt ac conueniunt cũ iis;quę à philosophis,Platone & Aristotele scilicet,de sensibus tradita sunt. Hi enim neque sensum sine alteratione fieri,neque dolorem in iis quę perfectè plenè, prorsus,omnino:id enim Galeno,vt iterũ repetamus,τελέως significat,alterata sunt,vt copiosè admodum libro secũdo de symptomatum causis,capite sexto; vbi Platonis & Hippocratis ea de re verba citat Galenus, demonstrauimus. Prædictis duobus subscribit etiam Aristoteles,qui libro secundo de anima capite quinto ita scriptũ reliquit: Fit,inquit,sensus:quum mouetur atque patitur aliquid.Nam ipse sensus alteratio quædam videtur.Quapropter quum in paulò antè dictis hecticis nulla ampliùs fiat alteratio,nec ex particulis eorum qui istis correpti sunt,hæc agit, illa verò patitur, sed omnes iam alteratæ,& inter se similes redditæ sunt, vnicamq; consentientem tẽperaturã habeãt,consequitur has omnes tum sine dolore esse,tum ab iis qui ipsis laborant prorsùs non sentiri.Atque planè ridiculum est quod Brachelius hîc Galenum iterũ ad suã opinionem alludere dicit,iuxta quam inæquale intemperamentum definit, diuersarũ partium diuersum intemperamentum:non intelligens hîc Galenũ loqui de febre quæ inęqualis est totius corporis intẽperies,in qua diuersas corporis partes diuersa etiã haberẽt tẽperamẽta necesse est,aliàs nobis dolorem nullũ inferret,nec molesta esset. Vbi autẽ ęquale cõsecutę omnes fuerit intẽperamẽtũ,vt in hectica perfecta,tũ nihil molestiæ inferunt,& doloris,vt comprehensum est,expertes sunt.Ita nusquam non temerè Galenum calumniando Brachelius turpiter impingit.Quanqu ãverò hæc quidẽ corporis pars verè calidior est,vt caro,illa verò frigidior,veluti os,at eatenus calidior,vt sibi proximã nihil offendat,neq; tamẽ sic dolebũt:alioqui necesse esset,vt partes in homine diuersæ naturæ quæ secundum naturam se habent,vtpote quæ tẽperamentis dissident:caro nanq; calida corporis particula est,os verò frigida,mutuò se offenderent. Quòd igitur iam dictæ partes,caro videlicet & os, ac reliquæ omnes tam in hectica febre,quàm in sano corpore inæqualiter tẽperatæ,doloris expertes sunt,nihil aliud causari oportet quàm excessus in calore & frigore mediocritatem.Quippe intemperamẽtum harum partium nondum eò peruenit vt actiones lædat, ideoq; intra sanitatis terminos hæret,minimeq; dolorem excitat.Licet igitur caro calida sit,os verò frigidum, quum tamen in calore & frigore mediocritatem habeãt, mutuo dolore non afficientur.Eadem quoq; ratione,cæteræ animalis partes,sicut neruus,membrana,musculus, vena & id genus aliæ,licet inter se diuersęsint naturæ,inæqualitas tamen ipsa cum indolentia erit.Musculi enim calor,membranæ frigiditatem non alterat , quoniam ealum partium qualitas in summo gradu non est. Vt iterum hîc pateat,Galeno duplicem esse intemperiem,vnam sanitatis,de qua nunc illi sermo est,& morbosam,de qua pau-

Duo hectices præcipua genèra.

τελέως

Brachelii maledicentia vindicatus Galenũs.

Duplex intemperies.

Mediocris à media tẽperie excessus nullũ nobis infert molestiã.

lò ſuprà eſt locutus. Quòd verò mediocris à media temperie exceſſus nullam nobis inferat moleſtiã aëris exẽplo monſtrat Galenus. Nam neque is nos, etiamſi à mediocritate recedit, lędere ſolet, niſi immodicè immutatus ad vehemẽtem calorem, aut frigiditatem peruenerit. Quare omnes aëris quę in medio ſunt immodici tum caloris, tum frigoris, tametſi numeroſæ ſunt, & manifeſtum à media temperie exceſſum habent, tamen nullum nobis inferunt moleſtiam. Verum ſciendum hoc in loco, Aldinũ Græcum codicem eſſe mutilum. ſic enim legit εἰ ὁ μὴ μέγα, τὸ μέσον θερμότερον αὐτῶν, ἢ ψυχρότερον, ἀλλὰ ἰσοῦτῳ θερμότερον, ὡς μὴ λυπεῖν τὸ πλησιάσαν, ἢ οὕτως ἀλλήλοις λυπηρὰ &c. Quem ſecutus Linacrus, mutilam etiam nobis obtruſit ſuam conuerſionem, quæ tamen Brachelium, vtpote, quemadmodum ipſe è multis coniicio, græcæ linguæ planè imperitum, nihil offendit. Complebitur autem Galeni ſententia, ſi poſt τὸ πλησιάζον inſerantur hæc verba: ὀδὲ ὅτως ὀδωνήσεται. Eritq; tum verborum Galeni is ſenſus, quẽ in noſtra conuerſione expreſsimus. Ea verò eſſe inſerenda ex antiquo colligitur interprete, qui præſentem locum ita eſt interpretatus. Si verò & hæc quidem fuerit calidior earum, hæc verò frigidior, ſed non in tantum calidior vt contriſtet vicinam, neque ita dolebunt: ita enim eſſent ſibi inuicem contriſtatiuæ, quæ ſecundum naturam habent vniuerſæ particulæ. Hactenus antiquus interpres, qui noſtram conuerſionem planè comprobat. Quòd ſi autem pro εἰ ὁ, legas εἰ κῆ, id eſt, quanuis, optimus emerget ſenſus. Nam tum erit veluti quædam occupatio, qua tectæ cuidam obiectioni reſpõdet Galenus. Poſſet enim quiſpiam inſtare, in hectica febre non eſſe vnicã conſentientem, quemadmodum Galenus ait, temperaturam, quum vna pars ſolida, verbi gratia caro, alia parte, oſſe nimirum, in hectica etiam febre calidior ſit. Quippe carni ad febrilem calorem, naturalis, qua neruus, os, & id genus alia deſtituũtur, etiã accedit, vt hoc nomine caro in hectica febre promptiùs à calore tẽtetur, quàm neruus & cartilago, hæcq; citius quàm oſſa colorem recipiant. Igitur ab hecticæ calore, æqualis intemperies in vniuerſo corpore minimè conſequetur. Si autem æqualis intemperies in hectica non eſt, ſed una pars altera calidior, vt inæqualitas illa dolorem excitet neceſſe eſt. Sed reſpondẽdum cum Galeno, inæqualitatem illam doloris expertẽ eſſe, propter exceſsus mediocritatem, qui vicinam partem haud offendit. Quanquã enim hecticæ febris calor vniformiter per omnes animalis partes non decurrit (nã calidiores partes, ſicuti caro, magis caliditati patent, quàm oſſa, quæ frigidiora ac duriora) tamen hæ ita ad portionem, & tam æqua menſura ſenſim alterantur, vt nihilominus æqualem iam calorem in hectico adeſſe fatendũ ſit. Prætereà hæc lectio eſt veluti quædam explicatio eius quod dixit, eorum qui hectica laborant partes æquè eſſe calefactas, calore videlicet præter naturam, quanuis iuxta proportionẽ. Magis enim calidas, eſſe in hectica febre partes naturâ calidas quàm frigidas, cõſentaneum eſt. Ad calorem enim præter naturam, quem quæuis particula pro ſua portione habet, accedit etiam, vt diximus, naturalis. Is quia vicinã partem non offendit, ideo in hecticis etiam dolorem nullum excitare poteſt. Hãc lectionem ſecutus eſt Arnoldus de villa noua, qui ita conuertit. Etſi ſunt quædã maioris calefactionis, & quædã maioris refrigerationis. &c.

Aldini codex græcus reſtitutus

Brachelius linguæ græcæ imperitus videtur.

„ „ „

Obiectio.

Reſponſio.

CAPVT VIII.

EXius igitur fortaſſe & illud probabiliter dici videtur, quod alicubi Hippocrates ait, omnes morbos eſſe vlcera. Quippe vlcus vnitatis eſt ſolutio. Immodicus verò calor ac frigus proximè accedũt, vt vnitatẽ ſoluant. Plurimus nanq; calor, eò quòd ſegregat ac diuidit ſubſtantiæ continuitatem: Summum verò frigus, eò quòd ſtipando, & introrſùs pariter trudendo, hæc quidem exprimit, illa verò conquaſſat. Atque hunc quiſpiam immodici caloris ac frigoris terminum ſtatuens, fortaſſe non abſurdè ſentiat. Seu

verò

©BIUM

verò is, siue alius quispiã immoderationis terminus est, certè omnem moderationẽ ad aliquid referri iam liquet. Non enim pari ratione à calidis, aut frigidis omne corpus afficitur. Quocirca fit vt aliqua animalia, conuenientes inter se humores habeãt, aliqua non solùm conueniẽtes, sed etiã qui corrũpant, veluti homo atq; vipera. Vtriusq; enim saliua alteri est pernitiosa. Ita vtiq; & scorpium necaueris, si ieiunus illi inspueris. At homo non interimet hominem morsu, nec vipera viperam, nec aspis aspidem. Quod enim simile est, id familiare amicumque esse solet: quod verò cõtrarium est, inimicũ ac molestũ. Augetur igitur quidq; & nutritur à similibus, perimitur autẽ ac corrũpitur à cõtrariis. Quapropter etiã sanitatis tutela per similia ꝓficitur, morborũ verò sublatio, ꝓ cõtraria. Verùm de iis alius est sermo. Hecticã verò febrẽ quæ iã habitũ animãtis occupauit, eâ qui laborat non sentit. Reliquarũ autẽ febriũ nulla est quæ nõ sentiatur, sed aliæ magis, aliæ minꝰ ægrotãtibus sunt molestæ. Sunt ex iis & quæ rigorem inferant, fit enim id quoque symptoma, veluti alia multa, ab inæquali intemperie. Modum tamen generandi eius in proposito libro tradere nõ licet, priusquàm de naturalibus facultatibꝰ demonstratum fuerit, quot hæ, qualesque sint, tum quid agere quælibet sit nata. Verùm in libro de symptomatum causis de omnibus dicetur.

COMMENTAR.

Galenus hoc capite, memor eius quod lib. 2. de sympto. causis cap. 7. dixit, nempe veterũ placita nõ esse hostiliter redarguenda, sed amicè magis interpretãda, Hippocratis dicto (omnis morbus vlcus est ὑπιείκειαν) ac cõmodã interpretationem adhibet. Locus autem vbi idipsum affirmat Hippocrates, est in lib. 3. de fracturis apho. 34. vbi ita scriptum reliquit, εἰμή τισ φήσειε καὶ τἄλλα νοσήματα ἕλκεα εἶναι, ἔχει γὰρ τινα καὶ οὗτοσ ὁ λόγον ὑπιείκειαν. Hoc est, nisi quis alios quoq; morbos vlcera esse dixerit. Nam hinc etiã sermo quandã habet credulitatem, siue, vt ita dicam, probabilitatem. Quę autem sit ista probabilitas, Galenus iis ostendit verbis. Vlcus est cõtinui solutio. Immodicus autem calor ac frigus proximè accedunt, vt vnitatem soluant, igitur sunt vlcera. Minorem hac ratione probat. Plurimus calor vnitatem soluere videtur, propterea quòd segregat ad diuidit substantiæ cõtinuitatem. Nam penetrando, & quasi erodendo substantiã, eius continuitatem soluit. Summũ verò frigus contrahendo, & introrsùs trudendo, hæc quidem exprimens, illa verò contundens, vnitatẽ soluit. Quid multa? immodicus calor secando, dirimendo, diuidendo, & erodendo continuũ soluit, & dolorem infert. Summũ verò frigus, coarctando, constringendo, diuellendo, & exprimendo. Tenuibus enim humiditatibꝰ expressis, simul partes diuelli est necesse, vt fusiùs lib. 4. de simpli. medica. faculta. cap. 1. Galenus monstrat. Nõ autem temerè dictũ est proximè accedunt vt continuitatem soluant. Nam vt in cõmentariis etiam suis in citatã Hippocratis sententiam testis est Galenus, vehemens & immodica intemperies, continui solutionem efficit, etsi non sensui euidentem, at rationi certè contemplabilem, adeóque veram. Quippe similem sensum ei, quam solutio continui affert, excitare solet, & continuum diuellit. Quod sanè pathos, non est nisi continui solutio. Atq; hũc quidem terminum, continui nimirum solutionem, si quis esse immodici caloris & frigoris statuat, nõ ineptè sentiet. Nã is certè immoderationis terminus, non est nisi actionis læsio, adeóque dolor, quemadmodum copiosiùs libro secundo de temperamentis, capite quinto, Galenus monstrat. Siue verò is, siue alius quispiam, immoderationis sit terminus, liquet tamẽ, omnem immoderationem ad aliquid referri. Excedens nanque ille caloris & frigidi terminus qui dolorem excitat actionemque lædit, vnifor-

Veterũ placita non sunt hostiliter redarguẽda

Omnis morbus vlcus est.

Calor quomodo vnitatem soluit.

Frigus.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 69 sur 637

mis perpetuò non eſt, ſed pro ſubiecti, hoc eſt, corporis, diuerſitate variatur. Nam pituitoſum, vtpote temperamenti frigidioris, non ęquè ac bilioſum, ab immoderato illo calore alterabitur. Neque bilioſum, vtpote calidioris temperamenti, ęquè ac pituitoſum ab immoderato frigore mutabitur. Hoc ſiquidē à calore citiùs vexabitur, illud verò tardiùs. Atq; hoc eſt quòd Galenus iis verbis innuere voluit. Nō enim pari ratione à calidis, aut frigidis omne corpus afficitur. Quāobrē cōplura inter animalia inueniuntur, quę ob eorū vniformē caloris, vel frigoris tēperiem, conuenientes inter ſe humores habent, adeóq; ſibi ipſis familiaria nulliuſq; nocuméti ſunt. Aliqua non ſolùm cōueniētes (Græcè enim eſt τινὰ δ' ἃ μόνον οἰκείους) ſed etiā corrūpentes. Hìc eſt ꝙ hominis ſaliua homini nō noceat, ideoq; homo, morſu hominē haud interimet. Pari ratione vipera, ab alterius viperę morſu non perimitur, nec aſpis ab aſpide. Quod ſi verò vipera hominē momorderit, eū ex ſaliua illa venefica inficiet & intoxicabit, tādemq; iugulabit. Ita ſanè hominis ſaliua viciſſim viperā iterficiet, quòd vtriuſq; ſaliua alteri ſit pernitioſa. Sic Scorpionē quoq; necabit homo, ſi ieiunus illi inſpuat. Cęterùm ſaliuā hominis viperę, ſcorpioni, & omnibus propemodū venenatis aduerſari, Nicāder etiā in theriacis, iis atteſtatur verbis. πολλάκι χ᾽ ἑρπετέων σιάλων ἐστυφέτρεσαν ὀδμήν. Sæpe etiā humanarū ſaliuarū odorē virulē tas ſubtimuiſſe beſtias. Et Plinius lib. 7. naturalis hiſtoriæ cap. 2. Omnibus, inquit, hominibus, cōtra ſerpētes ineſt venenū, ferūtq; iſtas ſaliuâ, vt feruētis aquę contactu, fugere. Vnde ſanè omnibus liquet cuilibet animantis corpori, proprietatē quandā tēperamenti eſſe, quę huic quidē naturę ſit conſentiēs, ab hac verò ſit diſſentiēs. Quapropter meritò exiſtimandū, id quod ſimile eſt, amicū eſſe & congruū: quod verò contrariū eſt, inimicū ac noxiū. Hinc eſt quòd omnia nutriantur ac augeantur à ſimilibus, à diſſimilibus verò & contrariis perimātur ac corrūpantur, vt fuſiùs lib. 3. de tēpe. cap. 5. Galenus docuit. Eadē de cauſa bona corporis valetudo per ſimilia cōſeruatur, morbus autē per cōtraria profligatur, vt in lib. de tuēda ſanitate, & de medēdi methodo fuſiſsimè eſt demōſtratū. De iis itaq; copioſiùs diſputare alterius eſt negotii, nobiſq; ad hecticas febres, vnde digreſsi ſumus, redeūdū. Dictū verò de ea eſt, quia eius calor vniuerſas corporis partes ſolidas occupauit, illiſq; adeò iā familiaris eſt, ideo illā nec dolorē parere, nec ab ęgrotāte percipi. Cęteras verò febres, quādoquidē in cōtinua alteratione verſentur, inæqualē adducere intēperiē, adeóq; dolorē, ſed aliâs maiorē, aliâs minorē. Ex his febribus ſunt nōnullę, veluti tertiana, & quartana, quę rigorē ingerūt, quod quidē ſymptoma, vt cōplura alia, ab inæquali fit intēperie, vt lib. 2. de ſympto. cauſis cap. 7. & 8, fuſiùs Galenus tradit. Quē iterū hoc loco Brachelius notat, quaſi is, dolorē qui in inęquali intēperie percipitur, diuerſę partis oppoſita qualitate fieri autumet, quum tamen hoc, vt iam ſępe diximus, ne per ſomnium quidem illi in mētem venerit.

Ratio familiaritatis & corruptionis.

Saliua hominis venenatis aduerſatur.

Brachelius falsò Galenū pſtringit

CAP. IX.

Inęqualis intemperiei differētiæ.

Sed reuertor ad inæqualis intēperiei differētias. Nā quēadmodū ex phlegmone febris naſcatur, tū ꝙ omnis febris, et oīs phlegmone, præter hecticas nominatas, ex morbis inæqualiter tēperatis ſint, iā à me eſt expoſitū. Porrò accenditur etiā febris citra plegmonē, ex humorū putredine. Neq; enī ea ſolùm quæ impacta ſunt, et perſpiratu carēt, putreſcunt, verū ea quidem celeriter, et maximè: cæterùm putreſcunt et alia multa, quæ putredini ſunt opportuna. Dicetur autem de horum opportunitate alio loco. Quin etiam alio quoque modo inæqualis in toto corpore oritur intemperies, modò quidem fuliginoſo vapore detento, modò ab excercitationibus pluribus, aut laboribus adauctis, modò ab ira, ſanguine immoderatiùs feruente, modo ex Solis quadā vſtione incaleſcēte. Quòd vero etiā in eis oībus febribus, quēadmodum etiam

in us

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 70 sur 637

in iis quæ à phlegmone excitãtur ſupra eſt dictũ, tum pro effectricis cauſæ robore, tũ pro corporis ipſius affectu, alij magis febricitent, alij minus, alij haudquaquã, manifeſtum eſſe arbitror. Aeque verò & quòd intemperies ipſa nonnunquã ſpirituoſam tantùm inuadit ſubſtantiam, nonnunquam etiam humores ipſos, clarũ eſſe reor. Sed nec minus illud, quòd in omnibus huiuſmodi ſi diu duraũerint, hectica ſuccedet. Iamque ſermo noſter propemodum oſtendit, inæqualem hanc intemperiem aliquando ex calida, frigidáve ſubſtantia, quæ in particulam aliquã influit accidere, veluti in iis, quæ phlegmone infeſtantur, dicebatur. Sæpe non ita, ſed ipſa corporis temperie in qualitate mutata: tum quòd alterantium eam, quædã ab ipſo corpore ortum habeant, quædã extrinſecùs. Ab ipſo quidẽ corpore, quum ex putredine tantum aliqua, vel phlegmone excitatur febris. Extrinſecùs autẽ à Solis vſtione, vel exercitatione. Dicetur autẽ de iis fuſiùs in libro de morborũ cauſis.

COMMENTA.

Reuertitur hoc capite Galenus ad inæqualis intẽperiei differẽtias. Nã quũ ſuperiùs, quẽadmodũ ex phlegmone naſcatur febris, & quòd omnis febris, hectica excepta, ſit totius corporis inæqualis intẽperies, expoſitum ſit. In preſentia de febre, & inequali totius corporis intemperie, quæ citra phlegmonen ex humorũ putredine accenditur, differit. Nã ſi interdum prę craſsitie, vel copia, vel lentore excrementi, vel ſtipatione meatuum, vel ſua ipſius debilitate natura nequaquã poſsit excernere vniuerſum humorẽ prauũ, immorãtem diutiùs in ipſo corpore animalis, putreſcere neceſſe eſt. Nullus enim alius humor permanere qualis extitit ab initio, poteſt, nedum qui adeò vitioſus eſt, vt ab ipſa natura cultũ amplius ſuſcipere nõ poſsit: ſed aut cõcoctus apponitur atq; aſsimilatur ſolidis animalis partibus, aut corrumpitur atq; putreſcit. Ipſo autẽ putrefacto calor quidam præter naturã accenditur, adeoq; febris putrida nominata excitatur. Porrò quòd ea quæ impacta ſunt, & perſpiratu carent, & item quæ calida, & humida ſunt, celeriter & potiſsimũ putreſcũt, lib. 11. the. metho. cap. 3. & cap. 1. & 2. de morborum cauſis, inq; lib. de diffe. feb. abũdẽ eſt mõſtratum. Accenditur etiã nõnunquã febris, quę inequalis, vt diximus, totius corporis eſt intẽperies, fuliginoſo vapore detẽto, vt accidit huic, qui in aquis aluminoſis, Albulis vocatis, eſt lauatus, vt lib. 8. the. metho. ca. 2. Galenus fuſiùs narrat. Interdum ab exercitationibus immodicis, aut laboribus ſupra modum auctis, modò ex ira, quæ eſt veluti feruor quidã eius qui circa cor eſt ſanguinis, nõnũquã etiã ex Solis vſtione, quę ſanguinẽ ícaleſcere facit. Quòd verò in iis omnibus febribus quę à iã dictis excitantur cauſis, veluti etiã in iis quę à phlegmone excitãtur, tũ pro efficiẽtis cauſę robore. i. humoribus ipſis tũ pro corporis ipſius laborãtis affectu & natura, aliis maiores, aliis minores, aliis nullæ prorsùs febres accẽdẽtur, manifeſtũ eſt. Siquidẽ ex bile putrefacta, intẽſior planè febris gignitur, quàm ex pituita, & atra bile. Maior præterea febris in bilioſo, quàm in pituitoſo corpore accendetur. Manifeſtum verò eſt, ex iis quæ lib. 1. de diffe. feb. dicta ſunt, quòd tria ſint prima febrium genera. Vnum genus, quando ſola ſpirituoſa ſiue aërea ſubſtantia (neque enim quicquam refert in præſenti loco, ſpiritum vel aërem appelles) admodum incaluerit, humores autem & ſolida corpora adhuc quidem incaleſcunt, ſed nondũ incaluerunt, vocaturque hæc febris Græcis ἐφημέρα, latinis diaria. Alterum genus eſt, quando ſpiritus & humores ſimul incaleſcunt, & nominatur putrida. Tertium, vbi calor, temporis progreſſu ſolida occupat corpora, appellaturque hectica. Hæc igitur calida totius corporis intemperies, quam febrem appellamus, alias ex alio de prędictis incipit. Spargitur enim & quaſi ſerpit, tranſitque è ſpiritibus ad humores, & contrà, atque hinc etiam, proceſſu temporis, ad ſolida corpora vadit. Atque id ea qui-

Quę perſpiratu carent putreſcũt

Febris variæ cauſę.

Tria prima febrium genera.

Diaria.

Putrida.

Hectica.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 71 sur 637

©BIUM

dem de cauſa, quòd omnis tenuis ſubſtantia faciliùs quàm craſſa alteratur. Tenuiſſimus autem aër, craſsima verò ſolida corpora ſunt, humores medio genere ambigunt. Atque nunc quidem oſtenſum eſt, duplicem eſſe intemperiem: vnam cum humoris calidi aut frigidi affluxu, vt in phlegmone, & œdemate, alteram ex nuda qualitate Prætereà cauſas intemperiem excitantes eſſe duas, vnam internam, putredinem ac phlegmonen. Alteram externam, exercitia, & Solis vſtionem. De quibus omnibus copioſè admodum cap. 3. libri de morborum diffe. dictum eſt.

CAP. X.

Frigida intemperies.

QVemadmodum autem ex Solis vſtione accẽditur febris, alterato videlicet corporis temperamento: ſic in frigore, nõnulli ſæpe toto corpore vehementer ſunt refrigerati, aliqui etiam horum perierũt. Iam quòd hi omnes etiam doleãt, ne id quidem latet. Porrò dolẽt & qui ex frigore ingenti vehementer perfrigerati, ſeſe celeriter excalefacere properarunt. Et multi eorum, quũ confertim manus igni admouẽt, ingentem circa vnguium radicem ſentiunt dolorem. Atque quiſquam, quum tam euidenter videat inæqualem intemperiem doloris eſſe cauſam, etiam de internis doloribus dubitet, aut miretur quo pacto citra phlegmonem ſæpe vel colo inteſtino, vel dentibus, vel alia quauis particula homines doleant?

COMMENTA.

Hactenus de calida intemperie abundè eſt dictum. Nunc itaque ad frigidam intẽperiem prõgreditur, docetq; illam interim ab externa, interim quoq; ab interna cauſa, perinde atque calidam, poſſe oriri. Nam eos qui ſub vehementi frigore iter agreſsi ſunt, cõſtat, vniuerſo corpore, natiuo ſcilicet calore prorſus extincto, refrigeratos eſſe. Hinc etiam horum aliqui, vt cap. 3. lib. de diffe. morborum atteſtatur Galenus, in ipſo ſtatim itinere mortem obierunt. Manifeſtum verò quòd omnes qui ita afficiuntur, doleant. Quum enim vehementer refrigerentur, fieri non poteſt quin doleant. Siquidem frigida, vt dictum eſt ſuprà, diuellendo continuum, moleſta ſunt, doloremq; inferunt. Videntur autem corpora non ſolùm quum in naturalem habitum confertim aguntur, triſtem grauemq; mutationem ſentire: ſed etiam in ipſo ad naturalem ſtatum ſuum reditu, niſi eum paulatim accipiant, obiter cruciari. Hinc eſt, quòd ii qui in vehementi frigore iter fecerunt, quum ſeſe non ſenſim, ſed confertim calefacere properarunt, dolore circa vnguium radices adeò vehementi affecti ſint, vt illum ferre nõ poſſent. Quum itaq; dolor nõ generetur in radicibus vnguiũ, niſi quia in eadem particula varium & inæquale ſit temperamentũ, ideò clarũ eſt, Galenum etiam inæqualẽ in eadẽ particula intemperiẽ ſtatuere. Id quod fateri conatur Brachelius, qui in huius loci cõmẽtariis ita ſcriptũ reliquit. Vides igitur & hìc rurſum, potiùs eiuſdẽ particulæ, q̃ diuerſarũ variũ temperamentũ, inæqualẽ intemperiẽ, ac dolorem efficere. Si igitur hoc ex verbis Galeni apparet Bracheli, quæ impudẽtia falſam Galeno in ſuperioribus auſus es effingere interpretationẽ? Cęterùm quũ iã meridiano Sole clarius ſit, inæqualẽ intẽperiẽ ac doloreẽ ab externa procreari cauſa, quis dubitare aut mirari ſaltẽ audebit, quo pacto citra phlegmonẽ in colo inteſtino, vel dentibus, vel vẽtriculo dolor excitari queat? Si enim externa cauſa tantũm in corpus poteſt, vt doloreẽ cõcitet, quanto hac potentior erit interna? Sed in re manifeſta non eſt cur longiores eſſe debeamus.

Frigida intẽperies doloreẽ infert

Brachelii impudentia notatur.

Aliqui ægrotantes ſimul rigent & febricitant.

Neq; enim taliũ affectuũ vllus mirabilis eſt, nec quẽadmodũ aliqui ægrotãtiũ ſimul rigeãt & febriciteẽt. Nã ſi pituitoſus humor frigidus, quẽ Praxagoras vt treũ appellat, & amara bilis humor calidꝰ, ſimul abũdẽt, & ꝑ ſenſibilia corpora moueãtur, nihil mirũ eſt vtrũq; ab ægrotãte pari modo ſentiri. Neq; enĩ ſi hoiẽm

ſub Sole calido ſtatuas, & aquam illi frigidam infundas, fieri poteſt, vt non ſimul & à Sole calorem, & ab aqua frigus ſentiat. Verùm hoc caſu ambo extrinſecùs ſunt, & magnis portionibus incidunt. In febribus autem hepialis, tum intùs, tum exiguis portionibus, adeóque vniuerſum corpus, ambo ſentire videntur. Quippe minimis portiunculis aſperſum eſt tum calidum, tum frigidum, neque licet vllam ſenſibilem eius partem deſumere, in qua nõ alterutrũ inſit. In ipſa quidem acceßionis inuaſione, aliqui febricitantium, tum rigent, tum ſitiunt, tum ambo ſentiunt, frigus immodicum, & calorem, verum non eodem loco: quippe poßũt quæ excalefactæ ſunt partes, manifeſtè à refrigeratis diſcernere, Nam intùs, & in ipſis viſceribus calorem, in externis verò partibus omnibus frigus ſentiũt. Tales perpetuò ſunt febres, quæ lipyriæ vocantur. Præterea genus ardentium febriũ pernicioſum. Quod igitur in iis maioribus portionibus accidit, hoc in hepialis paruis contingit. Inæqualis nanque eſt, & harum febrium intemperies, ſed nec minus reliquarum omnium, exceptis tamen hecticis.

Hepiala febris.

Lipyriæ.

COMMENTA.

Hactenus de inæqualibus intemperiebus, in quibus vel calor tantùm, aut frigus ſentitur, Galenus egit. In preſentia verò de ea tractat intemperie, in qua æger vno & eodẽ tẽpore cõtraria, hoc eſt, caloré & frigus ſimul ſentit. Nam ſi pituita, quę à Praxagora vitrea vocatur, quòd vitri liquefacti, vt lib. 2. de diffe. feb. cap. 6. aliiſq; locis multis Galenus teſtatur, ſimilitudinem referat, & frigida admodũ eſt, ita ſanè, quemadmodũ lib. 2. de laborant. locis cap. 1. Galenus etiam tradit, vt neq; ab excretionis violentia quum excidit, calida euadat: & bilis amara, quæ calidiſsima eſt, in corpore ſimul abundant, & per ſenſibiles partes ij humores à putredinis calore agitati moueantur, æger vno eodemq; tempore, ac loco, calorem & frigus ſimul percipit. Vocaturq; id genus intemperiei inæqualis, Græcis ἡμίαλος πυρετὸς, latinis Hepiala febris. In ea enim intùs eodem tẽpore, in quauis corporis parte vtrũq;, & caloré ſcilicet ac frigus, ſentiũt. Minimis enĩ particulis aſperſum eſt tũ calidũ, tũ frigidũ, neq; licet vllã ſenſibilẽ eius partẽ deſumere, in qua nõ alterutrũ i. quoduis è duobus, inſit, hoc eſt quę nõ alterutrũ admittat. Quod quũ factu per quã difficile ſit, ideo ſimili aliquo Galenus hoc ipſum demõſtrare pergit. Si enĩ homo ſub Sole ſtatuatur, illicq; morã trahat, & aqua ſimul frigida perfundatur, fierinõ poteſt, quin ſimul caloré Solis, & aquę frigus percipiat. Nec in eo aliquod eſt diſcrimẽ, niſi quòd in hoc caſu ambo extrinſecùs ſentiantur, & magnis portionibus incidant. In hepiala verò febre, intùs, vt cõprehẽſum eſt, & paruis portionibus, ac proinde in vniuerſo corpore, percipiuntur. Accidit autem hepiala febris, quando vitrea pituita non tota æqualiter, ſed ex dimidio ipſius putrida fuerit, aut aliquæ ipſius partes, nonnullæ verò non putruerint. Particulæ enim humoris eius putredinem necdũ expertæ, omnibus venis, vel etiam reliquo corpori cõmunicatæ, & ſparſæ, rigorem creant, putrefactæ verò calorem accendunt. Hæc itaque pituita, vbi modicè putreſcit, per omnes ſenſibiles partes, in quibus mouetur, caloré ſimul & frigus inducere poteſt. Sed dicet quiſpiam alienum certè à ratione eſſe videtur, vt vno & eodem tempore in quauis corporis parte calidũ ſimul & frigidũ ſentiatur. Quũ enim in cõfeſſo ſit calidũ & frigidũ cõtraria eſſe, nequaquã eodẽ in ſubiecto ſimul erũt. Suapte enim natura circa idẽ ſubiectũ, ſe inuicẽ expellunt contraria. Atqui breuiter reſpondendũ, calidũ & frigidũ in hepialis febribus eodẽ ſentiri tẽpore, non velut cõtraria graduũ excellẽtiũ, ſed ſicut contraria in remiſsis gradibus, adeoque alterantia quæ in ſenſilem partem agere videntur. Nam & anteà dictum eſt, inæqualem intemperiem non fieri niſi vbi adhuc mutantur atque alterantur partium temperamenta. Quocirca etiam ex contrariis eſſe compoſitam, eo ſcilicet quod ſecundum naturam eſt, & eo quod eſt prẽter naturã.

In hepiala febre æger vno & eodem tempore, vnoq; in loco, calorem & frigus ſentit.

Hepiala febris vnde generatur

Obiectio.

Reſponſio.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 73 sur 637

©BIUM

Non igitur à vero alienum eſt,ſenſibilem partem,eodem tempore,& loco,& à cõtrariis qualitatibus alterari.Nam quemadmodum oculus eodem tempore albũ & nigrũ facilè videt,ita & in ſenſibili parte,calidi & frigidi alterationem ſimul eſſe apparet.Cęterùm in acceſsionis inuaſione,aliqui febricitantiũ,qui ſcilicet intermittentibus febribus laborant,tum rigent,tum ſitiunt,tum ambo, frigus nimirum immodicũ, & caloré ſentiunt:quòd in principio acceſsionum calor natiuus vniuerſus, & humores, in profundum corporis vergunt.Sed vtrunq; in iis febribus,ambo ſimul ſentiunt,non tamẽ eodẽ in loco ea percipiunt.Nam poſſunt metipſi ægrotantes,eas quę excalefactæ ſunt partes,manifeſtè à refrigeratis diſcernere. Quippe in ĩterioribus,calor,in exterioribus tantùm frigus percipitur.His præterea intermittentibus febribus ſimiles etiam ſunt febres, quas Græci λειπυρίας vocãt,in iis διὰπαντος,hoc eſt,vniuerſo tẽpore quo durãt, & ſemper,non tantùm in principio inuaſionis,vt intermittentes,interna, calore,externa,frigore tentãtur.Simile quoq; iam dictis febribus genus eſt ardentium pernicioſarum & exitialium.Nam & in iis interiora peruruntur,externa verò frigent,vt ſect.4. apho.com.48.Galenus teſtatur.Eſt autem febris pernicioſa vel maligna, vt idem Galenus lib.2.de iudiciis,cap.7.autor eſt,quæ pulmonis,aut iecoris,aut ventriculi eryſipelata ſequitur.Proinde harũ febrium eſt inęqualis intẽperies,ſed nec minus reliquarũ omnium,exceptis tamen hecticis,in quibus eſt ęqualis intemperies,vt dictũ eſt,calida.

λειπυρίαι

Febris pernicioſa & maligna.

Rigor ſine febre. *Quinetiam inæqualis eſt intemperies iis qui rigent,nec tamen febricitant.Rarum tamen id eſt ſymptoma.Incidit verò omnino mulieribus,tum quibuſdam aliquando viris.Oportet autem omnino deſidem ac ocioſam præceſſiſſe vitam,aut ciborum copiam longiore tempore hominẽ ſumpſiſſe, ex quibus,tardus ,frigidus,crudus,& pituitoſus naſcatur humor,qualẽ Praxagoras vitreũ exiſtimauit. Olim, vt conſentaneum erat,nemo ita laborauit,quòd nullus adeò ociosè, & in tanta ſaturitate viueret.Quapropter à veteribus medicis ſcriptum eſt,rigorem ſequi febrem.Verũtamen tum nobis ipſis,tum multis aliis iunioribus medicis ſæpenumero viſus eſt rigor,quẽ nulla ſecuta ſit febris.Porro Hepialus cõponitur ex hac intẽperie,& ea quæ eſt febricitantiũ.Sic autem appello febrem illam,cui ambo ſemper accidunt.Verũ in qua rigor quidem præcedit,febris autem ſequitur,veluti in tertianis & quartanis,hãc hepialã nõ voco.Proĩde ex duplici inæquali intẽperie hepialus cõponitur,& reliquæ propemodũ febres oẽs,præter hecticas nominatas.*

Hepialus.

COMMENTA.

Rigor ſine febre. Rigorem qui ſine febre fit,ex numero inęqualium intemperierũ eſſe,hoc loco Ganus oſtendit.Cõtingit enim in quodã genere hominum rigor ſine febre,nẽpe in mulieribus omnino,& nonnunquã in viris.Rarum tamẽ admodum ſymptoma, & quòd non niſi vitam admodum ocioſam,& victus rationem licẽtioſiſsimam, in iis præſertim cibis,ex quibus lẽtus,frigidus,cruduſq; humor,qualis eſt pituitæ ſpecies,quã Praxagoras vitream appellauit,gignitur.Hæc enim ſola,& præ aliis humoribus,ſua immẽſa frigiditate,dum per ſenſibiles corporis partes mouetur,rigores quos non cõſequuntur febres,parere ſolet.Quocirca quum veteres,crapulæ,& longi ocii expertes erãt,nemo illorum hoc genere rigoris laborauit , ideóque à veteribus etiã medicis ſcriptum eſt,rigoribus ſemper ſuccedere febres.Simili ſanẽ ratione,veteres medicos excuſat,lib. ſecundo de ſympto.cauſis capite 7.vbi ita etiam ſcriptum reliquit.Non igitur eſt mirandum,ſuperioris ſeculi medicos,huiuſmodi rigoris ſpeciem nunquam vidiſſe,vtpote minus aberrantibus tunc,q̃ modò,à ſalubri victus ratione hominibus,neq; etiã tam crebrò ſe lauantibus.Id quod etiã aliis in locis facit,quẽadmodũ copioſiùs in noſtris in eum

Cur veteres rigorem ſine febre haud viderint.

©BIUM

eum librum conſcriptis commentariis diximus. Eſtque is rigor qui à praua victus ratione originem ducit,horror potius quàm rigor dicendus,vt qui tantus non ſit,vt totum concutiat corpus.Cæterùm Hepialos componitur ex hac intemperie,hoc eſt, rigore,& ea quæ eſt febricitãtiũ,id eſt,calore. In hepialo enim ambo ,calor nimirum & frigus ſemper,hoc eſt.vniuerſo tempore quo durat,accidunt.Sed febris in qua ad rigorem febris calórve ſequitur,ſicut in tertiana & quartana,non vocatur Hepialus.Ex duplici itaque intemperie inæquali,hepialus componitur, quarum vna rigor eſt,altera febris.Nam & paulò ante dixit,quinetiam inæqualis eſt intemperies iis qui rigẽt. Febrẽ autem eſſe inæqualem intemperiem in ſuperioribus abundè eſt monſtratum.Nõ autem hepialus tantùm,ſed & omnes ferè aliæ febres,prẽter hecticas,ex duplici intemperie inæquali componuntur,frigore nimirũ quod præcedit,& calore qui ſequitur. Aut certè intelligendum hoc erit de ipſa acceſsionis intermittentium febrium inuaſione, in qua intùs & in viſceribus,vt dictum eſt,calorem ſentiunt:in externis verò partibus vniuerſis,frigus:liquet igitur inæqualem intemperiem in hepiala febre totum corpus occupare,quando à duplici intemperie calida & frigida,eodem tempore & loco tentatur.In aliis verò febribus,non vno,ſed diuerſis locis calor & frigus ſentitur. Hepialos.

Similiter & qui particulæ alicuius cum tumore morbi ſunt,ij quoq; omnes perinde ac phlegmone cũ inæquali intẽperie conſiſtunt , cãcer,eryſipelas,carbũculus, herpes,ædema,phagedæna gangræna: quippe cõmune iis omnibus eſt, vt ex fluxione humorum ſint orta.Diſſident autem in eo,quòd alij ex pituitoſo humore , alij ex bilioſo,vel melancholico,alij ex ſanguine,vel calido & tenui, feruenteque, vel frigido & craſſo,vel alio quopiam modo affecto,fiant.Manifeſtabitur enim alio loco de horũ particulatim differentia diligenter.Quòd verò ad præſentẽ ſermonẽ attinet,hoc tantùm dixiſſe ſufficit , ꝙ qualiſcunq; eſt fluxio , eadẽ ratione quodq; prædictorum malorum creabitur , qua priùs ex calida & ſanguinea,phlegmonẽ gigni monſtrauimus. Et quòd ſimilarium ac ſimplicium corporũ ſingula,à fluxione affecta,ad inæqualẽ intemperiẽ deuenient. Cæterùm extrinſecùs calefacta, aut refrigerata,aut exiccata,vel humectata,qualiſcunq; fuerit fluxio, ad profundum vſq; nondum ſimiliter ſunt affecta. Quòd ſi verò tota per tota mutata & alterata fuerint,dico quidem doloris expertia fiunt:in difficiliori tamen ſic conſtituentur affectu.Hæc prænouiſſe iis qui opus de medicamẽtis ſunt percepturi , & poſt id medendi methodum,abundè mihi ſatis videtur. Intemperies in vnaquauis particula.

COMMENT.

Quòd ſimiliter & in vna duntaxat particula inæqualis intemperies accidat,quando ab aliquo tumorum præter naturam corripitur,hoc loco Galenus monet.Sunt autem hi,phlegmone,eryſipelas,cancer, œdema,carbũculus,& id genus alii hîc,& capite primo commemorati . His omnibus tumoribus commune eſt, vt ex alicuius humoris fluxione fiant.Cæterũm diſsident,quòd alii ex pituitoſo humore,vt œdema, alii ex bilioſo,vt herpes,vel melancholico,ſicuti cancer,alii ex ſanguine,vt phlegmone,fiant. Vitiari autẽ particulæ, ab humore qui in eam præter naturam decumbit,temperamẽtum, omnibus eſt notum. vt mirari ſatis nequeam Brachelium,qui dicit ſibi apparere, quòd parum,hoc quod à Galeno hîc dicitur, ad diuiſionem inæqualis intemperaturę conferat:quum tamen conſtet Galenum,initio ſtatim huius libelli,inæqualem intemperiem,in eam quæ fit in toto animalis corpore, & eam quæ fit in vna duntaxat parte Brachelij lituor notatur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 75 sur 637

©BIUM

digeſsiſſe. De quibus omnibus quum in libro de tumoribus præter naturã, & in ſecundo ad Glauconem, atq; in lib. 13. & 14. therap. metho. abũdê ſit ſcriptum, non eſt cur in præſentia de iis lõgiùs diſſeramus, præſertim quũ hęc poſtrema huius libri pars, epilogi tãtùm rationẽ habeat. Quod itaq; ad propoſitã diſputationẽ pertinet, ſat erit dixiſſe, φ pro fluxionis natura, tumores alium atque alium modum, & naturam accipiant. Et ea planè ratione procreentur, qua priùs ex calido & feruente ſanguine phlegmonen gigni diximus. Prætereà ſi fluxione ſimilaria & ſimplicia corpora fuerint affecta, ad inæqualem deueniant intemperiem, quòd ſcilicet humor qui in eas decubuit, proceſſu temporis, natiuum eorundem temperamentum vitiet. Cęterùm ſi prædicta corpora ſimilaria extrinſecùs duntaxat calefacta, refrigerata, ſiccata, vel humectata fuerint, qualiſcunque tandem fuerit fluxio, ad profundum vſque, nondum ſimiliter, vti contingit quando in ipſa corpora fluxio irruit, ſunt affecta. Hoc eſt, quando tantùm extrinſecùs partes ſimilares calefiunt, aut refrigerantur &c. tunc nondum calor aut frigus præter naturam, ad profundum, vt ſi fluxio aliqua in eas decũbat, penetrauit. Quid multa? citiùs à cauſa interna, quàm externa, naturale partium ſimilarium temperamẽtum alteratur atque mutatur. Hæc certè genuina eſt verborum Galeni explicatio, quæ nullus, quod ſciam, aliorum interpretum rectè intellexit. Ita vt Brachelius etiam ex iis patere verbis putet, quòd Galenus inæqualem intemperiem vocet, diuerſam diuerſarum partium intemperiem. Quum contrarium potiùs ex illis verbis conuincatur, nempe Galenum hîc diſertè de vnius duntaxat ſimilaris partis intemperie loqui: ait enim τῶν ὁμοιομερῶν τε καὶ ἀπλῶν σωμάτων ἕκαστον. Id quod ſequẽtia etiã verba luculẽter demõſtrant. Statim enim ſubiicit. At cum tota corpora ſimplicia per tota mutata fuerint, vt in hectica febre iam perfectè accidit, tum ad æqualem intemperiem, natiuo iam prorsùs deuicto temperamento, deueniunt, & omnis doloris expertia fiunt. Tamen ita in difficiliori, ac magis periculoſo conſiſtent affectu. Extremo tandem huius partis loco, Galenus mõſtrat hũc libellum, & tres alios quos de temperamentis ſcripſit, iis fore vtiles, qui ſimplicium medicamentorum doctrinam, & medendi rationem acuratiſsimè pertractare molientur: atque adeo prædictos libros ante eos quos de ſimplicibus inſcripſit, & medendi methodum, iuſto ordine legendos eſſe.

Citiùs à cauſa interna, quam externa naturale partium temperamentum mutatur.

Brachelij calũnia vindicatus Galenus.

Ordo legendi hunc libellum, & eos quos de temperamentis inſcripſit.

FINIS.

©BIUM

Claudij Galeni pergameni, De morborum differentiis liber, Leonharto Fuchsio interprete.

CAPVT I.

PRimùm quid morbum appellamus exponere oportet, vt dilucidè, quæ in hoc libro tractantur, intelligantur. Secundo loco, quot sint vniuersi simplices primiq́ue morbi, & qui reliquorũ veluti elementa sunt. Deinceps verò, quot sint qui ex iis componuntur. Propositio.

COMMENTARIVS.

Primum huius libri caput, propositionem continet, breuem quidem, vt esse debet, & dilucidam: in qua sanè tria præcipuè, per vniuersum hunc de morborum differentiis librum, se esse enarraturum pollicetur. Primùm quid ipse morbum appellet. Prudenter autem de morborum differentiis tractaturus Galenus, ab ipsius morbi natura & definitione explicanda, orditur, ratus nimirum cum Cicerone, omnem quæ ratione de aliqua re suscipitur institutionẽ à definitione debere proficisci, vt intelligatur quid id sit, de quo disputatur. Quantam enim confusionem pepererit olim morbi ratio nõ satis intellecta, facilè qui ea quæ lib. 1. ther. methodi, aduersus Thessalum & Olympicũ Galenus disputat, legere haud grauatur, cognoscet. Ft hodie etiam, nullo alio nomine quidam causæ continentis assertionem mordicus retinent, quàm quòd morbi rationẽ non satis teneant, quod infrà multis in locis luculenter demonstrabimus. Non igitur meliori ac congruentiori via vniuersam de morbis tractationem aggredi poterat Galenus, quàm à morbi explicatione, vtpote sine qua, nemo quæ in hoc opere traduntur, dilucidè intelligere possit. Cæterùm quum non sufficiat nobis nosse quid sit morbus, sed vt illum etiam in suas secemus differentias necesse sit, ideo rectissimè Galenus secundo loco, quot in vniuersum sint simplices, primiq́ue morbi, & qui aliorum veluti elementa sunt, expositurum se pollicetur. Dialectica itaq; & planè methodica ratione rei substantiæ, definitione comprehensæ, diuisionem subiungit. Neque enim vnquam quispiam vel dicendi vel docendi artifex erit, nisi omnia de quibus dicendum & tractandum est, diuidere ac partiri, appositaq́; & certa definitione comprehendere sciat. Orditur autem diuisionem à simplicibus morbis, quòd illi ordine, & natura, & dignitate compositis sint priores, tum etiam potiores. Adde quòd qui simplices impermixtiq́ue sunt, ob eorum substantiæ puritatem & synceritatẽ quandam, intellectui prom ptiùs sese produnt, adeoq́ue compositis & confusis notiores sunt. Præterea quum simplices morbi compositorũ veluti elementa sint, meritò Galenus secundo loco, de simplicibus, & tertio subinde, de compositis agit. In summa, Galenus in hoc capite veluti præludio quodam totius libri, morbi se primò definitionem, abhinc simplicium morborum numerum & naturam, demũm verò compositorum traditurum profitetur. Ac sequitur quidem hoc in libro compositiuum vocatum docendi ordinem, tanquam eum qui ad disciplinam aliquam exquisitè tradendam omnium sit accõmodatissimus.

A definitione morbi cur exorsus Galenus.

Causę continentis assertio vnde nata.

Cur à simplicib⁹ ordiatur morbis.

Ordo compositiuus ad docendum accommodatissimus.

CAPVT II.

SVmendum sanè & hîc principium consensu omnium approbatum, quòd omnes homines, partium corporis actiones (quum officius, quæ vitæ vsibus inseruiunt, citra quærelam funguntur) sanas esse arbitrantur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 77 sur 637

©BIUM

Quòd ſi verò cuiuſpiam partis actio læſa ſit, illam ægrotam eſſe putant.

COMMENTA.

Galenus paſsim demonſtrandi methodo vtitur. Axioma.

Vt paſsim in ſuis operibus, demonſtrandi methodo vſus eſt Galenus, ita in hoc ipſo etiam libro eandem perpetuò ſequitur, probè ſciens eam doctrinam quæ demonſtrationibus vtitur, certiſsimam, & ad docendum efficaciſsimam eſſe. Orditur itaque ab axiomate ſeu principio, cui omnes homines aſſentiũtur, vniuerſam de morbis tractationem, quod eiuſmodi eſt. Omnes homines ſe ſanos eſſe arbitrantur, quum actionib⁹ partium corporis, quæ vitæ vſibus inſeruiũt, citra noxam fungi poſſunt. Contrà verò ægrotos ſe eſſe exiſtimant, quando pars aliqua corporis munus ſuum obire nequit. His enim principiis, ſtatim vbi fuerint audita, nemo non fidem habet, ſuntque apud medicos tam certa, quàm eſt hoc, totũ eſt maius ſua parte, apud Geometras. Quod clariùs lib. 1. therap. metho. cap. 5. in hunc ſcribens modum docuit. Quum omnis morbi, inquit, curationem inuenire propoſitum eſt, morborũ numerum priùs ſciri neceſſe eſt. At quoniã fieri nequit, vt aut differentias generis vllius, aut ſpecies inuenias, ipſo quod diuiditur non planè explorato, oportet profectò nunc etiam quid morbus ſit, narremus, quo ſic diuiſionem eius ritè adeamus. Qua igitur ratione, id methodo inueniamus? Quanam alia, niſi ea quam in libris de demonſtratione præcepimus? Nempe vt de notione ipſa priùs conueniat, quum ſine hac, propoſitæ rei ſubſtantiam inuenire non liceat. Ipſam verò notionem, quæ omnibus in confeſſo ſit, ſumẽdam diximus, vt quæ aliâs iure principium non dicatur. Quæ igitur eſt de ægrotando omnibus hominibus confeſſa notio? Et de qua maximè ſubiecta re verbum hoc ægrotare enunciant? Nunquid vbi citra offenſam omnium corporis partium actiones obeunt, & valere ſe dicunt, & minimè medicis egere putant: vbi verò naturalium corporis actionum ſenſerint quampiam, vel malè geri, vel prorſus non geri, & ægrotare ſe illa parte corporis exiſtimant, cuius actionem læſam eſſe vident, & medicum de remedio cõſulunt? Ego ſanè omnes homines ita video tum morbi, ſiue ægritudinis, tum verò ſanitatis, ſiue valetudinis nomen vſurpare. Hæc ille. Quæ quidem verba, etſi prolixa ſunt, tamen hoc nomine producenda eſſe exiſtimaui, quòd mirificam præſenti loco lucẽ afferre videãtur. Galenus itaque demonſtrandi de morbis omnibus methodum, hoc in opere, vt comprehẽſum eſt, traditurus, rectiſsimè ab iis duobus principiis ſeu notionibus exorſus eſt. Quibus, tanquam iis quæ omnibus nota & confeſſa ſunt, aſſumptis, ad reliquum quod ſupereſt tractationis progreditur.

Si autem hæc ſic ſe habent, in duobus iis ſanitas quærenda erit, aut in actionibus ſecundum naturam, aut in conſtitutione inſtrumentorum, quibus actionem perficimus. Proinde etiam morbus, vel actionis, vel conſtitutionis vitium eſt. Verũ quum & dormientes, aut alioquin in vmbra & ocio degentes, aut diſcumbentes, ſæpe neque vllam partem mouemus, neq; omnino vllam externam rem ſentimus, nihilominus tamen ſani ſumus, manifeſtum, quòd ſanitas non eſt actio, ſed potentia. Agere autem poſſumus à naturali conſtitutione: in hac igitur ſanitas conſiſtit. Vnde conſtitutio ipſa, actionis reſpectu, cauſæ rationem obtinebit. Quocirca ſiue omnium corporis partium naturalem conſtitutionem, ſiue actionum cauſam, ſanitatem appellare volueris, in idem vterque ſermo incidit. At ſi hoc ſanitas eſt, manifeſtum quod eius contrarium, morbus erit, nempe vel conſtitutio præter naturam, vel vitiatæ actionis cauſa. Liquet autẽ quòd ſi & affectum præter naturam dixeris, nomine vſus fueris antiquo, & idem ſignificaueris.

COM-

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 78 sur 637

©BIUM

COMMENTA.

Ex iacto paulò antè fundamento,& principio ab omnibus hominibus conceſſo,Galenus ſanitatem aut in actionibus ſecundum naturam,aut in conſtitutione inſtrumentorum,quibus actio perficitur,quærendam eſſe hoc modo colligit.Si ſani tum eſſe, & probè valere dicimur,quum citra offenſam omnium corporis partium actiones obimus,ſanitas certè aut in actionibus ſecũdum naturam,aut in cõſtitutione inſtrumentorum,vnde actiones illæ prodeunt,ſit,neceſſe erit.Quòd ſi verò ſanitas vel actio,vel conſtitutio naturalis erit,conſequitur,morbum,vt qui ſanitati cõtrarius eſt, vel actionis,vel conſtitutionis eſſe noxam ac vitium.Hoc enim vel quiuis deprehendet, non oportere in altero ſanitatem,in altero morbum,ſed in vno omnino genere ambo conſtitui.Siquidem contraria,vt in categoriis teſtis eſt Ariſtoteles,ſunt,quę in eodem genere plurimũm inter ſe diſſident.Ideóq; ſi contraria inter ſe ſunt ſanitas atq; morbus, vt certè ſunt,in quocũq; genere eorũ quę naturaliter ſe habẽt,ſtatuetur ſanitas,in ipſi⁹ generis non naturali habitu ponetur morbus.Quare ſi ſanitas actio eſt quæ ſecũdum naturam ſe habet,omnino,morbus præter naturam actio fuerit. Sin autem cõſtitutio naturaliter ſe habens,ſanitas eſt,& morbus conſtitutio præter naturam fuerit. Cæterũ anteà quàm in vtro horum rectiùs ac congruentiùs reponatur ſanitas,pleniùs explicemus,priùs nonnulla cognoſcenda erunt,ſine quorum animaduerſione,nihil eorũ quę hîc à Galeno traduntur,intelligi poteſt.Primùm autem ſciendum eſt,actionem,Galeno lib.1.ther.metho.cap.6 autore,non eſſe niſi motum partium actiuum:hoc eſt,quo quid efficitur.Alij actionem definiunt eſſe motum qui ab efficiẽte procedit, ſic viſio, eſt oculorum actio:locutio,linguę:crurum,inceſſus:concoctio,vẽtriculi, quòd nimirum motus ſit facultatis in eo concoctricis in alimentum procedens. Actio autem ſecundum naturam. Græci κατὰ φύσιν nominant,eſt quæ vi & impulſu facultatis corpus noſtrum gubernantis fit.Hinc Galenus eam facultatem ſæpe,præſertim infrà lib.2. de ſympt.cauſis,cap.1.naturam vocat.Atque hæc quidem actio duplex eſt,naturalis, ſiue voluntatis expers,& animalis ſeu volũtaria,vt alibi copioſè admodum diximus. Dein animaduertendum inſtrumentum,vt loco iam citato Galenus teſtis eſt,quamlibet animalis partem, quæ perfectam edere actionem poteſt,dici. Sic lingua loquelam,crura itionem,cryſtallinus humor viſionem efficiens,inſtrumenta ſunt.Ad eũdem modum vena,arteria,& neruus,quòd ſcilicet perfectam edunt actionem,ſanguinem ſiquidem & ſpiritum deferunt,ac partibus diſtribuunt,inſtrumenta eſſe ſatis conſtat. Vt hinc omnibus perſpicuum fiat,inter ſe differre inſtrumentum,& partem inſtrumentalẽ, vel vt Græci loquuntur,ὄργανον,καὶ μόριον ὀργανικὸν.Siquidem partes ſimilares aliquot, inſtrumenta ſunt,nõ tamen partes inſtrumentales.Vt parum circumſpectè faciant aliquot Galeni latini interpretes,qui in ſuis conuerſionibus ὄργανον nunc inſtrumentum, nunc partem inſtrumentalem,nullo diſcrimine,interpretantur.Porrò conſtitutio inſtrumentorum ſecundum naturam,eſt partium corporis natiua temperatura & ſtructura,vnde omnes actiones citra offenſam prodeunt. Contrà, vitioſa conſtitutio eſt, quæ à naturæ integritate,& perfectione lapſa eſt, ac deficit, & vnde actiones malè geruntur, aut prorſùs non geruntur.His prælibatis,ad id vnde digreſsi ſumus redeamus, nempe vt oſtendamus num in actionibus ſecundum naturam,aut in cõſtitutione inſtrumẽtorum,quibus actio perficitur,quærenda ſit ſanitas.Hanc autem non in actionibus, ſed conſtitutione naturali eſſe quærendam, Galenus hoc modo demonſtrat. Sanitas non eſt actio, ſed potentia, ſiue agendi facultas. Verùm agendi facultas à naturali conſtitutione dependet,igitur in conſtitutione ſanitas conſiſtit.Quòd verò ſanitas non ſit actio,hoc modo Galenus oſtendit.Quum dormimus,aut in vmbra & ocio degimus,aut diſcumbimus,fit vt ſępe nullam partem moueamus, nullamq; externam rem ſentiamus, nihilominus tamen ſani ſimus,quod certè fieri haud poſſet, ſi in naturali actione ſanitas conſiſteret.Reliquum igitur eſt vt in conſtitutione naturali

Quando ſani ſumus.

Sanitas & morb⁹ in vno cõſtituuntur genere.

Contraria.

Actio quid?

Actio ſecundum naturam.

Natura.

Inſtrumentum.

Differunt inſtrumentum & pars inſtrumentalis.

Interpretes Galeni notantur.

Conſtitutio naturalis.

Vitioſa.

Sanitas in conſtitutione,nõ actionibus quærenda.

Sanitas non eſt actio.

Sanitas naturalis eſt conſtitutio.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 79 sur 637

multò congruentiùs reponatur, atque in hunc quidem modum definiatur. Sanitas eſt omnium partium corporis naturalis conſtitutio, cuius adminiculo, actiones ſecundū naturam obimus. Hinc palam fit conſtitutionem ipſam, actionis reſpectu, cauſæ rationem obtinere. Quocirca nihil refert vtrum ſanitatem, omnium corporis partium naturalem cōſtitutionem, ſiue actionum naturalium cauſam, appellaueris, in idem enim vterque recidit ſermo. At ſi hoc, id eſt, conſtitutio naturalis, vel actionum naturalium cauſa, ſanitas eſt, manifeſtum quòd ſanitatis contrarium morbus erit, nempe vel conſtitutio præter naturā, uel vitiatæ ſeu læſæ actionis cauſa. Sanitas enim, vt ſuprà oſtenſum eſt, morbo ex diametro pugnat & contraria eſt, erūt igitur amborum contrariæ rationes, atque ſub eodem planè genere ambo collocabuntur. Porrò in fine huius loci, Galenus monſtrat nihil referre, etiam ſi quiſpiam morbum eſſe affectum præter naturā dixerit, ſic enim nomine antiquo vtetur, & idem ſignificabit. E quibus verbis ſole clarius fit, Galenum, conſtitutionem & affectum, vel vt Græci loquuntur, κατασκευὴν καὶ διάθεσιν, pro vna & eadem re vſurpare. Affectus autem ſeu διαθέσεως vox, trifariam vſurpatur. Primùm generatim, pro omni eo à quo corpus noſtrum quomodolibet afficitur. Atq; in ea ſignificatione, affectus ad omnes tum ſanos, tum ægros, tum neutros transfertur. Nam quicquid eſt, id aliquo modo afficitur, ſiue ſanum, ſiue ægrum, ſiue neutrū fuerit. vt infrà, cap. nimirū. 1. libri de diffe. ſympt. copioſiùs oſtēdetur. Secūdò magis cōtractè affectus accipitur pro omni, in id quod præter naturā eſt, mutatione. In ea quidem ſignificatione ſumitur, quādo dicimus eſſe tres affectus præter naturam, morbum nimirum, cauſam morbi, & ſymptoma. Ad eum etiā modum per vniuerſum librum de curandi ratione per ſangui. miſs. vox affectus, vt metipſe cap. 3. eius libri teſtatur, à Galeno vſurpatur. Tertiò ppriiſsimè, pro eò quòd permanet in re aliqua quæ patitur poſtquam alterans quieuit. Sic certè affectus idem quod conſtitutio ſignificat, atque ad ea tantùm transfertur quæ ex permanentium cōſtantiumque numero ſunt, vt fuſiùs lib. 2. ther. metho. cap. 3. Galenus monſtrat. Vnde omnibus conſtare puto, διάθεσιν vocem à Galeno aliter ac Ariſtotele vſurpari. Hîc enim pro qualitate tantùm quę facilè à ſubiecto dimouetur accipit διάθεσιν ſeu affectum, Galenus verò, pro conſtitutione, vt comprehenſum eſt, ſumit. Nam niſi ita ab ipſo ſumeretur, non rectè in iis libris, & in libro. 2. therap. methodi. cap. 3. cauſam morbificam inter affectus præter naturam connumeraret, vtpotè quàm non rarò eſſe ſubſtantiam conſtat, vt in ſequentibus latiùs oſtendemus. Proinde vt conſtitutio duplex eſt, ita etiam affectus, nempe naturalis, & præter naturam. Naturalis affectus, eſt partium corporis natiua temperies & ſtructura, adeoque ſanitas. Præter naturam verò affectus ſiue morbus, eſt omne id quod natiuam partium temperaturam ac ſtructuram turbat, & demolitur, ſiue idipſum qualitas, ſiue ſubſtantia fuerit. Hinc eſt quòd Galenus non tantùm immodicum calorem actionem lædentem ſiue febrem, ſed & lapidem in veſica, ſuffuſionem, & pterygium, octauo huius libri capite, morbos appellat. Quod certè facere haud poſſet, ſi morbus, vt plærique falſò putāt, perpetuò qualitas eſſet. Nemo enim rationis cōpos, lapidem veſicæ ſtructuram turbantem, qualitatem nominabit. Neque erit qui ſuffuſionem humorēmve lentum, ac glaciei modo inter corneam & cryſtallinum cōcretum, viſumque remorantem, qualitatem appellabit. Aut quem tam ſtupidum inueniemus, qui pterygium, ſiue neruoſam adnatæ membranam viſum impedientem, qualitatem vocare audeat? Neminem arbitror. Vt hinc omnibus palàm fiat, de Galeni ſententia, affectum præter naturam eſſe, quicquid naturalem corporis temperaturam & ſtructuram immutat ac deſtruit, ſiue hoc ipſum qualitas, ſiue ſubſtantia ſit. Quod diligenter conſiderandum erit medicinæ ſtudioſis, vt habeant quo iugulent eos, qui tantùm qualitatem morbum eſſe contendunt. Cæterùm quum ex iis quæ iam diximus abundè pateat, affectum in tertia acceptione idem quod conſtitutionem ſignificare, omnibus etiam hinc perſpicuum fit, hunc, haud ſecus atq; cōſtitutionem, actionis eſſe cauſam.

Morbus eſt conſtitutio præter naturam.

Morbus eſt affectus præter naturam.

Affectus vox trifariam accipitur.

Generatim.

Contractè.

Propriiſsimè.

Vox διάθεσις aliter à Galeno ac Ariſtotele vſurpatur.

Conſtitutio & affectus duplex.

Naturalis.

Præter naturam.

Morbus non eſt perpetuò qualitas.

Affectus ſeu conſtitutio, actionis cauſa eſt.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 80 sur 637

©BIUM

cauſam. Quod luculenter admodũ Galenus lib. 1. ther. metho. cap. 8. iis verbis innuere voluit. Affectus, inquit, cum actione vnà conſiſtit, nec poteſt vſquam aut proba actio „
eſſe ſine corporis naturali affectu: aut vitioſa, niſi quum corpus ſit vitio affectum. Pro- „
inde non temerè à nobis paulò antè dictum eſt, naturalem affectum non eſſe niſi ſa- Naturalis affectus & ſanitas haud diſtant.
nitatem, & præter naturam affectum non niſi morbum. Hunc enim vitioſæ actiones, illum verò probæ & illabefactatæ comitantur.

Si itaque quot modis corpora, quum à naturali recedunt cõſtitutione, in actionibus ſuis impediuntur, inuenerimus, ſic ſanè omnium ſimplicium morborum numerum reperiemus. Principium verò & hîc omnium confeſſione conſtans eſt, moderatũ eſſe, non in animãte ſolùm, ſed & in ſtirpibus, & ſeminibus, omniq; inſtrumento, id quod naturale exiſtit: contrà autem non naturale, immoderatum. Erit igitur ſanitas moderatio quædam, morbus autem immoderatio. Quarũ itaq; rerum morbus immoderatio ſit, deinceps conſiderandum, num ſcilicet, quarum ſanitas moderatio eſt, earundẽ morbus immoderatio. Quòd ſi igitur in meatuũ moderatione ſanitas eſt, in eorundẽ immoderatione quoq; morbus erit. Si verò in calidi, & frigidi, & humidi, & ſicci temperie ſanitas conſiſtit, in horũ intemperie morbus neceſſariò cõſiſtet. Eadem autem ratione ſi in alio quopiam genere ſanitas fuerit, quòd etiam morbus in immoderatione eiuſdẽ generis cõſiſtat, manifeſtũ eſt.

Moderatũ quid. Immoderatum. Sanitas, moderatio. Morbus, immoderatio.

COMMENTA.

Quoniam primum quod initio huius libri propoſitum eſt, nempe morbi definitionem, Galenus plenè abſoluit, ideò nunc ad alterum progreditur, ac viam rationemq; generalem, qua ſimplicium morborum numerum inuenire liceat, oſtendit. Ea autem huiuſmodi eſt. Si quot modis corpora, vbi à naturali habitu conſtitutione ve recedũt, in ſuis actionibus impediri inuenerimus, vnà etiam omnium ſimplicium morborum numerum reperiemus. Quot enim ſunt actiones quæ impediuntur, tot ſunt etiam ſimplices morbi. Nam morbus nihil aliud eſt, quàm affectus actionem vitians. Tot igitur ſunt morbi, quot actiones vitiatæ. Pergit deinceps ex quodam principio quod apud omnes homines in confeſſo eſt, oſtendere, quòd ſanitas moderatio quædam ſit, morbus autem immoderatio. Principium autem quo Galenus vtitur eſt tale. Moderatum eſt, non ſolùm in animantibus, ſed & in ſtirpibus, ac ſeminibus, omnibusq; inſtrumentis, id quod naturale eſt. Contrà immoderatum, quod non eſt naturale. Quum autem in confeſſo ſit, ſanitatem eſſe naturalem, morbum verò non naturalem, igitur vt illa ſit moderatio quædam, hic verò immoderatio, eſt neceſſe. Siquidem id quod moderatum eſt, nullum planè exceſſum admittit, ſed iuſtam quandam & conuenientem contrariorum mixturam retinet, ideoq; naturale ſit oportet. Contrà, naturę rerum repugnat, vt id quod immoderatum eſt, adeoq; exceſſum aliquẽ admittit, ſit naturale. Quum itaque ſanitas ſit naturalis, conſequitur vt etiam ſit moderatio. Contrà quum morbus ſit præter naturam, vt immoderatio quædam ſit, neceſſe eſt. Quòd ſi conceſſerimus, vt certè concedendum erit, palàm fit ſanitatem & morbum in eodẽ genere conſiſtere. Nam quum contraria, vt ſuprà cõprehenſum eſt, ſub eodem genere poſita ſint, neceſſe eſt vt in quo genere eorum alterũ reponitur, in eodem ipſo etiam alterum reponatur. Quarum itaque rerum ſanitas moderatio eſt, earundem morbus eſt immoderatio. Quòd ſi igitur in meatuum moderatione ſanitas eſt, in eorundem immoderatione quoque morbus erit. Si verò in calidi, & frigidi, & humidi, & ſicci temperie ſanitas conſiſtit, in horum intemperie morbus cõſiſtet. In ſumma, in quocunque genere ſanitas erit, in eiuſdem etiam generis immoderatione morbus ſtatuetur. Quo ſanè loco animaduertendũ erit Galenum duplicem ſtatuere hypotheſin. Vnam ex eorũ ſen-

Via & ratio generalis ſimpliciũ morborum numerũ inueniẽdi. Moderatũ quid. Immoderatum. Sanitas moderatio quędam. Morbus immoderatio. Duplex Galeni hypotheſis. Prima.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 81 sur 637

©BIUM

Democriti & Epicuri de elemẽtis ſententia.

tentia,qui meatus eſſe corporis humani elementa dixerunt. Siquidem Democritus & Epicurus corpora animantium ex corpuſculis & meatibus, quos illi ὄγκους καὶ πόρους, vt lib.1.de ſimpli. facul. cap. 1. Et lib.1 de tuen.ſani.cap.3.teſtis eſt Galenus, concreta eſſe dixerunt.Quare de illorum ſententia,ſanitas non eſt,niſi meatuum & corpuſculorum moderatio.Quum enim meatus per corpuſculorum admotionem eam quam à natura ſuſceperunt conſtitutionem de integro ſeruaſſent,homines ſanos eſſe aſſeuerabant.Contrà vbi ab hac deflexiſſent, adeoque laxiores aut arctiores redditi fuiſſent meatus illi,ægrotos.Alteram hypotheſin de ſua & Hippocratis ſententia ſtatuit,qui calidum,frigidum,humidum,& ſiccum, corporum animãtium eſſe elementa affirmant, vt copioſè admodum lib.1.de elementis Galenus monſtrat.

Altera.

Atqui rurſus hoc ipſum efficaciore ratione conſideremus. Si quod ſit corpus ſimplex atque exquiſitè vnum,id nunquam magis & minus ſuſceperit,neque in hoc genere alterum altero melius deteriúsve fuerit. Verùm ſi ex pluribus cõſtet, plurimi ſic quoque in ipſo compoſitionis modi,alij meliores,alij peiores fient.Erunt autem ſic & ipſa compoſita meliora & deteriora. Id verò quod optimè fuerit conſtitutum,inter omnia quæ eiuſdem generis ſunt,optimum erit.In corporibus itaque animantium magis & minus eſt,vt aliud quidem ſummè boni habitus ſit, aliud autem ſimpliciter boni,non tamen ſummè boni habitus.Et quoddam quanuis ſanum,non tamen boni habitus. Aliud quoddam parum firma valetudine præditum,quoddam verò etiamnum ægrotans.Et huius quidẽ ægrotatio interim leuis,interim pernicioſa:& hæc ipſa quandoque mediocriter,nonnunquam vehementer,Neque enim omnes eos qui ægrotãt,aut ſani ſunt, æqualiter affici dicendum eſt.Nequaquam igitur animãtium corpus vnum eſt, quemadmodum Epicuri atomus,aut incompacta Aſclepiadis corpuſcula:compoſitum igitur omnino. Quòd ſi ex atomis,aut ex incõpactis corpuſculis, aut omnino ex quibuſdam,quæ pati non poſſunt componitur,in compoſitionis qualitate maioris minoriſque rationem habebit,inſtar domus, quæ ex lapidibus,qui nihil patiuntur, conſtructa eſt, non tamen quòd ad compoſitionem attinet rectè facta.Si verò & lapides ipſi aliquid pati poſſent,multifariam vtique hoc modo domus, magis & minus ſuſciperet.Quòd ſi autem & ipſa corporum noſtrorum elementa ſuapte natura & alterari,& pati poſſunt,non ſolùm in compoſitione,& partium conformatione,verumetiam per ſe tota maioris minoriſque rationem admittent. Et ſanè manifeſtũ eſt,quòd per ſe tota,tot morborũ ſpeciebus ſimplicibus ac primis,& veluti aliorũ elementis infeſtabuntur,quot fuerint hæ quæ compoſitionem ipſam perficiunt.Verùm quod per hæc verba per ſe tota alterari intelligimus, id elementis quæ nihil patiuntur nequaquam accidit.Neque enim fieri poteſt vt inſectile corpus quicquam patiatur,ſed in compoſitione ac conformatione vitium eſt.

In corporibus animantium magis & minus.

Animãtium corpus vnũ non eſt.

COMMENTARIVS.

Hactenus Galenus ſanitatem moderationem eſſe,morbum verò immoderationem oſtendit.Nunc verò moderationem non eſſe vnam,ſed variam,perinde atque immoderationem,ex eo quòd animantium corpora non ſint ſimplicia,& exquiſitè vnum, demonſtrare in eum quidem modum pergit.Si,inquit,corpus aliquod ſimplex & exquiſitè vnum fuerit,id nunquam intendi ac minui poteſt. Vt enim aliquid magis & minus

Moderatio non eſt vna, ſed varia.

minus ſuſcipiat, hoc eſt, intendatur & minuatur, neceſſe eſt vt non vnũ & ſimplex ſit, ſed ex pluribus conſtet, & compoſitum ſit, vt ſcilicet vnum agat, aliud verò patiatur. Quod enim ſimplex & vnum eſt, neque habet in quod agat, aut à quo viciſsim patiatur, ideoque immutabile eſt, quum non ſit nec à quo, nec in quod permutetur. Quod autem immutabile eſt, id etiam nec intendi, nec minui poteſt. Si verò non intenditur, nec minuitur, non erit in hoc genere alterum altero melius, aut deterius. Vt enim vnũ altero ſit melius, aut peius, non alio nomine accidit, quàm quòd maioris ac minoris rationem ſuſcipiat. Verùm ſi corpus ex pluribus conſtat, & non vnum atque ſimplex eſt, plurimi ſic quoque in eo compoſitionis modi erũt, alij meliores, alij deteriores. Vt autem compoſitionis modi variant, ita etiam compoſita ipſa, nunc meliora, nunc deteriora euadunt, prout ſcilicet elementa ex quibus componuntur meliùs aut deteriùs inuicem miſcentur. Quod verò optimam nactum fuerit elementorum commixtionem, inter omnia corpora eiuſdem generis optimum erit. Verbi gratia, in genere hominum optimus erit, qui optimam & humano corpori maximè cõuenientem nactus eſt conſtitutionẽ. Ex iis igitur perſpicuũ eſt, in corporibus animantiũ eſſe magis & minus, vt hoc quidẽ ſummè boni habitus, illud verò ſimpliciter boni, nõ aũt ſummè boni habitus. Prætereà vt quoddã quãuis ſanũ eſt, nõ tamen boni habitus ſit: aliud verò parum firma valetudine, quoddã autem etiamnũ ægrotans. Et huius ſanè qui ægrotat morbus interdũ leuis, nonnunquã pernitioſus, idque bifariam, vel enim mediocriter periculoſus, vel vehementer pernitioſus, exiſtit. Neque enim omnes qui ſani ſunt, aut ægrotant, æqualiter afficiuntur, ſed vtrorumque multiplex eſt varietas. Pro quorum omniũ clariori intelligentia, animaduertendũ initio erit, Galenum hoc loco, vbi dicit corpora animantium, quæ eſſe ſubſtantias nemo ignorat, magis & minus ſuſcipere, non aduerſari Ariſtotelis ſententiæ, qui cap. 5. libri de prædicamentis inquit, ſubſtantiam non ſuſcipere magis & minus. Nam Ariſtoteles iis verbis non aliud innuere voluit, quemadmodũ ſeipſum interpretatur, quàm quòd quęuis ſubſtantia idipſum quod eſt, non dicitur magis & minus eſſe. Veluti ſi ſubſtantia ipſa homo eſt, non eſt magis ac minus, aut ſeipſo, aut alio, homo. Non enim alius alio magis homo eſt, perinde atq; album aliud alio magis ac minus eſt album. Corpus enim album magis album nunc, quàm priùs, & calidum, magis nunc calidum, ac minus eſſe dicitur. Subſtantia verò non magis dicitur, neque minus, neque homo magis nunc homo quàm priùs dicitur eſſe, neque cæterorum quicquam omnino quæ ſubſtantiæ ſubeunt rationem. Galenus verò ſubſtantiam ſuſcipere magis ac minus docet, hoc eſt, alterari, ſeu intendi ac remitti, idque per qualitates quæ ſubiectam ſubſtantiam alterant. Hæ enim ſolæ, vt lib. 1. de elementis atteſtatur idem Galenus, ſubiectam ſubſtantiam alterantes, mutuæ inter ſe elementorum tranſmutationis cauſę ſunt, & ſtirpium animãtiumque opifices. Proinde vt prima vocata elementa inter ſe meliùs, deteriùsve tranſmutantur & miſcentur, ita etiam hoc corpus ſummè boni habitus euadit: Illud verò ſimpliciter, nõ tamen ſummè boni habitus, Galenus non tantùm ἄκρως εὐεκλινές, ſed etiam εὐεκλινέστατον appellat. Eſt autem id in quo ſumma eſt ſymmetria & commoderatio elementorum, aut ſumma & conſummata ſanitas: Vel in quo æqua prorſus contrariorum ac elementorum portio exiſtit. Galenus libr. 1. de temper. cap. 6. temperatum ſimpliciter & abſolutè nominat. Alij ſummè bonum habitum vocare ſolent temperamentum ad pondus. Is ſanè habitus cogitatione potiùs, Galeno lib. 1. de tuen. ſani. cap. 4. teſte, quàm ſolidè ſubſiſtit. Et ſi cui vnquam optima natura prædito, hoc temperamentum contigit, vt cap. 6. eiuſdem libri ait, ne momento quidem durauit. Simpliciter autem bonus habitus non eſt, niſi optima, Galeno ipſo in lib. de optima corporis conſtitutione, & bono corporis habitu, atteſtante, corporis conſtitutio. Optima verò cõſtitutio corporis, eodem Galeno lib. 1. de tuen. ſani. cap. 5. authore, eſt quæ optimo temperamento exiſtit, & quę figuram partium egregiè ad functiones comparatam habet, ad hęc quę omnem

Pro compoſitionis varietate, cõpoſita ipſa, nunc meliora, nũc deteriora euadunt.

Sanorũ & ægrotantiũ multiplex varietas.

Subſtantia non ſuſcipit magis & minus, quomodo intelligendum.

Subſtantia ſuſcipit magis & minus, quomodo accipiendum.

Corpus ſummè boni habitus quod?

Temperatũ ſimpliciter.

Temperamentũ ad pondus.

Simpliciter bonus habitus.

Optima conſtitutio.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 83 sur 637

©BIUM

tum numerum, tunm magnitudinem, tum omnium partium inter ſe contextum ad actiones idoneum exhibet. Corpus ſimpliciter boni habitus, Galenus libro primo de tempera. capite ſexto, alio nomine temperatum in ſingulis generibus appellat. Cæterùm corpus ſanum, non tamen boni habitus, eſt id in quo ſanitatis intemperies exiſtit. Ea verò talis eſt, vt propter hanc aliquis ſibi nondum diſpliceat, nec adhuc de valetudine quæratur. Corpus autem parum firma valetudine præditum, id eſt, in quo ſanitatis ea exiſtit intemperies, ob quàm aliquis ſibi iam diſplicet, & de valetudine quæritur. Ideo Galenus idipſum hoc loco δυσαρεσούμενον rectiſsimè nominat. Quocirca eò præditos corpore, lib. 8. therap. method. cap. 2. δυσαρεσουμένους nuncupauit, & Linacrus, qui de valetudine quæruntur, vocem hanc eſt interpretatus. Proinde hic notandum venit, duplicem eſſe, Galeno lib. 2. de tempe. cap. 5. teſte, intemperiem. Vnam ſanitatis, quæ paululum à media temperie abeſt, & in qua nulla adhuc animalis functio læſa eſt. Sub ea prædicti iam duo corporum ſanorum gradus complectuntur. Alteri morbi, quæ longiſsimè à media temperie abeſt, & in qua animal temperamenti vitio ægrotat. Ea intemperie prædita corpora ſunt, quæ hîc Galenus ægrotātia vocat. Quæ itidem vt ſana, ſuos gradus habent. Aegrotant enim aliqua leuiùs, aliqua verò pernitioſiùs. Quæ autem pernitioſiùs ægrotant, horum aliqua mediocriter pernitioſa ſunt, nonnulla verò vehementer pernitioſa. Proinde vt omnes qui ſani ſunt, aut ægrotant, æqualiter afficiantur, dicendum non eſt. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, corpus animantium non eſſe vnum. Si enim vnum eſſet, vt Hippocrates in lib. de humana natura ait, nullo vnquam genere morbi afficeretur, neque enim eſſet vnde doleret, ſi vnū tantummodo foret. Neque enim aliud eſſet quod in ipſum poſſet agere. Neque etiam vnum illud corpus ex ſeipſo pateretur. Nūc quum multa ſint morborum genera, conſtat etiam plura eſſe in corpore, quæ quum plus iuſto inter ſe calefiunt, aut refrigerantur, aut ſiccеſcunt, aut humectantur, morbos pariunt: compoſitum igitur corpus eſt. Diſertè autem Galenus dicit non eſſe vnum animantis corpus, quemadmodum Epicuri atomum, aut incompacta Aſclepiadis corpuſcula. Epicurus enim & Democritus ex inſectilibus, quæ illi ἀτόμους vocabant, animantium corpora, & alia omnia cōſtare affirmabant. Quod in primis autor libri de hiſtoria philoſophica (quem ego Plutarchum, aut alium quendam qui illum è Plutarcho compilauit, non Galenum eſſe cenſeo) teſtatur iis verbis. Democritus, inquit, & Epicurus inſectilia corpora, principia omnium rerum arbitrantur. Quorum certè ſententiam lib. 1. de elementis Galenus, ita ſcribens, clariùs explicat. Omnes igitur, ait, atomi, quum ſint exigua quædam corpuſcula, „ qualitatibus vacant. Vacuum verò quædam regio eſt, in qua dum huiuſmodi corpora „ perpetuò ſurſum ac deorſum feruntur, vniuerſa vel inuicem quodammodo compli„ cantur, vel ex mutuo impulſu dimouentur. Habent autem dū ſic congrediuntur con„ cretiones mutuas, & rurſus diſsipationes. Atque hinc tum aliorum, tum noſtra corpo„ ra, eorumque vitia, & ſenſus conflari Democritus autumat. Et paulò ante. Porrò ſpecie „ & poteſtate vnum eſſe omnia dicere poſsit aliquis, ſicuti Epicuri & Democriti ſectato„ res, atomos. Necnon in libro de artis conſtitut. vbi ita ſcriptū inter alia reliquit. Quo„ niam igitur caro dum ſecatur, caleſcitque vehementer, dolore afficitur, vnum ſpecie „ elementum eſſe non poteſt, cuiuſmodi Epicurus atomum ſtatuit. Quæ ſingula eò à me „ producta ſunt, vt rectiùs, quæ fuerit Epicuri de elementis omnium rerū opinio, cuius hoc loco meminit Galenus, intelligeremus. Cæterùm Aſclepiades Bithynus, & Heraclides Ponticus, vt idem etiam Plutarchus in lib. de philoſophica hiſtoria atteſtatur, ἀναρμους ὄγκους, id eſt, incompacta corpuſcula, rerum principia eſſe opinati ſunt. Vtranque autem opinionem, Epicuri ſcilicet, lib. 1. de elementis copioſè admodum, hîc verò breuiſsimè iis confutat verbis. Si corpus animantiū, inquit, ex atomis, aut incompactis corpuſculis, aut omnino ex iis quæ pati non poſſunt componitur, in compoſitionis qualitate maioris minorisque rationem habebit, inſtar domus quę ex lapidibus, qui

Temperatum in ſingulis generibus.

Corpus ſanum, non tamen boni habitus.

Corpus parum firma valetudine præditum.

δυσαρεσούμενον.

Duplex intemperies.

Sanitas.

Morbi.

Corpus ægrotās.

Aegrotāriū corporum gradus.

Corpus animantium nō eſt vnū.

Aſclepiadis & Democriti de cōſtitutione corporum animātium opinio.

Autor libri de hiſtoria philoſophorum.

qui nihil patiuntur,conſtructa eſt,non tamen quòd ad compoſitionem attinet,rectè facta eſt.Quibus vtique verbis liquidò demonſtrat,corpus animantis non eſſe vnum, vt Epicuri atomum,aut incompacta Aſclepiadis corpuſcula.Nam quum conſtet,corpus animantis mille morborum generibus eſſe obnoxium, fieri non poteſt vt inſtar elementorum,quæ iſti ponunt,ac ſtatuunt,ſit vnum.Quod enim ægrotat, adeoq; patitur,& dolet,hæc duo habeat neceſſe eſt,puta,vt ſit alterabile,ac ſenſile. Si enim alterationis expers fuerit,eandem conſtitutionem quam iam inde ab initio obtinuit, ſeruabit,neque quicquam patietur.Sin ſenſu deſtitutum fuerit,quomodo dolebit?Patitur autem & dolet corpus animantis,igitur non eſt vt atomi, & incompacta corpuſcula, vnum.Quod enim inſectile & incompactum eſt,hoc nec alterari quia(vtpaulò antè dictum eſt)qualitatibus vacat, nec ſentire poteſt. Si non alteratur nec ſentit, impatile ſit oportet.Erunt itaq; Epicuri & Aſclepiadis elementa impatilia. Non eſſe autē corpus animantis ex elementis quæ pati nō poſſunt compoſitum,Galenus hoc modo demonſtrat.Si corpus animantis ex impatilibus elementis componitur, in compoſitionis qualitate,maioris minorisque rationem habebit.Id eſt,ſi corpus animantis ex elementis quæ nihil patiuntur,& alterationis expertia ſunt,componitur,tunc non habet maioris & minoris rationem,niſi in qualitate compoſitionis,hoc eſt, non dicitur magis aut minus rectè eſſe compoſitum, niſi quòd inſectilium & incompactorum corpuſculorum non ſit concinnè in vacuo loco facta latioPerinde atque domus,quæ etſi ex lapidibus qui nihil patiuntur,conſtructa eſt, tamen nihilominus rationem maioris & minoris habet,in compoſitionis qualitate,id eſt,magis aut minus cōcinnè compoſita eſſe dicitur,prout lapides rectè aut temerè in eius conſtructione fuerint congeſti,inuicemque adaptati.Si verò etiam etiam lapides ipſi aliquid paterētur, tunc multifariam,ea ratione,domus magis & minus ſuſciperet. Et hoc loco monendus nobis lector erit, in græco codice Aldino,non rectè ſcriptum eſſe θόσ pro σωθόσ, legendumque ὃ μλὼ ἐν τῇ σωθόσει γὲ πάντη κατορθουμένης:hoc eſt,in compoſitione tamen nō omninò rectè facta.Quod ſi autem corpus noſtrum,ex elementis,quæ ſuaptè natura & alterari & pati poſſunt,eſt compoſitum,vt certè eſt compoſitum,non ſolum in compoſitione,& conformatione partium,vt Epicuri & Aſclepiadis elementa,magis & minus admittunt,ita nimirum vt magis aut minus concinnè ſint inuicem commixta:ſed per ſe tota maioris minorisque rationē obtinent,id eſt,per ſe tota alterantur, ac tranſmutantur,adeoque in ſe mutuo agunt.Proinde quod agant non habent ex concretione mixtionéve,ſed quòd ſubſtantia eorum per ſe totam patiatur & alteretur. Mutuæ verò inter ſe elementorum tranſmutationis cauſæ,ſunt quatuor qualitates, quas ſummas elementa obtinent,ſubiectam ſubſtantiam alterantes. Ex alteratis igitur tranſmutatisque,& per tota commixtis,animantium corpora conſtant,non tantùm ex inuicem commixtis, & ſic qualia ſunt remanentibus elemētis,veluti domus ex lapidibus nihil patientibus,& quales ſunt remanentibus,aut aceruus ex tritici, hordei, eruorum, & fabarum concretione conſtans,quemadmodum fuſiùs lib. 1. de elementis,Galenus docet.Proinde hinc manifeſtum eſt,quòd corpora animantium per ſe tota tot morborum generbus ſimplicibus,ac primis,& veluti aliorum elementis infeſtabūtur, quot fuerint hæc quæ corporum compoſitionem perficiūt.Sunt autem quatuor,ex quibus corpora animantium,Galeno etiā,initio libri primi de temperamentis,teſte,conſtant, nempe calidum,frigidum,ſiccum,& humidum,igitur etiam tot erunt morbi primi & ſimplices,calida ſcilicet tantùm intemperies,frigida tantùm,humida tantùm, & ſicca tantùm.In fine capitis Galenus monet,elementa quæ nihil patiūtur,vt inſectilia & incompacta corpuſcula,per tota non alterari. Quum enim diuiſionem in ſe haud recipiant,nec alterationem recipere poſſunt.Si non alterantur,impatilia etiam ſint oportet.Quare ſi aliquod vitium aut pathema ex impatilium elementorum concretione naſcitur,in compoſitione tantùm,& conformatione,vt comprehenſum eſt, erit.

Quod dolet, alterabile ac ſenſile ſit neceſſe eſt.

Corpus animantis non eſt ex elemētis impatilibꝰ compoſitum.

Corpus noſtrum ex elementis patilibus:& alterabilibus compoſitum.

Mutuæ inter ſe elementorū trāſmutationis cauſæ.

Quot corpora animantium ſim plicibus morborum generibus infeſtantur.

Quatuor ſūt ex quibus corpora animātium conſtant.

Elementa impatilia per tota nō alterari.

C

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 85 sur 637

©BIUM

CAPVT III.

COmpoſitio autem & conformatio in corporibus animantium triplex eſt. Prima quidem earum partium quæ ſimilares appellantur, arteriarum, venarum, neruorum, oſſium, cartilaginum, ligamentorum, membranarum, & carnium. Secunda verò inſtrumentalium, cerebri, cordis, pulmonis, iecoris, ventriculi, lienis, oculorum, & renum. Tertia autem totius corporis. Singulæ enim harum partium inſtrumentalium, ex aliis quibuſdam, quæ ſenſus iudicio ſimplices videntur, conſtitutæ ſunt. Singulæ verò illarum ex primis conſtant elementis. Carnis igitur, quatenus caro eſt, in compoſitione tantùm primorum elementorum differentia eſt. At quatenus menti alicuius pars eſt, in formatione & magnitudine. Nam & ipſorum inſtrumentorum in iiſdem ſunt differentiæ.

COMMENTAR.

Triplex humani corporis eſt compoſitio. Prima.

Vt variam à ſymmetria & legitima cómoderatione declinationem, ac quot ſint prima morborum genera Galenus commodiùs oſtendere poſsit, priùs in hoc capite, triplicem humani corporis eſſe compoſitionem tradit. Prima quidem compoſitio, eſt partium ſimilarium nominatarum: hoc eſt, corpus humanum prima ratione ex partibus ſimilaribus appellatis, nempe arteriis, venis, neruis, oſsib⁹, cartilaginibus, ligamentis, membranis, & carnibus componitur. Similares autem, ſeu græcè ὁμοιομερεῖς, id eſt, vnius rationis, dictæ ſunt, quòd ſcilicet, in partes alterius naturæ ac rationis diuidi nequeant. Harum nanque vna eſt natura & ratio, ideo alio nomine ſimplices vocantur, vt certè ſunt, quum nullam in ſe diuerſitatem rationis admittant: quòd quamcunque ſingularum harum ſumpſeris partem, hæc toti, & natura, & ratione communicat.

Similares partes.

Simplices partes

Obiectio.

Quelibet enim pars nerui, neruus eſt, & quelibet pars oſsis, os. Atqui hîc fortaſſe aliquis imperitior, aut calumniandi ſtudio flagrans, ſtatim ſibi ex diametro pugnare clamabit Galenum, vt qui hoc in loco arterias & venas inter partes ſimilares numeret, capite autem ſecundo libri de inæquali intemperie, eaſdem à ſimilarium cenſu ſubmoueat. Idque ex eius verbis, quæ ſic habent, luculenter admodum demonſtrare perget. Digitorum verò, inquit, particulæ ſunt oſſa, cartilagines, ligamentum, arteria, vena, membrana, caro, tendo, vnguis, cutis, adeps. Has autem diuiſiſſe in aliam ſpeciem non eſt, ſed ſunt ſimilares ac primæ, exceptis tamen venis & arteriis: hæ nanque ex fibris & membranis ſunt conditæ. Hæc ille. Ad hanc verò commodè diluendam obiectionem animaduertendū, duas eſſe partiū ſimilariū differentias. Aliæ enim ſunt, quarū vniuerſæ particulæ, eiuſdem inuicē ſpeciei ſunt. Et hæ quidem reuera ſunt primæ & ſimilares, id eſt, vt ad vniuerſas ſuas partes. Neque enim in partes alterius naturæ, & rationis ſpecieiue diuidi poſſunt, neque aliæ iis ſunt priores. De quibus certè locutus eſt lib. 1. de elementis, in eum ſcribens modum. Homo, inquit, ex primis & ſimplicibus, ſenſilibus elementis, ſimilaribus nominatis, conſtat, fibris, membranis, carne, adipe, oſſe, cartilagine, ligamento, neruis, medulla, & aliis vniuerſis, quarum vniuerſæ particulæ eiuſdem inuicem ſpeciei ſunt. Aliæ partes ſimilares, & ſimplices ſunt, ſenſus duntaxat iudicio, non naturâ. Atque hinc eſt quòd in libro de optim. conſtitution. corporis humani, partes ſimilares ita definierit Galenus: Similares, ait, partes vocantur, quæ ſenſu ſimplices ſunt: hoc eſt, ſunt partes, quas ſenſus, etſi reuera compoſitæ ſunt, iudicat eſſe ſimplices. Hac quidem ratione venæ & arteriæ etiam partes ſimilares dici poſſunt. Quanquam enim reuera, id eſt, vt ad vniuerſas ſcilicet ſuas partes, ſimilares non ſunt: ſiquidem ex fibris & membranis, quæ diuerſæ ſunt naturæ & ſpeciei, conſtent, adeoq; compoſitæ ſint, tamen ſenſus iudicio, ſimplices, & ſimilares exiſtunt. Non ſunt igitur venæ

Reſponſio. Duæ partium ſimilarium differentiæ.

Venæ & arteriæ qua ratione ſint ſimilares partes.

&

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 86 sur 637

& arteriæ prima quidem ratione,hoc eſt,vt ad vniuerſas ſuas partes, ſimilares & ſimplices. Altera verò ratione,id eſt,ſenſus iudicio,& ad ſe totas,ſimilares & ſimplices exiſtunt. Omnes enim venæ & arteriæ partes, toti venæ & arteriæ, ſibiq́ue mutuo ſimiles ſunt. Vt hinc manifeſtum ſit,non vno ſimpliciter modo,vbique de ſimilaribus loquutum eſſe Galenum. Hoc enim loco,vbi venas & arterias inter ſimilares recenſet partes, ad ſenſus magis iudicium,quàm rei naturam reſpexit. Quod & ipſum in ſequentibus feciſſe conſtat,vbi inter cætera ita ſcriptũ reliquit. Singulæ porrò inſtrumentales partes ex aliis,quę ſenſus iudicio ſimplicia videntur,conſtitutæ ſunt. In libello autem de inæquali intemperie, vbi è numero ſimilarium partium venas & arterias excludit, ad rei potiùs naturam reſpexit. Si enim propiùs,& altiori indagine,venarum & arteriarũ naturam perquiras,nec ſenſus iudicio contentus ſis, ex diſſimilaribus,fibris nimirum, & membranis,coalitas eſſe,vt comprehenſum eſt,deprehendes. Quocirca partes ſimilares,rectiſsimè Ariſtoteles lib.1.de hiſto.animan.cap.1. ita definiuit. Similares partes ſunt, quæ in ſimiles ſibi partes diuiduntur. Hæc enim finitio,vtriuſque differentiæ ſimilares partes complectitur. Alij contrà,minùs rectè in eum definiunt modum. Similares ſunt,quarum omnes partes eiuſdem inuicem ſpeciei ſunt. Quippe hæc definitio alteram tantùm,primam nimirum,ſimilarium differentiam, & eas duntaxat quæ verè ſimilares ſunt,comprehendit. Secunda corporis humani compoſitio,eſt inſtrumentalium,id eſt,earum partium quæ ex ſimilaribus conſtant, ideoq́ue compoſitæ, alio dicuntur nomine,& diſſimilares,iecoris,verbi gratia,ventriculi, renum, & aliarum quæ à Galeno recenſentur. Tertia,eſt totius corporis,quod ex ſimilaribus,& inſtrumentalibus conſtat. Cæterùm ſingulæ partes inſtrumentales, ex aliis, quæ ſenſus iudicio ſimplices eſſe videntur,conſtitutæ ſunt,vt,verbi gratia, caput,ex oſsibus, membranis, venis,arteriis,neruis,carne & id genus aliis. Singulæ autem rurſus ſimilares ex primis elementis,calido,frigido,humido, & ſicco:ſiue igne, aqua, aëre, & terra conſtant, vt copioſiùs libro primo de elementis,Galenus tradit. Carnis igitur quatenus caro eſt,id eſt,quatenus pars eſt ſimilaris,in compoſitione tantùm primorum elementorum,differentia eſt:Hoc eſt,caro quatenus eſt pars ſimilaris,ex quatuor elementorum commixtione,ſuæ compoſitionis differentias obtinet. Nam pro diuerſa calidi,frigidi, humidi,& ſicci commixtione accidit,vt caro alia mollior, alia durior ſit: neruoſior aliqua, & pluſculũm coacta, alia rarior & laxior. Hinc alia eſt caro muſculorum, alia pulmonis,alia cordis,alia iecoris,alia renum, alia lienis, quæ certè viſcerum caro, Eraſiſtrato peculiari nomine παρέγχυμα, vt capite vltimo lib.10.ther.metho. Galenus teſtis eſt, vocata eſt. At quatenus caro inſtrumenti alicuius pars eſt, in formatione & magnitudine differentiam habet. Aliam enim formam & magnitudinem,in partibus iis quibus accedit,creat. Nam & ipſorum inſtrumentorum in iiſdem,magnitudine nimirum & formatione,ſunt differentiæ. Hoc enim inſtrumentum hanc, illud verò aliam formam & magnitudinem obtinet,quod anatomes ratio pulchrè docet. Per inſtrumentum autem hic partem intellige diſſimilarem,& reuera, non tantùm iudicio ſenſus,compoſitam. Neque ſanè mirum ſi per ὄργανον ſeu inſtrumentum ſimpliciter,partes duntaxat compoſitas intelligat. Plures enim partes ſunt compoſitę quibus inſtrumenti definitio conuenit,id eſt,quæ perfectam edere actionem poſſunt,quàm ſimplices. Vox autem indefinitè poſita,pro ſignificato communiore accipitur.

Galenus nõ vno ſimpliciter modo,vbique de ſimilaribus loquutus eſt.

Similarium partium definitio.

Altera cõpoſitio.

Tertia.

Carnis differentia vnde.

παρέγχυμα.

CAPVT IIII.

VBi itaque quot numero, & quales ſint, iudicio prioris ſectæ, omnes ſimilarium partium morbi,dixerimus,deinceps ad alteram progrediemur,quæ totam ſubſtantiam per totam alterari & tranſmutari

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 87 sur 637

©BIUM

Similarium partiũ morbi prioris sectæ.

ſtatuit. Sunt autem duo prima vitia, vnum quidem latitudo meatuum, alterum verò angustia. Nam ſi prima elementa ſtatuantur impatibilia, in ſola compoſitione vitia erunt. Omnis autem compoſitionis differentiæ iam dictæ ſunt. Quare neceſſe eſt quamlibet ſimilarium partium rectè valere, vbi ſuorum meatuum moderatio ſeruata eſt. Hâc verò corrupta, à naturali habitu deflecti. Verùm quoniã omnis moderatio bifariam corrumpitur, nempe exceſſu, & defectu: liquet quòd primi ſimplicium corporum morbi duplices erunt: hic quidem latitudo meatuum, ille verò angustia. Igitur & os, & carnem, & ſingula, alia ſenſus iudicio, ſimplicia corpora, ſi iuſto denſiora, vel rariora fuerint, malè eſſe affecta pronunciabimus. Si verò in vtriuſq; exceſſus medio fuerint, quatenus vſibus ipſorum maximè confert, tunc ſummè ſana eſſe dicemus. Exiguas autem vtriq;, ab exquiſita moderatione, declinationes, nondum eſſe morbos, donec ſenſilem alicuius actionis noxam inferant, cenſebimus. Plurima verò in iis maioris minorisque ratio eſt, ita vt morboſa immoderatio, magno interuallo ab exquiſitæ ſana moderatione diſtet. Atq; in hac tota latitudine, ſanorum conſiſtunt differentiæ. In ea autem quæ ab hoc ſequitur, nempe ſenſibili immoderatione, morbi: donec ad eam immoderationẽ perueniant, quæ iam particulæ corruptionem afferat. Neque enim animalium corpora quomodolibet conſtringi & laxari ſolent, ſed eſt in hac re quidam terminus, vltra quem, citra diſſolutionem ac corruptionem progredi nequeunt. Atque ita ſe habet elementorum, quæ nihil patiuntur, hypotheſis.

COMMENTARIVS.

Principio huius capitis, Galenus argumentum totius futuræ tractationis ſubiicit. Quippe ſe demonſtraturum, quot numero, & quales ſint omnes ſimilariũ partiũ morbi, de vtriuſque ſectæ, eius nimirum, quę impatibilia, & eius, quæ alterabilia eſſe corporis humani elementa ſtatuit, ſententia pollicetur. Dein exorſus ab ea ſecta, quæ ex atomis & incompactis corpuſculis ac meatibus, hominis cõpoſitionem eſſe affirmat, duo, de illius iudicio, eſſe morborum genera docet, vnum quidem latitudinem meatuum, alterum autem eorundem anguſtiam. Nam ſi in horum moderatione, vt eius ſectæ autores faciunt, ſanitatem reponas, vt iis vel iuſto plus patentibus & reſeratis, vel occaſione aliqua ſupra iuſtum modum ſtipatis & conſtrictis, hominem iam ægrotare dicas, neceſſe eſt. Non erunt itaque, de illorum ſententia qui impatibilia elementa ſtatuunt, vlla, niſi in ſola compoſitione, vt ſecuudo huius libri capite mõſtrauimus, vitia.

Quot genera morborum, ex priore hypotheſi.

Compoſitio bifariam fit vitioſa.

Bifariam autem vitioſam fieri compoſitionem contingit, primùm vbi meatus ſunt patentiores & laxiores, dein quando anguſtiores ac magis conſtricti, nõ erunt igitur niſi duo, de illius ſectæ iudicio, morborum genera, nempe latitudo meatuum, & eorũdem anguſtia. Atque hoc eſt quod Galenus iis verbis innuere voluit. Omnis autem compoſitionis differentiæ iam dictæ ſunt. Vel enim compoſitio ex plus iuſto patentibus, vel anguſtoribus quàm conueneniat meatibus conſtat, non erunt igitur huius, niſi duæ differentiæ, latitudo nimirum & anguſtia. Id quod Galenus in contextu fuſiùs iis demonſtrat verbis. Quare, inquit, neceſſe eſt quamlibet ſimilarium partium rectè valere, vbi ſuorum meatuum ſymmetria ſeruata eſt. Contrà vbi hæc ipſa corrumpitur, à naturali habitu, adeoque meatuum moderatione deflecti oportet. Verùm quum omnis moderatio bifariam corrumpatur nempe exceſſu, & defectu, liquet quòd primi

Moderatio bifariam corrumpitur.

ſimplicium

©BIUM

ſimplicium corporum morbi duplices erunt,vnus,latitudo,ſiue exceſſus meatuum,alter verò,anguſtia,ſeu defectus. Atque hîc monẽdus nobis lector erit,in græco Aldino codice malè ſcriptũ eſſe διαφορὰ pro διαφθορὰ.Quæ lectio Copo fuit occaſio,vt hũc locum perperam ita redderet. Symmetria duabus diſcriminatur differentiis. Neque enim exceſſus & defectus ſymmetriæ ſeu moderationis,ſed eius potiùs contrarij,puta, immoderationis,ſunt differentiæ.Quippe neutrum horum duorũ,moderatio,ſed immoderatio exiſtit.Igitur & os,& carnem, & ſingula alia,quæ ſenſus iudicio ſimplicia ſunt corpora,ſi iuſto denſiora vel rariora fuerint, malè eſſe affecta pronunciabimus. Atque ea quæ ſunt rariora,latitudine meatuum:quæ verò denſiora ſunt,anguſtiâ eorundem laborare dicemus.Propter venas autẽ & arterias, quas paulò antè inter ſimilares partes recenſuit,dixit:quæ ſenſus iudicio ſimplices ſunt. Si verò in vtriuſque exceſſus,nempe latitudinis & anguſtiæ meatuum,medio fuerint,quatenus vſibus ipſorũ maximè confert,tunc ſummè ſana eſſe dicemus. Quibus vtiq; verbis, Galenus duplicẽ eſſe ſanitatẽ,ſiue moderationẽ,ſymmetriâmve & eucraſiã innuit.Vnã quam lib.1. de tuen.ſani.cap.5.ſummã,exactã,abſolutã,& optimã ſimpliciter,hoc eſt,citra vllam adiectionẽ appellat.Atq; ea quidem fuerit,in qua elementorum, contrariúmve paritas, adeoque in vtroque exceſſu mediocritas exiſtit.Hac qui præditus eſt, Galeno lib.1.de tempe.cap.6.temperatus ſimpliciter:& lib.1.de tuen.ſanita.cap.5. optimè temperatus vocatur,ideóq; cum ſummè bono habitu coincidit, ac cogitatione potiùs vſurpatur, quàm ſolidè ſubſiſtit.Prætereà Galeno lib.1.de tuen.ſani.cap.4.teſte inſectilis eſt, & latitudine deſtituitur.Alteram deficientem nominant,eam ſcilicet quę à prioris abſolutione perfectionéve paululùm declinat ac deficit,nõ tamen eatenus, vt animali grauis ſit.Atq; hæc magnam latitudinem,ac diuerſitatem obtinet. Eſt enim quædam intenſa,abſoluta,& optima,vitioq;,quò ad functiones,carens.Hæc enim,etſi ab exacta & ſumma ſanitate parum declinat,nulli tamẽ vitio,quod ſaltem ſenſu percipiatur, obnoxia eſt, ſed perfectiſsimè functiones edit, quòd in hac ipſa ſcilicet,ea ſit vtriuſque exceſſus mediocritas,quæ vſibus ſeu functionibus partium maximè cõfert.Quod diximus,Galenus lib.1,de tuen.ſani.cap.5.iis confirmat verbis. In quibus, inquit, ab eo quod abſolutiſsimè temperatum eſt diuerſitas quædam exiſtit,minor tamẽ quàm quę ſenſu diſcerni queat,hæc certè quòd ad vſum pertinet, pro abſolutiſsimis accipimus, mediiq́ue ſunt temperamenti, nec vlli vitio obnoxia, quod ſaltem ſenſu percipiatur. Atq; hinc eſt quod lib.1.de tempe.cap.6. ita etiã ſcriptum reliquerit. Optimè verò ſe habere aliquid ꝓ ſua natura ex ipſis functionibus intelligitur. Quippe animal ac ſtirpem quamlibet,tum optimè ſe habere dicimus, quum optimè ſuã functionem obeũt. Ficum,dum optimos plurimosque ficus affert.Equum,quum velociſsimè currit. Hæc ille.Quapropter etſi reuera hac præditus ſanitate,eſt intẽperatus,tamen quia ſenſus iudicio hæc intemperies haud percipitur,temperatus,nõ quidem ſimpliciter,ſed in ſingulis generibus Galeno loco iam citato,quòd ſcilicet cuiuis naturæ ſtirpis,aut animãtis cõueniat:nominatur.Quod luculenter etiã demõſtrant quę idẽ lib. 2. de tẽpe.cap. 1.in eũ ſcribit modũ.Cuius rei gratia,inquit,omniũ mediũ ad vnguem redditũ:vt eſt in quo cõtrariorum paritas exiſtit,temperatũ & moderatum dicitur.Reliqua quæ in ſingulis generibus tẽperata appellantur,propriis corporũ functionibus vſibusq; iudicantur.Cæterũ hæc ſanitas quæ vſuum ac functionũ reſpectu,abſoluta dicitur,cũ ſimpliciter bono habitu, & optima corporis cõſtitutione coincidit.Prætereà eſt quędã ſanitas remiſſa,quæ Galeno δύσκρατος,μεμπτὴ,καὶ φαύλη.hoc eſt,intemperata, vitio expoſita,& deprauata dicitur:idq; bifariã,minus ſcilicet ac magis. Minus, eſt ea in qua aliquis ſibi nondũ diſplicet.Hac præditos ſuprà,capite nimirũ tertio,ſanos,non tamẽ boni habitus,nominauit.Magis remiſſa,eſt in qua aliquis ſibi diſplicet,& parũ firma prędita eſt valetudine.Ideò illa affectos, loco iam monſtrato, δυσκρεσουμένους vocauit. Atque hæc quidem quæ diximus hoc ſchemate complexi ſumus.

Codex Galeni græcus emaculatus.

Copi erratum.

Dupler ſanitas ſiue moderatio.

Summa, exacta, abſoluta, & optima ſimpliciter.

Deficiens.

Intenſa.

Temperatus in ſingulis generibus.

Remiſſa.

Intemperata.

Deprauata.

Minus.

Magis.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 89 sur 637

©BIUM



Porrò exiguas vtrinque ab exquisita moderatione declinationes, nõdum esse morbos censebimus, donec sensibilem alicuius actionis noxã inferant. Quod etiam in lib. 2. de tempe. cap. 5. iis verbis innuit. Cæterum, ait, intemperamenti quod intra sanitatẽ habetur sufficiens nota est, quòd nulla animalis functio manifestè sit adhuc læsa. Et » clariùs in libello de constit. artis, vbi ita scriptum reliquit. Quum sanus quispiam im- » becilliores quidem, quàm alius secunda valetudine præditus functiones obit, nõdum » verò læsas, intemperantior sanè est, sed nondum ægrotat. Et rursus lib. 1. de tuen. sani. » cap. 4. facultas, ait, ad necessarios vsus minimè impedita, sanitatem determinat. Pluri- ma verò in iis qui adhuc sani sunt maioris minorisque ratio est. Id quod lib. etiam. 1. de tuen. sani. cap. 3. iis verbis significauit. Mihi verò, inquit, sicuti album corpus, aliud magis, aliud minus album cernitur: ita quod sanum dicimus magis minusq; tale videtur. Proinde immoderatio ipsa quæ morbos affert, magno interuallo ab exquisitè sana moderatione distat. Atque in ista tota latitudine omnes sanorum differẽtiæ paulò antè à nobis expositæ consistunt. Quantum enim interuallũ est inter id quod perfectissimè functionem obit, & id quod manifestè actionem aliquã oblæsam habet, tanta est profectò & sanitatis, & intemperantiæ, quæ intra sanitatem consistit, latitudo. Et nisi latitudinem aliquam sanitatis statuamus, ἀεὶ πάθειαν, id est, perpetuam inualetudinem inuehamus necesse est. Quod pluribus loco paulò antè citato, & in libello de ar- » tis constitutione iis verbis monstrat Galenus. Quòd si, inquit, ex sanis alios tempera- » tos, alios intemperatos statuere cuipiam non placet, is alterum duorum dogmatum e- » ligere cogetur, vel omnes semper ægrotare, vel vnam esse omnium temperiem, viro- » rum, mulierum, iuuenum, senum, puerorum, athletarum, priuatorum, operariorum, in » ocio degentium, valentium, imbecillium. Sed vtrunq; absurdum est, igitur tertiã quan » dam latitudinem sanitatis esse oportet: vt plurimæ in ea sanorum corporum differen- » tiæ, in maioris minorisque ratione comprehendantur, sic vt in aliis omnibus habet. » Etenim domus, nauis, lectus, arca, vestimentum, calceus, currus, vel melius, vel peius ha » bet priùs quàm ægrotet. Hæc ille. Quæ etsi prolixa sunt, tamen quum magnam lucem præsenti loco afferant, non piguit nos illa recitare. Atque hactenus Galenus sanitatis latitudinem ac differẽtiam explicauit. Habet autem & morbus suam latitudinem, quæ qualis ac quanta sit, Galenus iis verbis indicat. In ea autem latitudine, quæ sanitatis latitudinem sequitur, puta sensibilis immoderationis, morbi consistũt. Atque hæc quidem tanta est, vt perueniat quidem ab eam immoderationem, quæ iam particulæ corruptionem affert. Quantum igitur est interuallum inter hoc quod iam sensibiliter ac manifestè in suis functionibus lęditur, & id quod iam corruptionem aliquã induit, tãta est profectò morbi, & immoderationis, quæ actiones lædit, latitudo. Neque enim quomodolibet animalium corpora constringi & laxari solent, sed est in hac re terminus quidam constitutus à natura, vltra quem citra particularum dissolutionem, & corruptionem omnimodam, progredi nequeunt. Hinc omnibus perspicuum esse puto, Galeno nullum esse, vt Herophilo visum fuit, corpus neutrum, quod scilicet inter sanitatem & morbum, Aristotelis etiam illi suffragãte testimonio, nullum sit medium, & quod neutrum propriè dictum, sub sanitate complecti possit. Est enim duplex imbecillitas ac intemperies vna, in qua nulla adhuc animalis actio est imbecilla, atq; adeò sensibiliter læsa. Hãc sanè imbecillitatẽ, qui ex morbo conualescunt, & senes obtinent.

Ad morbũ esse, requiritur sensibilis actionis lęsio.

Sanorum pluri- ma maioris mi- norisq; ratio est.

Sanitatis latitu- do.

Morbi latitudo qualis, ac quãta.

Galeno nullum esse neutrũ cor- pus.

Altera

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 90 sur 637

©BIUM

Altera eſt,in qua penitùs eſt amiſſa actio, aut ſenſibiliter læſa. Atque hęc, morbi planè nomine cenſenda venit. Atque ita quidem ſe habet impatibilium elemẽtorum hypotheſis. Quæ tamen de vtraque latitudine,tum ſanitatis,tum morbi iam dicta ſunt, ad alteram etiam hypotheſin ac ſectam,de qua mox dicturi ſumus, referenda ſunt.

Qui verò elementa pati,& in ſe inuicem agere, ac per ſe tota commiſceri ſtatuũt,ij neceſſariò tot eſſe primos morbos fatebuntur,quot eſſe prima elementa dixerint. Age enim quatuor ſint prima elementa, calidum,frigidum,ſiccum, & humidum, quibus inter ſe moderatè mixtis, ſanum ſit animal, immoderatè autẽ, ægrotum, erũt etiam primi morbi quatuor: vnus quidem calor, qui naturalem moderationem exceſſerit,alter frigiditas,tertius humiditas,quartus ſiccitas. Hi quidem ſecũdum alterius ſectæ hypotheſin eorum quæ ſimilaria nominantur corpora, & quæ omninò ſimplicia videntur,morbi ſunt.

Morbi ſimilariũ partiũ ex altera hypotheſi quot.

COMMENTAR.

De alterius ſectæ,quę elementa pati,& in ſe mutuò agere,totaque totis miſceri autumat,ſententia,ſimplicium morborum numerum inquirit. Elementa autem in ſe mutuò agere,totaque totis cõmiſceri Hippocrates primus,& poſt hunc Peripatetici omnes,ac Galenus ipſe cenſuerunt. Horum itaque iudicio tot prima erunt morborũ genera,quot ſunt prima corporis noſtri elementa. Ea autem quatuor eſſe affirmant, vt liquet legenti librum primũ Galeni de elementis, & eos quos idem de temperamentis inſcripſit: nempe calidum,frigidum,ſiccum,& humidum. Quæ vbi inter ſe moderatè, mixta ſunt,ſanum euadit animal,ſi verò immoderatè,ægrotum. Erunt itaque tot primi morbi,quot ſunt de illorum ſententia,elementa, nempe quatuor. Vnus calor immodicus,tantus nimirum qui naturalem commoderationem eouſque excedit, vt iam manifeſtè actioni incommodet. Alter,immodica frigiditas. Tertius,humiditas. Quartus,ſiccitas. Atque hi de iudicio alterius ſectæ,earum partium quæ ſimilares vocãtur, & omnino ſimplices iudicio ſenſus ſunt, morbi erunt.

Elementa in ſe mutuò agũt,totaq; totis commiſcentur. Quatuor prima morborum genera.

Compoſitorum verò in nobis inſtrumentorũ morbi,vtrique ſectæ cõmunes ſunt. Percurramus igitur & hos paucis,ſi priùs quomodo ſint communes demonſtrauerimus. Quum omne corpus ſenſus iudicio compoſitum, quod diſſimilare vocãt, ſi munere ſuo probè fungi debeat,neq; ex quibuſlibet, & vt ſors tulit,ſimplicibus particulis,neque ex numero aliquo,aut magnitudine indecẽte conſtitui,neq; quẽuis modum compoſitionis habere oporteat,in iis quatuor generibus,omnium inſtrumentorum morbi conſiſtent.

Quatuor inſtrumentalium partium morbi.

COMMENTAR.

Hactenus quæ in ſimilaribus ſimplicibúsve partibus fiunt, morborum genera mõſtrauit Galenus. Nunc autem compoſitorum in nobis inſtrumentorum morbos ſimplices,vtriquè ſectæ eſſe communes,ac numero quatuor oſtendit. Non autem temerè dixit Galenus compoſitorum inſtrumentorum, ſunt enim inſtrumenta etiam ſimplicia,vt ſunt partes ſimilares,quæ perfectam edere actionem, vt capite ſecundo huius libri eſt monſtratum,poſſunt. Compoſita igitur inſtrumenta ſunt partes corporis quæ ſenſus iudicio compoſitę ſunt,& ob id Græcis ἀνομοιομερῆ Latinis diſſimilares,id eſt,diuerſarum partium,& ἑτερογενῆ,hoc eſt,non vnius rationis dicuntur. Non verò ab re dictum eſt,ſenſus iudicio,hac enim ratione excluduntur è numero compoſitarũ partium venę & arteriæ,vt quæ ſenſus iudicio ſimilares,& minimè,vt ſupra eſt oſtenſum, compoſitæ ſunt. Proinde vt has à cenſu cõpoſitarũ ſummoueret Galenus, omne cor-

Compoſitũ inſtrumentum.

Compoſitę partes.
Diſſimilares.
Diuerſarũ partium.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 91 sur 637

©BIUM

Morbi compoſitarum partium vtriq; ſectæ communes, quatuor.

pus ſenſus iudicio compoſitum dixit. Neque enim, vt metipſe paulò poſt fatebitur, exquiſito de ſimplicibus & compoſitis partibus ſermone in hoc libro opus eſt: ſed ſatis eſt, ſi conſideretur, num pars aliqua ſenſus iudicio ſimplex, vel cõpoſita ſit. Cæterùm, morbos compoſitarum partium vtrique ſectæ eſſe cõmunes, & numero quatuor, hũc in modum Galenus demonſtrat. Quum, inquit, omne corpus ſenſus iudicio compoſitum, vt functiones ſuas probè exerceat, quatuor indigeat rebus, primò quidem, vt nõ ex quibuſlibet, & vt fors tulit, ſimplicibus particulis ſit cõſtitutum. Hoc eſt, neceſſe eſt vt conformatio ipſa compoſiti corporis ſit decens & idonea: id quod fiet, vbi congruentes & maximè idoneas figuram, cauitatem, aſperitatem & leuitatem hãbuerit. Habebit autem hæc omnia, ſi ex iis, quæ illius functioni maximẽ congruunt, partibus fuerit conformatum. Secundò, vt non conſtet ex numero partium ſimplicium indecẽti. Indecens autem erit, ſi aliqua pars abundet, aut deficiat. Tertiò, vt non habeat indecentem magnitudinem: id eſt, non ſit ſupra modum auctum aut minutũ. Quartò, vt non quemuis cõpoſitionis modum obtineat: hoc eſt, poſitum ſitũmve, & conſenſum naturalem ſit nactum: palam omnibus eſt, in iis quatuor generibus, nempe indecenti conformatione, numero, magnitudine, & compoſitione, omnium inſtrumentorum compoſitorum morbos contineri, quòd iis quæ ſequuntur, per ſingula horum genera ac differentias gradiens Galenus, luculenter admodum demonſtrabit.

Differẽtię formę

Differẽtiæ verò per ſingula genera hæ ſunt. In primo quidẽ, quod dictũ eſt, quũ decẽs particulæ forma corrũpitur, quòd vel figuram indecentẽ, vel concauitatem, vel meatum accipiat, vel aliquid horum, quæ adeſſe debeãt, amiſerit. Ex hoc etiã genere eſt aſperitas eius, & leuitas, quando non commodè permutantur. In altero autẽ genere quod in numero ſimplicium & primarum particularum eſt, duplex erit morborum differentia, aut quia deficit aliquid, quod adeſſe oportebat, aut abundat quod non erat neceſſarium. Et in tertio quoque genere, quod in magnitudine conſiſtit, itidem duplex eſt differentia. Quippe ſi maius fiat, quod minus eſſe decebat: aut è diuerſo minus ſit, quod maius eſſe expediebat, vniuerſum inſtrumentum non rectè ſe habebit. In reliquo autem genere morborum, in compoſitione, aut naturali poſitu variato, aut partiũ inter ſe conſenſu, differentiæ conſtituẽtur.

Numeri.

Magnitudinis.

Compoſitionis.

COMMENTAR.

Cõformationis differentiæ. 4.

Figura indecẽs.
Cauitas.
Aſperitas.
Leuitas.

Numeri indecẽtis differẽtiæ. 2.
Defectus.
Abundantia.

Magnitudinis indecentis differentię duæ.
Auctio
Diminutio.

Cõpoſitiõis indecẽtis differentię duæ.
Poſitus.

Compoſitorum ſeu inſtrumentalium morborum in ſingulis quatuor prædictis generibus differentias Galenus hoc loco recẽſet. In primo enim genere, quod fit quando decens particulæ forma corrumpitur, adeoque indecens conformatio appellatur, quatuor ſunt differentiæ. Prima, figura indecens, quando ſcilicet natiua particulæ forma deperit, aut aliorſum quàm pro naturæ modo mutatur atque peruertitur. Secũda cauitas indecens, quando meatus ſeu concauitas aliqua immodicè patet, aut in arctũ cogitur. Tertia, aſperitas indecens, quum particula naturâ lęuis, fit aſpera. Quarta lęuitas indecens, quando particula natura aſpera, lęuis fit. In altero genere quod in ſimplicium partium indecenti numero conſiſtit, duæ ſunt differentiæ. Prima, quãdo deeſt quidpiam, quod adeſſe oportebat. Secunda, quãdo abundat, quod abeſſe erat neceſſe. In tertio genere, quod in parum conueniente magnitudine cõſiſtit, ſimiliter duę ſunt differentiæ. Prima auctio, vbi maius fit, & ad maiorem molẽ aſſurgit, quod minus eſſe decebat. Secunda diminutio, quando minus fit, quod maius eſſe oportebat. In quarto genere, quod non eſt niſi indecens compoſitio, duæ quoque differentiæ reperiuntur. Vna indecens poſitus, vbi à naturali ſitu euariat membrũ, ita vt ſurſum ſpectet, quod deorſum ſiſti, ac nutare debeat, & contrà. Altera, indecens conſenſus, quum partes in-

©BIUM

ter ſe non rectè cohęrent. Exempla ſingularum differentiarum infrà,capite nimirum ſeptimo & ſequentibus,Galenus multa proferet.

Quemadmodum verò primorum inſtrumentorum ſingula ex ſimplicibus corporibus, vel rectam, vel vitiatam compoſitionem ſortiuntur, atque ex ipſis, vt vel ſana ſint, vel ægra obtinent: ita rurſus ex iis ipſis primis inſtrumentis, ſecũda coaleſcunt. Muſculus enim, vena, & arteria ex primorum inſtrumentorum numero ſunt: digitus autem ex ſecundorum, atque hoc magis etiã pes, & pede crus. Nã in vniuerſum, quæ ex ſimilaribus partibus coaleſcentibus, vnius actionis gratia, creata ſunt, inter prima inſtrumenta cenſentur. Quæ verò rurſus ex iis cõponuntur, tametſi quàm maximè vni totius inſtrumenti actioni deputata ſunt, inter ſecunda connumerantur. Iidem verò tum horum inſtrumentorũ, tum primorũ morbi erunt. Verùm de inſtrumentorum differentia in alio libro diſputatum eſt, quæ quidẽ exquiſitè prima ſunt, & quæ ab iis ſecũda, & tertia, & quarta ſtatuere conueniat. Quippe ſunt aliqua quæ ambiguas vtrinque notas habent, vt videantur tum prima, tum ſecunda eſſe. Atqui præſens ſermo eiuſmodi exquiſitam diſputationem non requirit. Id verò vnum conſiderare oportet, ſimplex ne, ſenſus iudicio, an cõpoſita ſit particula. Simplicis enim, primi, quos diximus, morbi, naturalium elementorum differentiâ ſunt diſtincti. Compoſitæ autem, reliqui, qui vtriq; hypotheſi ſunt communes. Nullũ verò eſt morbi genus, neque in ſimplicibus corporibus, neque in compoſitis, quod vtriſque ſit proprium. Diuidendi enim methodus, id fieri non poſſe demonſtrat.

Prima inſtrumẽta.

Secunda.

COMMENTAR.

Quanquam inſtrumentorum plurima eſt differentia, ſunt enim quædã primi, quædam ſecundi, & quædam tertii & quarti ordinis: tamen eorundem omniũ eſſe eoſdem morbos, hoc loco Galenus oſtendit. Per inſtrumenta autẽ hîc, haud ſecûs quàm in capite tertio partes diſsimilares, & reuera compoſitas intelligit. Exquiſitam enim hoc loco inſtrumentorum rationem, ac legitimas eorundem, vt dictum eſt, differẽtias oſtendere conatur. Atque ea quidẽ ratione vena & arteria, etſi ſenſus iudicio ſimplices ſunt, compoſitæ, adeoque inſtrumenta appellantur. Primi autem ordinis inſtrumenta ſunt quæ ex ſimplicibus partibus coaleſcentibus, vnius actionis gratia creata ſunt. Secundi ordinis inſtrumenta ſunt, quæ ex primis iam dictis inſtrumentis componuntur. Tertii ordinis, quæ ex ſecundis inuicem nexis conſtituuntur. Id quod teſtantur etiam ea quæ idem Galenus in fine libri primi de elementis ſcribit, inquiẽs. Partibus ſimilaribus inuicem coeuntibus, primum & ſimpliciſsimum inſtrumentum, quòd vnius actionis gratiâ, natura creauit, perficitur. His rurſus inuicem compoſitis, alterum inſtrumentũ maius efficitur. Atque illis iterum inuicem connexis, totius corporis conſtitutio perficitur. Verbi gratia, muſculus, vena, & arteria, ex primorũ inſtrumẽtorũ ſunt numero. Quippe muſculus ex carne ſimplici, & fibris, quæ ſunt ligamentorũ & neruorũ; Galeno etiã lib. 2. de tempe. cap. 4. teſte, excluſis, tamen venarũ & arteriarũ ſurculis, quæ reuera ſimplices partes non ſunt, cõſtat. Vena autẽ & arteria, ex mẽbranis & fibris compoſitæ ſunt. Singula itaq; tria iam cõmemorata inſtrumenta ex ſimilaribus ſimplicibúsve partibus, vel rectã, vel vitiatã cõpoſitionẽ ſortiũtur, atq; ex ipſis, vt vel ſana, vel ægra ſint, obtinent: vniuſque actionis gratia, creata ſunt, muſculus ſcilicet voluntarii motus, vena diſtributionis ſanguinis, arteria autẽ ſpirituũ vitaliũ cauſa. Digitus autẽ ex ſecũdorum inſtrumentorũ numero eſt, quòd ſcilicet ex primis inſtrumentis, muſculis, venis, & ar-

Inſtrumentorũ plurima differentia.

Primi ordinis inſtrumenta.

Secundi ordinis.

Tertii.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 93 sur 637

& arteriis coaluerit. Ex tertii inſtrumenti ordine ſunt, pes, & , manus, quòd ſcilicet ex ſecundis inſtrumentis, digitis nimirum, brachiali, tarſo, & pedio cõſtent. Ex quarti ordinis inſtrumentorum numero, crus eſt, quòd ſcilicet ex tertiis inſtrumentis, nẽpe pede, & aliis conſtituatur. Quod ſignificare iis verbis voluit Galenus. Digito verò magis pes, & pede crus, quòd nimirum pes digito maior ſit, & pede crus grãdius exiſtat. Quãtò igitur maius fuerit inſtrumentum, tanto magis à primis abeſt. Cæterùm iidem ſunt, ſecundorum, qui primorum morbi, quatuor ſcilicet, conformationis, numeri, magnitudinis, ac compoſitionis. Verùm de inſtrumentorum differẽtia, alio in libro, nempe vt metipſe in lib. 1. de elementis teſtatur Galenus, de adminiſtrationibus anatomicis, non tamen in iis, quod ſciam, nouem, qui hodie extant, ſed in aliquo ſex, qui ſequuntur, & temporum iniuria amiſsi ſunt, diſputatum eſt. Ibidem enim dictum eſt, quę ſint exquiſitè prima inſtrumenta, & quę ab iis ſecũda, quę item tertia, & quarta. Sunt tamen aliqua quæ ambiguas vtrinque notas habent, vt videantur, tum prima, tum ſecũda eſſe inſtrumenta, vt eſt muſculus: is enim ex primorum inſtrumentorum numero erit, ſi illum, vt ex reuera ſimilaribus, fibris nimirum & carne ſimplici, eſt compoſitus, conſideraueris. Ex ſecundorum autem inſtrumentorum ordine erit, ſi vt ex primis inſtrumentis, venis ſcilicet & arteriis, conſtat, hunc conſideramus, Venę enim atque arterię, vt ſuprà oſtenſum eſt, non ſunt reuera partes ſimplices, ſed ex ſimilaribus, nẽpe fibris & membranis compoſitę, ideoque prima inſtrumenta. Proinde ſi muſculum prout in ſe venarum & arteriarum ſurculos recipit, expendas, ex ſecundorum inſtrumentorum ordine erit. Sed pręſens tractatio tam exquiſitam de inſtrumentis diſputationem nõ requirit. Quippe hoc vnum hîc conſideraſſe ſatis erit, num ſenſus iudicio ſimplex, aut compoſita particula ſit. Simplicis enim, hoc modo, partis morbi, naturalium elementorum, calidi, frigidi, humidi, & ſicci differentiâ, ſunt diſtincti. Vt enim quatuor ſunt naturalia elementa, ita etiam quatuor ſunt primi partiũ, ſenſus iudicio, ſimilariũ morbi. Reliqui autem morbi, qui vtrique hypotheſi ſunt communes, nempe in cõformatione, numero magnitudine, & compoſitione indecentibus, ſenſus iudicio compoſitę particulæ proprii ſunt morbi. Nullum verò eſt morbi genus, neq; in ſimplicibus partibus, neq; compoſitis, quod vtriſque, ſimplicibus ſcilicet & compoſitis, ſit proprium. Habet enim quælibet harum partiũ, proprios ſibi tantùm, & nulli alteri, morbos. Verbi gratia, ſimilaris ex prima hypotheſi, latitudinem & anguſtiam. Ex altera, calidũ, frigidum, humidum, aut ſiccum morbum. Compoſita verò pars, quatuor genera paulò antè recitata, vtrique ſectæ & hypotheſi communia. Nullus eſt itaq; morbus, qui ſimplicibus & compoſitis partibus proprius ſit, id enim diuidendi methodo aduerſatur. Nam inter alia præcepta quæ diuidendi methodũ perficiunt, Ariſtotele & Boetio in lib. de diuiſionibus, teſtibus, hoc haud poſtremum eſt, quòd ſolæ quæ per ſe ſunt, ſiue proprię differentię, ad diuiſionem legitimam ſint aſſumendæ, quòd ſcilicet illæ vnius eiusdemq; rei ſubſtãtiam cõpleant. Hoc eſt, per proprias differentias diuiſio facienda eſt, quoties per differentias genus diſtribuendum erit. Propriæ autem ſunt, quæ ſuapte natura, ea quæ ſub eodem genere ſunt ſeparant, vt rationale, & irrationale, hominem & equum. Hinc omnibus palam fit, differentias eas, quæ inter ſe oppoſitæ ſunt, genus ipſum commodiſsimè diuidere poſſe. Quare rationale & bipes, quanquã animalis differentiæ ſunt, tamen ad diuiſionem ineptiſsimæ ſunt, quòd ſibiinuicem nullatenus opponantur. Vt igitur rectè procedat diuiſio, primùm neceſſe eſt, vt differentiæ per quas genus in ſpecies diuiditur inter ſe oppoſitæ ſint. Quocirca omnibus hinc conſtare puto, differentiis genus aliquod diuidentibus, vtpote inter ſe oppoſitis, nihil eſſe propriũ poſſe. Proprium enim eſt quôd omni, & ſoli, & ſemper ineſt. Si ſoli ineſt, iam certè illius contrario ſeu oppoſito ineſſe nequit. Si enim riſibile rationali propriũ eſt, adeoq; omni rationali, & ſoli rationali, ac ſemper eidẽ conuenit, irrationali conuenire & ineſſe nequit, alioqui idem duobus contrariis propriũ eſſet quod non ſolùm dictu abſurdum

Iidem ſunt ſecũdorũ qui primorum inſtrumentorũ morbi.

Ambigua inſtrumenta.

Simplicis ſenſus iudicio, partis, morbi proprii.

Compoſitę, ſenſus iudicio, particulę proprii morbi.

Diuidendi methodus.

Diuiſio per proprias differẽtias facienda.

Propriæ differẽtiæ quę.

Proprium.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 94 sur 637

©BIUM

ſurdum eſt,ſed etiam rerum naturæ aduerſatur.Quum itaque pars genus ſit, eius verę ac propriæ,& per oppoſitionem diſtantes,differentiæ,ſimplex & compoſita:rectiſſimè hoc loco Galenus ex diuidendi methodo,ſimplicibus & compoſitis partibus, vtpote differẽtiis ſibiinuicem contrariis ac oppoſitis,nullum genus morbi propriũ eſſe poſſe affirmat. Nam contra naturam ac rationem proprii eſt,vt idipſum pluribus inter ſe contrariis inſit.Atque ea eſt legitima huius loci,quòd & præcedentia, & ſequentia teſtantur,enarratio.Errant itaq; toto cœlo,& adulterinũ Galeni verbis ſenſum accerſunt,qui pro ἑκατέρων,id eſt,vtriſque ἑκατέρῳ,id eſt, vltrà legendum eſſe contendũt. Nam quis erit horum verborum ſenſus? Genus autem morbi nullum eſt, neq; in ſimplicibus corporibus,neque in compoſitis,quod vltra propriũ ſit.Nullus ſanè, niſi abſurdiſsimus. Vnus tamen vtriſque cõmunis eſt morbus,nẽpe vnitatis ſolutio, vt mox oſtendemus.

Nullum genus morbi vtriſque partibus, ſimplicibus nimirũ & cõpoſitis, ꝓpriũ. Error quorũdã notatur, Galeni legitimã lectionem turbãtium.

Atqui vnum eſt ſimplicium & compoſitorum corporum commune morbi genus,ſiue ex ordine primorum,ſiue ſecundorum, ſiue tertiorum ſint, quod nunc dicemus.Methodus verò inueniendi etiam hunc morbum ,eſt commune quod omnibus prædictis partibus ineſt.Si enim quum ſecundum naturam ſe habent,aliquid ipſis ineſt commune,quod actionem, vel vſum aliquem animali præſtat: omnino vtique ſi idipſum corrumpitur,cõmunis quidam ipſis morbus conſtituetur. Quid verò hoc eſt,quod omnibus commune exiſtit?Singularum partium vnitas, qua vnaquæque ſi prædita fuerit,vna eſſe,& vnam actionem vel vſum perficere dicitur.Si verò hæc ex aliqua occaſione ſoluatur,ipſa illius partis morbus eſt. Quam autem in ſingulis partibus appellationem ſortiatur hic morbus,paulò poſt, vbi iã dictorum generum differentias,in particulares ſpecies diſſecuerimus, dicemus.

Cõmune ſimpliciũ & cõpoſitorum corporum morbi genus.

COMMENTAR.

Morbum quedam eſſe vtriſque partibus,ſimplicibus nimirum & compoſitis, cõmunem,hoc loco demonſtrat.Atque methodum hunc morbum inueniendi,commune aliquid,quod omnibus iam dictis partibus ineſt, eſſe affirmat.Quippe priùs inueſtigandum erit,ſit ne quippiam vtriſq; partibus commune, quàm quid ſit morbus ille communis indicetur. Quare optima ratio inueniendi hunc morbum erit, ſi principio,quod vtriſque eſt commune, intellexerimus.Eſſe autẽ quidpiam vtriſq; commune,hoc principio,quod omnibus in confeſſo eſt, oſtendit. Quum partes corporis ſecundum naturam ſe habent,aliquid commune ipſis ineſt,quod actionem,vſúmve aliquem animanti præſtat,igitur eo corrupto,communis quidam illis morbus accidet. Commune verò quod functionem animali præſtat,omnium conſenſu, eſt ſingularũ partium vnitas.Hæc enim eſt,qua vnaquæque pars vna exiſtit,vnamque actionẽ perficit.Hac itaque vnitate ſoluta,neceſſe erit eius quoque actionem lædi. Erit igitur ſolutio continuitatis morbus vtriſque partibus communis. Quam verò appellationem continuitatis,ſolutio in ſingulis partibus ſortiatur,paulò pòſt,capite nimirum vndecimo, vbi iam dictorum generum differentias priùs in ſuas ſpecies diſſecuerimus, oſtendemus.

Methodus inueniendi morbum vtriſq; partibus communem.

Commune omnibus partibus quod?

Continuitatis ſolutio morbus vtriſque partibus communis.

CAP. V.

IAm itaque hoc aggrediamur,rurſus à priori hypotheſi exorſi. Duo itaque in hac ſimilarium corporum erant morbi,in meatuum moderatione conſiſtentes.Vnus,eorundẽ latitudo,alter verò anguſtia.Vtriuſque vero horum,duplex differentia.Anguſtiæ quidem,corporis vndique in ſeipſum conſeſſus,& ipſorum meatuum obturatio.Latitudinis autem, corporis

Simpliciũ morborum ex priori hypotheſi numerus,ac differẽtię.

©BIUM

Concretiones.

corporis ad omnem partem extenſio, ac ipſorum meatuum veluti expunſio, ex elementorum, quæ propriè corpora ſimplicia, & prima appellari aſſuêrant, concidentia facta. Namquæ ex illis compoſita ſunt, concretiones vocant.

COMMENTAR.

Principio huius capitis ſimplicium morborum, qui in ſimilaribus accidunt partibus, numerum ac differentias ex priori hypotheſi, ſeu de prioris ſectæ ſententia, colligit. Dictum enim ſuprà eſt, iudicio eorum, qui hanc ſectam excolunt, duo eſſe ſimilarium corporum prima, morborum, qui in meatuum immoderatione conſiſtunt, genera, latitudinem, & anguſtiam. Vtriuſque autem horum generum duæ ſunt differentiæ. Anguſtiæ, corporis vndique in ſeipſum conſeſſus, & ipſorum meatuum obturatio ſiue obſtructio. Græcè enim eſt ἔμφραξις. Neceſſe enim eſt ſi meatus anguſtiores fiant, vt idipſum accidat bifariam. Primò, quando corpus vndiquaque in ſeipſum cõſidet. Quæcunque enim in ſe reſident, hęc, meatus, ſi quos habent, amittant, aut ſaltẽ quàm priùs habuerint anguſtiores nãciſcuntur. Quod in ſpongia maximè videtur, quæ etſi foraminulenta admodum eſt, tamen preſſa in ſeſe reſidet. Secundò, vbi meatus obturantur. Si enim obturantur, anguſtiores quoq; fiant, oportet. Differentiæ verò latitudinis itidem duæ erunt prioribus planè contrariæ, nempe corporis ad omnem partẽ extenſio, & meatuũ expanſio: neque enim melior nobis vox occurrit, quâ reddamus dictionem ἀναστάσεως, qua hoc loco vtitur Galenus. Extenſio itaque, ἔκτασιν vocat Galenus, corporis conſeſſui niſi contractionẽ appellaremus, contraria eſt. Nam vt in cõſeſſu in ſe reſidet corpus, ita in extenſione partes quę reſederunt iterum extenduntur, & à ſeinuicem diſiunguntur, adeoque earundẽ meatus, latiores fiunt. Expanſio autem meatuum, obturatui ſeu occluſioni contraria exiſtit. Vt enim in obturatione, meatus qui ſunt in partibus ſimplicibus & primis, quæ elementa vocantur, anguſtiores reddũtur: ita quando prædictę partes in ſe concidunt, meatus expãdũtur, latioresque fiunt. Cæterùm ſimplices, primæ, ſiue ſimilares partes, Galenus etiam elementares, & ſenſibilia elementa lib. 1. de naturalibus facultatibus, & lib. 2. de elementis, propria hominis elementa appellat, quod etiam hîc innuit dum inquit: elemẽtorum, quæ propriè ſimplicia & prima appellari corpora aſſeuerant. Quaſi dicat, expanſio fit, de prioris ſectæ ſententia, non quando omniũ rerum communia elementa cõcidunt, ſed ea potiùs quę propriè vocãtur ſimilaria corpora. Appellantur enim & illa elemẽta, ſed, vt dictũ eſt, ſenſibilia. Porro corpora animantium quæ ex illis elementis cõpoſita ſũt, συγκείματα id eſt, concreta, vel concretiones nominant. Quod clariùs lib. 5. de ſimpli. medi. facul. cap. 24. vbi ita ſcriptum reliquit, Galenus monſtrat. Methodici animantium corpora appellant, quaſi miſcellas ſeu cõcretiones ex corpuſculis inſectilibus, aut minimis, aut partitionis expertibus, vel ſimilibus. Hinc μετασύγκρισις hoc eſt, exiguorum meatuũ ſtatus immutatio. Et μετασυγκριτικὰ medicameta, quæ meatuũ miſcellę, corporis ſtatum præter naturam ſe habentem immutant. Porro no ſolùm μετασύγκρισιν ſed etiã μεταποροποίησιν, & μεταποροποίια Galeno lib. 4. metho. cap 4. dicitur. Ποροποίια autem exiguorum meatuum, ſtatus vocatur.

Meatuum anguſtiæ differentiæ.

Latitudinis meatuum differentię

ἀνατάσεις. Extentio. Expanſio.

Simplicium partium nomina. Senſibilia elemẽta quæ.

Συγκείματα.

Μετασύγκρισις. Μετασυγκριτικὰ Μεταπορο ποίησις. ποροποίια.

Intemperies nudæ qualitatis. Intemperies cũ affluxu humoris

In altera hypotheſi duæ etiam morborum ſunt differentiæ, interdum enim ſimilaria corpora ſolis qualitatibus alterantur, interdum verò ſubſtantia quædam prædictas qualitates obtinẽs, ad ipſa confluit. Atque hic ſecundus modus, qui tumorẽ in corporib⁹ excitat, à nullo medicorũ ignoratur. Etenim eryſipelata, phlegmonæ, ædemata, phymata, phygethla, ſtrumæ, elephãtiaſes, ſcabies, lepræ, alphi, & ſcirrhi, huius ſunt generis, ac neminem latere poſſunt. At morbi qui in ſola qualitatum intemperie conſiſtunt, deprehenſu ſunt difficiliores, niſi quum pars ipſa

©BIUM

ipſa plurimùm in id quod præter naturam eſt, deflexerit. Tunc enim facilè ab omnibus deprehenditur.

COMMENTAR.

Quæ ſint alterius hypotheſeos ſeu ſectæ, quæ elementa alterationi eſſe ſubiecta ſtatuit, ſimplicium morborum in ſimilaribus partibus natorum differentię, hoc loco recenſet Galenus. Duas autem eſſe monſtrat, vnam quidem in qua ſimilares partes ſolis qualitatibus, citra humoris alicuius influxum, alterãtur. Hæc ſolius qualitatis alteratio, intemperies nuda vocatur, à recentioribus verò immaterialis, & ſine materia. Alteram autem, quando ſubſtantia quædam, prędictis qualitatibus prædita, ad ſimilares partes confluit. Hæc intemperies cum affluxu, à neotericis autem materialis, aut cum materia vocatur. Atque hæc ſecunda differentia, quum in corporibus excitet tumorem, à nullo medicorum ignorari poteſt. Ad eam itaque intemperiem cũ affluxu humoris, omnes tumores præter naturam pertinẽt: eryſipelata, phlegmonæ, œdemata, phymata, phygethla, & alii eius generis, qui à Galeno hoc in loco commemorãtur, qui & ipſi, ſubſtantię vitioſæ in laborante parte affluxum indicant. De iis verò omnibus Galenus in libro de tumoribus præter naturam, & lib. 13. the. metho. & lib. 2. ad Glauconẽ, ſcribit. Et nos etiam in compendio noſtro & lib. quinto de medendis morbis, de iiſdem copioſè admodum egimus, vt non ſit opus, hîc eos prolixiùs explicare. Cæterùm quũ omnes morbi à Galeno hîc commemorati, ſint tumores, adeoq; ſubſtantiæ, Sole meridiano clariùs eſt, non omnes morbos eſſe, vt quidam, Ariſtotelis rationem ſecuti, arbitrãtur, qualitates. Quî enim aliâs hoc loco phlegmonem, (quàm eſſe ſubſtantiã nemo neſcit, tumor enim prẹter naturam eſt ex ſanguine copioſiore ac calidiore factus) Galenus inter morbos ſimilarium partium recenſere potuiſſet? Et mirũ certè eſt, cur hunc errorem ſuum non animaduerterit barbara medicorum turba, quũ tamen hanc intemperiem, quam morbum etiam eſſe fatentur, ipſi materialem nominarint. Si materialis eſt, quomodo qualitas eſſe poteſt? Sed in re manifeſtiſsima, ac ſuprà etiam nonnihil explicata, non eſt cur longiùs immoremur. Omiſsis itaque omniũ à Galeno hîc enumeratorum tumorum, propterea quod alibi, vt comprehenſum eſt, abundè à nobis expoſitę ſint, deſcriptionibus, hoc tantùm in præſentia monebimus, perperam in Aldino Grẹco exemplari legi ἔσι δ' ὅτε δὲ ῥύσεως τινὸς εἰς οὐσίαν αὐτὰ τὰ εἰρημένα· ſcribendũ enim erat. ἔσι δ' ὅτε δὲ ἐπιῤῥύσεως τινὸς οὐσίας εἰς αὐτὰ, τὰ εἰρημένα ἔχοντα ποιότητα. Quam quidem lectionem ſequentia ſatis confirmant. Cæterùm morbi qui in ſola qualitatum intemperie conſiſtunt, non ita facilè, quia nullum excitant tumorẽ, cognoſci poſſunt, niſi pars laborans plurimùm in id quod prẹter naturam eſt, deflexerit. Tunc enim facilè ab omnibus deprehenduntur, vt ſunt ambuſta, & vehementes refrigerationes, de quibus mox dicemus.

Intemperies nuda.

Intẽperies cum affluxu humoris

Nõ omnes morbi ſunt qualitates.

Quippe vbi calor in vniuerſo corpore exuperat, febris nominatur: qui & in partibus nonnunquam haud obſcurè apparet, Nam & crura iis qui vehemẽter, & præter cõſuetudinem, ambulauerint, & manus, ſi quis eas plurimũ, remigando, aut fodiendo, ſiue aliquid tale faciendo, exercuerit, calidiores & ipſis laborãtibus, & iis qui extrinſecùs eos tetigerint, manifeſtè apparent. Quòd ſi quiſpiam magnus tumor in partibus, ob affluentem aliquam ſubſtãtiam calidam, oriatur, ad ſecundam morborum differentiam pertinebit. Ad primam autem, & illi omnes quos iam diximus, & affectus qui ex aduſtione Solis, aut ignis calefactione, vt ſunt incendia & ambuſta, in vnaquauis parte, vel in toto animalis corpo-

Febris

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 97 sur 637

©BIUM

re relicti fuerint, referuntur.

COMMENTAR.

Calidam intemperiem interdum totum occupare corpus, in eoque ſic exuperare, vt eius functiones lędat: interdum non totum corpus, ſed tantùm aliquas eius partes inuadere monſtrat. Si in vniuerſo corpore conſiſtit, actionesque eius impedit, febris nominatur. Si verò in partib⁹, verbi gratia, cruribus & manibus, labore aliquo fatigatis, calor immodicus excitatur, vt accidit iis qui vehementer, & præter conſuetudiné ambulauerunt, aut manus plurimùm, remigando, aut fodiędo, aut aliquid tale faciędo exercuerunt: ſiquidem prædictæ partes, & illis qui laborant, & iis qui eos extrinſecùs contingunt, calidiores videntur: tum illi nomen febris haud competit, ſed calida tantum intemperies, eaque nuda, nominatur. Nam omnes illi, quos iam diximus, affectus, ex nimio labore excitati, & qui ex Solis aduſtione, aut ignis calefactione, vt ſunt incendia, & ambuſta, in vna quauis particula, aut toto animalis corpore relinquuntur, ad primam morborum partium ſimilarium differentiam referuntur: quòd ſcilicet ſimilares partes, in iis omnibus ſolis ac nudis qualitatibus, ſint alteratæ. Cæterùm notandum hoc loco venit, quod vbi nos conuertimus, vt ſunt incendia & ambuſta, Græcè ſit: οἷαι τε καὶ τυφωλεῖσι τε καὶ πυρατώδεσι διαθέσεσι Quare eos affectus, quos Galenus τυφωλεῖσι nos incendia: & quos ille πυρατώδεσι nos ambuſta vocauimus, idq; ſanè, vt putamus, non ineptè. Nam Græcis τυφῶν, idem quod καίειν id eſt, incędere, cõburere, & ardere ſignificat. Hinc τυφώς, τυφών, καὶ τυφωεύς, Typhos, typhon & Typhoeus igneus, ſiue ardęs Dęmõ, Poetis dicitur. Fuit is terrę filius, gigantũ omniũ ferè maximus ac immaniſsimus. Quo nomine factum eſt, vt hunc Pindarus 4. Olympiorum ode, ἑκατονκέφαλον ὄβριμον, hoc eſt, centum capitibus horrendum, & prima Pythiorum, ἑκατονταπάραρον, id eſt centicipitem, & ibidẽ ode octaua πολυκάρανον, id eſt, multorum capitum nominet. Latini poetæ eadem de cauſa Centimanum vocãt. Hic quum fratres à Ioue fulmine percuſſos vlciſci voluiſſet, & hoc nomine Iouem in certamen prouocare auſus eſſet, Iouis fulmine ſub Aetnam Siciliæ montem detruſus eſt, quemadmodum locis paulò antè citatis Pindarus, & lib. 3. Car. ode 4. Horatius, & elegantiſsimè lib. 5. Metamorpho. iis verſibus Ouidius indicauit.

Vaſta giganteis iniecta eſt inſula membris
Trinacris, & magnis ſubiectum molibus vrget,
Aethereas auſum ſperare Typhoëa ſedes.
Nititur ille quidem, tentatque reſurgere ſæpe,
Dextra ſed auſonio manus eſt ſubiecta Peloro.
Leua Pachyne tibi Lilybæo crura premuntur.
Degrauat Aetna caput ſub qua reſupinus arenas
Eiectat, flammamque fero vomit ore Typhoeus.

Quum autem ſatis ex hiſtoriis conſtet, Aetnam montem, igneos globos, & flãmas euomere, factum eſt vt Typhonem gigantem ei ſubſtratũ, & ſub illo humãtum eſſe, Poetæ finxerint, quaſi ipſe incendii illius eſſet cauſa, ac veluti reniteretur ſuggerenti flammas Vulcano, vnde fiat vt inter luctandum, tanti globi flammarum in altum ſurgãt. Præterea τυφών Gręcis, Suida teſte, idẽ quod κεραυνὸς βίαιος id eſt vehemens, ſiue violentũ fulmen ſignificat. E quibus omnibus abundè patere arbitror, Galenum per affectus τυφωλεῖσι ſeu, vt nos conuertimus, incendia, intelligere flammas ſuccenſionésve, quę à Solis calore oriuntur, ſiue ſint fulmina, ſiue aliæ flammæ ardẽtes. Id quod aliqui Græci codices ſatis oſtendunt, in quibus pro τυφωλεῖσι legitur κάυματα, id eſt incenſiones. Quanquam hæc vox non ſit legitima Galeni, vt quę ab imperito aliquo temerè in contextum ſit rapta, quod hanc ſibi aliquis, interpretationis tantũ causâ, in margine libri adſcripſiſſet. Quinetiam Galeni verba ſatis conuincunt, τυφωλεῖσι non eſſe niſi

Febris. Calida nuda intemperies.

τυφώδης. τυφῶν.

τυφών.

Gentimanus.

Incẽdia quid appellet Galenus.

τυφωδῶσι

nisi à Solis adustione procreatos affectus, quemadmodum πυρατώδεις, qui ab ignis calore fiunt: ait enim affectus qui ex adustione Solis, vel ignis calefactione relinquitur, ve luti sunt incendia, & ambusta, vt scilicet incendia, sit exemplum eorum affectuum qui ex Solis vstione fiunt: & ambusta, eorum qui ab ignis calore procreantur. Proinde vt Galenus, per τυφώδεις affectus, intelligit flãmas succensiones ve Solis calore excitatas: ita per πυρατώδεις, idem, eas quę ab igne factę sunt cõbustiones intelligit. In summa ea quæ alio nomine Græcis πυρίκαυτα, Latinis ambusta dicũtur, Quod itidé aliqui codices Græci demonstrant, in quibus πυρακτώσεις legitur, quæ dictio Græcis cõbustiones significat, πυρακτέω, enim, Græcis comburo sonat. Est autem & hæc vox, quæ itidem interpretationis causa margini adscripta fuit, temerè contextui ab imperito aliquo librario inserta. Hæc copiosiùs de significatione prædictarum duarum vocũ dicere placuit, quòd τυφώδης dictio nusquam aliâs, quòd sciam, neque in Galeno, neq; in Aristotele occurrat. Aristoteles enim lib. meteor. 3. cap. 1. Typhonem, ventum esse impetuosum tradit, qui per gyros irruit, suaque impetuosa rotatione, quandoque arbores eradicat, turresque deiicit. Gellius etiam lib. 16. cap. 1. figuras quasdam nubium metuendas, τυφῶνας Græcis vocari scribit. Si itaque depresso sinu arctiùs rotati venti effregerint nubẽ, sine igne vorticem faciũt, qui aristoteli typhon appellatur. At spiritus qui è nube detrahitur, ardens accensusque dum fuerit, quod quidem accidit si tenuior efficiatur, eidem πρηστὴρ nominatur, quòd vniuersa cõburat, & aërem incendat. Plato etiã in phędro, Typhona non flammã ex aëre, sed ab exhalatione, verticẽ priusquàm incẽdatur, esse tradit. Typhonis igitur voce, philosophi aliter atque Galenus vsi sunt. Cæterùm si magnus aliquis tumor propter affluentem aliquam substantiam calidam, in particula excitatur, tum ad secundam differentiam morborum, qui in similaribus partibus oriuntur, pertinebit.

πυρατώδεις.

πυρακτέω.

Typhon quid Aristoteli, & alus.

πρηστὴρ

Eius verò morbi qui calido contrarius est, nempe frigidi, in extremis partibus adeò subinde manifestus est affectus, vt & ipsæ emortuæ deciderint. At in vniuerso corpore, qualis est is qui in vehemẽti frigore iter agentibus accidit. Plurimi enim horum in ipso itinere mortem obierunt, alij verò priusquàm domum reuersi essent, diuersorium nacti, semimortui gelidique apparuerũt. Huiusmodi verò affectus etiam sæpe iis qui comitiali morbo laborant, & tremulis, & conuulsis accidit. Porrò eorum qui in itinere propter frigus mortui sunt, alij emprosthotono, alij opisthotono, alij distentione, alij congelatione correpti sunt, alij apoplexiæ quidpiã simile perpessi sunt.

Frigidus morbus

COMMENTAR.

Frigidam intemperiem perinde atque calidam nunc in extremis tantùm corporis partibus, nunc verò in toto corpore consistere, hoc loco Galenus docet. In extremis autem partibus ideò maximè accidit, quòd à caloris fonte, corde nimirum ipso, longissimè absint. Ea autem frigidæ intemperiei species, ita manifesta est, vt & ipsa extrema, manus nimirum & crura, valido frigore emortua, nonnullis deciderint. Quod ipse cuidã in vinculis detento, lictoris, qui illius deperibat vxorẽ, malicià & scelere, accidisse, noui. De inductria enim, miserũ hominẽ, nec vestibus nec alia ratione à frigoris inclementia, munitum, frigidissimo in carcere, inscio magistratu, tam diu detinuit, quoad carnes vniuersæ frigore emortuæ illi è cruribus deciderunt. Nulla verò alia de causa hominẽ ita duriter tractauit, quàm vt subinde huius vxore liberiùs abuti nebulo ille posset. In vniuerso autem corpore accidit hæc intemperies, iis qui in valido frigore iter faciunt. Plurimos enim horum Galenus in ipso itinere, mortem, propter spirituum extinctionem, sanguinisque refrigerationem, obiisse memorat. Alios ve-

In extremis partibus cur frigida intẽperies cõsistat.

Historia.

In vniuerso corpore.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 99 sur 637

rò priuſquàm domũ reuerſi eſſent, diuerſorium nacti, ſemimortuos gelidosque planè apparuiſſe, idq; nullo alio nomine quàm quòd prę viarũ, à nimio frigore, coarctatione corporis calor natiuus ſpiritusq; animales diffundi ad omnes partes nequiuerint. Cęterũ huiuſmodi affectus etiam iis qui morbo comitiali corripiũtur, ſępe accidit. Nã principio inuaſionis morbi, ſemimortui ac gelidi planeq; rigidi eſſe vidétur. Ité tremulis & cõuulſis. Per tremulos autem, ſiue vt Galenus appellat τρομώδεις, non eos, qui ex quauis occaſione, tremunt, hoc loco intelligit, ſed eos tantũm qui ob terrorem, aut metum incuſſum tremunt. Vt tremuli non ſint hîc niſi timidi, & trepidantes. Terrorem enim, vt in Tuſculanis ait Cicero, pallor & tremor, & dentium crepitus conſequitur. Quippe per terrorem & metum, ſpiritus, vt Galenus lib. 2. de ſymptomatũ cauſis cap. 8. teſtatur, & ſanguis, intrò & ad ſcatebram ſuam reducuntur retrahunturq; quo fit, vt partes in ſuperficie poſitę, algeant. Porrò qui frigidioris cœli inclementia in itinere mortui ſunt, alii emproſthotono, id eſt, conuulſione ad anteriora, alii opiſthotono, hoc eſt, cõuulſione ad poſteriora, alii tetano & à diſtẽtione, (hęc enim tria ſunt cõuulſionis, vt alibi diximus, genera) correpti ſunt. Alii congelatione, quàm πῆξιν Galenus vocat, laborauerunt. Propriè autem Græcis πῆξις, idem quod ἐδραίωσις, hoc eſt, firmitas, ſtabilitas, & fixio, ſignificat. Quumverò ila quæ frigore coucreſcunt, & congelant firma quoque fiant ac ſtabilia, factum eſt vt medicis etiam, malum hoc in quo partes corporis præ frigore rigent, adeoque ſtabiles ſunt, πῆξις, id eſt, congelatio, dicatur. Alii etiam ex iis qui per frigoris vehementiam iter fecerunt, apoplexiæ ſimile aliquid perpeſi ſunt. Prædicta verò mala omnia, aut refrigerato neruorum principio, aut obſtructis viis ac meatibus, per quos ſpiritus animalis in corporis partes diffunditur, obſtructis, accidunt.

Tremuli qui

Congelatio. πῆξις

Porro in iis omnibus quibus ſymptoma aliquod ſuccedit, multorum diſtrahit intelligentiam, vt ſymptoma putent morbum eſſe, & morbum ipſum ſymptomatis cauſam. Quippe qui actionum noxas, morbos eſſe arbitrantur, vt non ab re conuulſionem, ſenſum abolitum, torporem, & id genus alia, morbos vocant. Atqui nos ab initio, de nominibus diximus, vt in iis omnibus intelligeres, non de rebus ipſis, ſed de nominibus eſſe controuerſiam. Illos tamen ſolos quiſpiam reprehendet, qui ſuam in omnibus haud ſeruant hypotheſin. Quanquam verò errant, tamen ſapienter ſe quippiam agere putant. Quippe audire licet eos, quum interdum diſtingunt, dicentes. Si ex phlegmone naſcatur conuulſio, ipſam eſſe phlegmonis epigenema ſuccedens, & ſymptoma. Si verò ex ſola intemperie, morbum. Idem de febre quoque faciunt: quum enim ſenſibilem alicuius partis affectum ſequitur, ſymptoma eſſe arbitrantur, alioquin morbum, & pathema appellant. Hi igitur accuſandi ſunt, quòd alienam confutationem non expectantes, ipſi in ſeipſos incurrunt. Qui verò actionum noxas, morbos vocari ſtatuunt, ſicque perpetuò faciunt, & ſi tale quid negligunt, in nominibus deceptos eſſe illos, in rebus autem ipſis, nihil errare exiſtimandum. Verùm de medicis nominibus omnibus, abundè alibi diximus. Et quiſquis ipſis rectè vti voluerit, eum librum legat. In præſentia verò, (de rebus enim conſiderare conſilium eſt, ſequentes prædictum de nominibus pactum) ad eas quæ ſequuntur, progrediamur.

Error quorundam ſymptoma morbum eſſe putantium.

Com-

©BIUM

COMMENTAR.

Obiter nũc reprehẽdit pleroſq;,qui ſymptoma eſſe morbũ,& cõtra morbũ ſymptomatis cauſam putãt,vt,verbi gratia,eos qui cõuulſionem dixerunt eſſe morbum, frigidam verò intemperiẽ vnde nata eſt conuulſio,morbi cauſam: quum contrà intemperies potiùs ſit morbus, vt quæ primò & per ſe actionem lædat: cõuulſio verò quòd hanc,veluti vmbra corpus, ſequatur,actioque ſit deprauata, ſymptoma. Cæterũm is quem hoc loco Galenus taxat error,ad noſtra vſque promanauit ſecula,ac nobis cauſæ continentis,ſiue, vt ipſi loquuntur, coniunctæ in morbis, aſſertionem peperit, quod infrà copioſiùs demonſtrabimus. Quanquam medici qui actionum noxas arbitrantur eſſe morbos, vt faciunt qui appellantur Methodici,ii ſanè non ab re conuulſionem,abolitum ſenſum, torporem, & id genus alia, quòd ſcilicet noxæ ſint actionum, morbos vocant.Præterea quum actiones non ſint res permanentes, ſed eſſentiam ſuam habeant in fieri, meritò etiam ſuis morbis cauſas attribuunt continentes.Noſtri contrà,de ſententia ſui principis Auicennæ, morbum,perinde ac Galenus, definientes,eſſe affectum à quo primùm vitiatur actio, nequaquam illi cauſam continentem, vt quæ non ſit rerum permanentium, qualis affectus, aſsignare poſſunt.Sed ea de re fuſiùs capite primo libri de ſymptomatũ differentiis dicemus. Porrò num morbus ſit in actionibus,aut affectibus corporis quærendus,initio huius libri dictum eſt.Quare non de rebus,ſed de nominibus potiùs eſt controuerſia. Res enim non mutantur, ſiue aſſectui,ſiue actioni nomen morbi accommodes. Quod clariùs libro primo therapeuticæ methodi, capite ſeptimo,iis verbis Galenus ſignificauit. Illud, inquiens,omnino fateberis,aut morbũ ipſum cauſam actionis læſæ eſſe, aut ſiquidem morbus eſt ipſa actionis læſio, affectum qui huic officit, morbi cauſam eſſe. Exiſtitque hoc loco rurſus de nomine controuerſia, ipſum ne oculorum affectum » à quo viſus læditur morbum vocemus: an ipſum actionis vitium. Verum ſiue quis » actionem vitiatam morbum dici velit, vtique multo priùs ſtatuat neceſſe eſt, ſanitatem eſſe naturaliter ſe habentem actionem: ſiue affectum qui actioni incommodat, multo quoque antè qui ſecundum naturam eſt, ſiue hunc affectum, ſiue conſtitutionem dici velit, ſanitatis vocabulo appellet. Hæc ille. Quæ ideò citaui, vt huic præſenti loco aliquid accederet lucis. Eſt itaque verborum Galeni is ſenſus. Etſi illi qui actionum noxas morbos eſſe dicunt, quòd in nominibus tantum à nobis diſsentiant, modo hypotheſin hanc perpetuò ſeruent, à nullo meritò reprehendi poſsint: tamen non eſt cur illi reprehenſionem effugere queant, qui ſuam in omnibus non ſeruant hypotheſin. Atque illi quidem, eo magis ſunt reprehendendi,quòd quum maximè errent,tamen ſe putant ſapienter agere. Non ſeruant autem ſuam hypotheſin qui ita de conuulſione diſtingunt. Si ex phlegmone naſcitur conuulſio, ipſam eſſe phlegmones ἐπιγέννημα, id eſt, ſuccedens, & ſymptoma, dicunt. Si verò ex ſola intemperie oritur, morbum. Nam nunc ſymptoma,nunc verò morbum conuulſionem eſſe affirmant,idque contra ſuam hypotheſin,quæ actiones læſas, perpetuò eſſe morbos ſtatuit. Hanc itaque ſi ſeruarent, nunquam conuulſionem, vt quæ ſit actio deprauata, dicerent eſſe ſymptoma. Quòd in conuulſione fecerunt, idem etiam in febre facere ſolent. Hanc enim quum ſenſibilem aliquem affectum, verbi gratia, pleuritin, peripneumoniam, eryſipelas, & id genus alios affectus, ſequitur, ſymptoma eſſe arbitrantur, alioquin morbum, & pathema appellant. Sed hoc loco fortè quiſpiam ſecum ita cogitabit, qui fit vt prædictos Galenus reprehendat,quum ipſe haud ſecus ac illi, libro primo ad Glauconem capite quarto febrem ſymptoma nominet,dum ita ſcribit. Febres quæ ex phlegmone ortum habent,phlegmone laborantium partium veluti ſymptomata quædam » ſunt, morbuſque à parte laborante denominationem ferè accipit, vt phrenitis, peripneumonia, pleuritis, & alii id genus. Quę verò ex humoribus accẽduntur,& eo ipſo »

Error ſymptoma morbum appellantiũ, ad noſtra vſq; promanauit tempora.

Methodicos reãtè ſuis morbis tribuere cauſam continentem,noſtros nequaquã.

Diſputare num morbᵒ in actionibus,aut affectibus corporis ſit quærẽdus, de nominibus,non de rebus eſt cõtroueꝛſia..

Qui ſuam hypotheſin nõ ſeruẽt.

Obiectio diluitur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 101 sur 637

©BIUM

„ nomine febres vocantur,& ſunt,non autem morborum ſymptomata,ſed ipſæ morbi. Hactenus Galenus.Sed facilè ſe ex hac dubitatione explicabit, qui Galeni verba rectè expendet.His enim nihil aliud ſignificare voluit,quàm aliquam eſſe inter febres quæ ex phlegmone naſcuntur,& humorum putredine accenduntur,differentiam.Siquidē hæ alios morbos haud ſequuntur,ideoque nullam prorſus ſymptomatis rationē obtinent:illæ verò aliis morbis, nempe phlegmoni ſuccedunt, ideoque ,vt hîc etiam ait Galenus,veluti ſymptomata quædam ſunt.Propriè autem loquendo,febres perpetuò,quum actiones lædant,morbi ſunt.Et non rarum eſt,vt ſubinde morbus, vt infrà fuſiùs oſtendetur,ex morbo naſcatur.Quapropter prædicti medici in ſeipſos incurrunt:id enim eſt αὐτὸν ἑαυτῷ περιπίπτουσι,hoc eſt,ipſi ſibi cōtrarii ſunt:nec expectant donec alii eos confutent,dum ipſimet ſibi pugnēt,& hypotheſin ſuā haud retineant. Reliqua ſunt clariſsima,nec explicatione vlla egent.

Morbus ex morbo naſcitur.

αὐτὸν ἑαυτῷ περιπίπτειν.

De affectibus itaque tum calidis tum frigidis ſine materiæ affluxu,iam dictū eſt.Eodem verò modo & humidi & ſicci morbi fient, quum tota corporum natura,nullam extrinſecùs ſuſcipientium ſubſtantiam, alteratur. Exiguæ autem mutationes deprehenſu difficiles ſunt, magnæ verò manifeſtè patent, præſertim in partibus quæ iam emortuæ ſunt. Nam quædam harum veluti ſale conditæ, & valde excicatæ videntur: id quod rarius euenire ſolet. Quædā verò adeò mucidæ,& laxæ non ſolùm tangentibus,ſed & inſpiciētibus apparent,vt ſi particulas ipſarum manibus tractare tentaueris, ilico effluant, & è digitis, haud aliter quàm aqua, excidant. Sic oſsium quoque marcidorum quædam inſtar ſabuli apparent,lignis quæ vetuſtate corrupta ſunt ſimilia.Quædam autem veluti mucida.Quæ ſanè omnia propter immoderatam intemperiem,ab humiditate ac ſiccitate procreatam,emortua ſunt.Reliquæ verò omnes partium intemperies exiguæ,quæ multos latent,ab ijſdem imbecillitates appellantur. Nā ſi phlegmone,vel vlcus,vel aliquid huiuſmodi vētriculum infeſtet, nullam aliam cruditatis cauſam quærunt.Si verò nihil horū ſit, ventriculi imbecillitatē eſſe aiūt, tanquā aliquid aliud dixerint ab eo quod eſt manifeſtū, puta cibos nō probè concoqui: Quid enim aliud eos imbecillitatē dicere exiſtimaret,niſi actionis infirmitatem?Verùm hoc non eſt quod quæritur, ſed quæ huius imbecillitatis ſit cauſa. Cur enim ventriculus in ſuo munere obeundo imbecillus eſt, vbi neq; phlegmone, neque vlcere,neque ſcirrho,neque huiuſmodi alio infeſtatur?neque enim ſine cauſa probè concoquendi facultate priuatus eſt.Itaque omnino vel meatuum immoderationem, vel intemperiem cauſari oportet. Hinc etiam fit manifeſtum, nullū primorū morborū,qui ſimilaribus partibus proprii ſunt, poſſe ratione curari, ſine primorū elementorū contēplatione.Sed aduerſus hos,prout res expoſtulabat,alibi diſputatū eſt.Id verò in præſentia cognoſcere oportet, ventriculi imbecillitatem, & venæ,& arteriæ,& muſculi,atque,vt ſimpliciter dicam, cuiuſlibet inſtrumēti,tum vitalis,tum animalis,vel ob meatuū immoderationem, vel intemperiem neceſſariò euenire.Quo autem pacto huiuſmodi ipſorum affectus agnoſcere oporteat, non eſt præſentis libri. Non enim indicia explicare ſed ipſos primos morbos enumerare nobis propoſitum eſt.

Humidi & ſicci morbi generatio.

Exiguę mutationes deprehenſu difficiles.

Imbecillitates Methodicorum.

Nullus primorū morborum qui ſimilaribus partibus ꝓprii ſunt, ſine primorū elementorum contemplatione curari poteſt.

Com-

©BIUM

COMMENTARIVS.

Quum hactenus de calida & frigida intemperie nuda,ac ſine materiæ affluxu,abũdè ſit diſputatum,reliquum eſt vt de humida & ſicca agatur.Nam fiunt etiam humidæ & ſiccæ intemperies nudæ,ſoliúſue qualitatis, vbi tota corporum partiúmue natura, nulla extrinſecùs affluente ſubſtantia alteratur. Cæterùm intemperies humidæ & ſiccæ vbi exiguæ ſunt,non ita facilè deprehenduntur,magnæ verò manifeſtè ſeſe ſenſibus offerunt,præſertim in partibus quæ iam emortuæ ſunt.Nam harum aliquæ eouſque exiccantur,vt ſale fuiſſe conditas putares,quod tamen rarius accidit. Quædã contrà adeò mucidæ,& laxæ ſiue præhumidę, non ſolùm tangentibus, ſed & inſpicientibus apparent,vt ſi particulas ipſarum manibus contrectare tentaueris, præ nimia, vt ſic dicam,muciditate ac humore,haud aliter,atque aqua è digitis elabatur. Quod non tantum in carnoſis partibus,verumetiam in oſsibus accidere videmus.Quædam enim horum, arenę ſiue ſabuli inſtar,lignis quæ vetuſtate cariem cõtrahunt & corrumpuntur ſimilia,marcida redduntur.Quædam verò præhumida ac veluti mucida, id enim per βρυώδη innuere voluit Galenus.Atque hæc quidem omnia,ob immoderatam intemperiem ab humiditate & ſiccitate, nudis qualitatibus,procreatam, emortua ſunt. Nunquã enim tantã humiditatẽ aut ſiccitatẽ contrahere poſſunt,niſi poſtq̃ iã emortua ſunt.Reliquę autẽ omnes partiũ corporis intemperies exiguæ,quę non ita,vt magnæ,patent,adeoq; multos latent,à Methodicis imbecillitates vocantur.Si enim phlegmone,vel vlcus,vel aliquid huiuſmodi effatu dignum,ventriculum infeſtet,nullã aliã cauſam cur non concoquat quærunt,quàm iam habeant affectus manifeſtos, in quos huiuſmodi vitiatæ functionis cauſam reiicere poſsint. Quum verò nihil horum affectuum apparet,& nihilominus parum ſuo munere ventriculus fungitur, imbecillitatẽ cauſam eſſe dicunt,tanquam aliud quidpiam dicerent ab eo,quod omnibus eſt manifeſtum,nempe cibos non rectè concoqui.Nemo enim eſt etiam plebeiorum quin ſtatim vbi aliquis cibum non concoquit,ventriculum imbecillum eſſe dicat.Quòd iis etiam verbis lib.7.therap.metho.cap.j. Galenus ſignificare voluit,inquiens. Porrò oſtenſum eſt non intelligere ea quæ dicunt,nonnullos eorum qui rationales ſe nominant, quoties imbecillitatem eſſe dicunt,vel ventriculi,vel inteſtinorum, vel alterius cuiuſlibet. Si nanque infirmitatem impotentiamque ad naturale opus,ita nominant, nihilo plus plebeio intelligunt:quippe quem dicere audias,imbecillum ſibi ventriculũ eſſe,non enim concoquere eum,vel leuiſsima,minimaque quæ ſumpſit.De imbecillitate autem Methodicorum,quæ non eſt niſi,vt hoc in loco Galenus ait,actionis infirmitas,pluribus etiam lib.2.thera.metho.cap.4.agit.Meritò autem à Galeno irridentur Methodici, vt qui,dum quæritur quare ventriculus non rectè concoquit, aliud quàm plebeij non reſpondent,nempe propter imbecillitatem, quum tamen non hoc quæratur,ſed quæ ſit huius imbecillitatis cauſa.Nempe vbi ventriculus nullo manifeſto affectu laborat,& tamẽ nihilominus in ſuo obeundo munere, imbecillus eſt,quæritur quæ eius rei cauſa ſit,neque enim temerè & ſine cauſa probè concoquendi facultate priuatus eſt.Quare vt vel meatuum immoderationem, vel intemperiem cauſemur,neceſſe eſt.Quippe non ſolùm ventriculi,venæ,arteriæ,muſculi, verumetiam omnis inſtrumẽti tam animalis,quàm vitalis imbẽcillitas,ob meatuum immoderationem ex priori hypotheſi,vel intemperiem,de alterius ſectæ ſententia, neceſſariò accidit.Proinde ex iis manifeſtum fit,nullum primorum morborum, de quibus hactenus Galenus egit,qui ſimilaribus partibus proprij ſunt,poſſe ratione ab vllo curari, qui nullam habent primorum elementorum cognitionem. Id quod copioſiùs lib.2.ther. metho.cap.6.eſt demonſtratum,vbi aduerſus Methodicos paulò longiùs quàm hoc loco diſputat.Sunt tamen codices in quibus non πρὸς μὲν τούτους, ſed πρὸς μὲν τούτοις legitur.Quam lectionem ſi ſecutus fueris,neceſſe erit vt ad elementa referas, vt is ſit ſenſus.Sed de elementis,alibi,in libris nimirũ de iis editis,diſputatum eſt. Quo autem

Intemperies humidæ & ſiccæ exiguæ non facile cognoſcuntur.

Βρυώδη.

Imbecillitas Methodicorum.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 103 sur 637

©BIUM

pacto inſtrumentorum affectus agnoſcere oporteat,non eſt præſentis libri explicare, ſed ſpectat ad eos quos de laborantibus locis inſcripſit Galenus.

CAPVT VI.

HActenus omnes ſimilarium partium morbos mihi videor recenſuiſſe. Conſequens eſt vt qui inſtrumentalium ſunt morbi dicamus. In iſtis itaque eſſe vnam aliquam omnino particulam quæ ſit actionis cauſa, reliquas verò omnes, vt huic vſum quendam præſtent, fuiſſe creatas, alibi demonſtratum eſt. Totius autem inſtrumenti functio, maximè ac præcipuè vitiabitur, vbi pars ipſa, quæ actionis eſt cauſa, ægrotauerit. Sed & reliquarum partium omnium vehementiores affectus, actionem impediunt. Quicunque igitur affectus non per ſe ipſos, ſed quatenus primò actionis inſtrumento nocent, actionẽ impediunt, morborum cauſæ, non morbi ſunt. Vbi verò primæ functionis parti nihil incommodant, poſſunt tamen functionem impedire, iam huiuſcemodi affectus morbi ſunt appellandi.

COMMENTAR.

De inſtrumentalium partium morbis tractaturus Galenus, principiò ſingulis inſtrumentis vnam ineſſe ſimplicem particulam, quæ actionis inſtrumenti præcipua ſit cauſa, memorat, idque non alio ſanè nomine, quàm vt inde diſcamus, quis affectus in partibus iuſtrumentalibus, ſit appellandus morbus, & quis morbi cauſa. Eſſe verò in inſtrumẽtalibus partibus vnam aliquam omnino particulam quæ actionis præcipua ſit cauſa, reliquas verò omnes, vt huic vſum quendam præſtent fuiſſe creatas, in libris de vſu partium, primo præſertim & decimo, necnon in lib. 2. therap. metho. cap. 2. eſt demonſtratum. Ibi enim inter cætera, ſic ſcriptum reliquit Galenus. A ſimilaribus partibus functiones eduntur, ideoque cuiuſque inſtrumenti vna tantùm eſt ſimilaris. Reliqua verò quæ cùm hac quoduis inſtrumentum perficiũt, ea vſus alicuius gratiâ facta ſunt, illius quod prima actionis eſt cauſa. Eius rei ſubiiciemus aliquod exemplum. Oculus eſt pars inſtrumentaria, cuius pars ſimilaris præcipua actionis cauſa, vel vt Galenus loco citato ait, viſus inſtrumẽtum, eſt cryſtallinus humor, reliquæ oculi partes, eius cauſa ſunt factę, quemadmodum lib. 10. de vſu. par. copioſiſsimè Galenus mõſtrat. Nam aliæ, viſionis ſpecies intro ad cryſtallinum deferunt, aliæ ipſum circumſæpiunt, ac ceu munimentum quoddam tutantur, alimentum aliæ ſubminiſtrant, ſicque ſingulæ partes vſum quendam præſtant, & quaſi coadiuuant. Cæterùm totius inſtrumenti actio maximè & præcipuè lædetur, vbi pars ipſa, quæ actionis eſt cauſa, ęgrotauerit. Verbi gratia, viſio tum præcipuè lędítur, quum cryſtallinus humor ægrotat. Sed & reliquarum partium omnium quæ vſum tãtummodo præſtant, affectus vehementiores, actionem impediunt. Neque temerè adiectum eſt vehementiores, ſi enim leuiter tantùm laborant, actionem haud vitiant. Quicunque igitur affectus non per ſe ipſos, ſed quatenus primo actionis inſtrumento nocent, actionem impediunt, morborum cauſę ſunt, non morbi. Quippe morbo id maximè conuenit, vt primò & per ſe, nulloque alio interueniente, actionem lędat. Si itaque affectus aliquis, non per ſe ipſum, ſed alio quopiam, qui ſcilicet eſt in primo actionis inſtrumento, affectu interueniente, actionẽ impedit, non morbus, ſed morbi cauſa ſit oportet. Exemplo res clarior euadet. Gurgulio exactus, reſpirationem quidem impedit, atqui non per ſe ipſum, ſed interueniente alio quopiam affectu, qui eſt in primo reſpirationis inſtrumento, nempe pulmone, frigida nimirum intemperie, cauſa igitur eſt, & non morbus. Nam quum gurgulio, ad aëris attractionem, ne ſcilicet iuſto frigidior in pulmonem ſtatim feratur, accommodatus ſit, manifeſtum eſt hunc præfectum, eſſe cauſam, cur reſpirationis organum iam

In ſingulis inſtrumẽtis vnam aliquam eſſe particulam, quæ actionis ſit præcipua cauſa.

Quando totius inſtrumẽti actio.

ſit

ſit ob frigidum attractum aërem refrigeratum. Vbi verò affectus citra vllam primæ actionis particulæ læſionem, impedire actionem poſſunt, morbi ſunt appellandi. Verbi gratia, pterygium oculi, eſt morbus inſtrumentarius, nempe in numero addito, videndi enim actionem primò & per ſe, cryſtallino humori, primæ actionis parti, nihil incommodans (quum nulla in eius ſubſtantia, ex eiuſmodi affectu, ſequatur noxa, aut læſio) impedit. Quocirca quum totius oculi, vt inſtrumentalis partis, actionẽ impediat, meritò morbus inſtrumentalis appellatur. Rectiſsimè igitur à Galeno dictum eſt, eos affectus qui non per ſe ipſos, ſed quatenus primò actionis inſtrumento nocent, actionem impediunt, morborum eſſe cauſas, eorũ ſcilicet qui in primò actionis inſtrumento ab iis procreati ſunt. Qui verò primæ actionis parti nihil incommodãt, poſſunt tamen per ſe ipſos actionem lædere, ij ſanè morbi ſunt. Quæ diximus, confirmant quæ infrà, capite videlicet octauo, in eum ſcribit modum. Quæcunque actionẽ impediunt in morborum numero collocabuntur. Quę verò partẽ actionis opificem vel refrigerant, vel non ſatis illi alimenti tranſmittunt, morborum cauſæ dicendæ ſunt.

Vnde inſtrumentarij morbi naſcantur.

Naſcentur autem, vt diximus, vbi vel naturalis conformatio permutatur, vel decens particularum numerus, vel vniuſcuiuſque conueniens magnitudo, non ſeruatur, vel non, vt oportet, ipſæ compoſitæ ſunt. Quoniam igitur demonſtratum eſt, naturam, nullam harum temerè feciſſe, ſed ad eum finem omnes, vt totum inſtrumentum, vel commodiùs, vel tutiùs, ſuo fungeretur munere: neceſſe omnino eſt noxas earum, quæ actionem vel penitùs prohibent, vel impediunt, morbos putari. Quæ verò ad primæ partis, quæ actionẽ efficit, noxam conferunt, morborum cauſas, vt paulò antè dictum eſt, appellari.

COMMENTAR.

Vnde inſtrumentariarum partium morbi naſcãtur, & quòd horum in vniuerſum prima genera quatuor ſint, oſtendit. Nam, vt capite quarto dictum eſt, primum fit, vbi naturalis, ſiue cõnata nobis in materno vtero conformatio, permutatur. Alterum, vbi conueniens particularum numerus perit. Tertiũm, quando decens earundem magnitudo haud ſeruatur. Quartum, vbi partes non eo quo decet modo ſunt compoſitæ. Singulorum exempla in quatuor mox ſequentibus capitibus offendent ſtudioſi. Porrò quum in libris de vſu partium copioſè ſit demonſtratum, naturam nullam corporis partem fruſtrà feciſſe, ſed in eum finem omnes eſſe formatas, vt inſtrumentales partes vel meliùs, vel tutius agerent, neceſſe eſt certè, noxas earum partium, quę actionem vel penitùs abolent, vel impediunt, morbos putari. Per noxas verò hoc loco nõ actiones læſas, ſed affectus particularum noxam inferentes, intelligit. Quæ verò ad primæ partis, quæ actionem efficit, noxam, aliquid cõferunt, morborum cauſas, vt paulò antè dictum eſt, appellare oportet. Verùm iis, quæ hoc loco à Galeno dicuntur, quiſpiam in hunc fortaſsis modum aduerſabitur, Conſtat morbum vitiatæ actionis eſſe cauſam, qui igitur fieri poteſt, vt id quod actionis prȩcipuum inſtrumentum nequaquam lędit, morbus dici debeat? quũ nullam actionem lædi, Galeno lib. 1. de labo. locis, cap. 2. teſte, cõtingat, niſi pars, quę ipſam efficit, laboret. Si itaque actionis effectrix particula non lędatur, quomodo eius actio impediri poteſt? Sed huic reſpondendum hoc pacto erit. Verùm quidem eſſe, morbum, vitiatę actionis cauſam eſſe, tamen vt aliquid in inſtrumentariis partibus morbus dicatur, non oportet vt primæ actionis parti noxam inferat, quum citra hanc impediri actio, vt de pterygio eſt demõſtratum, poſsit: ſed abundè ſatis eſt, ſi totum inſtrumentum cui actio tribuitur, ab eo affectu lędatur. Etſi enim in pterygio, cryſtallinus humor, primum viſionis inſtrumentum, nõ lædatur, totus tamen oculus noxam inde, propter partes, quę illi aliquem præſtant vſum, adnatam nimirum & corneã membranas, in quibus affectus ille conſiſtit, contrahit. Proinde nõ

Naturã nullam corporis partem fruſtrà feciſſe.

Noxę.

Obiectio.

Reſponſio.

©BIUM

pugnant hæc cum eo quod alibi Galenus ſcribit, nullius ſcilicet partis actionem lędi, illęſa, quæ ipſam efficit, parte. Nam etſi per eos affectus, prima pars quæ actionem efficit non lędatur, tamen tota inſtrumentalis pars lædítur. Quare Galeni verba non tantùm de ſimilaribus, ſed & inſtrumentalibus intelligenda veniunt. Aut ſi ad ſimilares tantùm referas, ad eas ſolùm ſimilares referre oportet, quæ extra inſtrumenta ſunt.

Morbi in figura aduentitij.

Quamobrem & valgi & vari, & planci, cruribus deteriùs incedunt, quòd conueniens horum figura vitiata ſit. Itidem quibus fracta oſſa, malè reconcinnata fuerunt, ne ipſi quidem hoc membro rectè agunt. Perperam quoque agunt, quibus, ob articularis morbi vehementiam, membra diſtorta ſunt: aut vbi diſruptis ſuperciliis, quæ iuxta articulos ſunt, articulus prõptè exiliens luxatur, aut vbi plurimo in ipſo articulo excreſcente callo, totus articulus per huiuſmodi affectus, ob ſpacij angustiam, non facilè mouetur. Atqui hæc quidem figurarũ vitia aduenticia ſunt.

Natiui.

Nata verò quæ iis, qui adhuc in vtero geſtantur, prima ſtatim conformatione, accidunt. Hæc in quacunque corporis parte euenerint, ex eadem animal ægrotũ efficiunt. Oportet enim cordis, pulmonis, vẽtriculi, cerebri, linguæ, lienis, renum, & aliarum omnium partium figuram conſeruari. Nãſi aliqua in ea noxa facta fuerit, totius inſtrumenti propriam actionem deteriorem fieri neceſſe eſt.

COMMENTARIVS.

Primi generis morborum inſtrumentalium, nempe indecentis conformationis, differentias explanaturus Galenus, principiò qui in prima differentia, hoc eſt, figura, accidunt morbi, exponit, eosque partim aduenticios, partim natiuos eſſe oſtendit. Aduenticiam figuram vitiatam habent ij, qui Græcis βλαισοὶ, latinis valgi & vaciæ dicuntur. Sic verò appellãt eos, quorum crura in exteriorem partem obtorta ſunt, & Λ literę formam atque effigiem referunt. Item qui Gręcis vocãtur ῥαιβοὶ, latinis vari. Ita verò nominãtur, qui introrſum crura obtorta obtinent, ignauorũ inſtar, quibus talia maxima ex parte crura cõtigerunt. Præterea vitiata figura ſunt prędíti Plãci, id eſt, qui pedes ſuprà modum planos obtinent. Sic autem nominati ſunt, quòd pedes ceu planas tabellas, quæ plancæ latinis dicuntur, habeant. Alio nomine Plauti & Ploti nuncupantur. Sic Marcus Accius Sarſinates poëta comicus, à pedum planitie primũ Plotus, poſteà verò Plautus dici cœpit. Hi certè omnes pedibus, quòd conueniens eorum figura vitiata ſit, malè incedunt. Itidẽ quibus oſſa fracta formæ ſuæ non rectè reſtituta ſunt: id enim Galenus per hoc verbũ διεπλάσθησαν innuere voluit: Quippe διαπλάττειν vox illi de membris fractis, quæ ſanata reconcinnantur, & formæ ſuæ reſtituuntur, dici ſolet. Nequeunt enim illi, quibus hoc accidit, huius membri, in quo oſſa eiuſmodi ſunt, officio rectè fungi. Malè etiam cruribus agunt, quibus ob vehementes articulorum dolores membra diſtorta ſunt: id enim hoc loco eſt Galeno ἐξεστράφησαν. Quippe Græcis, ἐκστρέφω idem quod διαστρέφω καὶ μεταβάλλω ſignificat. Διαστρέφω autem ſonat peruerto, diſtorqueo, & ex rectis flexuoſa facio. Hinc διεστραμμένα κῶλα, membra diſtorta, obliqua, & flexuoſa. Μεταβάλλω verò, deprauo ac degenero ſignificat. Diſtortionem etiam & deprauationem membrorum Cicero, de finibus bonorum, nominat huiuſmodi figuræ vitium. Præterea figura vitiatur, vbi diſruptis quæ iuxta articulos ſunt, ſuperciliis, articulus promptè exiliens luxatur. Animaduertendum verò hoc loco erit, Galenum, aliosque medicos græcos ὄφρυας, id eſt, ſupercilia vocare proceſſus ad ſinuum oſsium orbem, inſtar labrorum prominentes, & ſinus profunditatem augẽtes. Aliono mine ἴτυες & ἄμβονες nominãtur. Sic autem metaphoricῶs dicta ſunt à ſuperciliis oculorum, quæ etiam græcis ὄφρυες vocantur. Sic verò appellant vltimam frontis partem pilis veſtitam, quæ quaſi geminis aggeribus munimentum quoddam oculis, ne quid

Aduentitia figura.
Βλαισοὶ.
Valgi. vaciæ.
ῥαιβοὶ.
Vari.
Planci.
Plauti & Ploti.
ἐκστρέφω.
διαστρέφω.
διεστραμμένα.
Diſtortio.
ὄφρυς.
ἴτυς ἄμβων.

ſupernè incidat,præſtant.Homerus etiam ὄφρυν nominant,interdum τοπινλὼ ἐξοχλὼ,id eſt,collem, cumulúmue. Ruptis itaq; ſuperciliis & proceſsibus illis qui ſunt ad ſinuum orbem,os facilè è ſuo articulo exilit,ac luxatur. Vitiatur denique figura,vbi in ipſo articulo,plurimus excreſcit callus. Tum enim ob loci anguſtiã, callo ſcilicet vniuerſam cauitatem,aut magnam eius partem explente,totus articulus nõ facile mouetur. Atq; hæc omnia vitia ſunt aduentitia ſeu acquiſita,hoc eſt, quæ in vtero materno non cõtrahuntur.Natiua cõtra ſunt, quæ iis qui adhuc in vtero geſtantur, prima ſtatim conformatione,eueniunt.Hæc in quacunque corporis parte acciderint, vt ex illa ægrotet animal efficiũt,Proinde ſiue pulmo,ſiue cor,ſiuè ventriculus in ea cõformatione parùm rectè factus fuerit,eius actionem deteriorem fieri neceſſe eſt.Oportet igitur harũ & aliarum partium omnium naturales conſeruari figuras.

Natiua figurę vitia.

Iam tum magnitudo,tum multitudo omnium quæ partibus debentur concauitatum,niſi ſeruetur,neceſſariò ipſarum occaſione actio lædetur.Sed multi ſunt huiuſmodi morbi. Alij coalitu quodam, alij lentorum & craſſorum humorum obſtructione conſiſtũt. Alij verò exiccatis corporibus,aut ab aliqua parte proxima ipſis incidente ac comprimente,anguſtioribus effectis. Interdum quoque ipſorum corporum,quibus huiuſmodi ſunt meatus,eſſentia indurata, & phlegmone præditа,& ſyderata,& ſuppurata,& tumeſcens, quocunque modo aduentitiam adepta magnitudinem, ac deinceps ad internas cauitates tumorem refundens, meatus obſtruit.Qui quidem ab iis meatibus differunt,quos prioris ſectæ principes,ex primorum & impatibilium elementorum concurſu fieri ſtatuerunt.Nam inteſtinorum, venarum, arteriarum, ac omnium huiuſcemodi inſtrumentorum meatus,hos inquam magnos & manifeſtos omnes perſpicuò videmus. Quòd ſi verò aliquis meatus ob ſuam paruitatem ſenſum ſubterfugiat, non tamen huiuſcemodi eiuſdem eſt generis cum iis,quos prior ſecta ſtatuit.

Indecentis cauitatis morbi.

COMMENTAR.

Alterius conformationis differentiæ,nempe indecentis cauitatis,morbos recenſet. Niſi enim tum magnitudo,tum multitudo omnium,quæ partibus debentur,cauitatũ, ſeruetur,neceſſe eſt vt harum occaſione,actio totius inſtrumẽti lædatur. Nõ ſeruatur aũt bifariã, vel quũ obſtruũtur,vel immodicè patent. Obſtruuntur verò primùm quũ coãleſcunt,hoc eſt,vbi partes naturâ diſtantes coniunguntur conglutinantúrue, vt ſi pudendi muliebris labra,quod ipſe chirurgi cuiuſdã inſcitiâ accidere vidi,coãleſcunt. Vocatur hæc partium coagmentatio Græcis medicis σύμφυσις. Secundò meatus obſtruuntur à craſsis & viſcidis humoribus,quemadmodum in libris de medendi ratione Galenus fuſiùs demonſtrat. Tertiò, corporibus ipſis exiccatis. Quippe meatus qui partibus inſunt exiccati,anguſtiores redduntur,chordarum inſtar, quæ ſiccatæ in ſe contrahuntur,vt latiùs Galenus lib.9.thera.metho.tap.1.docet.Quartò,fit obſtructio meatuum à parte aliqua vicina quę partibus in quibus meatus ſunt incidit,easq; comprimit,adeoque meatus anguſtiores reddit.Quintò,vbi eſſentia partium quibus meatus inſunt,induratur.Id quod accidit, quando mollior ipſarum ſubſtantia, vel motu, vel calore nimio diſſoluitur:aut frigore,vel alio quopiam contrahente,& duritiam inducente denſatur.Vel per σκιῤῥουμένω eſſentiã intellige ſimpliciter eam,quæ ſcirrho, duróve aliquo tumore affecta eſt,quæ interpretatio,Galeni menti magis conſona videtur. Sextò ſi plegmone prædita ſit eſſentia partium,aut alio quouis tumore præter naturam.Hi enim ſinguli, mole ſua cauitates occupantes,meatus obſtruunt. Septimò ſi eſſentia fuerit ſyderata,id enim Galeno σφακελίζουσα ſignificat. Eſt autem σφάκελος

Cauitates quando obſtruuntur.

σύμφυσις.

Eſſentia.

σφάκελος.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 107 sur 637

©BIUM

Syderatio. Græcis,ſyderatio latinis,malum,in quo laborans pars,propter phlegmones vehementiam,in totum & perfectè emortua eſt,ac ſenſu vndique deſtituta,vt lib.7.apho.comme nt.51.teſtis eſt Galenus.In libello de tumoribus præter naturam, ſolidarum partiũ eſſe corruptelam ſcribit.Siue autem corruptelam dicas,ſiue ſyderationem, neceſſe eſt etiam perire vnà cùm particula meatus ipſos.Octauò,vbi pars aliqua meatibus prædita tumeſcit.Tumor enim meatus occupans,eos aut obſtruit,aut anguſtiores reddit. Cæterùm meatus,de quibus hoc loco loquimur,differũt ab iis quos prioris ſectæ principes,ex primorum & impatilium elementorum concurſu oriri ſtatuunt.Nam ex elementis quæ patiuntur conſtant,& viſui ſunt expoſiti. Nemo enim eſt,qui non videat perſpicuè,& inteſtinorum,& venarum,& aliorum omnium inſtrumẽtorum meatus: quum contrà,quos prioris ſectæ autores confinxerunt,nuſquam appareant,ſed imaginatione ſeu cogitatione veriùs,quàm re ipſa conſiſtant.Neque obſtat quòd aliqui ex meatibus,de quibus nobis ſermo eſt,ob ſuam paruitatem,ſenſum ſubterfugiant. Nam etſi,quia exigui admodũ ſunt,haud videantur,tamen reuera ſunt,& ex patibilibus elementis conſtãt,ideoq; cũ iis quos prioris ſectę autores ſtatuunt,diuerſi generis exiſtũt.

Meatus vtriuſq; ſectæ differunt.

In omnibus verò eiuſmodi affectibus,in quibus corporum ipſorum in tumorem ſublatorum meatus occludi,anguſtioresq; fieri cõtingit, nõnunquàm vnius duntaxat eſt morbus,obſtructio ſcilicet,quæ actionem lædit:nõnunquam verò præter hunc morborum,alius etiam corporum affectus inſtat, qui obſtructionem efficit. Quod ſi igitur corpus quod tumore præditum eſt,nullam propriam habeat actionem,vnus quidem erit morbus,nempe obſtructio:corporis verò,cui tumor ineſt,affectus eius cauſa,nõdum morbus eſt.Si enim,exempli cauſa, tunica venæ quæ in cauo iecoris eſt,quodcunque huiuſmodi vitiorum fuerit,obſtructa ſit in meatu,per quem vaſa quæ in gibbis iecoris ſunt ſanguinem recipiunt,duo,hac ratione,morbi erunt,alter quo vena ipſa laborat, alter meatus obſtructio. Siquidem venæ affectus,boni ſanguinis generationem impedit: obſtructio verò, per corpus diductionem.Vtraque autem harum actionum animali eſtneceſſaria.Etenim manifeſtũ eſt,eos affectus qui primò actiones lædũt,dici morbos.Si verò nihil laborat vena, craſſi autem & viſcidi humores aliqui,meatibus impacti,diductionem per corpus impediunt,vnus tantùm viſceris morbus erit, puta obſtructio. Sic quoque in inteſtino,ſi ſola fuerit obſtructio,vnicus etiã erit morbus. At ſi phlegmone ipſum quoq; infeſtetur, atque ob id internum ipſius occludatur ſpatium, excrementorumq; deſcenſus prohibeatur, duo vtique morbi erunt. Sæpe enim ex morbo naſcitur morbus, vt in iis,quos diximus,videre licet,& vbi in phlegmone, eryſipelate,herpete,carbunculo, vel tali quopiam morbo febris generatur. Nonnunquã verò id quod effectum eſt, actionis noxa exiſtit, & ipſum oportet tum pathema, tum ſymptoma nominare,eiuſdem autem cauſam,morbum:veluti obſtructio cauſa eſt quo minus alimenta per corpus digerãtur.Refrigeratio autem,difficilis ſenſus cauſa eſt,atq; ita morbus ſymptomatis.Vbi verò ipſe affectus actionẽ primò lædit,eius autem cauſa non lædit, affectum quidem,morbũ, id verò quod ipſum efficit,morbi cauſam nominare oportet:veluti in lẽtis humoribus & obſtructione accidit.Ipſa ſiquidem obſtructio,morbus eſt,humores autem,morbi cauſa. Quicunque igitur morbi in concauitatibus fiunt,quum vel obſtruuntur,vel immodicè patent,

Sæpe ex morbo naſcitur morbus.

patent, ad conformationis genus omnes reducuntur. In iis enim omnibus naturalis conformatio impeditur. COMMENTAR.

Exemplis aliquot monſtrat, ꝙ in omnibus affectibus in quibus corporũ in tumorẽ ſublatorũ meatus occluduntur, & anguſtiores fiunt, nonnunq̃ vnus duntaxat morbus ſit, puta obſtructio: nonnunq̃ verò præter hũc morbũ, id eſt, obſtructionẽ, alius adſit affectus, tumor ſcilicet præter naturã, illã efficiẽs, qui interdũ cauſę, interdũ verò morbi rationẽ habebit. Cauſæ, ſi is tumor qui obſtructionẽ efficit, actionẽ primò nõ lędit: Morbi verò, quum is tumor qui obſtructionẽ creat, actionẽ primò & perſe etiã vitiat. Cęterũ, vt rectiùs intelligamus, quãdo obſtructio in corporum cauitatibus ex tumore nata, vnus dũtaxat ſit morbus, & quãdo aliũ ſibi adiunctũ habeat, Galenus eius rei aliquod præceptũ ſubiicit, hoc nimirũ. Si corpus quod tumore prędituũ eſt nullã propriã actionẽ habeat, vnus quidẽ morbus erit, puta obſtructio: corporis verò cui tumor ineſt, affectus, obſtructionis cauſa, nondum verò morbus erit. Sed hic certè Galeni locus obſcur⁹ admodũ, & explicatu difficilis, ac à nemine, quod ſciã, rectè eſt enarrat⁹. Quippe abſurdũ eſſe videtur, affirmare aliquã inueniri corporis partẽ quæ nullã prorſus actionẽ habeat, quũ omnibus conſtet, ſingulas, aliquã ſeorſim actionẽ, nactas eſſe, aut ſaltẽ actionis alicuius gratia à natura creatas eſſe. Atq; hinc eſt quod Frãciſcus Valleriola, vir ſanè doctiſsimus ac humaniſsimus, in ſuis ſuper hunc locũ commentariis de actione quæ ad indiuidui, vel ſpeciei conſeruationem facit, qua plærasq; partes carere contingit, Galenũ loquutũ eſſe exiſtimet. Nã, inquit, membrana venæ, de qua Galenus in exemplo, ad alterius horũ conſeruationẽ, nullũ vſum habet ad id primò ordinatũ. Sed quã aliena hęc ſit à Galeni mẽte explicatio, ex iis quę ſequuntur, omnibus palàm, vt ſperamus, fiet. Cæterũ locũ hunc difficilem & obſcurũ reddit, quòd nõ ſatis omnibus conſtet, quid per proprias actiones Galenus intelligat. Eo autẽ perſpecto ac cognito, ſtatim loco præſenti lux maxima accedet. Quid autẽ per proprias actiones intelligat Galenus, metipſe, lib. 2. de labo. locis, cap. 3. iis exponit verbis. λέγω δ' ἰδιάς, inquit, ἐνέργειας, ἃς δι' ἑτέρου ἄλλου μορίου ποιεῖται, καθάπερ δι' ὀργάνου. Hoc eſt, Proprias actiones dico, quę à nulla alia parte, vt inſtrumento, fiunt. Hanc definitionem exemplo partis, in qua princeps animæ vis reſidet, id eſt, cerebri, illuſtrat. Siquidem hæc pars reuera videt & audit, id enim nequaquã negãdum eſt, ſed videt oculis, & audit auribus, adeoq; has actiones per alias partes veluti inſtrumenta efficit. Atqui vt cogitet, ac reminiſcatur, & exiſtimet, eligatq;, neq; oculis, neq; auribus, neq; alia quapiã parte vt inſtrumento vtitur: ſed per ſe actiones illas obit. Cogitatio igitur, & reminiſcẽtia, ac electio, propriæ cerebri ſunt actiones. Atq; hæc propria actio ſingulis partibus inſtrumentariis ex propria ſpecie ſubſtãtię ineſt, quemadmodum luculenter admodum lib. 6. de placitis Hippo. & Platonis Galenus in eũ ſcribens modũ indicat. Quum ſingulę inſtrumentales animantis partes ex aliis ſimplicioribus partibus, compoſitæ ſint, omnino propriũ quiddã in ſubſtantia obtinent, quale aliud in vniuerſo animalis corpore nõ reperitur. Ventriculi igitur corpus propriũ quoddã, ab omnibus aliis diuerſum eſt. Sic verò etiã lienis, cerebri, renum, linguæ, oculorũ, ueſicæ, & vteri. In propria igitur ſpecie ſubſtantiæ, propriã eſſe actionẽ neceſſe eſt. Quale enim eſt pulmonis corpus in ſubſtãtia, nullum aliud inuenies, neq; quale eſt cerebri corpus vllum aliud reperies, quemadmodum neq; quale eſt cordis corpus in ſubſtãtia, vllum aliud exquiſitæ tale eſt. Renes quoque & lien, vtrũq; illorũ aliis diſsimile. Quocirca in ſingulis propria actio, à ſubſtãtiæ proprietate exiſtit, vt in cerebro cogitatio, in pulmone reſpiratio, in ventriculo cibi concoctio, iecore ſanguinis generatio, renibus aquei humoris in ſanguine attractio, & ſic in aliis omnibus ſeorſim propria actio, vt liquet legenti libros Galeni de vſu partium, ineſt. Arteriæ autem, nerui, & venę inſtrumentis communis vtilitatis cauſa inſita ſunt, ſicuti nonnullis ipſorum membranæ, & ligamenta. Proprietas verò cuiuſque corporis ſine illis conſiſtit, vnde etiam præcipuam prẽter alia actionem nacta ſunt.

Corporũ in tumorem ſublatorum meatibus occluſis, interdũ vnus interdum duo ſunt morbi.

Quomodo cognoſcendum nũ vnus, aut alii ſunt morbi.

Franciſcus Valleriola.

Propria actio.

Vnde propria actio partibus inſit.

E

©BIUM

Nam in parte multis communi, communem etiam actionem esse oportet. Habent itaque venæ, arteriæ, & nerui, in quacunq; corporis parte instrumentaria consistant, actionem communem, nullam autem propriam, quòd scilicet illis à substatiæ proprietate, vt infrà fusiùs docebimus, eorundem actio non insit, sed communis vtilitatis tantùm gratia. Neque enim fieri potest, inquit idem Galenus libro iam citato. 6. de Hippo. & Plato. placitis, vt in locis corporis, aut venæ, aut nerui, aut arteriæ, actio immutetur: sed siue in calce, siue in cerebro arteriam consideres, confestim cum ipsa communem omnium arteriarum actionem considerabis. Similiter verò in neruo, & vena, & osse, & cartilagine, & membrana, & ligamento, & adipe. Atque hactenus quid sit propria actio, quibusq; partibus insit, perspicuè puto nos demóstrasse. Vt autem quædam propriæ, quędam verò communes sunt partium actiones, ita etiã vnde hę prodeunt facultates. Verbi gratia, propria facultas iecoris est ea quæ sanguinem generare potest. Communis verò attractrix, retẽtrix, & expultrix, quòd hę omnibus etiam aliis nostri corporis partibus communes sint. Quarta enim generatim quidem alteratrix, speciatim verò sanguifica vocatur, adeoque iecori propria est, vt fusiùs lib. 5. de labo. locis, cap. 7. Galenus monstrat. Nunc ad Galeni præceptum explicandum progrediemur. Si, inquit, corpus quod tumore præditum est, nullam propriam habeat actionẽ, exempli causa, vena extra partem instrumentalem, vnus duntaxat morbus erit, nempe obstructio, quę actionem, omnibus venis in quacunque corporis parte constitutis communem, lædit, atque impedit. Corporis verò cui tumor ineſt, hoc est, tunicæ venæ affectus, qui nihil est in præsentiarum nisi tumor præter naturam, morbi causa est, nondum autem morbus, quia is actionem primò, & per se non lędit, sed obstructione ipsa interueniente. Si verò tunica venæ in parte aliqua instrumentali, cauo nimirum iecoris, consistens, quodcunque huiusmodi vitiorum, hoc est, quicunq; tumor um præter naturam fuerit: legendum enim hoc loco erit; ὅλως τοῦτον πάθος εἴη, vel ὅλως ἂν εἴη τοῦτων παθῶν, & non, vt habet Aldinus codex, ὅλως τοῦτον παθῶν: obstructa sit in meatu, per quem vasa, quę in gibbo iecoris sunt, sanguinem recipiunt, duo hac ratione morbi erunt, alter quo vena ipsa laborat, & alter meatus obstructio. Morbus quo vena ipsa laborat, est tumor qui in venæ tunica existit, is enim est affectus qui boni sanguinis generationem, quæ est propria iecoris actio, impedit. Nam etsi is tumor primùm venæ morbus sit; ex accidente tamen etiam iecoris, ceu partis instrumentarię cui hæc vena ineſt, ideoque fit vt etiam eius actionem, nempe sanguificationem, lędat. Quod Galenus quoque exemplo intemperiei, lib. 2. ther. metho. cap. 6. pulchrè ostendit. Meatus autem obstructio, quę tumorem comitatur, itidem morbus est, quia communem venarum actionem, puta sanguinis in corpus vniuersum diductionem remoratur. Quũ itaque ij affectus, qui primò & nullo interueniente, lædunt actiones, morbi dicantur, duo hac ratione adsint morbi necesse est, vnus qui sanguinis in corpus distributionẽ: alter qui boni sanguinis generationem, quarum actionum vtraque animãti necessaria est, impedit. Est autem sanguinis generatio, propria iecoris actio, quandoquidem illud sit primùm, Galeno etiam lib. 4. deVsu par. cap. 13. teste, sanguificationis, vt dicã, instrumentum. Quippe venarum tunicę, sanguinis nequaquam sunt creatrices. Nulla enim sanguificationis vis, membraneo & coriaceo venæ corpori assignari potest. Et si qua esset, illa profecto album, & nõ rubrum pararet sanguinem, non secùs quàm à ventriculo emutata, lacteum colorem referũt. Quod etiam testatur Galenus, qui lib. 6. de placitis Hippo. & Plato. in hunc modum scribit. Nonnulli, inquit, ipsas venarum tunicas sanguinem procreare arbitrantur. Quanquam si ipsas vacuaueris, à membranea, aut neruosa substantia nihil differre conspicies. Quemadmodum igitur si quispiam à neruis, aut membranis, aut ossibus, aut cartilaginibus, aut adipe, aut omnino ab ab exangui corpore fieri sanguinem dicat, facilè ipsum redargueremus: eodem arbitror modo, si etiam venarum tunicis, quò ad earundem naturam, sanguinis

genera-

Proprię facultates. Communes.

Aldinus græcus codex emendatus.

Sanguinis generatio propria iecoris actio. Venarum tunicæ sanguinem haud creant.

©BIUM

generationem tribuat. Non enim rubrum illę humorem, ſed album & viſcidum procreare ſolent: ex quo nimirum & ipſæ procreatæ ſunt, & augentur, & aluntur. Hæc ille. Verùm hîc calumniator quiſpiam in mediũ ſe proripiet, ac ſibi ex diametro pugnare Galenum exclamabit, quòd ſcilicet lib. 4. de vſu par. cap. 12. contrarium planè de venis ſtatuat, illisque manifeſtè ſanguinis generandi vim tribuat, ita ſcribens. Caro itaq; iecoris, quę eſt proprium ipſius corpus, primum gignendi ſanguinis inſtrumentũ exiſtit, & venarũ principium. Propter quod & venis quę ad ventriculum, & vniuerſa inteſtina proueniunt, ineſt facultas quędam ſanguifica, qua ſuccum eum qui ex cibis diſtribuitur, venę in ſanguinem permutare natę ſunt, priuſquàm ille ad iecur perueniat. Hactenus Galenus. Atqui facilis eſt, vt mea fert opinio, horum duorum locorum, qui prima quidem facie inter ſe pugnare videntur, conciliatio. Nam in libro ſexto de placitis Hippo. & Platonis, vbi aduerſus Ariſtotelem, & alios, qui alentis ſanguinis (cor enim alterius ſanguinis, nempe ſpirituoſi ac feruentis exiſtit principium) non iecur, ſed cor eſſe principium contendunt, diſputat: rectiſsimè ſanguinis, creatricem facultatem venis ipſis adimit: vtpote quę per ſe, & citra iecur, ex quo tamen, quod ſectio manifeſtè demonſtrat, oriuntur, conſiderat, vt Ariſtoteles, & alij nonnulli fecerunt, nullam talẽ, propter adductas paulò antè rationes, facultatem obtinent. In libro autem 4. de vſu partium, vbi ſanguificam venis ineſſe facultatẽ concedit, de iis quidẽ loquitur nõ abſolutè & ſimpliciter, vt ſcilicet per ſe, & citra iecur conſiderantur: ſed vt ſunt ex iecore, tanquam ſuo principio, natæ, & vnde aliquid facultatis nactę ſunt. Hac enim ratione conſideratę venæ, aliquam ſanè generatricem ſanguinis facultatem habent, non tamẽ propriam, & quæ illis proprietate ſuæ ſubſtãtię inſit, ſed à iecore in ſe deriuatã, adeoq; aliunde acquiſitam. Atq; eam certè Galeni in iis duobus locis fuiſſe ſententiã nihil dubito. Porrò ſi vena in cauo iecoris nihil laborat, craſsi autem & viſcidi humores meatibus impacti, ſanguinis per corpus diductionẽ impediunt, vnus tantùm iecoris morbus erit, puta obſtructio. E quibus ſanè verbis perſpicuum fit, obſtructionem non eſſe hoc loco, niſi humores lentos & craſſos, meatib⁹ venæ impactos, diſertè enim dicit Galenus hos impedire diſtributionẽ in corpus. Si impediunt diſtributionẽ, quæ eſt actio, igitur morbus ſint oportet: nõ verò alius, q̃ obſtructio, aliàs nanq; non vnus tantùm iecoris morbus, quod tamen hîc conſtanter affirmat Galenus, ſed duo morbi eſſent, nẽpe impacti humores, & obſtructio. Sed dices, ſi impacti humores ſunt morbus, quæ igitur obſtructionis cauſa erit? Reſpondeo, itidem humores lenti & craſsi, non tamen qui iam impacti ſunt venis, ſed qui adhuc affluũt. Id quod etiam euidenter admodum teſtãtur, quæ lib. 11. ther. metho. cap. 10. Galenus ſcribit, vbi inquit. Obſtructionis ipſius quod iam occupauit, curandum eſt: quod futurum eſt, propulſandũ. At curabitur quidem quod obſtructionis iam factum eſt, per ea quę obſtructa liberant. Propulſabitur quod futurum eſt, ſi affluxum obſtruentium humorum compeſcas. E quibus vtiq; verbis, Sole meridiano clarius eſt, humores obſtruentes, id eſt, craſſos & lẽtos, affluentes, obſtructionis eſſe cauſas. Quippe curatio morbo, propulſatio autem cauſæ debetur, quod abundè ex iis quæ idem Galenus lib. 4. ther. metho. cap. 3. ſcribit, liquet. Gæterũ quod de obſtructione, quę in cauo iecoris fit, diximus, idem etiam accidit in ea quę in inteſtinis fieri ſolet. Si enim ſola citra alium morbum in iis fuerit obſtructio, vnicus etiam morbus erit. At ſi phlegmone quoq; inteſtinum infeſtetur, atq; ob id internum ipſius occludatur ſpatium, excrementorumq; deſcenſus prohibeatur, duo vtiq; morbi erunt, nempe phlegmone, & obſtructio. Sæpe enim ex morbo morbus naſcitur, vt ex calculo veſicę, qui per ſe morbus in numero exiſtit, alius naſcitur morbus, nempe obſtructio. Quod etiam in iis quos iam diximus, tumore ſcilicet venæ in cauo iecoris, & phlegmone inteſtini, accidit, ad vtrũq; enim morbũ, alius, puta obſtructio, ſequitur. Iterũ vbi phlegmonas, eryſipelata, herpetas, carbũculos, & id genus alios morbos, febris comitatur, quæ & ipſa, quia actionem lædit, morbus eſt. Quare ſi phlegmonen quæ

Obiectio.

Solutio.

Cor feruentis ac ſpirituoſi ſãguinis principium exiſtit.

Iecur propriam procreandi ſanguinis facultatẽ.

Venæ non propriam, ſed ex iecore in ſe deriuatam ſanguinis procreatricẽ facultatem obtinent.

Obſtructio qd?

Obſtructionis cauſa?

Morbus ex morbo naſcitur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 111 sur 637

©BIUM

obſtructionem parit,febris etiam ſequitur,tres iam morbi erunt, vt omnibus eſt manifeſtiſsimũ. Cæterùm nonnunquã id quod effectũ eſt, exempli cauſa, claudicatio à phlegmone cruris facta,actionis noxa eſt,deprauata enim cruris actio exiſtit. Quare portet illam tum pathema,tum ſymptoma appellare.Pathema,quòd ſit actio, adeoq; motus rei quę afficitur.Symptoma, quia ſequitur morbum.Cauſam autem claudicationis,phlegmonen nimirum,morbum nominare oportet.Aliud exemplum in contextu Galenus affert,nempe impeditam aliméti per corpus digeſtionem, quæ facta eſt ab obſtructione,hęc quum ſit noxa actionis,pathema & ſymptoma rectè vocabitur. Obſtructio autem,huius cauſa,morbus.Item refrigeratio cauſa eſt difficilis ſenſus.Refrigeratio itaq; morbus eſt ſymptomatis,puta difficilis ſenſus.Poſtrémò,Galenus duas indecentis concauitatis ſpecies,iterum quaſi nobis in memoriã reuocat,dicens. Quicunque morbi in concauitatibus fiunt,duplici ratione accidere ſolent, quum ſcilicet cauitates immodicè patent, vel quum obturantur. Quippe cùm naturalis conformatio impeditur,vt nulli non eſt perſpicuum.

Claudicatio eſt { Pathema. / Symptoma.

Leuitas & aſperitas.

Atqui nec leuitas,nec aſperitas fruſtrà à natura conformante partes,facta eſt, Conſiſtent igitur hac ratione per ſingulas partes morbi,nempe exaſperata ea parte,quæ ſuapte natura leuis eſſe debuit,leuigata verò ea,quam opotuit eſſe aſperã. Euidentiſsima autem in hoc genere medicis ſunt,quæ in oſsibus tum exaſperatis, tum leuigatis fiunt:neq; non faucium aſperitates,quæ tuſſes efficiunt. Ac ſcire in præſentia oportet,quòd ſæpæ particulæ figurâ læſa, ſimul cum ipſa meatum aliquem vitiet,veluti in naſo videre eſt,qui quum ob ictum violentum,ſimus eſt factus,internum meatum adeò cõſtringit,vt per ipſum vel nullo modo, vel ægrè fiat reſpiratio.Cõſtat igitur quòd in huiuſmodi affectibus,anguſtia meatus,eſt morbus.Ipſa enim primò reſpirationis functionẽ impedit.Cauſa verò quæ ipſam præcedit,reſima naſi figura, quæ naturalis figuræ ipſius noxa eſt. In genere igitur conformationis eoúſque naturali habitu aberrante,vt iam actionem lædat, prædictæ morborum differentiæ oboriuntur.

Particulæ figura læſa, ſæpe ſimul cum ipſa meatũ aliquem vitiari.

COMMENTAR.

Aſperitas.

Quæ in tertia & quarta conformationis ſpecie, nempe in indecenti aſperitate,ac leuitate,morbi accidunt,hoc loco Galenus monſtrat. Neque enim leuitas & aſperitas fruſtrà à natura partes conformante,facta eſt,vt ex anatome,&vſu partium abundè liquet.Conſiſtent igitur hac ratione per omnes partes morbi,vbi ſcilicet pars quæ naturâ leuis eſſe debuit,exempli cauſa,fauces,& lingua,exaſperatur.Aut contrà, vbi pars quæ aſpera eſſe debuit,vt inteſtina,leuigatur.In hoc autem morbi genere, ij ſunt medicis notiſsimi,qui fiunt in oſsibus leuigatis ſupra modum,aut exaſperatis. Item aſperitas in faucibus,quę tuſsim excitat. Porrò in fine huius capitis Galenus quędã adiicit,quę ad ſuperiora,vbi de vitiata figura dictum eſt, referenda ſunt.Sunt autem eiuſmodi,quòd nonnunquã,propter particulæ figurã lęſam,ſimul cum ipſa meatus etiam aliquis vitietur.Exempli cauſa,ſi naſus ob violentum aliquem ictum,ſimus factus eſt, internum eius meatum per quem aër inſpiratur,adeò conſtringit, vt per ipſum nullo modo,aut ſaltẽ ægrè ſubinde reſpiratio fiat. Proinde in huiuſmodi affectibus,meatus anguſtia,morbus eſt:quòd ſcilicet primò & per ſe reſpirandi actionem impediat. Naſi verò,vt ſic ſic dicam,ſimitas,cauſa eſt antecedens.Cætera patent.

Leuitas.

CAPVT VIII.

Differẽtiæ morborum in numero.

IN numero autem partium ſimplicium, ex quibus ſingula inſtrumenta conſiſtunt, duplices quidem primæ inueniuntur morborum differentiæ:

aut

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 112 sur 637

aut enim pars aliqua deeſt, aut abundat. In harum verò vtraque, rurſus aliæ deprehenduntur differentiæ. Nam earum quæ abundant, aliæ ex genere ſunt eorum quæ ſecundum naturam ſe habent, vt ſi cuipiam ſextus adnaſcatur digitus, aut in oculo vnguis, aut in naribus germen aliquod carnis, aut in alio quopiã meatu, id genus aliud. Sed horum aliqua, morbi erunt, veluti vnguis: nam quum plurimũ increuerit, viſum impediet, pupillam obtenebrando. Alia verò morborum cauſæ ſunt, vt germina quæ meatus obſtruunt. In primis enim obſtructio morbus eſt, quòd primò actionem offendat. Quædam autem toto genere præter naturam ſunt, vt lumbrici, aſcarides, lapis in veſica, grãdo in oculo, ſuffuſio, pus, acrochordones, melicerides, atheromata, ſteatomata, alphi, lepræ, leuce, calli, & omnia quæ in abſceſſibus reperiuntur. Quòd verò etiam ex iis, quæ primò actionem impediunt, morbos eſſe dicimus, vt ſuffuſionem: quæ verò non talia ſunt, morborum cauſas, omnibus conſtat.

Abundantes partes.
Secundum naturam.
Præter naturam.

COMMENTAR.

Primò genere morborum inſtrumentalium ſimplicium abſoluto, nimirum indecenti conformatione, ad alterum, vitiatum videlicet numerum, progreditur, atque in eo duplices primas eſſe differentias oſtendit. Aut enim pars aliqua deeſt, aut abundat. Atque harum vtraque, rurſus in alias differẽtias digeritur. Principio autem primæ differentiæ, eius nimirum in qua partes abundant, differentias proſequitur, easque duplices eſſe monſtrat. Aut enim partes quæ abundant, ex genere ſunt eorum, quæ ſecundum naturam ſe habent, vt ſi cuipiam ſextus adnaſcitur digitus. Is enim eſt è numero partium, quæ natura eſſe in corpore debẽt, nempe reliquis digitis naturalibus per omnia ſimilis. Ita in oculo vnguis, πλερύγιον Græcis vocatur, ex genere eſt eorum quæ ſecundum uaturam ſe habent, nimirum membranarum. Neque enim aliud eſt vnguis, quàm neruoſa (Paulo lib. 3. cap. 22. atteſtante) adnatæ tunicæ eminentia, exuperantiáve, quæ ab angulo maiori orta, ad coronam vſque, ſeu irim oculi, progreditur, auctaq; pupillam tegit. Item carnoſum in naribus germen eiuſdem eſt generis. βλάσημα verò, qua voce hoc loco Galenus vſus eſt, germen arborum, & ſtirpium, propriè dicitur. Cæterùm metaphoricõs medicis accipitur pro omni tumore, ſeu tuberculo, ex quacunq; parte pullulante, ac erumpente. Hoc quidem loco Galenus pro carnis in naribus excreſcentia, quę alio nomine, & magis propriè σάρκωμα dicitur, vſurpauit: aut certè pro polypo vocato malo, de quo alibi ſatis multa diximus. Et horum quidẽ iam dictorũ, aliqua morbi ſunt, vt vnguis, quippe vbi plurimùm augetur, viſum impedit, obtenebrando pupillam. Alia verò morborũ cauſæ ſunt, vt germina quæ meatus obſtruunt. Hæc enim obſtructionem pariũt, quæ primò & per ſe actionem lædit. Atque hæc prima eſt eorum quæ abundant differentia. Quædam verò eorum quæ abundant, toto genere præter naturam ſunt, hoc eſt, nunquam homini qui ſecundum naturam ſe habet inſunt, ſed vt primùm conſtiterint, ſuapte natura lædunt, & partium actionibus incommodant, vt ſunt lumbrici, aſcarides, lapis in veſica, & alia quæ à Galeno hîc commemorantur, & quorum nomina in Compendio noſtro medicinæ abũdè ſunt explicata. Præterea omnia quæ in abſceſſibus reperiuntur, vt ſunt vngues, pili, oſſa, teſtæ lapides, ligna, carbones, arenę, limus, & id genus alia, quæ à Galeno lib. 14. therap. metho. cap. 12, Et lib. 2. ad Glauconem cap. 12. recenſentur. Ex iam dictis, morbi quidem ſunt quæ actionem primo impediunt, vt eſt eſt lapis in veſica & ſuffuſio. Quæ verò non primò, ſed morbo quodam interueniente actiones lædunt, morborum cauſæ ſunt.

Abundantes partes ſecundũ naturam.
πλερύγιον. Vnguis.
Βλάσημα. Germen.
Quæ abundant & toto genere præter naturam ſunt.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 113 sur 637

©BIUM

Deficientes partes.

Earum verò partium quæ deficiunt.quædam radicitùs perierunt,quædam aũt veluti ex dimidio ſunt amputatæ ac mutilatæ. Atqui omnibus manifeſtum eſt complura talia in prima ſtatim generatione fieri. His verò qui iam in lucem editi ſunt,auferuntur ſæpius oſſa integra, & ex digitis,& membris, & capite, & lateribus. Nonnunquam verò auſertur etiam digitus, pes,ſumma manus,tibia,cubitus,item venæ varicoſæ, glandulæ induratæ,& dentes exeſi. Eximitur pariter gurgulio,omentum,præputium, & pudendi pars aliqua, ac ſubinde totũ pudendum,ſimiliter & teſtes. Nuper autem quidam in magna vniuerſi corporis conuulſione,linguæ anteriorem partem mordicùs abſcidit:qui deinceps à conuulſione quidem reualuit,ſed loqui vt anteà non potuit. Huius generis ſunt labiorum,aurium, & narium vocatæ detruncationes,& quæcunque partes carnoſæ, aut violenter auulſæ,aut putrefactæ,funditus exectæ ſunt. Nam per huiuſmodi calamitates omnes,ſiue vna pars,ſiue duæ,ſiue plures deſint,quæ vel omnino perierint,vel partim ſublatæ fuerint, naturalis partium numerus haud completur.

COMMENTARIVS.

Hactenus quæ ſint differentiæ morborum, qui ad auctum numerum pertinent, recenſitæ ſunt. Nunc quæ ſint differentiæ eorum morborum qui ad deficientem ſpectant numerum commemorabuntur. Quippe earum partium quæ deficiunt,quędam radicitùs,& omnino perierunt:quędã verò ex dimidio tantùm ſunt amputatæ,& mutilatæ. Et hæc quidem bifariam corpori accidunt,vel in prima ſtatim ſua,quæ in vtero fit,conformatione,vel tum poſtquàm in lucem æditum eſt. Verbi gratia,ſi quis naſcitur quatuor digitis,aut digitis quidem ſex,quorum tamen aliqui ſuis articulis ſunt deſtituti. Aut vbi oſſa iam natis ex digitis, aut aliis partibus corporis,auferuntur. Aut vbi integer digitus,pes, aut alia pars corporis radicitùs aufertur. Item gurgulio,omentum, & alia quæ hîc à Galeno recenſentur. Quæ quũ omnia ſint clara, explicationem nullã deſiderant. Meritò autem hæc omnia ad deficientem numerum referuntur. Nam ſiue vna pars,ſiue duæ,ſiue plures deſint,quæ funditùs perierunt, vel partim ſublatæ ſunt, per omnes has calamitates naturalis partiũ numerus haud completur. Rectiſsimè autẽ Galenus detruncationes illas partium περιϛάσεις, hoc eſt, calamitates ſiue afflictiones appellauit,quòd ad alias hominis infœlicitates,quę ſanè multę ſunt,nulla maior accedere queat,quàm ſi illis ſit membris deſtitutus,quibus ad vitæ neceſſaria comparanda, maximus eſſe vſus debet.

Calamitates. περιϛάσεις.

Quæcunq; ſanè horum actionem impediunt,eadem ratione in morborum genere collocabuntur. Quæ verò partem aliquam aliam actionis opificem refrigerant,aut ei non ſatis alimenti tranſmittũt,morborum cauſæ ſunt. Quædam autem vtriuſque,tum cauſæ,tum morbi rationem habent:veluti gurgulio,quum radicitùs fuerit exectus, & vocem lædit, & pulmonem thoracemque refrigerat. Quum enim ex iis libris,qui & functionum & vſus ratiocinationes docent,didiceris,quòd omnium animantis partium,hæ quidem actionem aliquam toti animali vtilem perficiunt,hæ verò nihil agũt,ſed vſum quendam iis quæ agunt præbent,liquet quod earum partium animantis noxas,quæ actiones planè offendunt, morbos primò appellabis:eas verò quæ vſum aliquẽ ſubtrahunt, morborũ cauſas. Proinde quæcunq; particulæ,duplicem actionem,aut duplicem vſum obtinent,ex

vnica

vnica quandoque noxa, duplicem, vel morbi, vel cauſæ habebunt rationem. Quòd ſi pars aliqua ſit, quæ vtrunque, nempe functionem & vſum, ſimul præſtet, veluti gurgulio eſſe videtur, huius quidem functionis abolitio, vna quidem ratione, morbus erit, altera verò, morbi cauſa.

COMMENTAR.

Quæ ex iis quæ paulò antè commemoratæ ſunt, in morborum numero collocari debeant, & quæ cauſarum rationem obtineãt, hoc loco Galenus docet, inquiẽs. Quæcunque anteà numeratorum functionem impediunt, in morborum numerum collocabuntur. Ea enim eſt morbi natura, vt actionem primò vitiet. Erunt igitur calculus in veſica, lumbrici, aſcarides, ſuffuſio, & grãdo, morbi: quòd primò partiũ actionibus incommodent. Ita etiam dentis abolitio oris, morbus erit, quòd ſcilicet mandẽdi munus in ea parte quæ dentem amiſit per illum lædatur, Quæ verò partem, aliquam aliã actionis opificem refrigerant, veluti ſi gurgulio funditùs exectus, pulmonem ac thoracem, reſpirationis organa, vt dictum eſt, refrigerãt: aut non ſatis alimenti diſtribuũt, vt ſi vena, aliqua parte, alicui nutrimẽtum ſuppeditat, morborum cauſæ ſunt. Gurgulio enim exectus, intemperiei pulmonis & thoracis frigidę, cauſa erit: vena autem, partis quæ non alitur, ſiccitatis cauſa eſt. Gurgulio itaq; exectus morbum creat, frigidam nimirum pulmonis intemperiem, vena autem quæ ſatis alimenti non ſuppeditat, ſiccam partis atrophia laborantis, intemperiem efficit, vtrunque igitur, morbi cauſa ſit, oportet. Quædam verò vtriuſque, cauſę nimirum & morbi, rationem obtinent, veluti gurgulio radicitùs exectus. Is enim, ea ratione qua vocem lædit, morbus eſt: qua verò pulmonem & thoracem refrigerat, morbi, frigidæ ſcilicet intemperiei, cauſa exiſtit. Hoc autem facilè intelliget qui libros de vſu partium diligenter leget, nam illic docetur, quòd partium animantium ſunt nonnullæ, quæ actionem aliquam toti animanti vtilem perficiunt, vt cerebrum, cor, & iecur. Quippe harum partium actiones, vniuerſis animalis partibus ſunt vtiles. Quædam verò partes nihil agunt, ſed iis quæ agunt, vſum quendam præbent. Exempli cauſa, oculus pars eſt inſtrumẽtalis, ex multis aliis ſimilaribus partibus compoſita, ex quibus vnà tantùm eſt quæ viſionem edit: reliquæ verò omnes, quæ cum hac oculũ perficiunt, nihil agunt, ſed vſus alicuius tãtùm gratia facta ſunt, cryſtallini humoris, qui prima eſt actionis cauſa. Quocirca nemo miretur, quòd Galenus hoc loco dicat partes aliquas nihil agere, de partibus enim loquitur quæ inſtrumentum aliquod perficiunt, inter quas certè nihil agere dicuntur, quæ functionem inſtrumentalis partis non edunt, ſed vſum tantùm illi parti quæ agit præſtant, quos omnes lib. 10. de vſu partium Galenus diligenter narrauit. Quòd autem de iis partibus, Galeni dictum veniat intelligendum, tractationis ratio manifeſtè conuincit. De morbis enim hoc loco tractat, qui in partibus inſtrumẽtalibus accidũt. Et niſi ad partes inſtrumentales referas quod hîc à Galeno dictũ eſt, manifeſtè falſum erit. Siquidem ſingulæ partes ſimilares ſeorſim, hoc eſt, extra inſtrumenti actionem, aliquam etiam actionem nactæ ſunt. Quod Galenus oculi exẽplo, quo etiam nos paulò antè vſi ſumus, luculenter admodum lib. 2. the. methodi cap. 6. in eum ſcribẽs monum, oſtendit. Cæterùm, inquit, quanquam cryſtallini maximè cauſa, omnia ſunt facta, ſingula tamen eorum aliquam ſeorſum actionem ſunt nacta, ac vena quidem & arteria, & neruus, toti animanti communem. Membranulæ oculi omnes, quũ ſint nutrimenti participes, omnino facultatibus ſunt prędítæ, ac perinde etiã actionibus quę ab iis proficiſcuntur. Sed vt ad id vnde digreſſi ſumus, redeamus, noxas partium animantis quæ actiones planè offendunt, id eſt, affectus actiones partium lædentes: per βλάβας enim Galen⁹ hoc loco διαθέσεις τὰς ἐνεργείας βλαπτούσας intelligit: morbos appellare oportet. Eas autẽ noxas quæ partium vſum quendam ſubtrahunt, morborum cauſas. Exemplum paulò pòſt metipſe Galenus de gurgulione ſubiungit. Cæterùm

Quæ ex prædictis morbi.

Quę morborum cauſæ.

Quædã vtriuſq; rationẽ obtinẽt.

Partes nonnullæ actionẽ toti animanti communẽ perficiunt.

Partes quædam nihil agunt.

Noxæ partiũ quæ actiones offendunt.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 115 sur 637

©BIUM

Aldinus Græcus codex emẽdatus.

animaduertendũ hîc erit codicẽ Græcũ aldinũ ita preſentẽ legere locum. διῃλομεν ὡς καὶ τὰς βλάβας αὐτῶν, τὰς μὲν εἰς ἐνέργειαν ἀναλυσεις διαφερούσας, νοσήματα ἐρεῖς πρώτως τῶν τῶν ζώων μορίων· τὰ δὲ εἰς χρείαν λυπὰ, νοσημάτων αἰτίας. mea verò ſententia rectiùs, τὰς δὲ εἰς χρείαν λυπὰ, vel ita certè legeretur ὡς ἁπάντων τῶν τῶν ζώων μορίων, τὰ μὲν εἰς ἐνέργειαν λυπα σωτελεῖ τῷ παντὶ ζώῳ χρησίμως, τὰ δὲ αὐτά μὲν δὲ οὐκ ἐνεργεῖ, χρείαν δὲ λυπα τοῖς ἐνεργοῦσι παρέχεται, διῃλομεν ὡς καὶ τὰς βλαβὰς αὐτῶν τῶν τῶν ζώων μορίων, τὰ μὲν εἰς ἐνέργειαν ἀναλυσεις διαφερούσας, νοσήματα ἐρεῖς πρώτως· τὰ δὲ εἰς χρείαν λυπὰ, νοσημάτων αἰτίας. Sic nanque & præcedentia, & ſequẽtia omnia ad partes corporis referrentur, nec opus eſſet βλάβας, hoc eſt, noxas, pro affectibus nocentibus interpretari, optimusque is, & expeditiſsimus Galeni verborum ſenſus emergeret. Quum didiceris quòd omnium animantis partium, nonnullæ quidem actionem aliquam toti animanti vtilem perficiunt, nonnullæ verò nihil agunt, ſed vſum quendam iis quæ agunt præbent, manifeſtum etiam quòd noxas earũ partiũ animantis, quę ad actionẽ planè cõferunt, primò morbos appellare oporteat, quæ verò ad vſum conducunt, morborũ cauſas. Hac quidem ratione aliquẽ, nulla opus erit detorta interpretatione noxæ, ſed dicemus diſertè, noxas earum partiũ quæ ad actionem conferunt, eſſe morbos, noxas verò partium quæ ad vſum aliquem conducunt, morborum cauſas. Exempli cauſa, gurgulio eſt pars corporis, quæ ad actionem planè vocis & ſermonis confert, vſumq; aliquẽ pulmoni & thoraci præbet, quòd ſcilicet impediat ne iuſto frigidior aër, ſtatim in pulmonẽ, & thoracẽ feratur. Huius igitur gurgulionis noxa, vt eſt pars ad actionẽ conferens, morbus appellabitur. Noxa verò eiuſdem, vt eſt pars vſum aliquem præſtans, morbi cauſa. Exectus itaq; gurgulio morbi rationem habebit, quatenus vocem & ſermonem vitiat, quatenus verò pulmonẽ & thoracem refrigerat, cauſæ morbi obtinebit rationem, frigidam enim intemperiẽ in iam dictis partibus efficit. Proinde quarum partium duplex eſt actio, vel vſus, ex vnica interdum noxa, duplicem ſortiuntur, vel morbi, vel cauſę, rationem. Si enim duplicem actionem, earundem noxa vitiauerit, duplicis etiam morbi rationem habebit. Si verò duplicem vſum noxa illarum ſubſtraxerit, duplicis cauſæ rationem habebit. Reliqua gurgulionis exemplum ſatis explicat.

Atqui manifeſtum eſt quòd reliquæ partis quæ adhuc manet & ſeruatur, morbus eſt, non eius quæ iam non eſt: Nam & columellam, & gurgulionem appellatum, particulam eſſe lati oris ſpatij, in quo pars quæ nunc laborat ſita eſt, dices. Quod ſi igitur hæc abolita fuerit, aliquid huic ſpatio deeſt, atque ita totum quòd remanet, morbum ſuſtinebit, manente eo quod ab initio in cõfeſſo fuit, nempe quamlibet actionẽ à morbo lædi. Vel igitur vocem ipſam, & inſpirationem, & expirationem non eſſe aliquam animantis actionem oſtendere oportet: aut ſi hoc ita ſe habet, manifeſtum erit quòd columellæ abolitio, morbũ in palato efficit. Simili ratione & dentis abolitio, oris morbus eſt. Qui ſi vtique vnus fuerit ex iis qui ad mandendi munus idonei ſunt, ea parte mandendi munus offendit. Si verò ex iis qui inciſorij appellantur, & edendi & loquendi munus impedit. Sic vbi linguæ dimidium abſciſſum eſt, reliquæ partis mutilatio, præter naturã erit. Idem etiã in omento, & pudẽdo, & omnibus ita laborantibus partibus euenit. Quòd ſi quis hoc ipſum non morbum, ſed pathos, aut pathema appellare voluerit, is de nomine, non de re contendet.

COMMENTAR.

Morbũ ad eã partẽ ſpectare q̃ remanet ac ſeruatur.

Monet hoc in loco Galenus, morbum, ad eam quæ remanet ac ſeruatur, & nequaquã ad eam quæ ſublata eſt, partem, referendum eſſe, idque columellæ, & dentium exẽplo, oſtendit

©BIUM

oſtendit. Quippe gurgulio ſiue collumella,omnium conſenſu,lati oris ſpatij,palatíue particula eſt. Quòd ſi igitur hæc abolita & execta fuerit,aliquid palato, &huic oris ſpatio deeſt: legendum enim, veteris etiam interpretis nobis ſuffragante teſtimonio, λείπει δὲ τῷ χωρίῳ:atq; ita totum quod remanet oris ſpatium,morbum ſuſtinebit, modo illud in confeſſo ſit,morbum eſſe quod actionem lędit. Lædi autem execta columella vocem ipſam,& reſpirationem, quas eſſe actiones conſtat, omnibus eſt manifeſtiſsimum,igitur columellę abolitio,morbum in palato efficit.Pari ratione fatendum erit,dentis abolitionem eſſe morbum oris.Si enim ex eorum numero fuerit,qui mandendo cibo inſeruiũt, & Græcis μυλίται, μύλαι,& γόμφιοι,id eſt,molares dicuntur, ea parte qua exemptus eſt mandendi munus offendit. Si verò ex iis qui à diuidẽdo cibo Græcis τομεῖς,hoc eſt,inciſorii nominantur,ſimul & edendi,& loquendi munus impeditur.Nam horum vſus non atterendo cibo,Galeno lib.II. de vſu partium teſte,ſed & locutioni,atque ſermonis dearticulationi idoneus eſt.Ita etiam vbi linguæ dimidium abſciſſum fuerit,reliquæ partis linguæ quæ remanet,præter naturam mutilatio erit. Similiter iudicandum erit de omento exciſo,pudendo,& aliis omnibus corporis partibus mutilatis,morbum nimirum ad id quod remanet nobis referentibus.Si quis verò pathos,ſeu pathema,id quod actionem lædit,malit appellare, is de nomine, non de re cõtendet.Nam rem quam Galenus morbum vocat,ipſe pathos nominat. Quæ verò pathematis ſit propria ſignificatio,in enarratione lib.de diffe.ſympto.dicemus.

Molares dentes.

Inciſorii.

Liquet autem quòd in lingua,omento,pudendo,& ,in vniuerſum,omnibus huiuſmodi inſtrumentis mutilatis,per omnes iam dictos morbos,erit aliqua magnitudinis minutio.Non tamen ipſius animalis diminutio,neceſſariò adeò manifeſta erit,vt ob hoc mutilum eſſe videatur,ſed partium quidam numerus auferetur:tametſi per huiuſmodi affectus,& arteriæ,& venæ,& nerui,& cutis, interdum etiam adeps, membranæ, & caro auferuntur.Atqui gurgulione, & varicoſis vaſis exciſis,numerus quidam partium ab ipſis inſtrumentis aufertur. Atqui hæc omnia ad immutatum partium numerum ſunt referenda.Quodcunque verò inſtrumentorum aufertur,non tamen eximuntur partes,huiuſmodi ad vtrunque quodammodo genus referuntur. Nam animanti deeſt ſimplicium partium numerus,& compoſiti inſtrumenti magnitudo:totum enim inſtrumentum mutilatum eſt.Neque obſcurum eſt vtrunque genus,tum id quod ad numerum, tum id quod ad magnitudinem pertinet,in ſuperiori prædicamenti genere,nempe quantitate,comprehendi poſſe.Siquidem quantitatis,alia diſcreta, quæ & numerus propriè nominatur:alia continua,quæ magnitudo appellatur. Verum in præſentia,manifeſtioris doctrinæ gratia,libuit hoc pacto diſtinguere, vt alteram quantitatis differentiam ad numerum,alteram ad magnitudinem referrem.

Quantitas duplex.

COMMENTAR.

Qui ex prædictis morbis ad numerum tantùm vitiatum,& qui ad vtrunque genus, hoc eſt,tum numerum,tum magnitudinem,referuntur, iam oſtẽdere pergit Galenus. Ad numerum tantum referuntur, vbi pars dũtaxat aliqua de inſtrumẽto ſublata eſt, vt ſi linguæ,aut omenti,aut pudendi aliqua duntaxat pars abſcinditur. Neque obſtat quòd per iam dictos morbos aliqua magnitudine fit imminutio: ſæpe enim per eos arteriæ,venæ,nerui,adeps,mẽbrana,& caro auferuntur:tamen quum imminutio non ſit tam magna ac manifeſta,vt propterea animal mutilum videatur, hic morbus veriùs ad numerum,quàm ad magnitudinem refertur.Ad eundem modum,gurgulione, aut

Qui morbi ad numerum tantùm referũtur.

aut varicosis excisis vasis, numerus quidam partium ab instrumentis aufertur, quare itidé ad numerum refertur morbus. Ad vtrunque verò genus, nempe numerum & magnitudinem, refertur morbus, quando totum instrumentum aufertur, nempe, vniuersum crus, aut integer oculus. Quippe tum simplicium partium instrumentum constituentium numerus, & compositi instrumenti magnitudo, deest. Cæterùm vtrunq; genus morbi, tum id scilicet quod ad numerum, tum id quod ad magnitudinem pertinet, in prædicamento, vt vocãt, quantitatis collocantur: quod scilicet numerus & magnitudo, Aristotele etiam in categoriis teste, quantitatis sint species. Numerus enim nihil aliud est, nisi quantitas discreta, magnitudo verò, nihil nisi quantitas continua. Animaduertendum verò hoc loco erit, quòd vbi nos conuertimus, quæ propriè numerus appellatur, Græcè legi, ὁ δὴ καὶ πόσον ἰδικῶς ὀνομάζεται. Vnde manifestum omnibus fit, πόσον dictionem apud Græcos bifariam accipi, nempe generatim, & propriè. Generatim idem quód ποσότης, id est, quantitas significat. Propriè verò idem quòd ἀριθμὸς, hoc est, numerus, seu, vt ita dicam, quotitas denotat. Generatim sumpta, genus est ad quantitatem discretam, quam ἀριθμὸν alio nomine appellant, & ad quantitatem continuam siue magnitudinem, quam Græci propriè πηλίκον καὶ πηλικότητα nominãt. Sic etiam Aristoteles in categoriis, quantitatem omnibus iis quæ diuidi possunt, tribuit, adeoque proprium esse quantitatis, vt diuidatur, tradit. Numerus enim in vnitates, magnitudo verò in spatia diuiditur.

Qui ad numerũ & magnitudinẽ referuntur.

Quantitatis species. Numerus. Magnitudo.

πόσον Græcis bifariam accipitur Generatim. Propriè.

CAP. IX.

Morbi in magnitudine.

POsteaquàm huius generis morbi explicati sunt, de iis qui ad partiũ magnitudinem, aut quomodocunq; eos nominare placuerit, pertinent, disseramus. Differunt autem ab eo quod prædiximus, genere. Si enim natiua partis figura manet, magnitudo autem corrumpitur, vbi aliqua lædituʀ actio, hoc ipsum quod accidit, particulæ morbus erit: veluti si in prima statim conformatione lingua tanta fiat, vt propter magnitudinem, ad nullam oris partem se deflectere possit, aut propter paruitatem, omnes eius partes attingere nequeat.

COMMENTAR.

Morbi in magnitudine differũt, ab is qui in numero sunt.

De morbis qui in vitiata magnitudine consistunt, hoc capite acturus, principio eos qui in magnitudinẽ sunt, ab iis qui in numero consistunt, differre, & alterius esse generis monet. Differre autem inter se hinc patet, quòd morbi qui in numero consistũt, ad quantitatem discretam: qui autem in magnitudine, ad quantitatem continuam referãtur. Præterea qui ad numerum vitiatum spectant, particulæ laborantis propriam & natiuam figuram vitiant. Fieri enim non potest, vt mẽbri figura illæsa maneat, vbi numerus partium eiusdem vitiatur. Veluti si in manu digitus, aut desit, aut abũdet, manus quoque figuram corrumpi necesse est. Magnitudo autem vitiari potest, figurâ manente illesa, vt Galeni exemplum de lingua supra modum aucta luculenter monstrat. Nam tum natiua linguæ figura manet, & sola magnitudo eius corrumpitur, & quidem adeò, vt linguæ actio lædatur. Quippe ob magnitudinem suam ad nullam oris partem sese deflectere potest. Id quod etiam accidit, vbi lingua plus iusto minor fuerit, tum enim etsi natiua figura manet, tamen nihilominus quum ob suam paruitatem omnes oris partes attingere nequeat, actio eius lædit̃ur. Cæterum admonendus nobis hic lector erit, quòd vbi nos conuertimus: partium magnitudinem, aut quomodocunque eos nominare placuerit: Græcè scribi, ὁλότητα κατὰ τὸ μέγεθος, ἢ τὸ πηλίκον τῶν μορίων, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλει. Nã quod nos vna voce magnitudinem, hoc illi vel μέγεθος, vel πηλίκον nominant, vt præcedenti etiam capite dictum est.

Adultis

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 118 sur 637

©BIUM

Adultis verò iámque perfectis, non ita crebrò partes ad magnitudinem præter naturam increſcere ſolent. Atqui minuuntur frequenter, appellatúrque morbus hic nonnullis alimenti defectus, ab aliis verò, partis ipſius tabes. Immodica autem partium incrementa, in vlceribus, in quibus caro ſupercreſcit, & in eo malo quòd priapiſmum vocãt, fieri ſolent. Nicomacho ſanè Smyrnæo vniuerſum corpus adeo immodicè auctum eſt, vt ne mouere quidem ſeipſum poſſet, atque hunc ſanitati reſtituit Aeſculapius. Vidimus verò linguam cuiuſdam plurimùm auctam, idque citra omnem dolorem, vt neque œdema, neque ſcirrhus, neque phlegmone eſſe videretur: neque enim prementibus cauabatur, neque ſenſu deſtituta erat, neque dolebat: ſed hoc malum duntaxat immodicum incremẽtum erat, ſubſtãtia ipſius partis nequaquam vitiata. Sic & teſticuli, & mammæ, aliis vterque, aliis alter duntaxat immodicè increuit. Ad hoc genus pertinet etiam ſtruma, quæ vbi immodicè aucta eſt, haud exiguam actionibus incommoditatem affert. Huius quoq; generis ſunt angulorum oculi immoderationes. Immodica verò horum auctio Encanthis nominatur. Diminutio autem rhœas. Atque huiuſmodi ſunt in hoc genere morborum differentiæ.

Nicomachi Smyrnęi magnitudo corporis immodica.

Struma.

Encãthis. Rhœas.

COMMENTAR.

Quum duas eſſe conſtet magnitudinis differentias, nempe indecentem auctionem, & diminutionem, tamen iis qui iam in lucem ſunt editi & adulti, partes non ita crebrò ad magnitudinem prẽter naturam increſcere, ſed frequentiùs imminui oſtendit. Atque morbus per quem partes corporis imminuuntur Græcis ἀτροφία, Latinis verò aliméti defectus à nõnullis etiam φθίσις, Latinẽ tabes nominatur. Eſt autẽ atrophia propriè, quando alimenti penuriâ, pars, aut totum corpus imminuitur, ac conſumitur. Quæ ſanè alio nomine vocatur phthiſis, vt quæ generatim omnem corporis maciem ac diminutionem, adeoq; idẽ quòd ἀτροφία, ſignificat. Eam enim quæ inſanabilia pulmonis vlcera comitatur externuationem, Græci præſertim Athenienſes, vt ſect. 7. apho. com. 16. Galenus teſtis eſt, φθόην appellant. Animaduertendum autẽ hoc loco erit, magnitudinem propriè eſſe quæ propter alimenti ad particulam delati, immodicam copiam fit. Quę enim propter congeſtum aliquem excremẽticium humorem, ac fluxionem aliunde manantem, fiunt in corpore magnitudines, propriè tumores præter naturam vocantur. Galenum autem hoc loco de vtroque augmenti genere fuiſſe locutum, ſua ipſius exempla, Nicomachi nimirum, mammarum, teſtiũ, & ſtrumarum abundè oſtendunt. Cæterùm immodicum partium incrementum fit, quando in vlceribus caro ſupercreſcit: id quod accidit, ſi alimẽtum copioſiùs quàm par ſit, ad exulceratam partem defertur, vt fuſiùs lib. 3. the. metho. cap. 6. Galenus mõſtrat. Item in priapiſmo vocato malo, quod accidit quum genitale membrum & in longitudine, & latitudine totum augetur, nullo excitante ad libidinem aut deſiderio, aut acquiſito calore. Appellationem autem ſuam à Priapo, cui tale fuiſſe pudendũ pictores, poetæq; finxerunt, malum hoc ſumpſit, quemadmodum lib. 6. de labo. locis cap. 6. Galenus atteſtatur. Prætereà vbi totum corpus immodicè augetur, veluti accidit Nicomacho Smyrnæo, cuius corpus ita auctum eſſe conſtat, vt ſeipſum non poſſet mouere, quem tamen Aeſculapius ſanitati reſtituit. Vidiſſe etiam ſe teſtatur quendam Galenus, cuius lingua plurimùm erat aucta, atque citra omnem quidem dolorem. Non fuiſſe autem tumorem præter naturam per ſufficientem diuiſionem partiumque enumerationem colligit. Neque enim œdema fuit, quòd ſub premẽtibus digitis non ſit cauata lingua. Neq; ſcirrhus, quia ſenſu non erat deſtituta. Eſt enim ſcirrhus, Galeno lib. 2. ad Glaucopem

ἀτροφία. φθίσις.

φθόη.

Magnitudo propriè quid.

Immodicũ partium incrementum quando fit. Priapiſmus.

Scirrhus.

conem atteſtante,tumor præter naturam durus,ſenſuque priuatus.Neque phlegmone,ſiquidem dolore vacabat.Erat itaque hoc malum duntaxat immodicum incremẽtum,ſubſtantiâ linguæ nequaquam vitiata.Sic mammæ, & teſticuli interdum immodicè augentur.In viris nonnullis vterq; teſtis,in aliis alter dũtaxat. In mulieribus verò,nunc vtraque,nunc altera tantũm mamma increſcit. Ad hoc genus morbi quod in magnitudine cõſiſtit,ſtruma etiam pertinet,quæ haud exiguam etiam noxã actionibus affert.Strumam verò Galenus lib.14.the.metho.cap.11.inter tumores pręter naturam commemorat.Libro etiam 13.cap.5.ſcirrhoſiorem glandularum phlegmonen ſtrumam eſſe ſcribit.Quum igitur ſtruma ſit è genere tumorum præter naturam,euidentiſsimum ſit,Galenum magnitudinis indecẽtis nomine,complecti etiam tumores præter naturam,quòd paulò antè à nobis quoque dictum eſt.E genere magnitudinis ſunt etiam anguli oculorum immoderationes. Immodica enim horum excreſcentia ἐγκανθὶσ Græcis nominatur,vt eorundem imminutio,ῥοιὰσ,quemadmodum alibi fuſiùs docuimus.

Struma.

ἐγκανθὶσ.
ῥοιὰς.

CAPVT. X.

Morbi in compoſitione.
In poſitu.
In conſenſu partium.

AEterùm ea quæ ſecundum naturã eſt compoſitione immutata,morbi fiunt.In poſitu quidem,per luxationes, & commotiones articulorum,item per inteſtinorum,ac omenti ramices. In non naturali verò vicinarum partium conſenſu,ſi vinculum alicubi laxum, aut intentum,aut abruptum fuerit,in ea parte motum articulorum impedit. In hoc genere ſunt, linguæ,& pudendorũ immodica vincula:quippe à quibus lingua in loquẽdo mandendoque non parum impeditur,Pudendum autem,quòd ſemen genitale, ob diſtortum meatum,minus procul,& recto tramite in mulieris vterum iniicere poſsit.Ad hanc differentiam attinent labiorum exulceratorum, vel palpebrarũ, vel digitorũ,vel ſedis,vel alterius huiuſmodi partis præter naturã coalitus. Atq; hæ quidem ſunt generis in partium præter naturam compoſitione ſpecies.

COMMENTARIVS.

In hoc capite,ad quartum,adeoque vltimum genus morborũ,qui in partibus inſtrumentalibus oriuntur,nempe indecentem compoſitionem, progreditur Galenus, eiuſque duas eſſe differentias, monſtrat. Vnam, vbi poſitus, alteram, vbi vicinarum partium conſenſus à naturali habitu euariat. Ad primã differentiã ſpectat luxatio,quæ Græcis ἐξάρθρησισ dicitur.Hæc fit vbi propter violentum aliquem motum,oſſa & articuli extra proprium locum,in totum excidunt,& abeunt. Hæc Hippocrati,vt libro 1. de fracturis Galenus,com.1.teſtis eſt,non ſolùm ἐξάρθρησισ,& ἐξάρθρημα ſed& ἔκπτωσισ & ἔκπτωμα vocatur, quaſi dicas exarticulatio.Sub hac etiã differentia cõplectitur articulorũ cõmotio,quæ Græcis παράρθρημα ϗ παράρθρησισ nominatur.In ea articuli tantùm pręter naturã cõmouentur,ideoque per hanc articulatio ipſa labefactatur,aut veriùs contorquetur,aut peruertitur,permutatúrve,non tamen eouſq; diducitur,vt proprio loco articuli in totum,veluti in luxatione,abeant,aut è propria ſede oſſa ipſa omnino exiliant.Fit enim,vt lib.6,cap.101. teſtatur Paulus, vbi aliquatenus duntaxat emotus eſt articulus,aut vſque ad ſupercilium cauitatis elapſus.Ad hoc prætereà genus ſpectant omenti,& inteſtinorum rupto peritonæo in ſcrotũ deuolutiones,quas Græci ἐντεροκήλην,Latini ramices, iuniores harniam, & ruptură nominant. Porrò ad alteram indecentis compoſitionis differentiam pertinet vinculum,partem parti colligans,laxum,aut intentum,aut abruptum,quòd nimirum in ea parte articulorum motum impediat.Ex hoc genere ſunt vincula linguæ immodicè laxa,uel intẽ-

In poſitu morbi.
Luxatio.
ἐξάρθρησισ.
ἔκπτωσισ.
παράρθρησισ.

ta,

ta,eô quòd ab iis lingua in loquendi ac mandendi munere plurimùm impediatur. Malum linguæ in quo eius vinculum nimium intẽtum eſt,Græcis ἀγκυλόγλωσσον,Latinis ligatio linguæ dicitur.Hæc verò,Paulo lib.ſexto capite viceſimo nono atteſtãte,bifariam accidit.Naturaliter,vbi à prima ſtatim origine ligamenta linguam continentia duriora & breuiora facta ſunt.Ex acquiſito, quando ob quãpiam cicatricem duriorem ſub lingua contractam,breuius fit ligamentum.Item vinculũ pudendi eius, quod ſemen genitale,ob diſtortum meatum,procul & recto tramite in muliebrem vterum iniicere nequit.Hi verò quibus pudendi meatus per quem ſemen eiaculatur, propter vinculum quod ad virgam habent,cõtortus eſt,Galeno libro decimoquinto, de vſu partium capite tertio autore,Græcis ὑποσπαδίαῖοι appellantur.Iidẽ alio nomine iiſdem σπάδωνες dicuntur,ἀπὸ τ σπάω hoc eſt,conuellendo: quòd ſcilicet vinculũ quod ad virgam eſt,ita conuellatur,vt pudẽdi meatus contortus ſemen intus retineat, nec extra ferri ſinat, adeoque ne procul, & recto inceſſu in fœminę vterum eiaculari queat,pudendum impediat.Spadones itaque tum Græcis,tum Latinis vocati, generare ac procreare liberos nequeũt,non certè quòd ſemẽ fœcundũ non habeãt,ſed quòd illis in virgæ flexibus hęrens,ferri prorſum nequeat.Hinc eſt quòd in Græcis inſtitutionibus lib.1.de adop.ſpadones rectiſsimè eſſe definiũtur, qui propter aliquod vitiũ mẽbrorũ genitaliũ,liberos procreare nõ poſsunt,ſed eo ſublato liberos generãt. Hinc etiã meritò ibidẽ ſpadonibus adoptionis ius cõceditur. Adoptio enim,vt Iuriſcõſultus.ff.de adopti.ait,in iis perſonis locũ habet,in quibus natura poteſt. Quocirca quũ ſpadones,vitio quo laborant ſublato, ſe poſſe generare, ſperare queant, igitur etiam adoptare poſſunt. Caſtrati verò adoptare nequeunt, vtpote quibus ſpes omnis procreandi adempta ſit. Nam quibus natura negauit liberos poſſe gignere, his neque ius ciuile, quod naturæ veſtigia ſequitur, conceſsit. Ex quibus omnibus fit, locum in Latinis inſtitutionibus de adoptionibus eſſe prorſus deprauatum,vbi ita legitur. Hi qui generare non poſſunt, quales ſunt ſpadones, adoptare poſſunt. Legendum enim erit: hi qui generare poſſunt, exempta negatione, quod ex iam dictis ſatis conſtat,& errorem ſatis teſtãtur inſtitutiones Græcè,quę ita habent. ἀλλ' ὁ σπάδων, ἐπεὶ δὴ τ̃τῳ ἔλαττ̃ς, εἰκὸς γὰρ τ̃ πάθους ἀπαλλαγέντος, δυνάσθαι παιδο ποιεῖν, εἰς ὅσον λήψεται. Vt hinc etiam perſpicuum fiat quanta ſit Græcarum inſtitutionum commoditas ad emendandos plurimos in Latinis inſtitutionibus deprauatiſsimos locos. Vt mirum ſit non in maiori pretio, & honore apud noſtræ ætatis Iuriſperitos haberi quàm Latinas,preſertim quum in illis omnia ordinatiùs, planiùs,ac preſsiùs quàm in his ipſis enucleari conſtet.Sed quum hoc commune ſit vitium,vt ea quæ ignoramus non magni faciamus, ac fortiter contemnamus,magna autem pars Iuriſconſultorum non tantùm Græcæ,verumetiam Latinæ,& in ſumma, omnis humanioris literaturæ imperiti ſint, cur non Græcas etiam inſtitutiones, vtpote à ſe non intellectas contemnerent?Malunt enim in cœno ac luto barbariſsimorum commentariorum,ſuum inſtar, volutari, quàm limpidiſsimos Græcorum deguſtare fontes. Digni vt cum Grillo repertis iam frugibus, perpetuò veſcantur glandibus. Cæterùm ex iam dictis etiam fit euidentiſsimum.Iuriſconſultos recentiores, & alios quoſdam, non rectè ſpadones interpretari pro iis,quibus execta ſunt virilia.Hi enim, vt loco anteà citato apertè Græcæ teſtantur inſtitutiones,propriè caſtrati vocantur.Vt falſos eſſe verſiculos illos,in ſcholis Iuriſperitorum tritos,neceſſe ſit.

Caſtratos natura facit,violenta ſpadones
Improbitas,amor Eunuchos & fœda libido.

Sed huic errori occaſionẽ prębuiſſe videtur Vlpian⁹ q.ff.de verb.ſig.L.Spadonũ,minũs ppriè,& pręter medicorũ,veterũq; oĩm ſententiã,ſpadonũ appellationẽ eſſe generalẽ tradit, ad caſtratos,thlibias & eunuchos.Quã cõtrà,ita Græcis atteſtãtibus inſtitutionib⁹ Eunuch⁹ generale ſit nomẽ ad ſpadões,caſtratos,& thlibias.De q̃ re alibi quo

ἀγκυλόγλωσσον. Ligatio linguæ bifariam fit.

σπάδωνες. ὑποσπαδίαῖοι.

Spadones generare nequeũt.

Adoptio vbi locum habeat.

Caſtrati adoptare nequeunt.

Locus in inſtitutionibus emendatus.

Græcarũ inſtitutionũ commoditas.

Cauſa cur Græcę inſtitutiones à Iuriſconſultis contemnantur.

Caſtrati.

Vlpianus notatur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 121 sur 637

©BIUM

Eunuchus generale nomen.

que copioſiùs diximus. Atqui hîc longiùs ab inſtituto noſtro ſumus digreſsi, idque Iuriſconſultorum gratiâ, quo ſcilicet eoſdem moneremus, ne in iis rebus quarum nullã habent cognitionem temerè ſuam inſcitiam prodant, ſed medicis, vtpote quibus has eſſe cognitas, conſtat, excutiendas relinquant. Vt itaque eò vnde digreſsi ſumus redeamus, ad hanc etiam alteram indecentis compoſitionis differentiam pertinent labiorum exulceratorum, vel palpebrarum, vel digitorum, vel ſedis, & labiorum etiam vteri coalitus. In omni enim hoc coalitu indecens partium eſt conſenſus. Coaluerunt nanque inter ſe partes, quæ diſtare ab inuicem deberent.

CAPVT XI.

Vnitatis ſolutio

RElíquum eſt quintum genus morbi, nempe vnitatis cõtinuitatis ve ſolutio, ſiue illa alicui ſimplici particulæ, quæ ſimilares vocãtur, ſiue cõpoſitæ adueniat. Quare paulò antè inter communes vtrarunq; partium morbos, eius mentionem fecimus. Quũ enim diuellitur ligamẽtũ, vel arteria: & totius inſtrumẽti, & diuulſæ particulæ cõmune pathema erit. Nã vtriuſq; ſoluta eſt cõtinuitas: totiº quidẽ, quod neq; partes ſibiinuicẽ cohærẽt, neque vniũtur: partis verò diuulſæ, quia non manet vna, ſed in duas diſſecta eſt. Quod ſi nõ omnino, ſed ex parte aliqua diuellatur, nõ eſt iam totius inſtrumenti morbus, niſi ex accidẽte, quòd ſcilicet pars eius aliqua dũtaxat perpeſſa ſit: ſed ſolius partis quæ perpeſſa eſt proprius ac peculiaris morbus eſt. Vocatur auẽ continui ſolutio, in oſſe quidẽ fractura, in carnoſis verò omnibus, communiter vlcus. Ruptio autẽ, & cõuulſio ex eodẽ ſunt genere. Conſiſtit verò hoc quidẽ in neruoſis, illud autẽ in carnoſis partibus, diuulſis in ipſis fibris, à violenta aliqua attritione colliſioné ve, aut repẽtina & cõfertim facta tenſione. At quæ auulſiones nominãtur, inſtrumentaliũ duntaxat partiũ ſunt propria pathemata. Hæ quidem ſunt omnes ſimplicium morborum differentiæ.

Fractura. Vlcus. Ruptio.

COMMENTAR.

Hactenus morborum ſimplicium & compoſitarum partium naturam, ac differentiam omnem exquiſita quadam ratione expoſuit Galenus, nũc ad alterũ genus, quod vtriſq; partibus, ſimplicibus nimirum & compoſitis, vt dictum eſt cap. 4. huius libri, commune eſt, vnitatis ſcilicet ſolutionem progreditur. Principiò autem docet quando continuitatis ſolutio totius inſtrumenti, & diuulſæ particulę ſimul pathema ſit, & quando partis duntaxat. Vtriuſq; ſimul, ſi ligamentum, aut arteria diuellatur. Siquidẽ diuulſo ligamento, vtriuſq; ſoluta eſt continuitas. Totius quidẽ inſtrumẽti, quòd partes neque ſibiinuicẽ cohærent, neq; vniuntur, adeoq; ipſum in ſe diuiſum, & vnũ non eſt. Partis verò diuulſæ, quia nõ manet vna, ſed in duas diſsecta eſt, adeoq; eiº integritas ſoluitur. Sic arteria quoq; ſoluta, nõ tã ipſiuſmet cõtinuitas, quàm totius inſtrumẽti, cuius ipſa eſt pars, cohęrẽtia ſoluitur. Secũdo huius capitis loco, quòd duplex ſit ſolutionis vnitatis ratio mõſtrat. Interdum enim totũ ligamentũ, vel tota arteria, interdum verò aliqua tantùm ex parte ſoluitur. Ideoque fit vt morbus tum vel ad totum inſtrumẽtũ, vel ad eius dũtaxat partẽ, aliquã ſimilarẽ referatur. Si ligamẽtũ vel arteria, nõ omnino & ex toto diuulſa fuerit, non eſt iã totius inſtrumenti, quòd videlicet eius partes adhuc cohęrẽt, & vniũtur: ſed ſolius partis quę ppeſſa eſt morbus, pprius & peculiaris. Ex accidẽte tamen etiã partis inſtrumentarię eſt morbus, quod ſcilicet pars eius aliqua ſimplex laborat. Cuius rei exemplum eſt apud Galenum lib. 2. the. metho. cap. ſexto de iecore & venis. Quippe ſi iecoris venæ intemperie laborant, primùm morbus erit venarum, ex accidente verò etiam iecoris, vtpote cuius venę partes ſunt. Tertio loco

Cõtinuitatis ſolutio pathema eſt totius inſtrumenti & partis,

Solutionis Vnitatis duplex ratio,

tio loco,quod ſe facturũ ſuprà cap.4.eſt pollicitus, quas appellationes in ſingulis partibus ſolutio vnitatis ſortiatur,exponit:id quod copioſiùs lib.4.& 6.the.metho.cap.1. docuit.Cótinui enim in oſsibus ſolutio, Græcis κάταγμα Latinis fractura dicitur.Rectiſsimè aũt nomẽ fracturæ oſsibus accómodarũt Medici,quod ea rei duræ peculiaris ſit.Quippe ea frangi propriè dicũtur,quę in magnas partes diuidi ac diſtrahi poſſunt: quę́q; eſſentiam ſolidam & durã nacta ſunt,teſte etiam lib.4.metho.cap.9.Ariſtotele. Si in carnoſis partibus vnitas ſoluitur,Græcis communiter ἕλκος,Latinis vlcus dicitur.Communiter autem vox non temerè adiecta eſt,ita enim ſub ſe vulnus etiã,quod Græcis Galeno lib.3.the.metho.cap.primo teſte,τραῦμα propriè vocatur, complectitur. Eſt autem hoc nihil aliud niſi ſolutio vnitatis ex vulnerando,in carnoſa parte relicta.Ruptio verò & conuulſio ex eodem genere ſolutionis continuitatis exiſtunt. Ruptio,Græcis ῥῆγμα, eſt carnoſæ partis citra vulnerationem diuiſio, diuulſo nimirum ipſa à violenta aliqua attritione colliſionéve, aut repentina, & confertim facta téſione.Cõuulſio verò,σπάσμα Græcè, eſt neruoſæ partis ſine vulneratione facta diuiſio.At auulſiones,ἀποσπάσματα Græci nominant,inſtrumentaliũ duntaxat partium propria ſunt pathemata:quod ſcilicet ligamenta earundem,Galeno libro quarto therapeuticæ methodi capite primo atteſtãte, ſoluuntur ex toto.Vel,quod partes ſimilares prius cohærentes ab inſtrumento auulſæ ſunt.

κάταγμα. Fractura.
ἕλκος. Vlcus.
τραῦμα. Vulnus.
ῥῆγμα. Ruptio.
σπάσμα. Conuulſio.
ἀποσπάσματα. Conuulſio.

CAPVT XII.

NVnc tempeſtiuũ eſt ad compoſitos progredi morbos,à ſimilaribus rurſus exorſuri corporibus.Erit igitur de ſentẽtia prioris ſectæ ex latitudine & anguſtia meatuũ morbus quidã compoſitus, nõ quòd ſinguli particulatim meatus vtraque ſuſtineant,ſed quòd viciſsim alij anguſtiores,alij verò latiores reddantur,vt non magis latitudinem meatuum,quàm anguſtiam in toto ſimilari corpore accuſare queas, nec liceat ſumere ſenſibilem aliquã eiꝰ particulã,cui alterũ tãtùm adſit,ſed quãcũq; ſumpſeris,ſemper tota vtriſq; obnoxia erit.In altera verò hypotheſi,ſolis qualitatibꝰ à naturali habitu egreſſis,in ſingulis ſimilaribꝰ corporibus quatuor erũt cõpoſiti morbi, calidus ſimul & ſiccꝰ,calidus ſimul & humidus,frigidus ſimul & ſiccus,frigidus ſimul & humidus.Affluente aũt ipſis aliqua ſubſtãtia, itidẽ alij quatuor morbi, cõiugationes qualitatum obtinentes, naſcentur.

Cõpoſiti morbi. Prioris ſectæ.

Alterius.

COMMENTAR.

Rectiſsimè Galenus poſt ſimpliciũ morborũ explicationem ad cõpoſitos progreditur.Siquidẽ is eſt naturæ ordo,ea via ac ratio,vt à ſimplicibus ad cõpoſita progreſſus fiat.Ex cognitis enim ſimplicibus,nullo ſanè negotio cõpoſita dignoſcũtur. Recẽſet aũt vtriuſq; ſectę cõpoſitos morbos,exorſus à priori, quę in meatuũ immoderatione morbos ſtatuit. In hac enĩ morbus quidã cõpoſitus eſt ex latitudine,& anguſtia meatuum,non quòd ſinguli meatus vtraque,hoc eſt,latitudinem & anguſtiam ſuſtineant: neq; enim fieri poteſt vt idem meatus ſimul contrariis affectibus laboret, id eſt, laxetur ſimul & conſtipetur:nam contrariorũ eam eſſe conſtat naturam, vt eidem ſimul ineſſe ſubiecto minime poſsint,vbi enim latitudo eſt,ibi eſſe nequit anguſtia:ſed quòd viciſsim alii anguſtiores,alii verò latiores reddãtur, vt nõ magis latitudinẽ meatuũ,q̃ anguſtiã in toto ſimilari corpore accuſare queas,nec liceat inuenire aliquã eius particulã,cui alterũ tãtùm adſit,ſed quãcunq; ſumpſeris,ſemper tota vtriſq;,hoc eſt,latitudini & anguſtię,obnoxia erit.Alterius ſectę ſeu hypotheſeos,eius nimirũ quę in qualitatibus primis morbos cõſtituit,quatuor in ſimilaribus particulis cõpoſitos eſſe morbos cõſtat.Quatuor nimirũ nudis dũtaxat qualitatibus modũ naturę egreſsis,quos recentiores immateriales nominãt,calidum ſcilicet ſimul & ſiccũ,calidum ſimul & humidũ,

A ſimplicibꝰ ad compoſita progrediendum.

Morbi cõpoſiti prioris ſectæ.

Alterius ſectæ

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 123 sur 637

frigidum ſimul & ſiccum frigidum ſimul & humidum. Totidem etiam affluente illis materia ſeu eſſentia quadãcalida ſimul & ſicca, calida ſimul & humida, frigida ſimul & ſicca, frigida ſimul & humida, fieri morbos neceſſee ſt.

Continui ſolutio vtrarũq; partium morbis implicatur.

Quia verò continui ſolutio non ſolùm in compoſitis inſtrumentis, ſed etiã in ſimplicibus quoq; ſit corporibus, implicabitur, ipſa nõnunquã iã dictis de vtriuſq; ſectæ ſententia, morbis, & ſimplicibus, quos ſtatim ab initio libri deſcripſimus. Quippe fieri poteſt vt pars vlcere laboret, ac ſimul ſiccior, aut humidior, aut frigidior, aut calidior præter naturam ſit: aut vnà cũ vlcere, & ſiccior & calidior ſit. Partes igitur quæ ſimul & vlcere, & phlegmone laborant trifariam a naturali habitu recedunt: propter vlcus quidem, ſuarum partium vnitatem amittunt, ob phlegmonen autem plus iuſto calidiores & humidiores fiunt. Deniq; tumor in ipſis ſi ad tantã magnitudinẽ attollatur, vt ob hanc ipſam actio lædatur, iã morbus cenſeri debet, alioqui ſymptoma & pathema dũtaxat, quemadmodũ & dolor, exiſtit. Omnes igitur partes phlegmone ſimul & vlcere laborantes tripliciter neceſſariò, nonnunquam, egrotant etiã quadrifariã. Phlegmonen verò in præſentia nominamus, non, vt veteres conſueuerunt, partium veluti quandam inflammationem feruorémve, ſed rubentem, & renitentem, dolorificunque tumorem. Sic & eryſipelatis nonnunquam vlcera accidũt. Carbunculi enim aliter conſiſtere nequeunt. Herpetes & cancri mediam inter hæc naturam obtinent: nam magna ex parte cum vlceribus, nonnunquam verò ſine iis conſiſtunt.

Phlegmone quid.

COMMENTAR.

Compoſita inſtrumenta.

Quum vnitatis ſolutio cõmunis ſit tum ſimilariũ, tum inſtrumẽtalium partiũ morbus, ideo hanc ipſam vtrarunq; morbis poſſe connecti & cõmiſceri, hoc loco Galenus mõſtrat. Vocat autẽ hîc partes inſtrumentales, cõpoſita inſtrumẽta, idq; nõ temerè, quòd etiã quædã ſint inſtrumenta ſimplicia, nẽpe oẽs partes ſimilares quæ perfectam edere actionẽ poſſunt, quemadmodũ ſuprà, cap. 4. copioſiùs docuimus. Cęterũm quũ prioris ſectæ placita Galenus haud ſequatur, iis ſanè relictis, quo pacto ſolutio vnitatis cum ſimplicibus alterius ſectę, quę veritati conſona eſt, morbis copuletur, oſtẽdit. Quippe accidere ſæpe, inquit, vt pars aliqua corporis vlcere laboret, & ſimul etiã ſiccior, aut humidior præter naturã ſit, aut intẽperie aliqua frigida ſimul, aut calida infeſtetur. Vel vt vnà cum vlcere, & calidior & ſiccior ſit. Fieri etiã interdum ſolet, vt pars ſimul & vlcere, & phlegmone laboret, atque tum trifariã à naturali habitu recedit. Nã primò quidem propter vlcus, ſuã vnitatẽm amittit. Secũdò propter phlegmonẽ plus iuſto fit calidior & humidior. Tertiò tumore corripitur in tãtã magnitudinẽ ſublato, vt ob hanc ipſam actio lędatur. Tres itaq; tum ſimul in vna & eadẽ parte morbi ſunt, vnus quidem vlcus, alter intemperies calida & humida, & tertius tumor. Nam, vt iam diximus, ſi tantus fuerit tumor vt actionem per ſe impedire poſsit, in morborum numero cenſeri debet. Sin minus, phlegmones ſymptoma, aut pathema erit, perinde atq; dolor. Porrò phlegmonẽ in prẽſentia Galenus nõ generatim, veterũ more medicorũ, pro omni partiũ feruore & inflãmatiõe, vt ſcilicet idẽ Grẽcis φ hęc vox φλόγωσις ſignificet, ſed ſpeciatim potiùs pro rubẽte, ac renitẽte, dolorificoq; tumore, quemadmodũ fuſiùs lib. 13. the. metho. Galenus docet. Sæpe etiam vlcus cõiũgitur eryſipelatis, adeoq; ſolutio cõtinuitatis cũ cõpoſito aliquo morbo cõplicatur, & connectitur. Non aũt ab re dixit Galenus nõnũquã, ſiquidẽ interdũ etiã ſine vlcere, vt teſtis eſt li. 14. the. meth. cap. 1. idem Galenꝰ, accidit eryſipelas. In carbũculo itidẽ vnitatis ſolutio cũ cõpo

Tres ſimul in vna & eadẽ parte morbi.

Tumor quando morbus, & quãdo ſimptoma.

Phlegmone. Generatim.

Speciatim.

Solutio cõtinuitatis cũ cõpoſitis morbis cõiũcta.

Carbunculus.

Solutio vnitatis cum ſimplicibus morbis cõiũcta.

ſito

ſito copulatur morbo, quod carbunculus ſine vlcere haudquaquam cõſiſtere poſsit. Qui enim hoc malo correpti ſunt, particulam omnino ſcabunt, vnde puſtula rumpitur, adeoque vlcus cum cruſta gignitur. Herpes & cancer, inter hæc, nempe eryſipelata & carbunculos, mediam obtinent naturam, quòd ſcilicet non ſemper, vt carbunculi, neque raro, vt eryſipelata, ſed magna ex parte, cum vlceribus conſiſtant. De quibus omnibus fuſiùs Galenus libro ſecundo ad Glauconem tractat.

Herpes & cãcer inter eryſipelata & carbunculos mediam obtinẽt naturam.

Cæterùm omnes huiuſmodi morbi, etiamſi citra vlcus conſiſtũt, compoſiti ſunt. Vna quidẽ ratione, quòd oẽs ex redũdãte humore vel calido, vel frigido naſcũtur, à flaua bile eryſipelas, ab atra cancer, à ſanguine phlegmone, à pituita œdema. Alia verò, quòd oẽs iã dicti humores, quãquã ſpecie ſunt humidi, facultate tamẽ nõ ſunt humidi. Nã atra bilis frigida & ſicca eſt, flaua verò, calida & ſicca, pituita frigida & humida, ſanguis calidus & humidus. Tertio autẽ modo, q oẽs ij morbi ſibiinuicẽ cõmiſcentur, atq; raro admodũ aliquis eorũ ſyncerus inuenitur. Nã phlegmonæ magna ex parte miſcetur aliquid vel eryſipelatoſum, vel œdematoſum, vel ſcirrhoſum. Eryſipelati autem, aliquid vel phlegmonoſum, vel œdematoſum, vel ſcirrhoſum, & ſimiliter ſingulis aliorum. Itaq; multiformiter omnes huiuſcemodi morbi compoſiti fiunt. Dicemus autem de iis copioſiùs in libro de morborum cauſis inſcripto, & in eo qui illum ſequitur de ſymptomatis morborũ, neq; non in tractatu de medendi ratione, cuius gratiâ hæc omnia ſcribuntur.

Non omnes humores ſunt humidi.

Morbi frequenter ſibiinuicem miſcentur.

COMMENTAR.

Monſtrat hoc loco Galenus, morbos prædictos omnes, ſuaptè naturâ, etiamſi citra vlcus conſiſtunt, triplici quidem ratione eſſe compoſitos. Vnâ, quòd omnes ex redũdante aliquo humore vel calido, vel frigido naſcuntur, vt eryſipelas à flaua bile, ab atra cãcer, à ſanguine phlegmone, à pituita œdema. Nam quia cum intemperie calida, frigida, humida, vel ſicca, vnum aliquem ſibi adſciſcunt humorem calidum, vel frigidum, ideo compoſiti ſint, neceſſe erit. Atque is vnus eſt horum compoſitionis modus. Alter, quòd omnes iam dicti humores quanquam formâ ſeu ſpecie eſſe humidi videantur, tamen facultate non ſunt humidi, neque vnam aliquam ſimplicem habent temperaturam. Atræ enim bilis humor frigidus & ſiccus eſt, flauę verò calidus & ſiccus, pituitæ frigidus & humidus, ſanguinis calidus & humidus. De quaquidẽ quatuor humorum temperatura copioſiſsimè ſcripſimus in poſtrema noſtri compendii editione. Quare non eſt cur longiùs de ea hîc diſſeramus. Tertius compoſitionis modus eſt, quòd omnes ij morbi ſibiinuicem commiſcentur, atque rarò admodum accidit, vt aliquis eorum ſyncerus inueniatur. Quippe phlegmonę plurimùm aliquid quodvel eryſipelatis, vel œdematis, vel ſcirrhi naturam refert, cõmiſcetur. De qua quidem poſtrema compoſitionis ratione plura dicentur capite ſexto libri de morborum cauſis. præterea lib. 13. & 14. the. methodi, & libro ſecundo ad Glauconẽ Galenus pleniſsimè de iiſdem agit. In fine huius capitis oſtendit quãtùm referat, ſi quis rectè curare morbos velit, vt quæ in iis libris traduntur, perſpecta habeat. Vſus igitur maximus horum librorum eſt, ad plenè intelligenda quæ in medendi ratione à Galeno docentur.

Morbi prædicti ſuaptè naturâ cõpoſiti.

Primus cõpoſitionis modus.

Alter.

Tertius.

Vſus horum librorum.

CAP. XIII.

POſtquàm compoſitionis modũ in ſimplicibus partibus diximus, nunc ad inſtrumentorũ morbos trãſeamus, oſtendentes quomodo ipſi quoq; cõpoſiti fiãt. Primũ aũt eo quod ab initio dictũ eſt meminiſſe oportet, q alij ſunt primorũ ſimilariũq; corporũ morbi, alij ĩſtrumẽtariorum,

Cõpoſiti inſtrumentorum morbi.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 125 sur 637

& compoſitorum. Phlegmone quidem primorum, luxatio verò inſtrumentariorum. Quum itaque mebrum aliquod ſimul & luxatur, & phlegmone laborat, luxatio quidem primò totius inſtrumenti morbus eſt, phlegmone autem neque primò, neque propriè, ſed ex accidenti: quia enim phlegmone ſingularum ipſius partium morbus eſt, erit vtique ex accidenti totius quoque inſtrumenti morbus. Et quidem lippitudo phlegmone eſt membranæ quæ corneæ adhæret tunicæ, ex accidenti verò oculi morbus eſt. Atque euenit nonnunquam, vt cornea tunica profundum habeat vlcus, & deinde tota exeſa, aliquid ex tunica quæ ſub ea ſita eſt, vuea nominata, procidat, & diſtorqueatur pupilla. Et horum trium quodlibet oculi vitium exiſtimatur, quanuis vlcus, & eroſio ad ſolam corneam pertineat, procidentia verò ad vueam, & diſtortio ad pupillam. Verùm, vt dictum eſt, ſimilarium corporum morbi, ex accidenti ſunt totius inſtrumenti.

Lippitudo.

COMMENTAR.

Quum in eo quod præcedit capite, qui qualesque ſint in primis ac ſimilaribus partibus morbi compoſiti abundè expoſuerit, nunc qui inſtrumentariis proprij & peculiares ſint compoſiti morbi, ac quomodo earundem partium morbi inter ſe commiſcentur, oſtendit. Sunt autem alii, quod ab initio huius libri dictum eſt, morbi partium ſimilarium, alij item inſtrumẽtalium. Primarum ſeu ſimilarium partium morbus eſt phlegmone, quòd inæqualis muſculi, Galeno cap. 3. libri de inæquali intemperie teſte, intemperies ſit. Feruet enim iam qui in eo eſt ſanguis, iſque ſecũ excalefacit, primùm quidem & maximè arteriarum venarumque tunicas, mox verò omnia quæ extra has ſunt, quibus ſcilicet circunfunditur, nempe neruos, ligamenta, membranas, & carnem ipſam. Vt rectiſsimè hoc loco à Galeno dictum ſit, phlegmonen ſingularum ipſius inſtrumenti partium morbum eſſe, eo quòd ſingulas eius partes ſenſim occupare, vt dictum eſt, incipiat: vel quòd in ſingulis inſtrumenti partibus, venis nimirum, arteriis, carne, & neruis fieri poſsit. Luxatio verò inſtrumentariarum partiũ morbus eſt, vtpote qui figuram naturalem earundem vitiet ac corrumpat. Quũ igitur mẽbrum aliquod corporis, manus videlicet aut crus, ſimul & luxatur, & phlegmone corripitur, luxatio quidem totius inſtrumẽti, propter cauſam iam expoſitam, primò morbus eſt: phlegmone verò neque primò, neque propriè, ſed ex accidente, hoc eſt, ſecundò: ita enim infrà cap. 1. de ſympto. diffe. hanc vocem interpretatur. Primò enim, vt comprehenſum eſt, & propriè phlegmone partium ſimilarium eſt morbus. Secundò autem inſtrumentalium, quod nimirum partem aliquam totius inſtrumenti occupet. Quòd primũm exemplo lippitudinis Galenus luculenter admodum demõſtrat. Quippe lippitudo, ὀφθαλμίαν Græci nominant, phlegmone propriè eſt eius mebranæ quæ corneæ tunicę adnaſcitur, quam ob id Græci ἐπιπεφυκότα, Latini autem adnatam, alii adhærentem, alii albam, barbari coniunctiuam appellant. Adnatam & adhærentem, quòd oculũ totum ferè cõtineat, & vicinis partibus committat. Albam autem à colore, vt alibi fuſiùs docuimus. Cornea verò, vt & id obiter dicamus, nomen ſuum à cornu ſimilitudine quam gerit, aſſumpſit. Hæc enim tunica ea ſede qua oculi nigrum, ſeu iris conſiſtit, in cornu imaginem degenerat, quod in laminas diuiſum, & exactę leuigatum, vitri alicuius loco lucernæ accommodatur, pellucidumque eſt. Ex accidẽte autem totius oculi, quòd nimirum aliquam eius partem, nempe adnatam, occupet, morbus eſt. Deinde exemplo vlceris corneæ idipſum Galenus oſtẽdit. Euenit enim interdum vt cornea tunica profundo laboret vlcere, dein tota ab eo exeſa, aliquid ex tunica quę ſub ea ſita eſt, & Græcis ἐπαροειδὴς, Latinis Vuea, quòd vuę folliculo, à quo pedũculus quo firmatur extractus eſt, ſimillima ſit, procidat, & diſtorqueatur pupilla. Quæ

Phlegmone ſimilarium partiũ morbus.

Phlegmone ſingularum ipſius inſtrumenti partiũ morbus eſt.

Luxatio inſtrumentariarũ partium morbus.

Ex accidente.

Lippitudo.

Adnata.

Cornea.

Iris.

ἐπαροειδὴς.

non

non eſt niſi foramen vueę. Hæc enim in medio foramine peruia eſt, quòd minimum in oculo apparentem efformat circulum, & pupilla nominatur. Meritò aũt vueæ procidentiam, ab eroſione corneę factam, pupillę comitatur diſtorſio. Fieri enim nequit vt vuea procidat, niſi mox pupillæ ſequatur diuulſio. Horum verò trium vitiorum, quodlibet oculi ex accidente vitium eſt, quòd aliquam totius oculi partem ſimilarem occupent. Vlcus enim & eroſio corneam, procidentia vueam, & diſtortio pupillam. Vnus itaque compoſitionis in inſtrumentariis partibus morborum modus eſt, quum duo, ſimul miſcentur morbi, quorum alter primò ad ſimilarem, vt phlegmone, alter verò ad inſtrumentalem vt luxatio, pertinet. Alter compoſitionis modus, in quo plures quidem miſcentur morbi, ſed neuter niſi ex accidente ad inſtrumentalem partem refertur, vt eſt vlcus, & eroſio corneæ, procidentia vueæ, & diſtortio pupillæ.

Pupillę diſtortio

Compoſitionis morborũ in inſtrumẽtariis partibus modi.

Quòd ſi itaque vnamquampiam ex ipſis compoſitus infeſtauerit morbus, is quoque totus inſtrumenti ex accidenti morbus erit. Vbi verò complures, ſed ſingulæ ſingulis morbis laborauerint, & ſic quoq; totius inſtrumenti compoſitus morbus erit. Nam, fac eſſe, ſi ita ſors tulerit, vt in oculo, neque enim impoßibilis eſt hypotheſis: ſit pterygion, & lippitudo, & eroſio corneæ, & procidentia vueæ, & ſuffuſionis aliquod initium, quòd neque vnus, neque ſimplex ſit morbus, omnibus manifeſtum eſt. Appellabit autem hunc quiſpiam compoſitum oculi morbum. Alius verò non vnum compoſitum, ſed plures dicet eſſe in oculo morbos, in diuerſis ipſius partibus conſiſtentes. Nihil autem, refert quatenus ad curandi indicationis varietatem pertinet, cuius gratia hæc omnia inquirimus, ſiue vnus fuerit compoſitus morbus, ſiue plures, pugnanti curatione indigentes. Pleniùs verò de iis in libris quos de medendi ratione inſcripſimus diſſeremus. In præſenti autem ſermone, hoc tantùm demonſtraſſe & indicaſſe ſufficiat, probabilem vtroſq; habere ſententiam, & qui plures eſſe in oculo morbos arbitrãtur, & qui, vt vnũ eſt inſtrumentum quod laborat, ita vnum quoque morbum eſſe compoſitum autumant: quando, vt dictũ eſt, plures in ipſo particulæ laborent.

COMMENTAR.

Pergit Galenus in explicatione eius, vt ſciamus qui morbi compoſiti ex accidenti, & qui primò & propriè ſint totius inſtrumenti, inquiens. Si vnamquampiam ex ipſis ſimilaribus inſtrumentalem partem conſtituentibus, compoſitus morbus infeſtauerit, vt vlcus & eroſio corneam, tum is totius inſtrumenti ex accidenti, propter cauſam iam ſæpe expoſitam, morbus erit. Vbi verò complures infeſtauerit partes, ſed ſingulæ tamẽ ſingulis morbis laborauerint, & ſic quoque totius inſtrumenti, oculi nimirum, compoſitus morbus erit. Verbi gratia, ſi pterygion, & lippitudo in adnata oculi tunica, in cornea eroſio, in vuea procidentia, & initium ſuffuſionis (quæ non eſt niſi lenti humoris in cornea iuxta pupillam concretio) fuerit, neminem latebit, tum neque vnum, neq; ſimplicem eſſe morbum. Hinc eſt quòd alius quiſpiam hunc compoſitum oculi morbum vocabit. Alius verò paulò curioſior, nõ vnum compoſitum, ſed plures dicet eſſe in oculo, in diuerſis ipſius partibus, vt iam eſt expoſitum, conſiſtentes morbos. Nihil tamen refert, quatenus ad curandi indicationis varietatem pertinet, cuius gratia hæc omnia inquiruntur, ſiue vnum compoſitum, ſiue plures, pugnantibus remediis indigentes, dixeris morbos. Quippe ſiue vnus compoſitus, ſiue plures eſſe morbi dicantur, eadem tamen erit communis medendi indicatio, nempe eius quod lædit per contrarij admotionem ablatio. Perpetuò enim verum eſt hoc tritum in ſcholis medicorũ axioma, Contraria contrariorum ſunt remedia.

Quãdo morbus compoſitus primò ſit totius inſtrumẽti, & quãdo ex accidente.

Suffuſio quid.

Communis curandi indicatio.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 127 sur 637

Quemadmodum igitur ſimplicium morborum alius quidem primò totius inſtrumenti morbus erat, veluti ſuffuſio: alius verò ex accidente, vt corneæ exulceratio: ita & compoſitorum morborum proprij quidem totius inſtrumenti erũt, qui complures eius particulas ſimul infeſtant: ex accidente verò, qui in vna quapiam ipſius particula compoſiti morbi conſiſtũt, veluti lippitudo quæ adnatæ membranæ phlegmone eſt. Etenim phlegmonen eſſe compoſitum vitium demonſtratum eſt. Quòd ſi in eadem etiam membrana vlcus ſuboriatur, ſic profectò multò magis compoſitum morbum particula ipſa ſuſtinebit. At nihilominus totus ipſe oculus compoſito morbo laborare dicendus eſt. Et huiuſmodi quidem ex accidenti totius inſtrumenti ſunt compoſiti morbi. At ij per quos vno tẽpore multæ particulæ laborant, ipſorum inſtrumentorum primò ſunt compoſiti morbi, atq; eo magis, ſi particulatim quiuis ſimplicium, nõ ex accidenti, ſed primò totius inſtrumenti morbus fuerit, vt in oculo pterygium, ſuffuſio, rhœas. Nam horum quilibet proprius eſt oculi morbus. At quum omnes ſimul concurrunt, compoſitum morbum proprium oculi efficiunt. Hac ſi quis vtatur methodo, omnes inſtrumentorum morbos compoſitos facilè inueniet. Mihi verò omnes perſequi & componere ſuperuacaneum videtur. Si enim quiſpiam ſimplices omnes morbos cognouerit, & eorundem compoſitionis modum, ſatis idoneus erit qui in iis particulatim ſe exerceat. Proinde ſi ſemel duntaxat quæ in hoc libro ſcripta ſunt quis legerit, nihil vtilitatis reportabit, niſi plurimum in illis ſe exercitauerit.

Phlegmone cõpoſitum vitium.

Medicus in iis libris plurimùm ſe exercitabit.

COMMENTARIVS.

Quod paulò antè obſcuriùs, hoc nunc clariùs ab oculos ponit Galenus, nempe ex compoſitis morbis nonnulli primò totius inſtrumenti ſunt morbi, aliqui verò ex accidente, inquiens. Quemadmodum ſimplicium morborum alius quidem primò ac propriè totius inſtrumẽti eſt morbus, veluti ſuffuſio, quæ morbus eſt in numero: alius verò ex accidente, vt corneæ exulceratio: hic enim morbus vni alicui, nempe adnatæ, inſtrumentum conſtituenti parti, primò: dein per eam toti etiam inſtrumento ineſt, ideoque non totius oculi per ſe morbus eſt, ſed ex accidenti: ita etiam compoſitorum morborum proprij totius inſtrumenti ſunt, qui complures eius partes vno eodemque tempore infeſtant, idque eò magis, ſi particulatim quiuis ſimplicium non ex accidenti, ſed primò totius inſtrumenti fuerit morbus, vt pterygium, ſuffuſio, & rhœas ſeu angulorum imminutio. Singuli enim horum quum ſint morbi in numero, totius inſtrumenti primò ſint morbi neceſſe eſt. Ex accidente autem totius inſtrumenti compoſiti ſunt morbi, qui in vna quapiam ipſius particula conſiſtunt, vt lippitudo quæ adnatę membranæ phlegmone eſt, adeoque compoſitus morbus. Phlegmonen autem eſſe compoſitum morbum capite prȩcedenti demonſtratũ eſt. Quòd ſi verò in eadem adnata, vlcus etiam fiat, ſic profectò multo magis, quàm ſi ſola phlegmone laboraret ipſa particula, compoſitum ſuſtinere morbum dicetur. At nihilominus totus oculus compoſito morbo, ſed ex accidenti, infeſtari dicendus eſt. Cæterũ hac methodo ſi quis vtatur, facilè omnes compoſitos inſtrumentorum morbos deprehendet. Quapropter omnes percenſere ac perſequi, meritò & rectiſsimè Galeno viſum eſt ſuperuacaneum forè. Si quis enim omnes ſimplices morbos cognouerit, & deinde quo pacto inter ſe componantur didicerit, ſatis idoneus erit, qui in particularibus ſe exerceat. Expeditiſsima igitur via, & ratio compoſitos morbos deprehendẽdi eſt, vt primum ſimpliciſsimos quoſque morbos adamuſsim cognoſcamus, dehinc varios

Proprij totius inſtrumẽti morbi compoſiti.

Ex accidente.

Expeditiſsima via compoſitos morbos deprehendendi.

rios compoſitionis ipſorum modos contemplemur, quibus ſcilicet copulari, quibus minimè poſsint. Quapropter Galenus hoc loco nos non temerè diligentię, & ſtrenuè nauandæ operæ adhortatur. Qui enim obiter, & veluti per tranſennã, vt dicitur, hunc & alios ſequentes libros inſpexerit, & ſemel duntaxat legerit, nec ſe exacta diligentia aſsiduè in ipſis exercitare ſtuduerit, nullum certè ex horũ lectione fructũ reportabit.

Galeni de morborum differentiis libri Finis.

Claudii Galeni pergameni, de morborum CAVSIS LIBER, LEONHARTO Fuchſio interprete.

CAPVT I.

QVot quidem qualesque ſint omnes morbi per genera ac ſpecies diuiſi, tum ſimplices, tum compoſiti, priore iam libro explanauimus. Reliquum eſt vt ſingulorum cauſas perſequamur, ſumpto initio à ſimplicibus, & ſimilaribus nominatis animalis partibus, deinde ad compoſitas, & inſtrumentales tranſibimus. Epilogus. Propoſitio dicendorum.

COMMENTAR.

Breuiſsimè quid ſuperiore libro docuerit, & quid in eo qui ſequitur ſit traditur⁹, Galenus hoc loco mõſtrat. Proinde epilogum & dicendorum propoſitionem in ſe complectitur. Nam quum in eo qui præcedit libro quot, qualesque ſint per genera ac ſpecies digeſti omnes tum ſimplices, tum compoſiti morbi declarauerit, in eo qui hunc ſequitur ad eorum morborum qui diuiſione inuenti ſunt inquirendas cauſas, idq; eodem quo ſuprà ordine, progreditur. A primis enim & ſimplicibus orſus particulis, deinde ad compoſitas tranſit, & vniuerſam de cauſis tractationem ea lege abſoluit.

Poſteaquàm igitur demonſtratum eſt de ſententia eorum, qui ſubſtantiam generationi ac corruptioni obnoxiam vnitam eſſe, alterarique arbitrantur, omnem ſimilaris ſimplicisque ſenſus iudicio corporis morbum, vel intemperiem quandam eſſe, vel partium continuitatis diuiſionem: de illorum autem ſententia qui non vnitam eſſe, ſed vacuum quoddam ſpatium omni corporum concretioni intextum putant, immoderationem meatuum, & ſenſibilis vnitatis ſolutionem: incipiamus & nunc ſingulorum morborum prioris hypotheſeos, quam nos veram eſſe credimus, cauſas conſiderare. Erant autem, vt arbitror, quatuor quidem ſimplices, & quatuor compoſiti, increſcente nimirũ aliquando immodicè vel calore duntaxat, vel frigore, aut in altera oppoſitione vel humiditate, vel ſiccitate. Accidit verò nonnunquam vt duabus ſimul qualitatibus auctis, morbus calidus ſimul & ſiccus, vel frigidus & ſiccus, vel calidus & humidus, vel frigidus & humidus ſit. Morborum in ſimplicibus accidentium partibus genera ex vtraque hypotheſi.

COMMENTAR.

Morborum quę in ſimplicibus ſimilaribúſve partibus accidunt genera de vtriuſque ſectæ ſeu hypotheſeos ſententia enumerat. Prioris quippe ſectæ viri, qui ſubſtantiam ortui & interitui obnoxiam vnitam eſſe, alterarique arbitrantur, omnis ſimilaris ſimplicíſve ſenſus iudicio partis, duo tantùm genera morborum eſſe ſtatuunt, nempe intemperiem, & partium continuitatis diuiſionem. Eius autem ſectæ autores fuerunt ex Prioris ſectæ autores.

©BIUM

philoſophis Plato & Ariſtoteles, ex medicis Hippocrates, Galenus, Paul⁹, Aetius, & cæteri ferè omnes. Hinc eſt quòd Galenus, lib. 3. de diffe. pulſuum ita ſcriptum reliquerit. Quidam, inquit, in quorum etiam nos ſumus ſententia, aërem vnũ eſſe corpus vndiq; ſibi continuum, quod nuſquam habet quicquam intextum, cenſent. Hi itaque ſanitatem in ſimilarium partium temperie ac vnitate ſtatuẽtes, meritò duo in iiſdem etiam morborum genera eſſe affirmarunt, intemperiem nimirum, & vnitatis diuiſionẽ. Cæterùm quum duplices eſſe conſtet partes ſimilares, vt præcedentis libri capite tertio copioſè à nobis expoſitum eſt, alias quæ reuera ſic vocãtur, alias quæ ſenſus duntaxat iudicio tales eſſe videntur, non temerè factũ eſt, vt Galenus hoc loco adiecerit, hęc verba πρὸς αἴσθησιν, id eſt, ſenſus iudicio. Alterius ſectæ homines qui ſubſtantiam non vnitam eſſe, ſed vacuum quoddam ſpatium omni corporis concretioni intextum cenſent, duo itidem in ſimilaribus partibus morborum genera eſſe dicunt, meatuum ſcilicet immoderationem, & ſenſibilis vnitatis ſolutionem. Neq; ab re dicit αἰσθητῆς, hoc eſt, eius quæ ſenſu percipitur vnitatis. Nam de illius ſectæ hominum ſententia nulla eſt reuera vnitas quæ ſoluatur, ſed partes ſubſtantiæ vacui cuiuſdam intercluſione ſeparantur. Huius autem ſententiæ autores, vt lib. 1. de elemẽtis, & lib. 1. de ſimplicium medi. facul. cap. 13. Galenus atteſtatur, fuerũt Epicurus, Democritus, Aſclepiades, Leucippus, & Mneſitheus, qui corpora noſtra eſſe diuiſa, & nequaquã vnita, propter vacuum & inane ſpatium quoddam illis interſperſum, & inſertum dixerunt, per quod ſanè atomos, & inſectilia corpuſcula vagari ac volare crediderunt. Quapropter appoſita admodum hîc Galenus vſus eſt dictione συγκρίσει, hoc eſt, cõcretione. Nam animantiũ corpora, vt cap. 5. præcedentis libri dictum eſt, prędicti autoris συγκρίματα, quaſi concretiones quaſdam ex corpuſculis inſectilibus & tumoribus, nominabant. Atque hæ quidem fuerunt, vt etiam lib. 1. de naturalibus facultatibus Galenus teſtis eſt, tũ in medicina, tum in philoſophia eorum qui aliquid de natura tradiderunt, quiq́ue ſaltem quod dixêre intelligerent, & ſequelam eorũ quę propoſuerunt, non modò intuerentur, ſed etiam ſeruarent, duæ ſectæ. Nempe altera ſectarum ſubſtantiam eam quæ generationi, & internetioni eſt ſubiecta, totam tum vnitam eſſe, tum alterari poſſe proponit: altera immutabilem, inalterabilemq́ue, & in tenui diſſectam, tum vacuitatibus quibuſdam interceptam ſtatuit. Cæterùm quum priorem ſectam verioré, vt reuera eſt, Galenus credat, altera neglectâ & prętéritâ, quot de prioris ſectę placitis ſint tum ſimplices, tum compoſiti ſimilariũ partium morbi, memoriâ repetit, breuiterq́; recenſet.

Alterius ſectę homines ſubſtantiã non eſſe vnitam dicentes.

συγκρισις. συγκρίματα.

CAPVT II.

QVæ nam igitur ſingulorum dictorum morborum generationis ſint cauſæ iam conſideremus, ſumpto ab eo morbo initio, qui in immodici caloris intemperie conſiſtit. Apparet autem & in reliquis omnibus corporibus quæ ſeipſis plus ſatis incaleſcunt, vel ex motu quodã augeri calorem, vel ex putredine, vel ex vicinia alterius corporis calidioris, vel ex conſtipatione, vel ex alimento ad calefaciendum idoneo.

Quot de cauſis calidi morbi accendantur.

COMMENTAR.

Simplicium qui in ſimilaribus conſiſtunt partibus morborum cauſas expoſiturus Galenus, ab eo qui & qualitate, & poteſtate ſua cæteris omnibus pręſtat, immodico nimirum calore, tractationem exorditur. Nam vt inter primas qualitates caliditas, Galeno in libello de artis conſtitutione, & Ariſtotele. 4. meteo. cap. 1. & 2. de generatione teſtibus, omniũ eſt efficaciſsima: ita etenim qui ab ipſa proueniunt morbi, omniũ ſunt pernicioſiſsimi, maximamq́; inferunt noxam. Huius autẽ hoc in loco Galenus quinq; præcipuas cauſas recenſet, nempe motum, putredinẽ, calidioris alicuius corporis viciniam, conſtipationem, & idoneum alimentum. Atque ob eas quidem cauſas nõ ſolùm

Inter primas qualitates caliditas efficaciſsima.

Calido morbi quinque cauſæ.

noſtra

noſtra,ſed & omnia alia ſeipſis plus iuſto incaleſcunt, vt ex ſequentibus dilucidè admodum patebit.

Ex motu quidem,veluti in iis qui quouis modo exercitantur,& in lapidibus, aut lignis inter ſe mutuo attritis,& flamma ventilata,Ex putredine autem caleſiunt tum reliqua corpora omnia,tum maximè ſemina,aut ſtercora. Ego quidẽ vidi aliquando columbarum ſimum putrefactum arſiſſe.Quòd verò ex calidiorum corporum vicinia proxima quæque caleſcant,omnibus patet,qui balneas,& Solem æſtiuum,& omnem flammam ad memoriam reuocant.Ita quoque ſi brumæ tempore in ampla domo ignem ſuccendas, obſtruens omnia ipſius ſpiramenta, intus calorem colliges.Si verò vbique aperta liqueris,nihil amplius effeceris. Atque eodem ſanè modò & balneæ atque camini, ſuum intus coaceruant calorem. E quibus euidens eſt, conſtipationem nonnunquam adaucti caloris cauſam eſſe. Manifeſtum verò quòd à materia quoque calor augeatur. Nam calami aridi facilè maximam flammam excipiunt.Ligna verò viridia, præſertim ſi plura illi inieceris,aliquandiu quidem flammam tum grauant,tum ſuffocant,demùm verò augent.

Motus.

Putredo.

Calidorum corporum vicinia.

Conſtipatio.

Alimentum ſiue materia.

COMMENTAR.

Quum ea quæ per exempla fit doctrina,Galeno etiam ipſo lib.9. the.metho.cap.4. teſte,omniũ ſit optima & expeditiſsima,ideo hoc in loco,qua ratione prædictę quinque cauſæ externæ in corporibus immodicum excitent calorem,familiaribus admodum atque à philoſophis demonſtratis,& experientia cognitis exemplis comprobat. Principiò autem motum eſſe caloris cauſam tribus oſtendit exemplis, exercitio, lapidum aut lignorum mutuo attritu,& flamma ventilata. Singula nanque horum calorẽ excitare poſſunt.Quę enim exercitantur corpora,ſpiritu & ſanguine, vt libro ſecũdo, de tuenda ſanitate,capite ſecundo, fuſiùs Galenus docet,per vniuerſum corpus diffuſis,ſeipſis calidiora redduntur. Ex attritu autem lapidum aut lignorum aër qui intercipitur attenuatur,attenatusq; vehemẽter calefit, quod copioſiùs ſectione prima,problemate.59.Alexander Aphrodyſeus,tradit. Flamma verò ſufflando excitata, quę in ea partes igneæ ſunt diffiantur magis, ſibiq́ue mutuo occurrunt,ſicq́ue vehementiùs calefaciunt.Sed cauſas horum omnium philoſophis & ocioſis hominibus diſquirendas relinquamus,quum medico ſatis ſit experientia cognouiſſe motum,prædictorum trium exemplo,calorem in corporibus excitare poſſe.Atque hactenus de motu.Ex putredine calefieri corpora,ſemina & ſtercora abundè teſtantur,hæc enim putrefacta ita incaleſcunt,vt inſtar fumi,Galeno lib.1.de diffe.feb.cap.5.atteſtante, multam euaporationem in ſublimè emittant non parum mordacem ac dolorificam,& ſi quis proximè accedat,nares oculosq́ue lædentem.Ipſa etiam ſtercora tangentibus adeò calida ſentiuntur,vt qui longiori tẽpore manus & pedes admoueat,exuratur. Calidiora autem quæ ſic putreſcunt corpora ideò fiunt,quòd extraneus calor vniuerſam ſubſtantiam eorundem occupet.Sed de putredine paulò pòſt plura dicemus. Quòd verò aliquando columbarum ſtercus putrefactum arſiſſe uiderit Galenus,id clariùs libro.3.de tempe.cap.2.iis exponit verbis.In Myſia,inquit,quæ Aſie pars eſt,domus hâc aliquã- »
do ratione cõflagrauit. Erat proiectum columbinum ſtercus, cui iam putri & excale- »
facto ac vaporem ędenti,& tangentibus admodum calido, in propinqua feneſtra fue- »
rat,ita vt iam contingeret eius ligna quæ largè nuper reſina illita fuerunt. Media igi- »
tur ęſtate quũ Sol plurimus incidiſſet, accendit tum reſinam,tum ligna.Hinc autem »
& fores quædam alię,quæ propè fuerant, & feneſtræ nuper etiam reſina illitæ, facilè »

Doctrina quæ p exempla fit omnium optima & efficaciſsima.

Motus caloris cauſa.

Putredo.

Columbinũ ſtercus arſit.

©BIUM

ignem conceperant,atque ad tectum vſque ſummiſerant. Vbi autem excepta ſemel à
" tecto eſt flamma,celeriter in totam domum graſſata eſt.Hæc ibidem Galenus. Porrò
" ex calidiorum corporum vicinia proxima quæque calefieri,omnibus, qui balneas, æ-
Calidorum corporum vicinia. ſtiuum Solem, & flammam in memoriam reuocãt,patet.Siquidem ab iis omnibus vi-
Conſtipatio. cina quæque incaleſcunt. A conſtipatione autem augeri calorem hypocauſta, & cal-
daria noſtra abundè docent.Si enim hyberno tempore ignis accenſus fuerit, obſtru-
ctis omnibus quæ in illis ſunt ſpiramentis, necubi frigidus aër permeare queat, intus
protinus excitari ac colligi calorem comperies.Si verò ſpiramenta nõ obſtruxeris,ſed
aperta,liqueris,nihil ſanè profeceris. Calor enim difflabitur, ac frigidi aëris ingreſſu
Materia. abolebitur.Materiam verò calorem augere poſſe,ſtipulæ ac aridi calami ſatis teſtãtur,
ij enim promptè in ſe flammam excipiunt,atq; adeò flammę materiã præbent,illamq;
augent.Id quod etiam faciunt ligna arida,imò etiam viridia.Quanquã enim aliquan-
diu hæc ipſa flammam grauant,ac ſuffocant, tamen tandem calefacta flammam in ſe
ſuſcipiunt,eamque augent.

Quo igitur pacto ſingula horũ in animantis corpore perficiuntur? Vbi quiſpiã
Motus ſeu exercitatio. *immodica exercitatione vſus,fatigatus eſt,is immodicũ calorem, hoc eſt,maiorem*
quàm pro naturali habitu,tũ in muſculis, tũ in articulis ſuſtinet.Hi enĩ ſunt qui
primò motum excipiunt. Et ſi calor illic manſerit,nec vltrà progreſſus fuerit,&
Laſsitudo. *priuſquã per totũ animãtis corpus ſpargatur,ſolutus fuerit,laſsitudo duntaxat id*
Febris. *quod eſt genitũ,erit.Si verò in totum extendatur corpus,morbus ipſe febris nomi-*
Ira quid. *natur,quæ totius animantis immodicus quidã calor eſt.Ita & ira quoq;,quæ ca-*
loris qui in corde eſt feruor quidã exiſtit, ob immodicũ motũ interdũ per totũ cor-
Putredo. *pus diſperſus,febrẽ accendit.Iam ea etiã quæ putreſcunt in animãtis corpore,ca-*
lorem quẽdam immodicum in iis partibus in quibus putreſcunt,efficiunt: quem-
admodum & eryſipelata,herpetes,carbunculi,phlegmone, & phygethla. Hæc
quidem vniuerſum corpus quia ſimul calefaciunt,febrem excitare ſolent. Porrò
Vicinia. *quonam pacto tertia cauſa in animantibus immodicum calorem excitet, ex iam*
dictis manifeſtum eſt,& ex iis quæ aduſtiones appellantur. Nam in bubonibus,
phlegmone,eryſipelatis,& omnibus adeò calidis morbis, ſemper pars contingens
ac continua in primis calorem ſuſcipit,deinceps verò etiã vicinæ parti tradit,atq;
hæc rurſus illi quæ ipſam ſequitur:& ita ad principiũ inſiti caloris perueniente
intemperie,totum corpus celeriter principij pathema percipit.Cæterùm diuturna
in locis apricis mora,nudis quidem, vniuerſam aliquando cutem immodicè cale-
facit:at iis qui veſtiti ſunt,caput duntaxat, atque hoc malum aduſtio vocatur.
Aduſtio. Febris. Conſtipatio. *Si verò totum corpus occupet,tunc febris accenditur.Quartum verò genus cauſæ*
quæ inſitum calorem immodicè ſuccẽdit, in refrigerationibus & adſtrictionibus
fieri videtur. Quippe ſi quiſpiam immodicè frixerit, aut in aqua quæ aluminis
naturam,vel aliam huiuſmodi facultatem habet,natauerit,conſtringi ac denſari
cutem continget,& quæ tranſpirare conſueuerunt intus cohibebuntur. Quòd ſi
Alimenta. *fuliginis ſpeciem referunt quæ ibi ſunt cumulata,febrẽ procreabunt.Quinta ſpe-*
cies cauſarum quæ immodicum calorem inducere poſſunt,ſunt eſculentorũ acres,
& calidæ qualitates,veluti alliorum,porrorum, ceparum, & id genus aliorum
omnium.

omnium. Nam & horum immoderatior vſus, febrem nonnunquam concitauit. Et quidem calidæ potiones, veluti vini veteris, & acris imbecillo corpori liberaliùs oblati, & medicamenta acria, ſiue amuleta, ſiue venena fuerint, homini febrem attulerunt.

COMMENTAR.

Hactenus Galenus quòd quæuis prædictarum cauſarum externarũ in omnibus corporibus calorẽ excitare queat oſtendit. Cauſas tamen cur hũc ipſum excitent, philoſophis diſcutiendã & inquirendã reliquit. Nunc verò quomodo iam dictę cauſæ in animantium corporibus calidos excitant morbos demonſtrat, à motu exorſus. Si enim quiſpiã immodica exercitatione vſus, fatigat⁹ eſt, is certè calorem maiorem quàm pro naturali habitu, tum in muſculis, tum in articulis ſuſtinet. Hi enim ſunt, vtpote motus voluntarij inſtrumenta, qui motũ plus cęteris partibus ſuſtinent. Quòd ſi calor exercitatione immodica excitatus, in muſculis, & articulis manſerit, nec vltrà progreſſus fuerit, ſed priusq; in totũ animantis corpus ſpargatur ſolutus fuerit, Græcis κόπος, latinis laſſitudo nominabitur, vt lib. 3. de tuen. ſani. cap. 4. & lib. 4. cap. 1. copioſiùs oſtẽdit Galenus. Quòd ſi verò calor in totũ ſpargatur corpus, febris morbus ipſe appellabitur, quæ nõ eſt niſi immodicus animãtis calor: vel, vt ſect. 1. apho. commẽ. 16. ait, natiui caloris in igneum immutatio. Sic ſanè ira interdum, vbi nimirum cauſa quę hanc concitauit, magna & vehemens fuerit, ac ſpirituũ in nobis cõmoderationem euertere poterit, febrem accendit. Quippe ira, vt hîc & lib. 2. de tuen. ſani. cap. 11. eam definit Galenus, nõ eſt niſi feruor quiſpiã caloris in corde. Nec aliter etiã à Platone in Cratylo deſcribitur. Ariſtoteles lib. 1. de anima. cap. 1. phyſicè definiẽs: iram itidẽ ſanguinis, aut caloris eius qui in corde eſt feruorẽ eſſe tradit. Ibidem tamen etiam dialecticè eandẽ definiẽs ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως, id eſt, appetitionẽ moleſtiæ viciſsim aduerſario inferendę, aut doloris reponendi cupiditatem, aut concitationem animi ad vindictã, eſſe ait. Qua de re copioſiùs in annotationibus noſtris in librum ſecundum Galeni de tuen. ſani. ſcripſimus. Atq; hactenus de motu, qui calorem in animãtiũ corporibus: excitare poteſt, hæc dixiſſe ſatis ſit. Porrò alterũ genus cauſarũ immodicũ calorem in corpore animantis excitans, putredo exiſtit, quæ Galeno lib. 11. ther. metho. cap. 8. teſte, non eſt niſi mutatio totius putreſcentis corporis ſubſtantię ad corruptelam, à calido externo. Nõ enim profectò à proprio calore corrumpitur quicquã: imò contrà proſus quicquid in rebus ſubſiſtit, id gliſcit, roboratur, ſanũ eſt, ac viuit, dũ ꝓprio calore regitur. Hinc eſt quòd Ariſtoteles etiam lib. 4. meteo. cap. 1. putredinẽ proprij natiuiq; caloris in vnoquoq; humido exiſtentis, ab externo calore corruptionẽ eſſe ſcribat. Adeò vt de vtriuſq; Galeni nimirum & Ariſtotelis ſententia, putredo ab alieno calore oriatur. Alienum autẽ, cũ Galeno noſtro, vocamus externũ, non natiuum atq; proprium in quocunq; rerum genere. Nã hic coquere, externus autem corrumpere, quod eſt, putrefacere ſolet. Quid multa? calor externus internum ac natiuũ ſuperãs, putredinis per ſe cauſa exiſtit, quod Ariſtoteles etiã loco paulò antè citato, iis innuere verbis voluit. Abeũte, inquit, calore proprio, natiua vnà cũ illo humiditas diffletur atq; euaporat. Ex iis igitur quæ dixim⁹, omnibus perſpicuũ fit ad putrefactionem externũ requiri calorẽ. Præterea ex Ariſtotelis definitione abundè quoque patet quòd putredo humidis potiũs quàm ſiccis accidat corporibus. Siquidem humidum ipſum quod in noſtris putret corporibus, Galeno etiam ſect. 3. apho. cõmen. 11. ſubſcribente, quædam veluti materia eſt, à vi caloris patiens. Hinc eſt quòd febres, humidiores naturas magis inuadãt. Proinde quibus corporibus, vt idẽ lib. 11. de ſimpli. medi. facul. capite de ſale, teſtatur Galenus, nulla prorſum eſt humiditas ſuperuacua, ceu melli optimo, & quibus eſt corp⁹ ſolidũ & cõpactũ, ceu lapidibus, ea vt putreſcant eſt impoſsibile. Quapropter quæ putreſcunt excrementitium humorem continent, ſubſtantiamque tum diſſolutam, tum minimè compactã

Motus.

κόπος. Laſsitudo.

Febris quid?

Ira quid?

Putredo.

Nihil à proprio calore corrumpitur.

Alienus calor.

Corrũpere qd?

Putredo humidis magis quàm ſiccis accidit.

Quæ putreſcũt excrementũ humidũ cõtinent.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 133 sur 637

Quæ putreſcũt excrementũ humidũ continẽt. An humidũ externum putrefaciat.

habent. Atque hinc eſt quod ſal, eò quòd quicquid in corporibus humidum ineſt, id quodammodo abſumat, & quod reliquum eſt ſubſtantiæ ſolidæ, adſtrictione ſua contrahat, ſua conditura carnes ſeruat, & à putredine tuetur. Cęterùm ambientis aëris humiditas, adeoque externa, quatenus exiccari non ſinit humorũ in corpore redundantiam, eatenus, Galeno vbi ſuprà etiam atteſtante, putrefaciẽtem vim adiuuat. Iuuat igitur externum humidum putrefactionem, non autem efficit ſaltem per ſe, ſed ex accidente, quatenus ſcilicet humiditatem excrementiciam, quæ putredinis veluti materia eſt, fouet ac conſeruat. Vnde palàm fit omnibus, medicamenta quibus putrefaciendi vis ineſt neceſſariò eſſe calida & humida: Calida, vt ſubſtantiã mutent ac putrefaciant: humida autem, ne putredinis materiam exiccent, ſed humorũ redũdantiam foueant, ac tueantur. Proinde veriſimè à Galeno lib. 4. the. metho. cap. 5. dictũ eſt: omnia quæ putrefaciunt, ex câlido & humido hoc patiũtur. Externum autem calorem ac humidum putredinis eſſe, ad eum quem diximus modum, opifices, experiẽtia ipſa omnium maximè conuĩcit. Videmus enim aëris cõſtitutionem calidam & humidam non ſolùm omnis generis putredines, ſed & magnas procreare peſtilentias. Contrà à frigido & ſicco aëris temperamento, nihil putrefieri experimur quotidie. Borea ſiquidẽ flante, qui naturâ frigidus & ſiccus ventus eſt, omnia quàm diutiſsimè imputria durant. Auſtro autem, qui calidus & humidus eſt, ſpirante, omnia facillimè putreſcunt. In ſumma, ea quæ putredini ſunt obnoxia, durare in temperamentis aëris frigidis diutiſsimè, neminem præterit, atque id magis, vbi eiuſmodi ventis ventilãtur. Contra, in humidis ac pluuiis tẽpeſtatibus facillimè putrefieri nemo eſt qui ignorat. Vt hinc omnibus ſit

Humiditas externa putredinem non per ſe efficit, ſed ex accidenti.

euidentiſsimum, humiditatem externã, de Galeni ſententia, putredinem nõ per ſe efficere, ſed ex accidente, quòd ſcilicet putrefacientẽ vim iuuet. Quocirca iniurij, ac planè contumelioſi ſunt inanes Galeni nonnulli, qui illum, quòd nihil niſi à calido & humido & id quidem per ſe, putrefiat, ſtatuere falſò affirmant. Hanc enim nõ eſſe eius ſententiam, quæ ſect. 3. apho. commen. 11. ſcribit, & quæ paulò ante citauimus, luculenter conuincunt, vt prolixiori ad impudentis huius mendacij confutationem ſermone nõ ſit opus. Cæterùm ea quæ putreſcunt in corporibus animãtiũ poſſe efficere immodicũ calorẽ in iis partibus in quibus putredinẽ cõcitant, eryſipelata, herpetes, carbũculi, & id genus alia in cõtextu à Galeno recitata, euidenter admodũ oſtendunt. Ná febrẽ quũ hæc omnia excitent, vniuerſum corpus calefaciãt neceſſe eſt. Vnde etiã cõſtat quonã pacto tertia cauſa, vicinia nimirũ, immodicũ excitare in animãtibus calorẽ queat. Siquidẽ ab ea parte in qua prædicta mala conſiſtunt, in proximas ſemper deriuatur calor, donec vniuerſum incaleſcat corpus. Quod etiam in aduſtionibus Solis propriè vocatis, accidere ſolet. Nam quũ hæc ipſa, vt capite quinto prioris etiam libri mõſtratũ eſt, nõ ſit niſi permanens in capite ex ęſtiuo Sole excitatus calor, facilè ſubinde in vicinas diffunditur partes, quẽadmodũ luculẽter in contextu Galenus oſtẽdit.

Putreſcentia in corporibus animãtium immodicum calorem excitat.

ἔγκαυσις. Aduſtio Solis.

Conſtrictio.

Quartum genus cauſarum calorem immodicum accendens eſt conſtrictio, & refrigeratio. Nam vtraque cutem denſans diffłationem humorum prohibet, intúſque fuliginoſa excrementa detinẽs, febrẽ ſuccendit, id quod accidit crebro iis qui in aluminoſis ſe lauant aquis, quemadmodum de Albulis lib. 8. ther. metho. cap. 2. vbi ex profeſſo de febribus ex conſtipatione natis agit, hiſtoriam recenſet Galenus. Quintum cauſarum genus immodicum calorem inducens eſt eſculentorum acris, & calida qualitas, veluti alliorum, porrorum, ceparum, & id genus aliorum, de quibus in libris de alimẽ. facul. & de boni & mali ſucci cibis copioſè tractauit Galenus. Poteſt autem horũ immoderatior vſus febrem excitare. Calidæ præterea potiones ſicuti veteris vini & acris, liberaliùs imbecillo corpori ingeſti. Hoc enim vinum calefacere, tum experiẽtia, tum Galenus alibi copioſè admodum demonſtrat. Poſtremò acria etiam medicamenta, vt ſunt amuleta, vel vt Græci vocant ἀλεξιτήρια. Sic autẽ appellant propriè, Galeno lib. 5. de Simpl. medi. facul. autore, medicamẽta, quæ aduerſus venena & faſcinationes valẽt.

Alimenta.

ἀλεξιτήρια. Amuleta.

Item

©BIUM

Item venena, vel vt Græci nominant θηλητήρια. Talia autem sunt quæ latinis venenata & pestifera nuncupantur medicamenta. De quibus lib. 3. de tempe. cap. 4. Et libr. 3. cap. 18. & sequentibus aliquot abundè Galenus agit. θηλητήρια. Venenata.

Cur igitur, inquiunt, non semper ob quamlibet dictarum causarum succenditur febris? Tum quia effectricis causæ quantitas inæqualis est, tum etiam quia affectus quem ipsa corpori infert, magnam in maioris minorisque ratione differentiam admittit: præterea quod vniuersum animantis corpus alterum ab altero plurimùm differt in eo, quòd vel promptius, vel ægrius à naturali habitu deflectat. Quemadmodum igitur haud dubitas, quamobrem non omnis motus lassitudinem efficit, sed tibi planè constat neque musculos, neque articulos vnquam fatigari, nisi ipsorum natura à multo, & fortiori motu vincatur: ita cogitare oportebat, neque lassitudinis affectum, nisi magnitudinem, & effatu dignam moram habuerit, totũ corpus vitiare posse. Vel exiguus quidem motus lassitudinem efficere nequit, exigua verò lassitudo succendet omnino febrem? aut motus quidem effectus cum aliquo confertur, lassitudo autẽ minimè? Quòd verò athletarũ corpora diuturnos simul & vehemẽtissimos motus citra fatigationẽ sustinere possunt, & quòd nos priuati, si paulò supra consuetudinem laborauerimus, statim ægrè feramus, omnes, etiamsi rudissimi sunt, intelligunt. Proinde nihil mirum est, si fatigatus aliquis haudquaquam febricitauerit, aut enim leuis fuit lassitudo, aut non ita diu durauit, aut corporis robore inferior: vel si exercitatio ipsa breuioris temporis fuerit, neque vehemens, atque imbecillior quàm pro exercitata natura, nunquam sanè lassitudinem efficiet. Id verò in igne, re omnium efficacissima, videre est, Neq; enim refrigeratos calefacere potest, nisi & tempus, & robur obtineat. Siquidem redeuntes aliquando ex gelido aëre, manus per maximam flammam sine molestia transferimus. Neq; etiam quamlibet materiam promptè accendit. Nam aridi calami primò protinus occursu accenduntur: at humida viridiaque ligna vt accendantur, longiori tempore, fortioreque flamma indigent. Quo pacto igitur nihil horum in igne mirum tibi videtur, miraris tamen in lassitudine quòd indigeat magnitudine, & tempore, & corpore quod facile queat accendi? Verùm satiùs fuerit te nulla huius rei admiratione capi, sed quodnam animantis corpus suapte natura facilè calefiat, & quod non ita facilè, considerare. Sed de hoc posthac audies. In præsentia verò nequaquam mirum tibi videatur, si quod futurum est quidpiam, indiget & tempore, & magnitudine, ac præterea vt proximum sit ei, quod vt patiatur sit idoneum. Sine enim iis, nec ignis comburere, nec gladius secare potest: nec aliud quidpiam vel efficacissimũ, in id quod ipso sit validius, aut si non suppetat tempus notatu dignum, agit. Lucernæ igitur flammæ nunquam confertim oleum affundes, nedum aquã, neq; gladio lapides secare tentabis, tantùm abest vt Adamantem aggrediaris. Lassitudinẽ autem, calorem, & frigus, ac id genus alia, febrem semper posse accendere putabis, etiamsi exigua sunt, & breui durant tempore, & siue vniuersum corpus ad susciendum ca-

Quare à prædictis quinque causis non semper succendatur febris.

Ignis nõ quamlibet materiam prõptè accendit

Quod facturum est quidpiã, indiget tempore, magnitudine, & vt prõptè patiatur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 135 sur 637

©BIUM

lorem ineptum ſit, ſiue non? Quod enim iam calidum eſt, vt immodicè caleſcat magis pronum eſt, quemadmodum & frigidum, vt immoderatiùs refrigeretur, Quod verò econtrario ſe habet, ineptum eſt, vſque adeò ſtupida, & rudis eſt eorum qui huiuſmodi perquirunt dubitatio. Qui autem nihil dubitant, ſed promptè ac proteruè pronunciant, nihil eorum quæ iam dicta ſunt febrem vnquam excitare poſſe, horum ſtupiditas quidem miſerationem, contentio verò odium meretur. Verũ illorum ſophiſmata ſoluta ſunt in altero volumine, quod de procatarcticis, id eſt, euidentibus ſeu, vt hodie loquuntur, de primitiuis cauſis ſcripſimus. Neque nunc errores refutare, ſed vera duntaxat docere inſtituimus.

Stupiditas miſerationẽ, contentio odium meretur.

Galenus in iis libris aliorum errata nõ refutat.

COMMENTAR.

Tacitę obiectioni hoc loco Galenus occurrit. Quippe cur à prędictis quinq; cauſis non perpetuò accendatur febris, longa & dilucida enarratione vſus, rationem reddit. Tres autem eius rei cauſas, vt breuiter quod copioſiſsimè Galenus agit explicemus, affert, nempe effectricis cauſæ imbecillitatẽ, affectus quem ipſa corpori infert paruitatem, & corporis vt à habitu naturali deflectat. Nã vt nõ omnis motus laſsitudinem inducit, ſed neceſſe eſt vt ſit multus & vehemens: ita etiã laſsitudinis affectus, niſi magnus ſit, & moram effatu dignam habeat, febrem nunquam excitare poterit. Proinde vt motus affectus cum aliquo confertur, ita etiam laſsitudo. Vtraq; enim vt Græci dicunt τὰ πρός τι, & ad aliquid referuntur. Corpus autem alterum altero promptiùs aut ægriùs à naturali habitu deflecti, hinc fit euidentiſsimum, quòd nos priuati ſi paulò ſupra conſuetudinem laborauerimus, ſtatim moleſtè feramus. Contrà athletę diuturnos ſimul & vehementiſsimos motus citra fatigationem ac laſsitudinẽ, ſuſtinere poſſunt. Porrò quòd propter tres cauſas à Galeno commemoratas non ſemper excitetur febris, ignis, qui ad agendum eſt efficaciſsimus, ſatis confirmat. Siquidem is refrigeratos calefacere nequit, niſi & robur, & tempus obtinuerit. Neque etiam quamlibet materiam accẽdit, ſed eam duntaxat, quæ vt accendatur, ac flammam in ſe ſuſcipiat, apta eſt. In ſumma, vt res aliqua quidpiam faciat tribus opus erit, vehementia, tempore, & habilitate ad patiẽdum, quemadmodum exemplis aliquot in contextu luculenter demonſtrat Galenus. Notandum verò hoc loco erit ante ignis exemplum in Græco Aldino codice inſerta eſſe hęc verba. κίπος δ' ἀνάψει πυρετ', ἢν ἄν τι τῶν πόρρωθεν σώματος ἰσχυρὸς ἀσθενέσερος. Quæ temerè ſunt repetita, ideoque ab antiquo interprete, & à nobis etiã omiſſa & præterita. Quòd ſi verò in cõtextu eſſe relinquenda hęc verba quis præfractè admodum contendat, hoc ei minimè permittendum erit. Nam manifeſtè falſum aſſerunt, nempe, quòd laſsitudo febrem accendat etiamſi exigua, & breuis temporis eſt, ac robore corporis laborantis imbecillior, niſi per interrogationem legantur, eumque verborum ſenſum exprimant. Si exercitatio ipſa quę nec diuturna ſit, nec vehemens, excitare febrem nequit, quomodo laſsitudo febrem accendet, quæ exigua eſt, & minimè diuturna, & robore laborantis corporis imbecillior? Atque hactenus de iis qui dubitant de cauſis febrem excitantibus. In fine Galenus ad eos diuertit qui nihil omnino dubitant, ſed promptè & proteruè pronunciant, nihil eorum quę dicta ſunt vnquam febrem excitare poſſe: fuerunt enim Sophiſtę aliquot, qui conſtanter negabant à cauſis externis febrem, aliosque morbos vllos fieri poſſe. Quorum abſurdam opinionem in libro de cauſis procatarcticis, ſeu vt hodie loquũtur, primitiuis, Galenus copioſè admodum confutauit. Quàm ignari autem omnium rerum fuerint, facilè vulgatum hoc dictum declarat, Qui nihil ſcit, nihil dubitat. Nam hoc hominum genus, quibus omnes bonę artes, ac ingenij perſpicuitas & acrimonia deſunt, arrogans, temerarium, & impudens admodum eſt, ideoque ad inſcitiam ſuam velandam,

Tres cauſæ cur à prædictis quinq; rebus non perpetuò accendatur febris.

Vt res aliqua quidpiã efficiat tribus opus eſt.

In Aldino codice locus expenſus.

Sophiſtæ à cauſis externis non poſſe fieri morbos negantes.

Qui nihil ſcit, nihil dubitat.

In temerarios, & audaculos quoſdam.

©BIUM

dam,& ad ſe oſtentandum,plurimis fucis,& technis vtuntur, quóque ſunt imperitiores,& ſolidæ doctrinæ minus hauſerunt,eo ſunt audaciores, & ad ſe vẽditandos magis appoſiti.Quocirca de omnibus,quod verè Galenus hîc teſtatur,promptè & proteruè pronunciant,nec ſunt alij ſui confidentiores,ac loquaciores,vt qui iiſce artibus & popularem auram,& potentum,ſi Diis placet,gratiam ac beneuolentiam venari ſtudeãt. Horum certè ſtupiditas,vt rectiſsimè Galenus ait,miſerationem,contentio verò odiũ meretur.

Rurſus igitur ad id quod nobis propoſitum erat redeamus.Erat autem,vt arbitror,nobis propoſitum ſingulorum ſimplicium morborum cauſas tum præcedentes,tum euidentes explicare.Non enim fortaſsis inutile fuerit eos qui ita perſpicuitatis gratia appellationes diſtinxerunt,imitari.Eos igitur qui in animali conſiſtunt,ſiue affectus ſiue motus præter naturam ſint, cauſas præcedentes nominant. Qui verò extrinſecus adueniunt, & vehementer corpus alterant immutantque, euidentes præincipientesque cauſas appellant.

Duæ tantũ morbificæ cauſæ.

Præcedentes.

Euidentes.

COMMENTAR.

Vniuerſum morbificarum cauſarum numerum in duo tantùm redigit genera, atq; alterum earundem genus quod in animalibus conſiſtit, cauſam præcedentem, vel vt hodie loquuntur,antecedentem,ſiue internam vocat. Alterum autem quod extrinſecus aduenit, externam cauſam,ſeu more recẽtiorum,præincipientem, primitiuámue nominat. Verùm non hoc duntaxat loco,vbi ex profeſſo de cauſis morbos procreantibus agit,ſed multis etiam aliis locis,duo tantùm eſſe morbificarum cauſarum genera teſtatur Galenus:nempe lib.primo therap.method.cap.8.& lib.4.de tuen.ſanitate, cap.4.Item in commentariis in librum ſecundum de natura humana Hippocratis in 1.& 5.commentario aphoriſmi.Vt hinc plurimùm errare palàm fiat omnes medicos recentiores,qui tertium genus morbos procreantium cauſarum,quam illi continentem,vel,vt illorum more dicam,coniunctam nominant,de Galeni ſententia confinxerunt.Nam ſi vllam cauſam in morbis cõtinentem ſtatuiſſet Galenus, certè res ipſa, imò neceſsitas, & tractandi ſeries,vt hoc loco eius,perinde atque aliarum duarũ,mentionem faceret,poſtulaſſet.Quũ verò ne vno quidem verbo huius meminerit,nullam prorſus eſſe in morbis huiuſmodi cauſam,omnibus eſt notiſsimum. Quod certè aliis in locis,nempe capite primo libri ſecundi paradoxorum, item in apologia aduerſus Montuum,& annotationibus noſtris in primum,& quartum Galeni de ſani. tuenda libros,fuſiùs à nobis eſt demonſtratum.Omiſsis igitur iis omnibus quæ locis iam citatis de continente cauſa è morbis tollenda diximus, in præſentia eas tantùm obiectiones,quas pro tuenda continente in morbis cauſa Franciſcus Valleriola, ſingularis eruditionis & candoris vir,in ſuis doctis ſanè commentariis affert, diluemus,quarum hæc prima eſt.Nos,inquit Valleriola,credimus ex internis cauſis vnam aliquam inueniri,quæ affectui ipſi functiones lædenti proxima,& immediata ſit, quam cõiunctam rectè nominari liceat,nec id Galeni ſenſis repugnare.Hæc ille. Cõcedimus autem tibi doctiſsime Franciſce aliquam reperiri cauſam,quæ affectui actiones lędenti proxima, & immediata ſit,dici verò hanc ipſam cõiunctam,minimè tibi permittimus. Nã cauſa quæ affectui actiones lędenti ſeu morbo proxima & immediata eſt,Galeno nequaquã coniuncta, ſed prędcedens appellatur.Id quod palã oſtendit eiuſdẽ locus qui eſt in cap. 88. artis medicæ,vbi ita ſcriptũ reliquit.Iam factum atque exiſtentem morbum curare oportet: ſed eum qui nondum eſt,at futurus eſt, ne fiat, ab eo qui eſt in corpore affectu,prohibere decet.Eius aũt qui adhuc fit, quod quidẽ factũ eſt,curare, quod autem futurũ eſt,ne fiat prohibere.Prohibetur verò ſublato eo affectu, à quo fieri conſueuit. Huiuſmodi autẽ affectus cauſa prędcedẽs nominatur. E quibus ſanè verbis primũ luce

Duæ tantũ cauſæ morbiferæ.

Præcedens,antecedens,ſiue interna.

Externa,euidẽs, præincipiens,ſeu primitiua

Error eorũ qui in morbis continentem cauſam eſſe ſtatuunt.

Franciſci Valleriolæ argumenta de continente in morbis cauſa ſtatuẽda diluuntur.

Primum.

Reſponſio.

Cauſa quæ affectu actiones lædẽti prima eſt, Galeno præcedens appellatur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 137 sur 637

©BIUM

meridiana clarius eſt Galenũ proximam & immediatam affectui qui lædit actionem, ſiue morbo cauſam,non coniunctam,ſed præcedentem vocare. Deinde hinc etiã manifeſtum fit,cauſam coniunctam nõ ideò ita appellari, quia proxima ſit morbo, aut ꝙ inter hanc,& morbum nihil interueniat:hanc enim Galenus προηγεμένην, non συνεχῆ appellat: ſed quòd eſſentiam rei, vt lib. 1. de cauſis pulſuum cap.1. idem Galenus atteſtatur,contineat,ita nimirum,vt hac ipſa ſublata,ſimul etiam rem ab eo productã ſublatũ iri neceſſe ſit. Hinc rectiùs latinis continẽs, quàm coniuncta vocabitur,quod etiam eiuſdem definitio ſatis confirmat,quæ eiuſmodi eſt. Continens cauſa eſt, quæ quum præſens eſt,morbus quoque adeſt. quum tollitur, morbus etiam vnà aufertur. Sic igitur morbi eſſentiam continet hoc genus cauſæ,vt ea non preſente,morbus adeſſe nequeat. Quod quum manifeſtè falſum ſit,ex permanentiũ enim numero rerum, morbus eſt:hoc eſt,earum quæ ſublata etiam ea vnde natę ſunt cauſa, permanere ac durare poſſunt,quandoquidem affectus ſit,vt fuſiùs cap.primo libri de ſymp.diffe. demonſtrabimus:conſequitur nullam planè in morbis eſſe continentem cauſam. Atque inde etiam perſpicuum fit,quantùm ad euitandos errores conferat,propriis vti vocibus. Niſi enim hoc genus cauſæ coniunctã recentiores appellare voluiſſent, nunq̃ eò demẽtiæ perueniſſent,vt aliquam talem eſſe in morbis ſibi temerè perſuaſiſſent. Continentis enim nomen ne id facerent eos pulchrè monuiſſet. Sed de primo Valleriolæ argumento ſatis. Alterum quo in aſſerenda continente cauſa vtitur argumentũ, eiuſmodi eſt. In phlegmone,ait,is humor qui propiùs laborantem locum abſcedit,& à quo protinus affectus functiones lædens ſequitur, coniuncta illius cauſa meritò dici poterit. In pleuritide,exempli cauſa,vitioſus ſuccus membranæ coſtas veſtienti inhęrens,pleuritidis continens cauſa erit. Siquidem quum prẽter naturam ſit,aut morbum eſſe oportet,aut morbi cauſam,aut ſymptoma. Morbũ autem eſſe nemo, niſi inſanus, dixerit,quum nõ ab eo humore,primò membri functio lædatur,ſed ab affectu potiùs quem is concitauit humor,nempe oborta phlegmone. Hactenus Valleriola,cui vt dilucidè reſpondeamus,animaduertendum erit, neutrum quod in producto ab eo argumento aſſumit veritati conſonum eſſe. Neq; enim humor qui laboranti loco adhæret in phlegmone, in pleuritide, verbi gratia,vitioſus ſuccus membranæ coſtas ſuccingenti inhærens,continens cauſa,ſed morbus eſt. Et morbum quidem eſſe nemo, niſi inſanus negauerit,quòd nimirum illi morbi definitio optimè quadret. Quippe humor is,ſiue ſanguis qui parti laboranti affixus eſt,ac veſtientem coſtas membranã obſedit,feruet,diſtendit,grauat,adeoque phlegmone eſt,vtpote quæ,Galeno,etiam cap.3. de inæquali intemperie autore,non niſi calida cum affluxu humoris intemperies exiſtit. Hæc autem,quod experientia ipſa confirmat,functionem primò,& per ſe,nulloq; alio interueniente lædit, morbus igitur ſit, & minimè cauſa morbifica, neceſſe eſt. Quippe cauſa per ſe,& primò functionibus haud incommodat. Humores autem partibus laborantibus affixos & inhęrentes eſſe morbos,lib.11.therap.metho.cap.10. obſtructionis exemplo luculentiſsimè Galenus oſtendit. Nam ibidem obſtruentes humores,aut id quod ab illis factum eſt,morbum,adeoque obſtructionem nominat. Obſtruentium autem humorum affluxum,ſeu adhuc aſſluentes humores, cauſam præcedentem,vel,vt hodie vocant,antecedentem. Sed inſtat Valleriola, humor, inquiens, laboranti parti infixus,morbus eſſe nequit, propterea quod affectus ſiue morbus ipſe qualitas quædam ſit,vti in prædicamentis Ariſtoteles aſſerit, humor autem morbum inferens, inhærens, impactúſve, ſubſtantia, igitur vt morbus ſit fieri haud poteſt. Hęc ille. Sed notandũ initiò erit, Valleriolam non rectè humorem inferentem morbum,& laboranti parti inhęrentem impactumque inter ſe confundere,quum diuerſi ſint, diuerſaſque appellationes, quod obſtructionis exemplo iam manifeſtè oſtendimus,ſortiantur. Quippe morbum inferens humor, cauſa prẽcedens ſeu antecedens,impactus autem,& laboranti parti inhærens, morbus eſt,& nuncupatur. Nunc

Cauſa cur coniuncta dicta.

Continens cauſa quid?

Morbus ex permanentium numero.

Secundum.

Reſponſio.

Humor veſtientem coſtas membranam obſidẽs eſt morbus.

Tertium.

Reſponſio.

Humor inferẽs morbum,& humor laboranti parti impactus differunt.

©BIUM

ad rationem Valleriolæ reſpiciamus·Hæc quidem ſi procedit,& firma eſt,tum neque pterygion,neque calculus in veſica,neque ſuffuſio morbi erunt : quod tamen capite octauo prȩcedentis libri Galenus diſertè affirmat:ſunt enim ſubſtantiæ, hoc quidem membrana,ille lapis,hæc autem humor.Quocirca fallitur hoc loco plurimùm Valleriola,& cum eo magna recentiorum medicorum turba,qui non animaduertunt hanc vocẽ διάθεσιν ſeu affectum, ſecùs à Galeno ac Ariſtotele vſurpari.Hic enim pro qualitate quæ facilè à ſubiecto amoliri poteſt,accipit. Ille verò pro omni eo,quod natiuã corporis temperaturam & ſtructuram turbare ac deſtruere,actioneſque lædere poteſt, ſiue idipſum qualitas,ſiue ſubſtantia ſit,vt fuſiùs capite ſecundo prioris libri diximus. Cæterùm quæ de ſpiritu flatuoſo ad continentem in morbis ſtabiliendam cauſam deinceps Valleriola producit,ſect.ſept.apho.comm. triceſimo abundè cõfutauimus, nõ eſt igitur cur hoc loco repetamus. Pergit Valleriola,& Galenum in morbis continẽtem cauſam ſtatuiſſe ex primo de pulſuum cauſis libro probare conatur, vbi ille ſic ſcriptum reliquit. Tertium quidem eſt cauſarum genus non in pulſibus modo, ſed in aliis cunctis,vnum quod primum & præcipuum eſt,quod quidem continens appellãt: cuius inde appellatio deducta eſt,quòd illorum eſſentiam contineat,quæ,vt modo diximus,generationis eſt cauſa.Hæc Galenus.Vnde conſtat,ait Valleriola,non in pulſibus modo,ſed & in cunctis aliis generationis cauſas habentibus, quod Galeni verba apertiſsimè ſonant,cauſas inueniri continentes,& primas,quibus eius quod fit,generatio adſcribatur.Si itaque in cunctis aliis,cur non & in morbis tales erit aſsignare cauſas?Reſpondeo verum quidem eſſe quod Galenus aſſerit in cunctis quæ generationis cauſas obtinent,inueniri continentes,quibus eius quod fit generatio,adſcribatur,cauſas.Nulla nanque res eſt quæ in ipſo fieri eſſentiam ſuã poſsidet, vt ſunt pulſus , actiones,pathemata,quę recentioribus,vt alibi demonſtrauimus,morbi fientes nominantur,& ſymptomata,quin cauſam etiam continentẽ obtineat.Morbus igitur qui eſt in generatione,ſiue fiens,qui tamẽ morbus dici non debet,ſed pathema,vt capite primo lib.de ſimpto.diffe.clariùs & copioſiùs dicemus,habet certè cauſam continentẽ,quòd ſcilicet non ſit affectus,& ex numero permanentium conſtantiúmve . Sic certè febris quæ adhuc in generatione eſt,cauſam habẽt continentem,quòd ſcilicet,vt etiam libro octauo the.metho.capite ſecundo teſtatur Galenus,dum aufertur cauſa,ipſa vnà intereat . Non tamẽ inde rectè colligitur a Valleriola morbum etiam factum,qui eſt affectus,atque adeò res conſtans, & verè morbus, vt loco iam citato fuſiùs demonſtrabimus,habere continentem cauſam,quòd nimirum morbi eſſentiam cauſa ſua non cõtineat,quandoquidem ea ſublata,quod putredinis exemplo Galenus in libris de curãdi ratione inſcriptis manifeſtè docet,morbus adhuc maneat . Verũm ad diluẽdã hãc Valleriolæ rationem quintam,in præſentia quæ adduximus ſufficiant , quòd alibi illã copioſiùs confutauerimus,& infrà latiùs diluemus.Cæterùm quòd Valleriola ſubinde ſymptomatis quæ ſunt actiones læſæ,continentes cauſas adſcribit,nulla cõfutatione eget,quòd nimirũ idipſum libenter illi concedamus.Non eſt tamẽ cur ob id morbos etiam habere cauſas continentes fateamur: neque enim inſtar ſymptomatum fluxiles,mobiles,inſtabiles,& imperfectę ſunt,atque in ipſo fieri duntaxat eſſentiam ſuã poſsident:ſed fixi,ſtabiles,conſtantes,& perfecti.Quum itaque fateamur ſymptomata, aliasque res quæ adhuc in generãtione ſunt,& inconſtantes, habere cauſas continentes,non debebant hæc ita à Valleriola produci,quaſi in vniuerſum negaremus Galenũ nuſquam cauſæ continentis meminiſſe,quum nobis probè conſtet eius etiã in ſequẽtibus libris aliquoties mentionẽ fieri,nec ignoramus illum peculiarem de continentibus cauſis librum exaraſſe.Ridiculum autem eſt,pace tanti viri dixerim , quod in fine commentarii ſui attexuit Valleriola,ſic inquiens:Quę externę ſunt, & prȩcedẽtes cauſę,etſi ad cuiuſque rei productionem non minimum operentur , eius tamen quod fit proprię & adequatæ cauſæ non ſunt , quum productæ rei eſſentiam non contineant,

Morbi nonnulli ſunt ſubſtãtię.

διάθεσιν aliter à Galeno ac Ariſtotele ſumitur.

Quartum.

Quintum.

Reſponſio.

Sextum.

Symptomata quæ ſunt actiones læſæ habẽt cauſas cõtinẽtes

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 139 sur 637

©BIUM

quod coniunctæ cauſæ proprium eſſe vult Galenus. His ſanè verbis Valleriola omnes reliquas, vna excepta continente, è propriarum cauſarum numerò deturbat, atq; adeò quicquid in iis libris à Galeno de cauſis externis, & præcedentibus ſcriptum eſt labefactat, non tamen ſine multorum riſu, qui ſatis intelligunt nullam eſſe in morbis cauſam continentem, ideoque à Galeno hîc merito omiſſam & præteritam. Si enim morbus, vt lib. 2. the. metho. capite tertio atteſtatur Galenus, & nos iam ſæpiùs diximus, ex permanentium, & conſtantium numero eſt, quomodo rogo continentem cauſam habebit, quum hęc ipſa morbi eſſentiam ita contineat, vt ſine illa eſſe nequeat? Prætereà ſi externa & præcedens, cauſæ non ſunt propriæ, quod aſſerit Valleriola, cur igitur hîc & alibi has duas ſolas, continente prorſus omiſſa, inter morbificas cauſas recẽſet Galenus? Adhęc cur lib. vndecimo the. metho. capite decimo, putredinis, quę vt ibidem palàm teſtatur, febris eſt cauſa antecedens, curationem febris ſanationi præmittendã eſſe docet, ſi eius cauſa propria non eſt? Cur denique eodem loco obſtruentium humorũ affluxum, vt obſtructionis cauſam antecedentem, priùs quàm obſtructionẽ ſanet, cõpeſcendum, & inhibendum eſſe præcipit, ſi non ſunt ẽ propriarum cauſarũ numero? Ita ſanè ab iis cauſis pendere morbos manifeſtiſimè videmus, vt illis prẽſentibus adhuc, morbi quos creant, curari nulla ratione poſsint, tantùm abeſt, vt proprię dici nõ debeant. Atque hæc puto pro argumentorum quæ pro tuenda in morbis cauſa continente affert Valleriola confutatione ſufficere. Verùm quum ille de nobis eo in loco ſit honorificè locutus, hoc illi reponemus laudis. Nos certè Valleriolæ eruditionẽ magnificimus & admiramur, eiuſque animi inſignem cãdorem agnoſcimus, optamuſq; vt omnes ea dexteritate & modeſtia, qua ille fecit, nobiſcũ de veritate eruẽda cõtendãt.

Putredo febris cauſa antecedẽs.

Valleriolæ locꝰ.

CAPVT III.

Alidi ſanè morbi cauſas in vniuerſum diximus: Tranſeamus itaq; nunc ad frigidum. Sunt verò & huius multæ numero cauſæ, veluti refrigerantiũ vicinitas, ciborũ potuumq; qualitas, et quãtitas, conſtipatio, & raritas, ac prætereà ociũ, & immodicus motus. Huiuſmodi enim occaſiones, ignem quoq; ipſum extingunt. Nam ſi exiguæ prunæ plurimã niuem aut glaciem imponas: aut frigidã aquam infundas, ipſam ilico extingues. Item ſi ambiens nos aër ſummè ſit frigidus, qualis potiſsimùm hyberno tempore apud Iſtrum eſt, non ſolùm lucernam ſub dio expoſitam, verumetiam omnem ignẽ exiguum protinus extingui videbis. Atque ita quidem à prægelidorum vicinia, ignis vincitur, Ab eorum autem quæ ipſum nutrire ſolent exceſſu, vel defectu, vel aliena qualitate ad hunc modum læditur. Si ligna multa confertim ſupra exiguam coaceruaueris flammam, ob immodicæ quantitatis exceſſum, ipſam ſuffocabis. Quòd ſi nihil omnino, aut pauca admodum ſuppeditaueris, tabeſcere videbis, idque ob alimenti defectum, vel paucitatem. Sic lucernæ flammam & minui, & in periculo eſſe, ne extinguatur videmus, propter proprij ipſius alimẽti immoderationem. Siue enim ei oleum non liberaliter adhibeas, ſiue confertim infundas, vtroque plurimùm offendes modo. At ſi largam illi exibueris materiam, ſed quæ ſuapte naturâ nequaquam ardeat, vel non niſi difficulter, ilico ipſam flammam minorem reddes, veluti ſi oleum aqua mixtum in ignem effundas. Porrò ſi etiam aërem qui flammam circũdat obturaueris ac nimium rarum effeceris, videbis ſic quoque flammas confeſtim diminui, & ne extinguatur periclitari. Obturatur au-

Frigidi morbi cauſæ.

Refrigerantium vicinitas.

Alimentorum quantitas & qualitas.

Conſtipatio.

tem

©BIUM

tem ſi medicam cucurbitulam, vel furnulum in quo carbones extinguntur, aut aliud eiuſmodi circumponas. Sic etiam ſi camini foramina obſtruxeris. Quòd ſi ſub plurimo Sole, & æſtiuo, & aprico loco ignem accendas, aut maiorem alteram flammam admoueas, videbis etiam tum minorem flammam tabeſcere, eò quòd ab externa flamma, vtpote fortiore, rarior fiat, & vehementer diſcutiatur. Neque hoc in obſcuro eſt, ſi eam ventilaueris, hoc eſt, moueris, ſiquidem modicè id feceris, augebis: ſi verò immodicè ventilaueris, diſſolues, ac diſſipabis. Ita & ventos, ſi quid illam iuuare debent, flammæ ſemper magnitudine reſpondere oportet. Si verò maiores ſint quàm illa queat ſuſtinere, ipſam diſpergunt, non ventilant. Hinc manifeſtum eſt flammam aduentitio motu indigere, vt increſcat, non tamen immodico. Nam quæ omnino nõ ventilatur, elãguet: quæ verò ab externo motu immoderatiùs irruente agitatur, ea diſſipatur, & diſcutitur.

Raritas.

Motus. Otium.

COMMENTARII.

Simili planè methodo frigidorum hoc capite morborum cauſas, qua ſuperiore, calidorum inueſtigaturus Galenus, principio ſex cauſas frigidas ignem extinguentes, nempe frigidorum vicinitatem, alimentum, conſtipationem, raritatem, immodicum otiũ. & immoderatum motum, eſſe oſtendit. Ignem verò frigidorum vicinitate extingui, exemplis aliquot ab experientia deſumptis demonſtrat, quæ cùm plana & perſpicua ſint, explicationem nullam requirunt. De Iſtro hoc tantùm annotandũ eſſe duximus, celebrem hunc Germaniæ noſtræ fluuium, ea maximè parte qua Illyricum alluit ſic appellari, vt Plinius autor eſt, Alio nomine Danubius dicitur. Alimenti autem exceſſum & defectum ignem extinguere, exempla à Galeno producta luculentiſsimè declarant. Diminuitur tertiò ignis & in periculum ne extinguatur denenit, ſi aër qui flammam circundat medicâ cucurbitula, aut furno in quo carbones extinguntur (id enim Græcis πνιγεὺς, ἢ πνιγέα Phauorino, & Suida teſtibus ſignificat) circunpoſito obſtruitur. Pari modo ſi fornacis, & camini foramina paſsim obturaueris, ignem extingui neceſſe eſt. Raritatem verò ignem extinguere inde patet. Si quis in multo Sole, & æſtiuo, aut aprico aliquo loco ignem accẽdat, aut alteram maiorem flammam adhibeat, tunc minor tabeſcet, quòd à maiore rarior fiat, & vehementer diſsipetur. Quòd immodico motu ignis extinguatur, itidem manifeſtè ſatis explicat Galenus. Ab otio verò immodico extingui hinc palam fit. Si enim omnino non ventilatur, & ſufflando excitatur, elangueſcit. Quę quum omnia ſint perſpicua, & intellectu facilima, in iis enarrandis vt plus opere ponamus neceſſarium eſſe non cenſemus.

Sex cauſę frigidæ ignem extinguentes.

Frigidorum vicinitas.

Iſter.

lib. 4. cap. 12.

Alimenti exceſſus & defectus.

Conſtipatio.

πνιγὸς.

Raritas.

Motus.

Per primam ſanè cauſæ ſpeciẽ, ab omni frigido quod extrinſecùs tum ſolo contactu, tum potentia occurrit, frigidus morbus procreabitur. Sic aliquis in frigida aqua natans læſus eſt, aut perperam lotus, aut per frigus iter faciens. Quoſdam verò priuſquàm domum reuerterentur, mortuos eſſe noui. Ob ſecundam autẽ cauſam nonnulli apoplexia, aut morbo comitiali correpti ſunt, aut motus ſenſúsve noxam ſubierũt, aut alio quopiam pacto ex ebrietate refrigerati ſunt. Quanquã vinum ſi moderatè ſumatur inſitum calorem auget, vt quod ſit maximè familiare alimentum. Quinetiam optimi ſucci cibus, & qui plurimum alimẽti animali præbet, ſi immoderatiùs ingeritur, frigidorum morborũ cauſa erit. Præterea quæcunque vel comeduntur vel bibuntur naturâ frigidiora, inter frigidorum morbo-

Vicinitas frigidorum.

Alimenti exceſſus.

rum

©BIUM

rum cauſas numerantur, cuiuſmodi ſunt papauer, mandragora, hyoſcyamus, cicuta quæ vtique nimio frigore interimunt.

COMMENTAR.

Vicinitas.

Hactenus ignis exemplo, & philoſophico planè more, de frigidis cauſis diſſeruit Galenus. Nunc medici functurus officio, qua ratione prędictę ex cauſę in hominũ corporib⁹ frigidos procreare morbos poſsint, optima ſanè methodo, explicabit. Et quòd ad primam quidem attinet cauſam, hoc eſt, vicinitatem, frigidi morbi ab omni re frigida quæ extrinſecùs occurrit, ſiue id ſolo contactu fiat, ſiue potentia, procreabuntur. Contactu frigidi lędūtur ac refrigerantur, qui in frigida aqua natãt. Item qui hyberno tempore iter faciunt. Quorum nonnullos ita lęſos eſſe ſcribit Galenus, vt in ipſo ſanè itinere, priuſquam domum reuerterentur, quod capite quinto etiam prioris libri teſtatus eſt, mortui ſint. Potentia frigidi lædūtur, partim illi qui iam dicti ſunt, partim illi qui perperam & intempeſtiuè ſe in frigida aqua lauant. Magna enim diligętia opus eſt, multa pretereà iis qui recta ratione frigida natatione vti volunt, quæ ab Hippocrate in aphoriſmis ſunt breuiter oſtenſa, obſeruanda erunt. Porro ob alteram cauſam, id eſt, alimentorum immodicam copiam, nonnulli apoplexia, morboque comitiali correpti ſunt, multis nimirum crudis, hoc eſt, frigidis & craſsis ex iis alimentis in cerebro coaceruatis humoribus. Qua quidē ratione multi ſenſus aut motus noxam, hoc eſt, reſolutionem, & ſtuporem, contraxerunt. Pari modo accidit, vt pleriq; ex crebra bibacitate ac temulentia frigidis accumulatis humoribus, refrigerentur. Quod clariùs lib. 3. de tempe. cap. 3. Galenus iis oſtēdit verbis. Nec vinum, inquit, ſemper calefacit, æquè vt nec oleum flammam accendit, tametſi aptiſsimum eſt ignis nutrimentum. Imò ſi imbecillæ flammæ cõfertim multum oleũ infundas, ſuffocabis eam, prorſuſque extingues, potiùs quàm augebis. Sic igitur & vinum, vbi plus bibitur, quàm vt vinci poſsit, tantùm abeſt vt animal calefaciat, vt etiam frigidiora vitia gignat. Quippe apoplexiæ, paraplegiæ, cari, comata, reſolutio neruorum, comitialis morbus, conuulſio, & tetanus immodicum vini potum comitantur. Atque hæc ſanè ſunt eximia temulentiæ & ebrietatis deteſtandę præmia. Cęterùm prędicta omnia vitia vinum ex accidente, quòd ſcilicet immodicè ſumatur, procreat. Si enim moderatè ingeratur, innatum calorem potiùs auget, quòd ſcilicet maximè familiare ſit homini alimentũ. Neque eſt cur aliquis miretur qui fiat vt vinum quod familiare eſt hominis alimentum, frigida poſsit procreare vitia? Quippe hoc idem etiam faciunt cibi optimi ſucci, & qui plurimũ alimenti animalibus præbent, vbi ímodicè ingeruntur. Natura enim immenſam illorum copiam vincere, & concoquere nequit, ideoque crudis inde humoribus corpus impletur. Prętereà quęcunque ſuapte naturâ frigidiora vel comedũtur, vel bibuntur, vt ſunt papauer, mandragora, & alia quę à Galeno recenſentur, frigidos morbos excitare poſſunt, quum nimio etiã frigore interimere queant: id quod accidit, vbi immodicè ſumuntur. Neque enim genere lętalia ſunt, ſed ſola quantitate, quod copioſè admodum Galenus libro ſimpli 3. cap. decimooctauo & libro tertio de temperamentis capite quarto demonſtrat. Non igitur ſemper accidunt, ſed tum ſolùm, quum copioſa quantitate vel comeduntur, vel bibuntur.

5. apho. 20. Alimentorum immodica copia

Senſus & motus noxa.

Vinum nõ ſemper calefacit.

Quur vinum frigida procreet vitia?

Conſtipatio.

Summa autem conſtipatio, hanc enim tertiam frigidorum morborum cauſam ſtatuimus, caros, & comata, & apoplexias afferre ſolet. Atque hoc eſt quod ab Hippocrate dictum eſt: Si derepente quis obmutuerit, venarũ interceptiones corpori moleſtiam inferunt. Ipſe verò ſicuti & alij vetuſtiores, duo vaſorum genera in quibus ſanguis continetur, venas nominat, non vti recẽtiores, qui alterum duntaxat quod pulſu deſtituitur venas appellant. Vbi verò quæ in animãte ſunt arteriæ

Hippocrates venarum nomine etiam arterias complectitur.

Intercipi arterias quid.

teriæ intercipiuntur, hoc eſt, adeò implentur ſanguine, vt nullum in ipſis vacuum relinquatur ſpatium, in quod inter dilatandum externum aërem illicere queant, tunc calor innatus ſuffocatur, & extinguitur: ac qui ita laborant, ſubitò ſenſum & motum totius corporis amittunt. Demonſtratum enim eſt à nobis in libro de vſu pulſuũ, ideò pulſare arterias vt ſeruetur in omnibus animantis partibus qui ſecundum naturam eſt calor. In opere verò de vſu reſpirationis, quòd ipſa quoque moderatum qui in corde eſt, calorem ſeruet, ſcriptum eſt. Quemadmodum igitur ſi externam flammam, communicatu ambientis aëris priuaueris, aut furnuculo in quo carbones extinguntur, aut cucurbitula, aut alio huiuſmodi circumpoſito, confeſtim extingues: ita quoq; ſi calorem qui in animalibus eſt cohibeas, ac includas, vt nullam cum ambienti aëre habeat communicationem, ſtatim perdes. Igitur calor qui eſt in corde, ambienti aëri per faucium meatum communicat: & ſi hunc occluſeris, ilico ipſum præfocabis, & animal enecabis. Calor verò qui eſt in iis quæ per vniuerſam corporis molem ſunt arteriis, tum per cor ipſum: quatenus faucibus communicat: tum per vniuerſam cutem in ambientem nos aërem reſpirat, ventilatus quidem quum attolluntur, purgatus autem à fuligine quum contrahũtur. Ab vtriſque verò naturalis ipſius mediocritas conſeruatur. Et ſiquidem arteriæ conſtipantur, aut à plurimo, vt paulò ante dictum eſt, ſanguine, aut quibuſdam obſtructionibus in earum oſculis factis, vt haudquaquam trãſpirare poſſint, extingui calorem neceſſe eſt, corpus verò ita effectum emori.

Arteriæ cur pulſant.

COMMENTAR.

Expeditis duabus frigidiorũ morborũ cauſis, nẽpe vicinitate & materia, ſeu alimẽtis, tertiã Galenus nunc aggreditur, conſtipationẽ nimirũ ipſam, quæ ſi ſumma fuerit, id eſt, vehementiſsima maximáve: id enim hoc loco ἔχατη ſignificat: caros, comata, & apoplexias parit, quorum omnium rationes alibi copioſè admodum explicauimus. Cæterùm ἔσχατον Græcis idẽ quòd σφοδρότατον, καὶ μέγιστον ſignificare, ex 1. ſect. apho. 6. abundè liquet, vbi Hippocrates ἐς τὰ ἔσχατα νοσήματα τὰς ἐσχάτας θεραπείας ἐς ἀκριβείαν κρίλυσας εἶναι ſcribit. Porrò conſtipationem prædictos morbos poſſe procreare, Galenus Hippocratis teſtimonio, quod ex 4. lib. vict. acut. morbo. apho. 20. eſt deſumptum, oſtendit: vbi ille vocis derepentè abolitionem, venarum interceptionẽ ſiue conſtipationem eſſe docet. Hæc enim intimum in nobis calorem præfocat, & extinguit, ſi valida fuærit, nullo tum in arteriis relicto ſpatio vacuo, in quod inter dilatandum externũ extrahere aerem queant. Quapropter qui ita laborant ſubitò ſenſum & motum amittunt, atque obmuteſcunt. Vt hinc palàm ſit venarum interceptionem non eſſe, niſi immodicam earundem repletionem, qua tranſpiratione ad refrigerationem deſtituuntur, quemadmodum fuſiùs in explicatione iam citatæ Hippocratis ſententiæ, & in libello de bono habitu corporis Galenus oſtẽdit. Hippocratem autem & alios veteres venarum voce arterias etiam complexos fuiſſe, hîc & in multis aliis ſuorum monumẽtorũ locis Galenus indicauit. Quod ad pulſus verò rationem ſpectat, ſatis conſtat hũc ex ſublatione arterię, quam διαστολὴν Græci nominãt, per quam frigidus aër attrahitur: & ex ſubmiſsione, quam iidem συστολὴν appellant, per quam totum quod ex deuſtione humorum in toto animante cõtractum eſt excrementum, expellitur, perinde atque ſpirationẽ, ex inſpiratione, quæ frigidi aeris attractatione perficitur, & expiratione, qua fuliginoſa excrementa expelluntur, compoſitum eſſe. Hinc rectiſsimè à Gale-

Conſtipatio.

Venarum interceptiones.

Veteres venarũ voce, arterias etiã ſũt cõplexi.

Pulſus ex quib⁹ eſt cõpoſitus.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 143 sur 637

©BIUM

no hoc loco dictum eſt,ideò pulſare arterias,vt ſeruetur in omnibus animantis partibus caloris natiui commoderatio ac temperies,quod in libro de vſu pulſuum,& reſpirationis copioſiùs monſtrauit.Similitudo externæ flammę cum innato animantibus calore,perſpicua & manifeſta eſt, ideoque explicationelongiore haud eget.Quòd autem hîc ait calorem qui eſt in arteriis per vniuerſam cutem in ambientem nos aërē riſpirare,hoc clariùs lib.1.de ſimpl.facul.cap.12.mõſtrauit,ita ſcribẽs. Multę venę,arteriæq; mutuis in ſe ſe oſculis aperiuntur, tum ad cutis meatus, eiuſque ſuperficiem, ac meatuum perforationes,haud pauca pertingere venarum arteriarumque oſcula exiſtimandum eſt,nihiloque ſecius ad extimam ſuperficiem quaſi oſculis finiri.Hæc ille. Quid multa? venarum & arteriarum munere caloris innati fouetur, & conſeruatur ſubſtantia,eodem etiam cordis calor moderatur ac temperatur.Hôc autẽ, per interceptionem aut obſtructionem earundem,pereunte,& calorem,vitę fontem,extingui, & corpus emori,eſt neceſſe.

Calor in arteriis per vniuerſam cutẽ in ambientẽ nos aerẽ reſpirat.

Quòd ſi modica fuerit conſtipatio,non neceſſariò natiuus calor,hoc pathemate laborabit. At ſi in animantis corpore veluti fuliginoſum quoddam, & fumoſum excrementum conſtiterit,tum aliud natiui caloris pathema erit,aliud verò ſi vaporis ſuauis & boni naturã referet. Horũ verò vtrunq; bifariam hoc modo diſcriminatur.Vbi enim optimus in corpore ſanguis fuerit, nullo inquinatus vitioſo excremẽto, vapor ex eo calefacto bonus excitatur,qui nihil ſecum fert igneum, aut acre.Huiuſmodi ſanè corpus ſi modicè conſtipetur, breui aut plethoricum erit,aut ſuprà naturalem habitum calidius. Plethoricum quidem, vbi vita deſes eſt,& exercitiis minimè dedita,intus manentibus, quæ laborãtibus excerni oportebat.Calidius verò,quum exercitatur, vtpote aucto ex motu natiuo calore, non tranſpirante autem ob corporis denſitatem. At ſi corpus fumoſo excremẽto refertum conſtipetur,aut febris accendetur, ob clauſam intus fuliginoſam exhalationem: aut præfocabitur extingueturque natiuus calor.Vtrunque verò horum conſequetur & excrementi multitudinem,& conſtipationis quantitatẽ. Si enim fumoſum excrementum quod vacuatione indigebat,plurimum fuerit,& conſtipatio vehemens,ne innatus calor ſub excremento præfocetur periculũ eſt.Si verò paucum ſit excrementum,& non ita vehemens conſtipatio, febris accendetur. Atq; hinc perſpicuum eſt,quòd & naturales & aduenticios corporis affectus,per quos vel fuliginoſum,vel fumidũ,vel vaporoſum ſit id quod trãſpirat, cognoſcere oportet.Sed hoc in hoc tractatu de medendi ratione dicetur, nunc verò ad inſtitutum reuertemur.

Non quæuis cõſtipatio calorẽ natiuum extinguit.

COMMENTAR.

Ab inſtituto nõnihil digreſſus,prolixa orationis ſerie Galenus docet, nõ poſſe quãuis conſtipationem corpus ita omnino refrigerare, vt natiuus eius calor ab ea extinguatur,& animal pereat:ſed alia atque alia ad mediocrem quidem conſtipationẽ ſequi pathemata,pro excrementorum intus redundantium natura.Si enim optimus in corpore ſanguis,& nullius vitioſi excrementi permixtione turbatus fuerit,quum calefit, vaporem reddit optimum,qui nihil ſecum fert igneum aut acre, breui autem corpus ipſum,ſi conſtipabitur,vel plethoricum,vel calidius fiet.Plethoricum quidem,vbi per ignauiam vitæ exercitatio neglecta fuerit,ita enim in corpore retinentur ea, quæ per labores,& exercitia excerni oportebat. Expelli autẽ exercitiis & laboribus excremen-

Nõ quãuis cõſtipationẽ poſſe natiuũ calorem extinguere.

ta,

©BIUM

ta, Galenus copiosè libro primo de tuend. ſanitate capite ſecundo, docet. Calidiùs autem fit corpus, quum exercitatur, vtpote aucto ex motu, & mutuò inſtrumẽtorum qui in exercitando fit attritu, natiuo calore: ob denſatum verò corpus, haud potenter trãſpirare. At ſi corpus fumoſo excremento refertum cõſtipetur, tum aut febris excitabitur, ob clauſum intus fuliginoſum vaporem: aut præfocabitur, & extinguetur natiuus calor. Atque vtrunque horum conſequitur & excrementi multitudinem, & conſtipationis fortitudinem, quod perſpicuè hîc, & multo copioſiùs lib. 1. de diffe. feb. cap. 3. & lib. 8. the. meth. cap. 2. demonſtrat Galenus, vt lõgiore horum verborum enarratione non ſit opus.

Sicuti igitur conſtipatio refrigerationis ſæpiùs cauſa eſt, eo quo dictum eſt modo: ita et raritas ſi plus iuſtò diſcutiat, diſſipetq; natiuũ calorẽ, corpus frigidi° reddit. Atq; hæc interi in vniuerſo animali, interi in ſingulis partibus, aut cõſtipatis, aut rarefactis. Si enĩ qualẽ totũ corpus per arteriarũ tũ obſtructionẽ, tũ plenitudinẽ habet effectũ, talẽ pars quæpiã ob arterias in ipſa ſolũ laborãtes, obtineat, neceſſe erit hanc toti corpori ſimiliter ægrotare. Et quidẽ ea quæ extrinſecùs adhibẽtur tũ medicamẽta, tũ aquæ medica vi præditæ & frigidæ, & aër nos ambiẽs, aut conſtipationẽ, aut raritatẽ immodicã in ipſa parte efficere poſſunt. Prætereà violenta quædam vincula vel ipſi nonnunquã particulæ iniecta, vel interim ſuperioribus circunligata, & vita priuant partẽ, & refrigerant, propterea quòd eam priuãt cõmunicatione quam cum principe animalis parte obtinet, ex qua in illam natiuus manat calor, & facultas arterias mouens ſuppeditatur. Raritas.

COMMENTAR.

Quartam frigidorum morborum cauſam, nempe raritatẽ, aggreditur. Quippe hæc ipſa diſcutiendo & diſſipando natiuum calorem, corpus refrigerat. Id quod æſtate potiſsimùm accidit, in qua calor natiuus ad ſibi affinem extrinſecùs circunſtantẽ aëris calorem protenditur, qui ſubſtantiã natiui diſſoluit atq; diſſipat, vt fuſiùs ſect. 1. apho. commentario decimoquinto Galenus monſtrat. Porrò conſtipatio & raritas interim in vniuerſo corpore, interim in ſingulis animalis partibus euenit. Conſtipantur enim nõnunquã arterię totius corporis vel per plenitudinẽ, vel obſtructionẽ. Interdũ ſolùm quę in parte aliquà ſunt arteriæ, propter eaſdẽ cõſtipantur cauſas. Conſtipãt autẽ medicamenta frigida, vel vniuerſo corpori, vel vni dũtaxat parti admota, Balnea, itẽ aquę frigidæ & aluminoſæ. Aër frigidus, & vincula violẽter iniecta, quæ certè ſuperioribus partibus circuniecta, partem inferiorem vita priuant, atque adeò refrigerant. Rarefaciunt contra medicamẽta calida adhibita, Balnea aquę dulcis calidæ, vel medicã vim citra adſtrictionem fortitæ, & aër calidus. Duarũ verò poſtremarũ cauſarum, immodici ſcilicet motus & ocii, hoc loco non meminit, quòd de iis primo huius capitis loco abundè dictum ſit. Vtranque autem refrigerare conſtat, immodicum quidem motum, quia calorem diſſoluit: otium verò, quia per id calor elanguet.

Raritas quomodo refrigerat

Conſtipationis cauſę.

CAPVT IIII.

DE morbis tũ calidis, tũ frigidis ſatis dictũ eſt, de ſiccis verò deinceps diſſeramus. Si quis igitur plurimùm tranſpiret, ſed parcè nutriatur: idq; alimẽtis facultate ſiccioribus, facilè in ſiccũ icidet morbũ, præſertim ſi curis, aut vigiliis ĩmodicis torqueatur. Itidẽ aëris nos ambiẽtis ſiccæ conſtitutiones, animantiũ corpora aridiora reddũt. Prætereà natationes in aqua quæ nitri aut ſulfuris, aut aluminis, aut bituminis, aut alterius id genus qualitatis

Sicci morbi, cauſæ.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 145 sur 637

©BIUM

naturã participat. Itẽ medicamẽta q̃ exiccãdi facultatẽ habẽt: ſiue intrò aſſumãtur, ſiue extrinſecùs adhibeantur, ipſa quoque exiccant. Atqui de iis abundè dictum eſt in libris de medicamentis. Hæ quidem ſunt ſiccorum morborum cauſæ.

Sicci morbi qui?

COMMENTAR.

Siccorum morborum cauſas breuiter admodum hoc capite Galenus oſtendit. Sicci autem morbi ſunt, quibus corporis humidior ſubſtantia in dies abſumitur, ac vniuerſi corporis habitus, aut vnius alicuius duntaxat partis extenuatur. Hoc autem accidit, vbi aliquis plurimùm tranſpirat, ſed parcè nutritur. Si enim nihil, aut non ſatis alimenti in locum eius quod tranſpirauit & effluxit, ſuccedit, corpus ſiccari neceſſe eſt: idque potiſsimùm ſi cibis quibus ſiccãdi facultas ineſt, vtitur, vt ſunt ſalſa, acria, amara, & id genus alia, quorum catalogus eſt in libris Galeni de alimentorum facultatibus. Exiccant etiam vigiliæ, & ſolicitudines triſtitię, & id genus aliæ animi perturbationes, quæ, vt Galenus capite 85. artis medicæ teſtatur, alterant, & à naturali ſtatu auertunt. Siccant præterea aëris conſtitutiones ſiccæ, balnea nitroſa, ſulfurea, aluminoſa, & alia quę à Galeno hîc recenſentur, vt patet ex iis quæ idem in libris de medica. ſimpli. facultatibus docet.

Cauſę exiccãtes.

CAPVT V.

Humidi morbi cauſæ.

HVmidorum autem morborum cauſæ omnes ſunt contrariæ, veluti ciborum quibus humidior eſt facultas copia, potus plurimus, & omnis delicatior viuendi ratio, & animi tranquilitas, & creber balnearũ dulcium aquarum vſus, præſertim à cibo. Sic & tota vita ocioſa, & omni vacans labore, plurimi imbres, omnis conſtitutio humida, & medicamenta quæ idem efficere poſſunt.

COMMENTAR.

Humidorũ morborum cauſas hoc capite breuiſsimè exponit, quę collatione ſiccorum cognitu faciles ſunt. Oppoſitorum nanque, vt tritum eſt in Dialecticorum ſcholis verbum, eadem eſt diſciplina. Humectant enim alimenta humectãdi facultate prędita, plurimus potus, mollior ac delicata victus ratio, animi ſecuritas, plurimus balnearum ex aquis dulcibus vſus, præſertim à cibo. Nam vt in fine libri de maraſmo teſtis eſt Galenus, huic qui nuperrime cibos ingeſsit, balnea adhibta, crudis corpus humoribus implent. Humectare prętereà alia, quæ à Galeno in contextu commemorata ſunt, nemini non notum eſt, ideoque explicatione nulla egent.

CAPVT VI.

Compoſitorum morborũ compoſitę cauſæ.

LIquet autem quòd compoſitorum morborum, compoſitæ quoq; omnino ſunt cauſæ. Si enim calida cauſa ſimul cum ſicca aliquando conueniat, calidum & ſiccum morbum oriri neceſſe eſt: ſi calida & humida, calidum & humidum. Ita in reliquis quoque duabus coniugationibus, nempe frigida & humida, & frigida & ſicca euenit. Quòd verò huic ſermoni neceſſariò adiungitur, ac definitur, id nunc dicamus: nẽpe quòd corpus ſubinde alteratur à cauſis quæ omnes inter ſe ſunt vniformes, ſubinde verò ab iis quæ facultatibus contrariæ ſunt. Atque interim ex ipſis vincunt quæ vel numero plures ſunt, vel tempore diuturniores, vel potentiores, interim ab vtriſq; noxam corpus ex æquo ſuſcipit. Etſi verò fieri nõ poſſe videtur, vt vnum & idẽ corpus ſimul et calidius et frigidius, aut ſimul et humidius et ſiccio, q̃ pro naturali

Corpus nunc ab vniformib° nũc contrariis cauſis alteratur.

Inæqualis intemperies.

©BIUM

habitus, reddatur, tamen & hoc ipſum vſu contingit, & meritò inæqualis nominatur intẽperies. De qua ſeorſim in alio libro, prout res ipſa poſtulauit, à nobis dictum eſt. Verùm non eſt cur nunc de iis protrahamus ſermonẽ ſed ad reliqua morborum genera, ipſorum cauſas conſideraturi, veniemus.

COMMENTAR.

Hactenus ſimplicium partium ſimilarium morborum cauſas Galenus perſpicuè, & optima ſanè methodo, expoſuit. Nunc ad compoſitas earundem partium cauſas progreſſus, initiò quòd compoſitorum morborum compoſitę etiam ſint cauſæ oſtendit. Calida enim & ſicca cauſa, calidum & ſiccum morbum procreabit. Frigida verò & humida, frigidum & humidum: ſicque de reliquis. Dein quòd corpus à compoſitis cauſis variè alterari poſsit, extraque naturam propriam duci monſtrat. Quippe interdum alteratur à cauſis quæ omnes inter ſe ſunt vniformes, & eiuſdem ſpeciei. Sic autem appellat Galenus, quę omnes ſimul ad vnam tantùm intẽperiem corpus immutant, calidam ſcilicet duntaxat, aut frigidam, aut humidam, aut ſiccã, pro cauſarũ varietate. Vt ſi immodicus motus, ſtipatio, putredo, & calefacientium vſus ſimul concurrunt, atque vni & eidem corpori negotium faceſsunt, tum ab iis omnibus in vnum coeuntibus, quòd ſcilicet ſint vniformes, corpus immodicè incaleſcet. Nonnunquam verò corpus alteratur à cauſis quæ facultatibus contrariæ ſunt, ita vt vna ſit calida, altera verò frigida. Quod ſi accidat, vnum idemque corpus vnà fit calidius & frigidius, intemperieſque generatur quæ medicis inæqualis nominatur, quòd ſcilicet in omnibus intemperanter affecti corporis partibus æqualiter non inſit. Vel quòd in ea omnes partes non æqualiter, hoc eſt, à calido, vel frigido, vel humido, vel ſicco tantùm: ſed à cõtrariis qualitatibus, id eſt, calido & frigido ſimul alterantur. In harum verò cauſarum complexu euenit, vt interim vincant ex ipſis quæ vel numero plures ſunt, ut ſi duæ ſint calefacientes, vna autem quæ refrigerat: vel vel quę ſunt diuturniores, vt ſi frigidior diutiùs, quàm calida durauit: vel quæ robore ſunt validiores, vt ſi accidat calidas & frigidas cauſas numero, & tempore eſſe ęquales, calidas tamen robore frigidis potentiores. Interim autem fit, vt corpus ab vtriſque qualitatibus quæ inter ſe facultatibus contrariæ ſunt, ex æquo noxam ſuſcipiat, vbi ſcilicet & numero, & tempore, & robore æquales fuerint. Cæterùm vnum, idemque corpus frigidum ſimul & calidum euadere poſſe, atq; adeò contrariarum ſimul qualitatum vim ſentire, febres vocatæ hepialæ euidenter admodum demonſtrant. In iis nanque tum ab interno, tum exiguis portionibus vniuerſum corpus ambo, frigus nimirũ & caloré, ſentire videtur. Quũ enim tenuiſsimis portiunculis aſperſum per corpus tum calidum, tum frigidum ſit, nullam ſenſilem alterius portiunculam ita paruam deſumas, in qua non alterutrum ſit comprehenſum. Quocirca fit vt tum vno in loco contraria ſentiant ægrotantes, frigus ſcilicet atque calorem. Nam pituitoſus humor qui frigidus eſt, quemq; Praxagoras vitreum appellat, & amara bilis quæ calida eſt, ſimul redundant, ac per ſenſiles corporis partes moueantur: ideoque mirum non eſt quòd vno eodemque in loco tum contraria ſentiantur, quemadmodum capite decimo libri de inæquali intemperie, copioſè & luculenter demonſtrat Galenus. Quem ſanè libellum, quicunque ea quæ hîc obiter à Galeno attinguntur adamuſsim intelligere cupit, diligenter legat, neceſſe eſt. Ne igitur quę illic traduntur de inæquali intemperie vniuerſa in hunc locum trãſferenda nobis ſint, ad eum libellum quem nos commentariis etiam illuſtramuius lectorem ablegamus.

Corpus à cõpoſitis cauſis variè alteratur.

Cauſæ vniformes quę?

Inæqualis intẽperies quæ?

Vnũ & idẽ corpus frigidum ſimul & calidum euadit.

Hepialæ febres.

Contraria vno eodemq; in loco ſentiri.

Rurſus verò hîc eorum quæ in libro de morborũ differẽtia dicta ſunt recordari oportet, quòd corpora interdum ſolis quatuor qualitatibus, nulla alia extrinſecus ipſis affluente ſubſtãtia, à naturali recedũt habitu, interdũ verò fluxione ĩpleẽtur, humida quidem omnino, ſi formam, nõ humida autẽ, ſi facultatẽ ipſius conſideres.

Duplex intemperies.

Nuda.

Cũ affluxu humoris.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 147 sur 637

©BIUM

De huiuſmodi igitur humorum facultate dictum eſt à veteribus tum medicis tum philoſophis: & à nobis tum in aliis quibuſdam, tum in iis quos de medicamẽtis inſcripſimus commentariis, demonſtrata eſt, Dicetur verò & nunc quantùm ad præſentia expedire videbitur, nempe quòd flaua bilis facultate calida & ſicca eſt: atra verò frigida & ſicca, ſanguis calidus & humidus, pituita frigida et humida: & quòd nonnunquam horum humorum ſinguli influunt ſynceri, nonnũquam verò ſibiinuicem commixti: & quòd partium quæ vel ædemate, vel ſcirrho, vel phlegmone laborãt affectus, hãc ob cauſam plurimùm variãt. Nã et carbunculus, et cãcer, et herpes, et eryſipelas, et gãgræna, et phigethlon, phagedæna, et ſatyriaſis huius ſunt generis. Præterea alphi, atheromata, achores, melicerides, ganglia, ſteatomata, morbi ſunt à fluxionibus orti. Differũt autẽ inter ſeſe tum hi, tũ omnes alij quos prædiximus, quòd alij ex ſola pituita fiunt, alij ex ſanguine, alij ex flaua bile, alij ex atra, alij ex alio quodam, qui non omnino ſit præter naturam, humore. Verum quiſquis fuerit hic humor, omnino ex prædictorum aliquo genere erit. Fieri enim haudquaquã poteſt, quin ipſe ſit calidus & ſiccus, aut calidus & humid⁹, aut frigid⁹ & ſicc⁹, aut frigid⁹ & humid⁹. At quatenus admodũ craſſus & frigidus eſt, à naturalis pituitæ ſpecie excidit, atque alius humor eſſe videtur, qui toto genere præter naturam ſit. Sed non ita reuera eſt: quicunque enim facultate frigidus & humidus fuerit, ſub pituitæ genere cõtinetur. Eadem ratione quicunq; calidus & ſiccus fuerit, eiuſdem cum flaua bile generis eſt. De iis verò alibi pleniùs dictum eſt, ideoque de iis nunc longiùs nõ erit diſſerendum, nã copiosè etiam de iis omnibus in libris de curandi ratione dicemus.

Humorum facultas.

Quatuor duntaxat humores.

COMMENTAR.

Humorum facultas.

In memoriã reuocat, & repetit obiter quæ capite quinto prioris de diffe. morborũ libri dicta ſunt, nempe corpora nonnunquam ſolis ac nudis quatuor qualitatibus, nulla alia extrinſecus affluente ſubſtãtia, à naturali ſtatu recedere: interdum verò fluxione impleri, quæ etſi forma & ſpecie eſt humida, tamen facultate talis non eſt. Nam humores oẽs actu ſeu forma humidos eſſe cõſtat, facultate verò minimè. Sunt enim ex iis aliqui ſicci, ſicut vtraq; bilis. Sic ſanè aquam omnem, ſi formam & prout apparet conſideramus, humidam eſſe dicimus, cõtrà verò, ſi facultatem eiuſdem inſpiciamus. Ita enim marinã, eò quòd exiccandi facultate prędita ſit, ſiccã eſſe dicimus. De huiuſmodi verò humorũ & medicamẽtorũ facultate copiosè admodũ tractat Gale. lib. 3. de temp. cap. 1. Et lib. 1. de Nat. facul. Itẽ li. 1. de medi. ſimpl. facul. cap. 1. aliisq; locis librorũ de curã. ratione multis. Et nos in cõpẽdio noſtro medicinę cap. de humoribus hãc rem diffusè admodum tractauimus. Quare non eſt, vt hîc longiùs de ea agamus. Cęterùm accidit nonnunquã vt horũ quatuor humorũ ſinguli ſynceri influant, nõnunquã verò ſibiinuicẽ mixti, adeoq; fit vt affectus ſeu morbi ex iis procreati, plurimùm inter ſe variẽt. Alii enĩ ex ſola pituita, vt œdema, alii ex ſanguine, vt phlegmone, alii ex flaua bile, vt herpes, alii ex atra bile, vt cãcer. Alii ex ſibiinuicẽ mixtis, vt eryſipelas, ex ſanguine & flaua bile calidiorib⁹. In ſumma oẽs tumores prẽter naturã ex iis quatuor humoribus generãtur, quorum multos in contextu Galenus recenſet, alibi à nobis adũdè explicatos, ita vt opus nõ ſit in iis enarrãdis nos diutiùs immorari. Vnũ tamẽ vt moneamus, neceſſe eſt, nempe per Satyriaſin hîc vel elephantiam, vel prominentẽ iuxta aures glandularum tumorem, vtrunque enim ſignificat, vt ſect. tertia apho. cõm. 29.

Morbi ex humoribus procreati varij.

Satyriaſis.

ostendimus, intelligi posse. Ganglia, vt obiter etiam id dicamus, tumores sunt neruorum ex ictu, aut lassitudine orti. In extrema huius locī parte, Galenus quorundam opinionem, qui plures quàm quatuor esse omnes humores existimarunt, confutat, nec esse vllum humorē, qui non ad aliquē prædictorū quatuor reduci queat, ostendit. Notandum etiam hoc loco venit in Aldino Græco codice nō rectè legi ἔστιν ἄν, pro ὅστις ἄν, vt is sit sensus quē in nostra cōuersione expressimus: quicūq; enī facultate frigidus. &c.

Ganglia.

Aldinus codex Græcus emendatus.

Rursus verò ad id quod ad præsentē tractationē pertinet redeamus. Omnes igitur huiusmodi morbi, depellēte semper natura id quod redūdat ad ignobiliores partes, nascūtur. Id quod cōplures ex iis qui nos ætate præcesserunt licet dixerint, trāsmissionis tamē quis esset modus, nō etiā explicarūt. Rationē enim quandam ac mentē naturæ tribuemus, si ita simpliciter eam quicquid inutile est, ex principibus ad ignobiliores depellere pronūciauerimus. Sed quòd quidem in morbis bonæ indicationes ab huiusmodi aliqua facultate fiāt, manifestè apparet. Quis verò sit harum indicationum generationis modus, maiores nostri non satis accuratè explicauerūt, ideò neq; naturales facultates, quas nos in aliis cōmētariis persecuti sumus, exquisitè demōstrare potuerūt, quot, & quales q; sint, & quod singularum opus. Verùm nūc haud difficile est de oībus his disserere ei qui hypothesibus quas in illis cōmentariis demōstrauimus, vti voluerit. Est enim quū quatuor sint facultates, quibus quælibet pars tū animalis, tū stirpis prædita est, & alia quidē id quod familiare est attrahat, alia retineat, alia alteret, alia id quod redundat excernat: quū etiā id quod redūdat genere duplex sit, aut enim quātitate, aut qualitate redundat: quum deniq; omniū corporis partium non æquale sit robur, sed principes partes statim ab initio natura robustiores effecit, cōsentaneū vt in impuris, & iis quæ excremētis redūdant corporibus aliquid in ignobiliores partes defluat. Quū enim ex oībus robustioribus partibus excrementū propellatur, & nusquā cōsistere possit, in partē omniū maximè imbecillā delabitur. Hæc verò alia atque alia est, aut quia statim in prima formatione animalis, error ei aliquis accidit, aut posteà læsa fuit, aut suapte naturâ talis esse debuit, quēadmodum cutis. Hæc enim quum nullius actionis, sed vsus duntaxat gratiâ creata sit, nō ab re ius quæ actionem obtinent imbecillior facta est. Est enim veluti velamētū quoddā, & natiuū animalis tegumentum. Neque igitur cōcoctionem, neq; alimenti distributionem neq; sanguinis generationem, neq; pulsum, neq; respirationem, neq; voluntariū motum, neq; vllam omnino actionem animali præbet. Præterea quum sit omniū partium extrema sita, meritò vniuersi corporis excremēta excipit. Multa enim protinus ab initio natura expurgandorum excrementorum gratiâ instrumenta fabricata est. Atq; hæc sola ad sanitatem sufficiūt, vbi neq; ex ambiēte noxa aliquid infertur, neq; ob errorem in victus ratione, totum corpus immodicè excrementis redūdat. Quod si verò talis aliquis acciderit error, tū naturalia instrumēta sola, ad excremēti multitudinē expurgandā nō sufficiūt: proinde tū fluxiones à robustioribus partibus depulsæ, ad imbecilliores cū impetu irruūt. Atq; euenit interdū vt cōstipatis meatib⁹, per quos expurgari cōsueuerāt, ad alia cōfluāt loca, Hu-

Tumores pter naturā quomodo generantur?

Quatuor naturales facultates. Id quod redundat, genere duplex est.

Cutis nullius actionis, sed vsus duntaxat gratiâ creata.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 149 sur 637

©BIUM

iuſmodi quidē exordia ſunt generationis omniū prædictorū morborū. Malū verò in ipſis mēbris augetur, quū impacta ipſis excrementa putreſcentia, atq; ita deteriora facta, eum qui poſteà affluit humorem, ſi bonus fuerit, ſimul corrumpunt.

COMMENTAR.

Quomodo prædicti omnes à fluxione humorum orti morbi naſcantur, hoc loco Galenus prolixè admodum oſtendere pergit, vt nimirum eo perſpecto, quæ qualeſq; ſint horum omnium cauſæ liquido appareat. Naſcuntur autē quādo natura id quod redundat, ad ignobiliores partes depellit. Id quod etſi priſcis etiam aliquot medicis cognitum fuit, modum tamen tranſmiſsionis non ſatis accuratè explicarunt. Qui tamen nequaquam illis prætereundus erat, propterea quòd ſi ſimpliciter naturam, quic quid inutile eſt, ex principibus partibus ad ignobiliores detrudere pronūciauerimus, rationem ac mentem naturæ tribuemus. Per naturam enim hîc Galenus intelligit facultatem gubernantem corpus noſtrum, que nequaquam ratione & mente, vt quibuſdam videri poſſet, prædita eſt, nec conſilio voluntatiſque ductu, non animali deniq;, qui per cognitionem fit, ſenſu: ſed natiuo quodam, & inſito illi inſtinctu agit. Quod in primis confirmat Hippocrates libro ſexto Epide. ſectione quinta, aphoriſ. ſecundo, in hunc ſcribens modum. Natura ipſa, inquit, non per rationem ad ſuas actiones inſtinctum inuenit, vt ſunt nictare, & aliæ quibus lingua ſubſeruit. Siquidē natura à nullo edocta, ea quibus opus eſt, efficere haud didicit. Hæc ille. Non igitur ratione aut mente natura agit, ſed natiuo quodam potiùs, vt comprehenſum eſt, inſtinctu, tot in corpore, admiratione ſanè dignas, actiones efficit. Vnde etiam liquidò apparet, hanc ipſam non eſſe inertem, quod tamen non ſanè ſumma temeritate Aſclepiades affirmare auſus eſt, quum fieri non poſsit vt tot, ac tam variæ, & quas non ſine maxima admiratione intueri licet, actiones, ab inerti natura fiant, vt libro primo, & decimoquinto de vſu partium & libro ſexto de laborantibus locis, capite ſexto, Galenus copioſè, & eleganter, aduerſus Aſclepiadem diſputans, demonſtrauit. Quæ ſingula ſanè loca, nos etiam in enarratione iam citatæ Hippocratis ſententiæ produximus. Cæterum quòd in morbis bonæ & laudabiles indicationes ab huiuſmodi quadam facultate, quæ ſcilicet ſuperuacua & inutilia expellit, non quæ mente & ratione prædita eſt, fiāt, manifeſtum eſt. Fiunt enim vel per excretionem aliquam notatu dignam, vel per abſceſſum, quorum duorum neutrum euenit, niſi quæ redundant & inutilia ſunt natura excernat, aut à nobilioribus ad ignobiles partes detrudat. Atque ſic quidem hunc Galeni locum eſſe enarrandum, hinc palàm fit. Neque enim de Galeni ſententia, naturæ mentem & rationem tribuere licet, quum aliàs etiam reliquorum animantium naturis (quæ tamen conſtat ratione carere, atque ob id Græcis ἄλογα, Latinis bruta eſſe dicta) rationē tribuamus neceſſe ſit, quū eaſdem in illis, quas in homine actiones edāt, concoquunt enim & immutant alimentum, idemq; in vniuerſum corpus diſtribuunt, excrementa denique naturales facultates in brutis, perinde atque in homine excernunt. Prætereà quū Galenus hoc in loco de expulſione eorum quæ redundant & inutilia ſunt agat, expulſio autem non ſit niſi naturalis facultatis actio, quæ ratione vt dictum eſt, omnino deſtituitur: euidentiſsimum eſt, Galenum hîc affirmare bonas indicationes ab excretrice facultate, quę vna eſt ex iis quę naturales appellātur, fieri. Quid multis? Galenum naturę adimere rationem & mentem, locus qui eſt in primo de vſu partium libro manifeſtè oſtēdit, vbi ita ſcriptum reliquit. Cætera animalia naturâ magis quàm ratione artem aliquam exercent. Hæc Galenus. Quo ſanè in loco diſertè rationem à natura diſtinguit, quod facere neutiquam potuiſſet, ſi naturā ratione prædita eſſe putaſſet. Quanquam itaque ex Galeni dogmate naturā ratione carere, neq; conſilio vti certum eſt, tamen ita hæc ipſa agit, ac ſingula diſpenſat, vt illa ſi ratione vteretur meliùs efficere haud poſsit. Atq; hinc eſt quòd hanc Galenus, de diuini illius

Hippo-

Natura quid? Natura nequaquam ratione & mēte prędita eſt

Natura non eſt iners.

Indicationes in morbis laudabiles vnde fiant?

Natura ſingula optimè diſpēſat

©BIUM

Hippocratis ſententia,paſsim,preſertim verò in lib.5.de vſu par.tanquam iuſtam,artificioſam,peritam,prouidam,& ſolicitã,laudibus in cœlum vſque euehat. Porrò quũ modus generationis iudicationum,atque excrementorum expulſionis veteres latuerit, atque ſaltem illis non ſit exquiſitè explicatus, ideò hypotheſibus aliquot aliunde deſumptis,hunc ipſum hoc in loco luculenter admodum, atqui breuiter Galenus monſtrat.Nam quomodo principes partes,vtpote robuſtiores, quicquid alienum eſt à ſe repellant, & ad ignobiliores detrudant, copioſiſsimè lib.3. de naturalibus facul.cap. 13.& lib.13.ther.metho.cap.5.item cap.8.libri de curan.ratione per ſang.miſſ.& lib.6. de tuen.ſanit.cap.11.demonſtrauit. Alienum autem eſt omne excrementum quod vel ſupra modum naturæ auctũ,vel qualitate ſua moleſtum eſt,vel vtroque ſimul modo. Præterea hîc etiam tribus modis partem aliquam infirmam imbecillámve fieri oſtendit.Primùm,quia ſtatim in prima formatione animantis aliquis ei error accidit. Secundò,quia poſtquam in lucem editum eſt animal,aliquam noxam contraxit. Tertiò, quia ſuapte natura imbecilla eſſe debuit,vt ſcilicet hac de cauſa promptè in ſe quæ redundant reciperet,vt ſunt glandulæ,& cutis,vt perſpicuè in contextu monſtrauit Galenus. Cæterùm natura protinus ab initio multa inſtrumenta excrementorum gratia fabricata eſt,vt eorum quæ in capite ſunt,nares,& palatũ: quæ in thorace,fauces: quæ in ventriculo,& in primis venis,aluum:quæ in renibus,veſicam:quę in vniuerſo corpore,cutem. Et hæc quidem inſtrumenta ad ſanitatis cõſeruationem ſufficiunt, quòd ſingularum partium excrementa probè expurgent,niſi aliquaab ambiẽte aẽre frigido in iis obſtructio facta ſit, aut ob errorem in victus ratione,tanta excrementorũ copia naſcatur,cui expurgandæ naturalia inſtrumẽta ſufficere nequeãt.Quod ſi acciderit,tũ fluxiones à robuſtioribus ad imbecilliores partes impetu ruũt. Mala verò hæc in ipſis partibus augentur,quando excrementa illis impacta,perſpiratuq; deſtituta putreſcũt: tum enim humores qui deinceps ad has ipſas confluunt,etiamſi boni natura ſunt, ſimul corrumpunt eorumque in naturam vt mutentur,cogunt.

Modus generatiõis iudicationũ, & expulſionis excremẽtorum.

Alienum excrementum.

Pars aliqua trib⁹ modis fit infirma.

Multa inſtrumẽta excremẽtorum gratiâ creata.

CAPVT VII.

Verùm quoniam ſimilarium corporum proprios morbos recenſuimus, reliquũ eſt,vt de inſtrumentariis dicamus,à primo horum genere, quod in conformatione conſiſtit,exordientes.fit autem hic morbus interdum naturali figura immutata, interdum leuitate,vel aſperitate,vel meatu corrupto. Cauſarum autem ob quas naturalis figura immutatur,prima eſt,eorũ quæ adhuc in vtero geſtantur vitioſa formatio,impedito naturali ſeminis motu,vel ob materiæ multitudinem, vel qualitatem non idoneam. Altera verò cauſa eſt,error vel inter pariendum,vel quum infans faſciis inuoluitur commiſſus.Quum enim nuper genitorum puerorum corpora mollia ſint,ac propemodum fluxibilia,facilè contorquentur quum inter pariendum non rectè ab obſtetricibus excipiuntur,aut non cõmodè faſciis inuoluuntur,aut deinceps à nutricibus temerè eriguntur,vel reponuntur,dum vel lac præbent, vel lauant,vel faſciis inuoluunt.In iis omnibus niſi quis commodè ipſos tractauerit,facilè ſingulorum membrorum naturalis figura cõtorquetur, & deprauatur.Et quidem in vniuerſa ea quæ ſequitur educatione, partim ab immodica ſatietate,partim à vitiato motu,vel vbi ante tempus, ipſis ſtandi & ambulandi libertas permittitur,aut vehementiùs mouendi,multa membra diſtorqueri contingit.Siquidẽ ſatietas,actiones naturales impedit:intempeſtiuus verò,aut vehementior motus, aliorſum atque decet membra contorquet diſtrahitque. Crura enim

Quibus de cauſis morbus in conformatione naſcatur.

Cauſę immutationis naturalis figuræ.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 151 sur 637

©BIUM

ob innitentium corporum grauitatem, aut ad exteriorem, aut interiorem partem distorquentur, pro natiua prima ve tibiæ inclinatione. Nam quibus rectiora sunt, quàm naturæ conueniat, blæsa magis efficiuntur quibus verò magis sinuosa, vara redduntur. Voco autem blæsa, quæ ad exteriora vergunt: vara verò, quæ in contraria. Et thoracis quidem partes, subinde à nutricibus vitiantur, vbi in prima educatione ipsas extrinsecus perperam stringunt: id quod apud nos maximè ac assiduè fieri in virginibus videmus. Nutrices enim partes ipsarum quæ circa coxas, & ilia sunt, augere studentes, vt iis, quæ iuxta thoracem sunt maiores reddãtur, fasciis quibusdam totum circumligant, veheme nter stringentes omnes tum scapularum, tum thoracis partes. Quum verò plerunq; non æqualiter omnes fasciæ partes tendantur, accidit vt vel in anteriorem partem pectus promineat, vel quæ illi iuxta spinam opponuntur partes, gibbæ, reddantur. Accidit autem nonnunquam vt veluti perfractum, & in latus perductum uideatur dorsum, adeò vt altera scapularum diminuta, parua, ac valde contracta, altera uerò prominens, tumida, ac omnino maior appareat. Atque omnia hæc figurarum vitia in thorace consistunt, ob errorem & imperitiam nutricum, quæ æqualiter deligare ignorãt. Sic medici quoque plerunque haud probè deligantes, fractaque membra conformantes, ipsa inuerterunt quemadmodum rursus eo qui curat nihil errante, ægrotus ipse si priusquam callus exquisitè firmetur, membrum ad vsum accommodare conetur, sibi inuersionis autor fit. Sed & colliquæ partes, vt nares, & confractæ, vt supercilia sinuum. Interdum etiam excisa ossa, aut plurima caro, quæ posteà non æqualiter succrescit, naturalem figuram perdunt.

Vara } crura
Blæsa }

COMMENTARIVS.

Exorditur hoc in capite Galenus tractationem causarumeorum, qui in instrumentariis consistunt partibus morborum. Initiò autem de primi horum generis, quod in conformatione consistit, causis agit. quòd scilicet instrumentariarum partium actioni figura maximè necessaria sit. Morbus verò is quadrifariam accidit, nempe vel naturali figura immutata, vel leuitate, vel asperitate, vel meatu, id est, cauitate partis corrupta. Causarum autem ob quas naturalis figura vitiatur & immutatur prima, est fœtus in vtero vitiosa formatio, quæ bifariam accidit. Primô, quando naturalis seminis motus propter materiæ multitudinem impeditur. Tum enim formatrix facultas, seminis copia impedita, singulas corporis partes rectè digerere, ac effingere nequit. Secundò, propter seminis qualitatem non idoneam. Atq; hæ quidem figuræ non naturalis connatæ causæ existunt. Altera verò causa, est error qui vel inter pariendum, vel post partum admittitur. Et is quidem figuram nõ naturalem aduenticiam efficit. In ipso quidem statim partu: hoc enim Galenus per hæc verba κατὰ τὴν ἀποκύησιν, significare voluit, quum ἀποκύησις Græcis idem quod τόκος, id est, partus, non puerperium, vt lexica quędam exponunt, denotet, quod Phauorinus & Suidas, qui ἀποκυῆσαι, τεκεῖν, & ἀποκυήσκω, γεννῶ καὶ τίκτω interpretantur, satis docent: quum fœtus ab obstetrice non rectè excipitur. A partu, quando parum aptè à nutricibus fasciis inuoluuntur, aut temerè eriguntur, vel reponuntur, dum illę infantibus lac præbent, vel lauant. facile enim iis omnibus modis infantiũ, & nuper genitorum puerorum corpora, quum mollia adhuc sint, ac propemodum fluxibilia, contorquentur. Hinc est quod Galenus lib. 2. de tempe. cap. 2. ex ista mollitudine, quæ non solùm carnosis infantium partibus, sed & ossi-

Morbus in conformatiõe quadrifariã accidit. Naturalis figurę vitiatę causę.

ἀποκύησις.

Nutricũ errata,

Infantium corpora humida.

bus

©BIUM

bus, quæ ſiccíſsima ſunt omnium quę in nobis ſunt partium, ineſt, corpora eorundem eſſe humida pulchrè colligit. Quum igitur, vt ibidem ait, membra infantium veluti cęrea ſint, & oſsium genus vniuerſum, caſeo qui modo ſit coagulatus adſimile, pro arbitrio hæc nutrices fingunt formantque, ac facillimè, vbi ea minùs rectè tractant, contorquent atque inuertunt. Cęterùm non tantùm prædictis rationibus naturalis figura partium à nutricibus deprauatur, ſed & in vniuerſa quæ ſequitur educatione, vel ab immodica ſatietate, vel deprauato motu. Quippe ſatietas, naturales actiones impedit, in quarum numero ſunt nutritio, & auctio. Vtraque autem actio partium figuram immutare poſſunt, vbi minus rectè fiunt, & impediuntur. Intempeſtiuus autem, & vehemens motus aliorſum atque decet membra diſtorquet, quemadmodum crurum exemplo luculenter in contextu Galenus oſtendit. Quum igitur nutricum culpa quàm plurima pueris incommoda, quæ partim hîc, partim libro primo de tuen. ſani. Galenus commemorat, accidant, ſummam certè in earundem delectu curam ac diligentiam adhibere parentes oportet, vt quæ ſi non ſint honeſtæ, & ſatis peritæ, vſuque edoctæ, multam, & ſæpe immedicabilem noxam, pueris adhuc tenellis & mollibus adferant. Sed ſunt hac in parte, prò dolor, tum patres, tum matres mirè negligentes, vt rectiſsimè hoc loco Valleriola in delicatulas aliquot matres, imo nouercas veriùs, inuehatur, quòd propriũ lac, quod tamen illis abundè natura ſuppeditauit, ſuis liberis ſubtrahant, & alienis nutricibus, atque iis plerunq; improbis, impudicis, temulentis, iracundis, & intemperatis, ablactandos & educandos committunt. Qui mos quum principum, & magnatum aulas præcipuè inuaſerit, quid mirũ ſi pauci ſint, ac fuerint hactenus principes boni, pietatis, honeſtatisq; amantes? Verùm de iis hactenus. Pergit Galenus, & qui ſint blæſi variąque oſtendit, de quibus etiam capite ſeptimo præcedentis libri diximus. Et in hunc quem commemorauimus modum artus & extrema corporis, manus & crura, contorquent ac vitiant nutrices. Simili autem ratione thoracis partes ab iiſdem deprauantur, vbi in prima educatione ipſas extrinſecus arctioribus vinculis circumligant. Quod illis maximè in virginum educatione eſt ſtudium. Vt enim ſcapulas, aliasq; iuxta thoracem attenuent partes, ilia verò & coxas auctiores, & obeſiores reddant, quæ illis forma venuſtior eſſe iudicatur, vniuerſum thoracem faſciis quibuſdam vehemẽtiùs vinciunt ac conſtringunt, vt ſcilicet illis alimentũ adimant, in has autem partes protrudant. Quem ſanè morem Terentius etiam in Eunucho ſua notauit, dum inquit. Haud ſimilis eſt virgo noſtrarum virginũ, quas matres ſtudent demiſsis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles fiant. Si qua eſt habitior paulò, pugilem eſſe aiunt, deducunt cibũ, tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas, itaque ergo amantur. Hæc ille. Sed interea dum ſatagunt, neſcio quam formam, elegantem ſanè, illis conciliare, non rarò deformes reddunt. Nam faſciis inæqualiter iniectis, vel pronum in anteriorẽ partẽ pectus redditur, vel in poſteriorem ſedem, quę iuxta ſpinam ſunt, partes vergunt, adeóq; diſtortę, et ex inęquali ſpinæ compage, gibboſæ reddũtur. Interdum etiam ex hac inęquali deligatura euenit, vt dorſum in latus, veluti perfractum eſſet, deducatur, ita vt altera ſcapularũ imminuta, exigua & admodũ cõtracta, altera vero prominens, tumida, & maior habitiórve appareat: Hæc enim in quã arctior incidit faſciarũ iniectio, minor & contractior: illa vero in quam laxiores faſciarũ ductus ueniunt, maior & tumidior, ob cauſam paulò antè expoſitam, efficitur. Hæc igitur vitia, accidere ſolét, vbi nutrices non ἰσοῤῥόπως, vt Galenus ait, hoc eſt, æqualiter: ἰσοῤῥοπέω enim eſt in neutram partem vergo, & inclino, æquilibriumq; facio: faſciis thoracem conſtringũt. Cęterum non nutrices tantùm, verũetiam medici plerunq; dũ fracta mẽbra conformant atq; deligãt, ea inuertunt & diſtorquent, quemadmodũ quotidiana idipſum experientia ſatis mõſtrat. Quod etiam nõnunquã eorũ qui laborãt, nihil errante illo qui curat, accidit peccato, dum priusquàm callus firmatur, mẽbrum ad vſum accõmodare conantur, quẽadmodum copioſiùs lib. 6. de curã. ratione Galenus monſtrat. Porrò naturalem figuram de-

In nutricum delectu curam ac diligentiam adhibere oportet.

Valleriola.

Studium nutricũ in educatione virginum.

ἰσοῤῥοπέω.

Medicorum delicta.

Aegrotantium.

©BIUM

prauãt partes colliſæ,vt ſi hac de cauſa naſus ſimus fiat.Item partes confractę,vt ſupercilia, ἄμβωνες Græci nominant,ſinuum.Eſt autem ἄμβων Græcis montium cacumen, ollarum ſummitas,& labrum.Hinc metaphoricῶs pro quacunque ſummitate, & eminẽtia ponitur.Sunt igitur medicis in oſsibus ſupercilia ſeu labra,proceſſus,ad ſinuum, quos Græci κοτύλας vocant,orbem,inſtar labrorum prominentes,ac ſinus cauitatem, & profunditatem augentes.Si itaque ſupercilia illa franguntur, oſsis illius formam vitiari nemo eſt qui neſciat.Oſſa præterea exciſa,& plurima caro ſublata, quæ ſubinde non ſuccreſcit,partium figurã,eò quòd cauitatem aliquam in iis efficiant,deprauant. Quæ quum omnibus notiſsima ſint,copioſiorem explanationem haud requirunt.

ἄμβων.

Supercilia.

κοτύλαι.

Internæ cauſæ figuram deprauantes.

Alter verò modus noxæ figurarum eſt,qui ob immodicam ſatietatem,aut defectum accidit,vti in iis qui nimis obeſi ſunt, aut admodum contabuerunt, ſiue in vna tantùm aliqua parte,ſiue in toto idipſum fiat corpore. Nam & morbus qui elephas appellatur,& tabes,manifeſtè formã immutant. Etenim naſus ſimus fit, labra craſſa,aures exeſæ videntur, atq; in totum,qui Elephantiaſi laborant,Satyris ſimiles ſunt.Nares autem acutæ, collapſa tempora, oculi concaui, ſcapulæ, & brachia veluti alæ extra prominent tabidis. Atque in iis omnibus naturalis figura prima ratione deprauatur.Ex accidente verò in iis qui neruorum reſolutione, vel conuulſione, vel phlegmone, vel ſcirrho laborant:item quibus nerui, aut tendines diſſecti ſunt,aut quibus prædura cicatrix inducta eſt.In iis ſiquidem omnibus,aliàs ob aliam cauſam,in alteram partem membrum declinat. In iis quidẽ qui altera parte reſoluti ſunt,à muſculis qui agunt tractum.Sic etiam in conuulſionibus quæ in alteram partem conuellunt, à conuulſis muſculis. Phlegmone quoque,& ſcirrhi, & duræ cicatrices, & reliqua omnia huiuſmodi pathemata, proximam ad ſe partem tendendo,figuram peruertunt.In neruis autem,& tendinibus diſſectis,quemadmodum in reſolutis,oppoſitorum,& naturaliter ſe habentium actio,partem ad ſe trahit.Proinde omnes huiuſmodi cauſæ quæ multæ ſunt, ſub vna complecti poſſunt, nempe tenſione partẽ in diuerſum contorquente. Atq; de figurarum quidem præter naturam differentia, hæc dixiſſe ſufficiat.

Notę elephanticorum.

Tabidorum.

COMMENTAR.

Externæ cauſæ naturalem partium figurã deprauantes.

Satietas.

Hactenus de externis cauſis naturalem partiũ corporis figuram deprauantibus Galenus diſſeruit.Nunc ad internas progreſſus,quo pacto ſatietas nimia, & defectus figuram vitiare poſſunt,oſtendit.In obeſis autem,propter ſatietatem immodicam deprauari totius corporis figuram nulli non eſt perſpicuum. Hinc eſt quòd tanto ſtudio & diligentia Galenus libro ſexto,de tuen.ſanit.capite ſeptimo,& decimoquarto, therap. method.cap.decimoſexto, obeſorum curationem tradat. Quòd verò ſatietas partiũ figuram immutet,elephas certe morbus abundè demonſtrat. Nam in hoc teterrimo morbo,qui hodie facientibus medicinã lepra,vt lib.2.paradox.cap.16.dilucidè monſtrauimus,dicitur,naſus fit ſimus,craſſo nimirum & melancholico ſanguine impacto, & acrimonia ſua partes naſi exedente ac erodente.Ob eãdem etiam cauſam labra elephantia laborantium craſſa fiunt, & aures exeſæ:ita enim rectiùs ἀπεξυσμένα τὰ ὦτα, quàm acuminatas vel extenuatas quod cæteri afferunt interpretes reddes.Eſt enim ἀποξύω Græcis idem quòd poliendo abrado ſeu detraho. Hinc metaphoricῶs Galenus ita vocauit aures elephantiaſi correptorum exeſas & eroſas, vtpote à quibus quotidie aliquid ab atra bile radente aufertur & abraditur.Hinc eſt quòd Phauorinus ἀποξύσας idem quod ἀφελών ſignificare tradat.Atram autem bilem abradere, teſtantur abundè ea quæ

Elephas hodie lepra nomĩatur.

ἀπεξυσμένα.

ἀποξύω.

ἀποξύσας.

©BIUM

ea quæ lib.2.de naturalib.facul,ſcribit Galenus,vbi humorem hunc aliquibus radentem,vel acidum appellatum eſſe inquit,quòd acris in modum aceti ſit, & corpus animalis,& terrã etiam ſi ſupra eã ſit effuſus,radat.Quid multis?in totũ, qui elephantia laborant Satyris ſimiles ſunt.Hinc eſt,quẽadmodũ in fine libri de tumoribus præter naturam Galenus autor eſt, ꝙ malum hoc incipiens Satyriaſmum nonnulli vocauerint. Satyriaſmus. Satyrorũ figura. Qualis verò ſit Satyrorũ figura,nemo,quod ſciã,ſatis expreſsit.Plinius lib.5:cap.8.prẽter figuram nihil moris humani Satyris eſſe literis mandauit.Idem lib.7.cap.2.illos in Subſolanis Indorum montibus degere ſcribit,perniciſsimum adeò humana effigie animal,vt propter velocitatem,niſi ſenes aut ægri, capi non poſsint. Eſt aũt horũ adeò furioſa libido,vt Græcis παρὰ τὴν σάτυρον,hoc eſt,à pudẽdo virili σάτυροι ſint appellati. Satyri vnde dicti? Apparet autem ex hoc loco Satyros fuiſſe naribus ſimis,labris craſsis, & auribus quaſi deraſis.Quòd verò defectus figuram vitiet tabes ſatis docet, in qua nares, vt Hippo.1. prog.apho.8.ait,ſunt acutæ,oculi concaui,collapſa tempora,ſcapulæ,& brachia veluti alæ prominent.Hinc eſt quòd Hippo.lib.6.Epide.par.3.apho. 9.tabidos πτερυγώδεις appellauerit, quòd ſcilicet iis more alarum ſcapulæ promineant, quemadmodum in noſtris eum in librum editis commentariis luculenter admodum,& copioſiùs demõſtrauimus. Accidunt autem hæc omnia nulla alia de cauſa,niſi propter alimenti penuriam,& virium imbecillitatem,quæ prædictas corporis partes extenuant. Atque in prædictis omnibus,prima ratiõe,hoc eſt per ſe, id eſt,per ſeipſum affectũ,& nullo alio interueniente,naturalis figura deprauatur.Ex accidente verò, & ſecundò in iis qui reſolutione,conuulſione,phlegmone,& ſcirrho infeſtantur.Item in iis quibus nerui,aut tendines diſſecti ſunt,aut quibus prædura cicatrix inducta eſt. In his enim omnibus aliàs aliam ob cauſam,in alteram partem membrum declinat, atque adeò naturalem figuram ſuam amittit:id quod ordine per ſingula genera oſtendemus. In iis qui altera parte reſoluti ſunt,à muſculis qui agunt,membrum tractum in alteram partem declinat. Si enim reſolutio dextram occupat partem,in ſiniſtra figurę vitium deprehenditur,Quippe reſolutis quę partem laborantem mouent muſculis, & ob id actioni non ſufficiẽtibus, à muſculis oppoſitæ & ſanæ partis,vtpote nullo morbo implicitis,actionemque edere potentibus,trahi neceſſe eſt. Et hoc quidem euenire experientia etiam ipſa abundè conuincit.Quare falſum eſt, & errore haud vacat maximo, quod Auicenna fen.2,Cano.3.cap.15.ea de re ſcriptũ reliquit,inquiens.A mollificatione verò: vtendum enim vllius verbis erit:facta eſt,quoniam quum declinat ad partem trahitur cum ea pars ſecunda,& mollificat eam,& mutat eam à forma ſua,ſi fuerit fortis, & ſi debilis mollificatur ſola.Et apud quoſdam ſi eſt in latere mollificatio, eſt attractio torti, ſed non eſt concedendum.Et ex eis quidem eſt Paulus.Hæc ille. Quibus ſanè verbis,modo per partem ſecundam,vt eius interpres Gentilis expoſuit,ſanam intellexerit, manifeſtè innuit cum ægra parte trahi ſanam. Quod tamen eſſe falſiſsimum ex iis quę diximus ſatis conſtat. Quum enim partis reſolutæ muſculi obeundę actioni idonei non ſint,quomodo fieret vt ab iis qui mouere nequeunt pars ſana traheretur? Quin potiùs pars ſana,vtpote cuius muſculi ad actionem validi ſunt,ægram trahet.Falſum quoque eſt quod Auicenna ait, ægram partem mollificare ſanam, & mutare eam à forma ſua. Nam etſi ægra pars ad ſanam declinet & flectatur,non tamen ob id reſolutione afficit: quum reſolutionis cauſa in ea parte quæ trahitur,& in ſe ipſam cõcidit,non in ea quæ trahit,& ſana eſt,conſiſtat.Sed deſino,quod hanc rem copioſè etiam in ſuis commentariis Valleriola tractauerit.Cæterùm in conuulſionibus quæ in alteram partem conuellunt,membrum in ægram partem à conuulſis muſculis trahitur, contrà quàm in reſolutione.Contractis enim in ſe ſe,ac conuulſis ægrè partis muſculis,ad horum tractionem oppoſitę & ſanæ partis muſculos vnà trahi neceſſe eſt,vt fuſiùs lib.3. de labo. locis.cap.10. Galenus oſtendit.Sic phlegmone,ſcirrhus,& dura cicatrix tendendo ad ſe proximam partem trahunt,figuramque peruertunt. Nullis enim horum affectuum

Per ſe.

Ex accidente.

In reſolutione pars ſana trahit ægram.

Auicennæ error detectus.

In conuulſionibus pars ægra ſanam trahit.

©BIUM

id accidit, vt non in eá parte vbi nati ſunt, tenſionem excitent. Porrò in neruis, & tendinibus diſſectis accidit perinde atque in reſolutis, vt actio eorũ qui oppoſiti ſunt, & ſani, partem ad ſe trahat, adeoque formam vitiet. Poſſunt autem omnes huiuſmodi cauſæ ſub vna, nempe tenſione quę in diuerſum contorquet, complecti. Vnde omnibus palàm fit, quòd in reſolutione, cõuulſione, phlegmone, ſcirrho, dura cicatrice, & diſſectione neruorum tendinumque, ex accidente, hoc eſt, non primò, & per ſe, ſeu per ipſum affectum, ſed interueniente ſymptomate, nempe tenſione, quæ prædictos affectus ſequitur, figura partium deprauetur.

Omnes prædictę cauſę ſub vna cõplecti poſſunt.

Cauſæ læſionis capitum.

Cauitates autem quæ internis corporis partibus inſunt, aut earum meatus, aut omnino aboleri, aut lædi contingit ob huiuſmodi cauſas, coalitum ſcilicet, anguſtiam, obſtructionem, compreſſionem, ſubſidentiam, & oſculorum apertionem. Quippe euenit interdum exulcerata interna cauitatis facie, vt deinceps exulceratæ partes inter ſe coaleſcant, & naturalis conformatio corrumpatur. Nõnunquam verò carne adnata, vel alio aliquo præter naturã germine, vel ſcirrho, aut phlegmone, aut abſceſſu in ipſis corporibus inſtrumẽtorum conſiſtente, & deinde tumore præter naturam internam cauitatem occupante, anguſtia fit. Quinetiam lentorum & craſſorum humorum, aut aliquorum callorum, aut grumorum obſtructio, ad eundem cauitates perducit affectum. Sic & ſi quid eorum quæ extrinſecus incidunt vehementer comprimat, neceſſe eſt corpora concauitatem continentia ad interna ipſius impelli. Quòd ſi autem corpora in ſe ipſa reſederint, veluti quum ab adſtringentibus coguntur, aut à frigidis denſantur, aut ab exiccantibus marceſcunt, accidit vt præcipuè meatus quidem, deinde & ipſi quoque ventres conſtipentur. Oſcula verò meatuum non ſolùm conſtipantur, ſed etiam omnino in huiuſmodi ſubinde affectibus obcæcantur. Sed & eius facultatis quam retentricem nominamus immodicus motus, quum oſcula meatuum ad extremum cogit ac conſtringit, conſtipationis aliquando cauſa fit: quemadmodum etiam expultricis facultatis immodicus motus, nonnunquam raritatis. Sæpenumero etiam retentricis imbecillitas, & medicamentum aliquod, aut aqua aperiendi oſcula vim obtinens, aut humectatio immodica quæ inſtrumẽtis accidit, aut aëris nos ambientis temperatura quæ ad humiditatem, & immodicam caliditatẽ permutatur. Hæ quidem ſunt eorum qui tum in meatibus, tum ipſis ventribus conſiſtunt affectuum cauſæ. Ex iam dictis manifeſtè patet, quaſnam in ſimilaribus corporibus cauſas eſſe putent hi qui ipſa ex corpuſculis & meatibus eſſe conſtructa volunt. Sed quum tota ipſorum hypotheſis falſa ſit, ſuperuacaneum mihi viſum eſt, horum ſeorſim meminiſſe.

COMMENTARIVS.

Deprauatę cauitatis cauſæ ſex.

Inter differentias indecentis conformationis ſuprà meatuũ & cauitatum vitia ſunt commemorata. Quocirca hoc loco Galenus deprauatæ cauitatis cauſas exponere pergit, vt quæ naturalem quoque figuram partium corrumpant. Ordine autem ſex recenſet cauſas, quę cauitates internas, aut meatus prorſus abolent, aut ſaltem lędunt, ſcilicet coalitum, anguſtiam, & aliàs quę in contextu memorantur. Quòd autem coalitus meatus perdat aut lædat, id in exulceratis maximè partibus apparet. Nã quum per inſcitiam interdum imperitorũ chirurgorum accidat, vt internæ exulceratarum partiũ facies

Coalitus.

©BIUM

facies per glutinantia medicamenta coäleſcant,naturalem tum figuram,ac conformationem deprauari neceſſe eſt.Sic noui,qui parũ prouida curatione effecit,vt labra vteri ferè integra,relicto tantùm exiguo foramine,coaluerint.Anguſtia verò, quæ ſecunda ordine cauſa eſt,fit multis modis:quum ſcilicet caro aliqua adnaſcitur, vt in polypo accidit,vel aliud præter naturam germen,βλάσημα Græci nominant, metaphora deſumpta à germinibus quæ in arboribus & ſtirpibus conſiſtunt.Vt enim hæc dũ dehiſcunt partim intus latent,partim extra prominent:ſic etiam illa quæ in corpore apparent,partim intùs adhuc latent,partim iam eruperunt: vel ſcirrhus, vel phlegmone, vel abſceſſus in ipſis organorum corporibus conſiſtit, adeoque tumor internam cauitatem occupat.Obſtructionem,tertiam cauſam, lenti & craſsi humores, aut calli, aut grumi efficiunt. Atque hac quidem ratione veſicæ ceruicis meatus,non rarò obſtruitur,vt copioſè lib.1.de labo.lo. cap.1.Galenus demõſtrat. Cõpreſsionẽ,quę quarta cauſa eſt,ea quæ extrinſecùs incidunt corpori,vt eſt lapis,lignũ, & id genus alia,quæ vehementer cõprimunt,& corpora quæ cauitatẽ obtinent ad interna ipſius impellũt, efficere poſſunt.Subſidentiã,quintã cauſam,adſtringentia & frigida,quę cogũt ac cõſtringunt,itẽ etiã exiccantia,quę marceſcunt,parere ſolent,vt quę ſingula primũ meatus,deinde etiã ventres,& cauitates ipſas cõſtippant.Et nõ tantùm ſub huiuſmodi affectibus oſcula meatuũ cõſtipantur,verumetiam omnino obcæcantur ac abolentur, propterea quòd exigua ſint,ac facilè ab iis quas diximus cauſis prorſùs in ſe ſubſideãt. Sed & immodicus retentricis facultatis motus, quòd oſcula meatuũ ſumma cogat ac cõſtringat,anguſtiam efficere poteſt.Oſculorũ apertionẽ,ſextã & vltimã cauſam, expultricis facultatis immodicus motus parit,dũ nimio ſcilicet expellẽdi impetu,ac quaſi violenter oſcula vaſorũ,vt moleſtantibus exitus pateat,aperit. Nõ rarò aũt propter retentricis facultatis imbecillitatẽ oſcula recluduntur,Idẽ faciunt medicamenta calida admodũ & acria,itẽ aquæ quibus ineſt facultas aperiendi oſcula,prætereà humectãtia, adeoq; inſtrumenta relaxantia,aëris quoq; tẽperatura immodicè humida & calida,eò quòd corpora laxiora reddat,oſculorũ apertionẽ creat.Cæterũ ex iis quæ iã diximus, palàm fit omnibus,quaſnã in ſimilaribus corporibus cauſas ſtatuãt ij qui ipſa ex ὄγκων καὶ πόρων, id eſt,corpuſculis ſeu molib⁹,& meatib⁹,de quib⁹ cap.2.præcedẽtis libri,abũdè diximus,eſſe cõpoſita putãt. Verùm quũ falſo fundamẽto huius ſectæ autores innitãtur,neq; enim ex eiuſmodi corpuſculis,& meatibus,ſed calido, frigido, humido,& ſicco corpora noſtra cõſtãt,ſupuacaneũ planè erit horũ morborũ ſeorſim meminiſſe.

Cauſæ.
Anguſtia.
βλάσημα.
Obſtructio.
Compreſsio.
Subſidentia.
Oſculorũ apertio.

Verũ ad id quod propoſitũ eſt reuertamur,& reliquorũ morborũ cauſas explicemus,ab eo rurſus genere quod in cõformatiõe cõſiſtit oxordiẽtes.Supererat autẽ in eo duplex morborũ generatio,nẽpe quũ aut præter naturã inſtrumẽta aſperantur,aut quũ læuigãtur.Exaſperãtur aũt quæ anteà fuerũt læuia, & læuigantur quæ priùs erãt aſpera:illa quidẽ ab humorũ acrimonia,aut medicamẽtorũ,abſterſa,hæc verò à pĩgui humiditate,aut lẽto humore irrigata. Et huiuſmodi maximè in oſsib⁹ euenire manifeſtè apparẽt:interdũ quũ à medicis perperã curãtur,interdũ etiã ex natura ipſa humorũ qui in animalibus ſunt,excitãtur.Oculorũ verò et fauciũ aſperitates nõ ſolũ ex iis,verũetiã ex acribus vaporibus,aut puluere ac fumo fiũt.Sic etiã,arbitror gulæ,vẽtriculi,inteſtinorũ,ex iis quæ in corpore nata sũt excremẽtis,& ex qualitate eorũ quæ edũtur ac bibuntur, inter quæ etiã venena numerãtur.Liquet aũt quod ſingulæ exaſperãtes cauſæ, quũ fuerint valentiores, aut exulcerationẽ aliquã,aut eroſionẽ in carnoſis partib⁹,in oſsibus verò cariẽ efficiũt.Hæ igitur sũt primi generis morborũ,quod in cõformatione conſiſtit,cauſæ.

Aſperitatis & lęuitatis cauſæ.

COMMENTAR.

I

Aſperitatis cauſæ.

Vltimæ indecentis cõformationis differentiæ, nempe leuitatis & aſperitatis partiũ præter naturã cauſas hoc loco Galenus exponit. Exaſperantur enim partes primò propter humorũ aut medicamentorum acrimoniã, quæ nimiũ abſtergendo partes aſperiores reddunt. Sic ſanè gulæ, ventriculi, & inteſtinorũ aſperitates fiunt ab acribus quæ in corpore nata ſunt excrementis, aut acri eorum quæ eduntur & bibuntur qualitate. His adnumerantur venena, non quidem omnia, ſed quæ erodendo interimũt, vt ſunt calx, & cãtharides, de quibus copioſiſsimè lib. 3, de tempe. cap. 2. & lib. 3. de ſimpli. medi. facul. cap. 24. Galenus tractat. Aſperitas verò in oſsibus euidenter admodũ apparet, quæ nonnunq; ꝙ à medicis non rectè ſunt curata, aſpera redduntur, interdũ etiam, ob acres humores qui in animalibus ſunt, exaſperantur. Oculorum autẽ, & faucium aſperitates non ſolùm à iam dictis internis cauſis, ſed etiam externis naſcuntur, vaporibus ſcilicet acribus ceparum, alliorum, & id genus aliorum, fumo item, aut puluere. Cæterũ cauſæ quę prædictas partes exaſperant, vbi vehemẽtiores fuerint, in carnoſis partibus

Leuitatis cauſæ.

exulcerationẽ, aut eroſionẽ: in oſsibus verò cariem excitant. De qua in fine huius libri plura dicentur. Leuigantur verò partes à pinguibus & lentis, tũ cibis, tũ potibus, humoribusq;, qui acrimoniam contemperant, atq; obtundunt. CAP. VIII.

Numeri vitiati cauſæ.

ALterius autem generis quod in numero conſiſtit, ſi aliqua pars earum quæ ſecundũ naturam adeſſe debent perierit, aut ſectio quædam, aut vſtio, aut putrefactio, aut valida refrigeratio præceſſerit. Sed refrigerationis cauſæ priùs ſunt dictæ. Putreſcunt autem nõnulla quidem à medicamentis quæ ſuapte natura putrefacere poſſunt, aut ab excrementis in ipſo animali genitis: nõnulla verò ob id quòd minimè tranſpirant. Quæ verò prohibitã tranſpirationem præcedunt, priùs expoſita ſunt. Quod ſi verò quidpiã quod non ſit è numero earum, quæ ſecundum naturã ſunt partiũ, ſuccreuerit, id quoq; morbus eſt qui in partiũ numero conſiſtit. Verùm ſi id quod ſuccreuit naturalem obtinuerit formã, vtilis materiæ abundãtia cauſa erit. Si verò nõ naturalẽ habuerit formam, & materiæ qualitas præter naturam erit. Atqui vires vtrobiq; validæ fuerũt, alioqui neq; quod vtile erat conformaſſent, neq; quod prauum erat extruſiſſent. Cõformant igitur in conceptibus, quũ vel ſextũ digitum, vel quidpiã aliud huiuſmodi efficiunt. In iis aũt qui iã adulti perfectiue ſunt, quũ exulceratis partibus validã carnẽ producunt, aut in oculis pterygiũ. Deponũt autẽ id quod redũdat, in gãglio, meliceride, ſteatomate, atheromate, & reliquis huiuſmodi omnib⁹.

COMMENTAR.

Alterius generis morborũ inſtrumentariorũ, quod in numero cõſiſtit, cauſas hoc capite Galenus cõmemorat. Quũ verò in numero bifariã partes vitiari cõtingat, defectu

Partes quadrifariam pereunt.

ſcilicet, & exceſſu, principio deficientis, dein redũdantis numeri cauſas recenſet. Cæterùm partes quæ ſecundũ naturã adſunt quadrifariam pereunt. Primùm ſectione, vt ſi pars aliqua gladio, telo, aut alia quadam re acuta reſecta fuerit. Secundò vſtione, quod

Sectione. Vſtione.

ſæpe per incendia fieri ſolet, nonnunq; etiã medicorũ opera dum cauſtica vocata medicamenta adhibẽt. Tertiò putrefactione, quę interdũ fit per medicamẽta quibus putrefaciendi facultas ineſt, quæ qualia ſint, lib. 5. de ſimpl. medica. facul. cap. 14. Galenus abundè explicat. Nonnunq; etiã ab excrementis quæ in corporẽ animãtis genita ſunt,

Putrefactione.

fit putrefactio, vt in nome, phagedena, & id genus aliis vlceribus putridis conſpicuum fit. Putrefiunt etiam aliqua propterea quòd minimè tranſpirãt, qua de cauſa febres nõ rarò procreantur, vt copioſè admodum libro. 11. therap. method. capite quarto, Galenus oſtendit. Prohibitæ autem tranſpirationis cauſę ſuprà, nempe capite ſecundo huius

huius libri,dictæ ſunt.Atque hactenus de cauſis deficientis numeri hęc dixiſſe ſatis ſit. Porrò quòd ad exceſſum,&auctũ ſuprà quàm decet numerum attinet,ſi quidpiã quod non ſit è numero earum quæ ſecundum naturam ſunt partium,in corpore ſuccreſcit, tum idipſum morbus eſt,qui in partium numero exiſtit,vt pterygion, lapis in veſica, aſcarides,& id genus alia. Verùm quæ hac ratione ſuccreſcunt inter ſe variant. Quædã enim naturalem formam obtinent,vel,vt cap.præcedentis libri dixit,ex genere eorum quæ ſecũdum naturã ſe habent,ſunt , vt ſextus digitus:quędam verò naturalem formã non habent,ſed toto genere præter naturam ſunt,vt lumbrici.Horum materiæ prauę qualitas,cauſa eſt,illorum autem,vtilis materiæ abundantia . Nam ſi lumbrici in corpore,& id genus alia generantur,neceſſe eſt prauam aliquam in corpore eſſe materiã, vnde naſcantur. Vbi verò in fœtus formatione vtilis materia redundat,ſextus digitus, vel aliquid aliud huiuſmodi formatur. Vtrobique autem, hoc eſt , tam in formatione materiæ vtilis copioſę,quàm in prauę materię expulſione,vt valida ſit virtus oportet, alioqui enim neq; quod vtile erat conformare,neq; quod prauũ,& inutile fuit,extrudere ac propulſare potuiſſet.Porrò redundantes partes virtus bifariam cõformat, primô quidem quum adhuc in vtero deliteſcit id quod ex ſemine conceptum eſt, vt quũ ſextum digitum,aut duo capita,vel tale aliquid efficit.Secundò in iis qui iam perfecti, & in lucem editi ſunt,quando in exulceratis partibus validam producit carnem,aut in oculis pterygium,vnguem vocant latini.Deponit ſiue extrudit virtus id quod redundat in ganglio,& aliis malis à Galeno memoratis . Neq; enim alia de cauſa hęc omnia fiunt,quàm vbi naturæ impetu ab vna parte in aliam detruduntur deponuntúrve ſuperuacui humores.Ganglium autem , vt lib.4.cap.16.& lib.6.cap.59. teſtis eſt Paulus, non eſt niſi συσφυξις,id eſt,concretio ſeu collectio nerui intumeſcens . Neq; enim συσφίγγεσθαι,vt autem eſt lib.4.vict.acut.commu.18.& ſequenti Galenus,Gręcis aliud eſt, quàm vitioſos humores in aliqua corporis parte colligi,& aceruari.

Auctus numerus

Redundãtes partes bifariam virtus format.

Ganglium.

συσφίγξ.

CAPVT IX.

Magnitudinis vitiatæ cauſæ.

Magnitudo ſanè partium augetur ab vtilis materiæ multitudine, & valida facultate. Minuitur verò à cauſis contrariis , & vbi ſectio aliqua , aut vſtio , aut putrefactio , vel ex immodica refrigeratione mortificatio quampiam inſtrumenti particulam ita corrumpit, vt ea quæ reliqua fuerit mutila mancaque reddatur.

COMMENTAR.

Vitiatæ magnitudinis breui hoc capite cauſas exponit Galenus,quæ eiuſdem propemodum ſunt generis cum iis quæ vitiãt numerum.Bifàriam autem augetur magnitudo,ab vtilis ſcilicet materiæ copia,quę partem maiorem quã natura eſſe debeat efficit:& valida facultate,quæ in copioſam materiam agere poteſt.Minuitur verò à contrariis,nempe materię paucitate,& imbecilla virtute . Præterea vbi aliqua inſtrumenti particula ſectione,vel vſtione,vel putrefactione,& nimio frigore corrumpitur & mortificatur,ut id quod ſubinde remanet,mutilum ſit : Nec temerè adiectũ eſt aliqua inſtrumenti particula,ſi enim totum inſtrumẽtum corrumpitur,morbus ſimpliciter , vt dictum eſt,cap.8.prioris libri,ad numerũ pertinet.Secùs vero accidit vbi aliqua duntaxat particula ab inſtrumento eximitur, tunc enim affectus ipſe in vtroque genere comprehenditur:Siquidem deeſt animanti tum ſimplicium particularum numerus, tum compoſiti inſtrumenti magnitudo minuitur.

Bifariam magnitudo augetur. Minuitur.

CAPVT X.

Indecentis compoſitionis cauſę.

Vi verò in compoſitionis genere morbi fiunt,aliqui ſanè à repentinis ac vehementibus motibus,qui præcedunt,naſcuntur : aliqui verò ab immodica articulorum humiditate , quæ ligamenta humectat,

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 159 sur 637

©BIUM

& laxat, ac propter viſcoſitatem totum articulum lubricum reddit, efficiuntur. Nonnullis autem quòd ſinuum ſupercilia confracta ſint, promptè membrorum capita ſuis ſedibus aberrant. Quibuſdam verò protinus ab initio ſinus ſupini, incontinentes, & omnino in ſuperficie ſunt. Hæc igitur omnia luxationum cauſæ ſunt. In iis autem morbis, quos inteſtinorum & omenti ramices appellant, laxari omnino, & nonnunquam diſrumpi eum accidit meatum, qui à peritonæo ad teſticulos pertingit: ſic deinde in ipſum meatum, vel in tunicam erytroidē, vel omentum, inteſtinorum aliquod delabitur. Recedunt præterea à propria ſede inteſtina, vbi diſſecto peritonæo procederint. Pulmonis quoq; fibra in thoracis vulneribus, ſæpius excidit. Et vuea tunica vt plurimùm laxatur, cornea eroſa. Vbi autem viſceris cuiuſpiam aliquando fibra ob vehementem caſum, aut compreſſionem complicabitur, hic quoque morbus ſitus ſimul & figuræ mutatio, à prædictis cauſis factus erit. Vicinarum verò partium conſenſus corrumpitur, quum aliqua ineptè coaleſcunt, aut vbi appendiculum quodpiam, aut vinculum laxatur, vel intenditur, vel abrumpitur. Ex quibus verò ſingula horum occaſionibus fiant, manifeſtum eſt.

Vicinarum partium conſenſus ipſa corrũpitur.

COMMENTARIVS.

Poſtremi partium inſtrumentariarum morborum generis, hoc eſt, indecentis compoſitionis cauſas hoc capite enarrat Galenus. Quum autem hoc vel in poſitu, vel in conſenſu partium conſiſtat, principiò poſitus ſeu ſitus cauſas nouem ordine percenſet. Prima, eſt repentinus ac vehemens motus, natiuam partis ſtructuram turbans, eamque à poſitu ſuo deducens. Secunda cauſa eſt immodica articulorum humiditas, quæ ligamenta madefacit, & relaxat, totumque articulum lubricum, ac facilè mobilem, & ad luxationem idoneum reddit. Tertia, ſuperciliorum ſinuum confractio, quę vt membrorum capita promptè è ſuis aberrent, excidantque ſedibus, efficiunt. Quid verò per ſupercilia inaudiendum hoc loco ſit, ſatis eſt ſuprà, capite nimirum ſeptimo, à nobis expoſitum. Quarta, ſi ſtatim ab initio formationis quæ in vtero facta eſt, ſinus ſupini, incontinentesque, & omnino in ſuperficie, parumque profundi ſunt, & per ſumma apparent: id enim Galeno eſt ἐπιπολῆς εἶναι. Si enim tales fuerint ſinus, oſſa quæ in hos inſeruntur, ipſi cõtinere, quòd profunditate ſint omni deſtituti, nequeunt. Omnes igitur iam dictas quatuor cauſas luxationes partium efficere nulli eſt obſcurũ. Sexta cauſa, eſt meatus qui à peritonæo ad inteſtina pertingit laxatio, aut diſruptio. Eo nanque foramine peritonæi, per quod vaſa ſeminaria cum neruo tranſmittũtur laxato, vel rupto, neceſſe eſt vel omentum, vel aliquod inteſtinorum in hoc foramẽ, ſiue in illum meatum, aut in tunicam teſtis priuatam exteriorem, à peritonęo inibi vbi vaſis ſeminariis iter præbet, pronatam, quàm Galenus & alij diſſectionũ autores ἐλυτροειδῆ, aut attico more, λ in ρ mutatione, ἐρυτροειδῆ, quod ſcilicet putaminis, aut vaginę formam, ἔλυτρον enim Græci vocant, referat: appellat, delabi. Si itaq; omentum in ea delabitur loca, Græcis ἐπιπλοκήλη, latinis omenti ramex vel hernia dicitur. Si verò inteſtinum, ἐντεροκήλη Græcis, inteſtinorũ ramex latinis nominatur. Sexta cauſa eſt peritonæi diſſectio. Sciſſo enim peritonæo, vt inteſtina proruãt, neceſſe eſt, quẽadmodum liquet ex iis quæ lib. 6. therap. metho. cap. 4. Galenus tradit. Septima cauſa, thoracis eſt vulneratio, quam ſæpe fibrę pulmonis procidentia ſequitur. Octaua, corneæ tunicæ eroſio, ſeu vulneratio, aliqui enim codices τρωθέντος legunt, propter quam vuea vocata tunica laxatur ac procidit. Nona & vltimo cauſa eſt vehemens

Indecentis ſitus nouem cauſæ.
Repentinus ac vehemẽs motus.
Immodica articulorũ humiditas.
Superciliorũ ſinuũ confractio.
Sinus incontinentes.
Meatus à peritoneo ad inteſtina pertingentis laxatio.
ἐλυτροειδής.
ἐπιπλοκήλη.
Omenti ramex.
ἐντεροκήλη.
Inteſtinorum ramex.
Peritonæi diſſectio.
Thoracis vulneratio.
Corneæ tunicæ eroſio.
Vehemẽs caſus.

mens

©BIUM

mens caſus,aut compreſsio,quæ pulmonis,aut iecoris fibram plicant,contorquent,ac in rugas contrahunt,adeoque tum poſitum,tum figurã partis immutant. Quod cuidam lib.6.Epide.ſect.8.apho 41.Hippocrates iis verbis accidiſſe cõfirmat.Cui,inquit iecoris fibra complicata erat,hunc cõcuſsi,& confeſtim dolor ſedatus eſt. Cæterùm,vt hoc obiter ſaltem perſtringamus,quum Hippocrates,Galenus,& alij veteres iecori humano fibras tribuunt,non ita eſt accipiendum,quaſi in tot,& tam magnas, vt porcinum iecur,ſit diſciſſum, quum vnica continuaque ipſius ſubſtantia ſit,adeoq; ex toto ferè rotunda:ſed longê alias,& multò certe minores . Quippe λόβους ſeu fibras,omnia ἄκρα,id eſt,extrema Græci dixerunt . Hac igitur ratione iuxta ciſsionem qua vena ex vmbilico proficiſcens excipitur,duplicem fibram ſtatuerunt . Propter portiunculam etiam iecoris,ſub venæ portæ ortu extuberantem,fibris duabus itidem nonnulli conſtare illud dixerunt,Item iuxta ſinum quo iecur ſtomacho cedit,& in ſiniſtra maximê eius parte qua iecur ſepto connectitur,fibram quis nõ ineptê conſtituere poteſt . Hac itaq; ratione Hippocrates non vno in loco ſuorum monumentorum quinq; iecoris eſſe fibras tradit.Puto enim veterum dicta, ſi vlla ratione fieri poteſt , commodis interpretationibus potiùs lenienda eſſe,quàm acerbiùs,quod plerique hodie faciunt, inſectanda.Atque hæ quidem ſunt cauſæ quæ poſitum partium immutant.Porrò vicinarum partium conſenſum corrumpentes cauſæ ſunt tres . Prima,ineptus earundem coalitus,vt ſi quæ partes coaleſcunt ac vniuntur,quas diſtare oportuit: id quod interdum in ipſa formatione quę in vtero fit,accidere ſolet,nonnunquam etiam in adultis, vbi exulceratæ partes per negligentiam eorum qui eaſdem curãt,coaleſcunt. Secunda cauſa,appendiculi laxatio,tenſio vel ruptio. Tertia,vinculi laxationes , tenſiones, vel ruptiones.Laxantur,ab immodica humiditate: à ſiccitate tenduntur: propter vehementes motus,aut acres humores,rumpuntur.

Hippocrates.

Iecoris fibræ quales.

λόβοι.

Fibræ iecoris quinque.

Vicinarum partium conſenſum corrũpentes cauſæ tres.

Coalitus.

Appendiculi laxatio.

Vinculi.

CAPVT XI.

VNius verò adhuc generis morborum, quod omnibus partibus, ſiue ſimilares,ſiue omnino ſimplices,ſiue compoſitæ fuerint, commune eſt, generationis cauſas explicare oportet. Vniuerſum aũt hoc genus nominare conſueui,vnitatis ſolutionem,vnitatis corruptelam,aut continuitatis ſolutionem,vel quomodolibet aliter ſermonem auditoribus fore perſpicuũ ſperauerim.Nullũ enim nomen ab iis qui antè nos fuerũt,illi impoſitũ accepimus, quẽadmodũ in nonnullis eiuſdem ſpeciebus fecerũt. Fracturam enim,& cariem, in oſſe ſolutam continuitatem dixerunt:in carne autem vlcus,& vulnus.Ei aũt quæ in oſsibus fit capitis,plura impoſuerũt nomina.Nam quæ in aliis oſsibus,fractura,in his,fiſsio,& ruptura vocatur.Quæ verò ab acuto aliquo irruẽte et incidẽte fit,inciſio & diſſectio,& ſedes appellatur.Nomen autem teredonis apud græcos ε literâ abundare videtur:quippe à tremate,id eſt,foramine deriuatũ creditur,perinde ac ſi tredon,hoc eſt,foratio quædam ſit.Oritur autẽ ab acribus humoribus oſſa erodentibus.Subiicitur verò initiò alteri morborum generi, & oſsis potiùs aſperitas,quàm caries nominatur.Maiore autem perforatione facta, & quadam iam veluti cauerna apparente,caries appellatur.Huius quoque generis eſt colliſio,quæ magna ex parte in carnoſis accidit partibus nonnunquã verò & in capitis oſsibus,maximè in pueris. Nã in ſeipſum omnino cedat quod colliditur oportet,vt itaq; molle ſit hoc ipſum,& nõ prorſus durũ,neceſſe eſt.Proĩde vel carnoſa pars erit,vel oſsiũ aliquod molle, quod ſub violẽter irruẽte extrinſecùs aliquo

Vnitatis ſolutio.

Fractura.
Caries.
Vlcus.
Vulnus.
Fiſsio. Ruptura.
Inciſio. Diſſectio.Sedes.
τρυπάν.
Foratio.
τρυπάν.

Caries.
Colliſio.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 161 sur 637

©BIUM

valido, & duro corpore colliditur: vbi igitur partis ita affectæ externa facies continua permanserit, in profundo autem multæ & exiguæ diuisiones fuerint, huiusmodi θλάσμα & θλάσις, id est, collisio & contusio vocatur. Quòd si cauitas aliqua, quæ parti collisæ ab eo quod icit inducta est, appareat, huiusmodi malum illisio dicitur. Necessarium igitur omnino est vt in se ipsum sub ictu impellatur, & cauum fiat id quod colliditur, alioqui non collideretur: vt verò cauitatem, feriente remoto, retineat, non etiam est necessarium. Mollia enim omnia, magna ex parte, separato eo quod percussit, ad priorem constitutionem redeunt. Si verò non solùm ad interiora os capitis recesserit, sed etiam ruptura quædam inexteriori facie accedat, compositum iam huiusmodi malum erit, neque vllum illi à priscis autoribus nomen inditum referre possumus. Quare oratione potiùs explicandum, quàm nominibus extremè barbaris, qualia plurima à recentioribus medicis inuenta sunt, vtendum. Porrò continuitatis solutio est etiam ruptio & conuulsio, hæc quidem in carnosa parte, illa verò in neruosa consistens. Causa verò generationis horum repentinus quidam, aut inæqualis, & vehemens motus, præcipuè vbi neque perfricta, neque ad æqualitatem ducta, neque calefacta, neque emollita corpora motibus exponuntur. Diuelluntur enim in talibus affectibus complures in ipsis partes. Atque vt summatim dicam, omnes huiusmodi morborum causæ, aut extrinsecùs irruunt, aut ex ipso corpore ortum habent. Extrinsecùs adueniunt, quæ vulnerare, aut collidere possunt. Ex ipso autem corpore sunt immoderati & inordinati animalis motus, & humores quidam deprauati, quibus erodendi vis inest. Atq; hæ sunt causæ morbi, qui communis est omnibus partibus, tum simplicibus & primis, quæ similares appellantur, tum ex iis compositis, quæ & instrumenta, & instrumentariæ nominantur.

θλάσμα & θλάσις. Contusio. Illisio.

Ruptio. Conuulsio.

Externæ causæ. Internæ.

Similares partes. Instrumenta, & instrumentariæ partes.

COMMENTAR.

Ad tertium morborum genus quod vtrisque partibus, simplicibus nimirum seu similaribus, & compositis instrumentarisve commune est, & quod vnitatis continuitatisve solutionem vocat, progreditur, atque huius pro diuersitate specierum eiusdem causas exponit. Nihil autem refert siue solutionem, siue corruptelam vnitatis vel continuitatis voces, neque enim certum aliquod nomen huic morbo à veteribus impositum est. Speciebus tamen eius veteres medici peculiaria indiderunt vocabula, vt dilucidè in contextu, & cap. vndecimo prioris libri à Galeno est monstratum. Cæterùm ei solutioni quæ in ossibus capitis incidit Prisci multa imposuerunt nomina. Nam quæ in aliis ossibus cõmuniter fractura dicitur, in capitis ossibus Græcè ῥωγμὴ & ῥῆξις, latinè fissio, fissura, & ruptura vocatur. Quod etiam testatur Paulus, qui lib. 6. cap. 90. ita scriptũ reliquit. Fissio est caluariæ per summa, vel in superficie diuisio, vel profunda, neque tamen eousque vt laborans os extrà moueatur. Quę verò continuitatis solutio ab acuto aliquo irruẽte ac incidẽte fit, Græcis ἐκκοπή & διακοπή, & ἕδρα, latinis incisio, & intercisio, & sedes nominatur. Paulus loco citato ἐκκοπὴν caluarię diuisionem cum offensi ossis refractione esse scribit. Cur autẽ ἕδραν, id est, sedem nominauerint hanc continui solutionis speciem, coniicere nequeo. Nomen autem τερηδόνος, cariem latini vocant, litera ε abundare videtur. Rectiùs enim ξηρηδὼν quàm τερηδὼν, quasi perforatio nominatur. Huius autem mali causa sunt humores acres, qui ossa ipsa erodunt. Vbi verò primùm oritur hoc malũ, alteri morborũ generi, nempe asperitudini, subiicitur.

ῥωγμὴ, ῥῆξις. Fissio, & ruptura.

ἐκκοπή. διακοπή, ἕδρα. Incisio. Intercisio. Sedes.

τερηδών. Caries.

Solutio cõtinuitatis.

Exasperant

Exaſperant enim initiò prædicti humores oſſa, priuſquàm ea perforent, vt fuſiùs in contextu Galenus oſtendit. Huius generis eſt etiam colliſio, θλάσμα Græci nuncupãt, quæ in carnoſis præcipuè partibus, & mollibus oſsibus, qualia ſunt puerorum, accidit. Quale verò malũ ſit, Galenus perſpicuè indicauit. Quòd ſi cauitas aliqua in parte quæ colliſa eſt à re feriente inducta eſt, Græcis ἔνθλασις, Latinis illiſio appellatur. Reliqua quæ ſequuntur in contextu verborum Galeni perſpicua ſunt, vſque ad conuulſionis & ruptionis cauſas, quas tradit eſſe repentinum, aut inæqualem, aut vehementem motum. Præſertim quum corpora ipſa ante motum non fuerint perfricta, & ad æqualitatem ducta, calefacta, atq; emollita. Perfectione enim quæ præparatoria nominatur, ſolidæ partes molliuntur, & calefiunt, quòd fuſiùs libro ſecundo de tuenda ſanitate Galenus monſtrat, vbi inter alia ita ſcriptũ reliquit. Tum demum ad exercitãdum prodibunt, qui ad exercitationem frictione præparãtur, quum toto iam corpore abundè emolliti, excalefactiq; ſunt. Ex iam verò dictis cauſis, aliquas eſſe externas, aliquas internas, Galenus etiam in contextu ſatis apertè ſignificauit, vt prolixiori explicatione non ſit opus.

θλάσμα. Colliſio.

ἔνθλασις. Illiſio.

Perfrictio præparatoria.

Compoſitorum verò morborum cauſæ inuentu faciles ſunt, quum ex iam dictis componantur. Proinde, ſi cui placuerit, ſibiipſi compoſitarum cauſarum ſupellectilem parare poterit. Sed tempus eſt vt huic libro finem imponamus, ac de ſymptomatum differentiis agamus.

Compoſitorum morborum cauſæ.

COMMENTAR.

Compoſitas morborum cauſas ex ſimplicibus nullo labore poſſe inueniri in extrema huius capitis parte tradit. Poſſunt itaque ſinguli, ita ſi viſum illis fuerit, ſibiipſis harum cauſarum catalogum, nullo ſanè labore, texere, quòd ſcilicet ex ſimplicibus, iam copioſè expoſitis, componantur.

GALENI DE MORBORVM CAVSIS
Libri Finis.

Claudii Galeni pergameni de Symptomatvm differentiis liber,

Leonharto Fuſchsio interprete.

CAPVT I.

QVI nam & quot ſint omnes morbi per genera & ſpecies digeſti, tam ſimplices, quàm cõpoſiti, & à quibus ſinguli procreẽtur cauſis, in prioribus cõmentariis ſcripſimus. Reliquum verò eſt, vt de ſymptomatis diſſeramus, quò nobis de omnibus præter naturam affectibus ſermo perficiatur. Omnis igitur corporis affectus à naturali conſtitutione recedens, aut morbus eſt, aut morbi cauſa, aut morbi ſymptoma, quod nonnulli medicorum ſuccedens nominãt Verùm hoc nomen Græcis non admodum eſt in vſu, ſed ſymptoma, & pathema, & pathos omnia hæc appellare ſolent. Sanè non omnino idem per hæc nomina ſignificatur, ſed vt ipſe in præſentia diſtinguã, de omnibus quæ proxima inter ſe ſunt, deinceps ad hunc modum diſſerens.

Tres affectus præter naturam.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 163 sur 637

©BIUM

COMMENTAR.

Principio huius capitis, quid in prioribus duobus libris docuerit, quidque in iis qui sequuntur illi tractandum sit, exponit. Quum enim tres sint in vniuersum omnes præter naturam affectus, morbus nimirum, morbi causa, & symptoma morbi, morborum autem & causarum omnium differentię ac genera prioribus duobus cõmentariis sint explicata, ad perfectam horum ommium tractationem hoc tantùm restat, vt omniũ symptomatum differentiæ, ac causæ explanentur. Animaduertendum autem, symptoma à nonnullis medicis ἐπιγέννημα, hoc est succedens, non admodum ineptovocabulo esse nominatum, quòd scilicet morbo semper succedat, illumque veluti vmbra corpus, sequatur. Etsi autem prædictum nomen, naturæ rei maximè conuenit, tamen reliquis Græcis in vsu nõ est, vt qui eius generis omnia, symptomata, pathemata, & pathe appellant. Cæterùm non idem per illa nomina causa, morbus, pathema, & symptoma significatur, quæ hîc Galenus nominat περιεκόμενα, ideſt, propiqua, & meritòquidem. Nam causæ pathema & morbus, morbo autem symptoma proximum & vicinũ est. Quippe inter causam & morbum, morbũ item & symptoma nihil interuenit. Qua verò ratione sint hæc abinuicem distinguenda mox docebit Galenus.

ἐπιγέννημα. Succedens.

Morbus.

Morbus quidem dicitur constitutio quædam præter naturam, à qua primùm actio læditur. Constat autem si affectum quendam præter naturam à quo actio vitiatur dixerimus, idem nos dicturos. Siquidem quicquid est, siue sanum sit, siue ægrum, siue neutrum, id aliquo modo afficitur. Atqui nomen affectus, ab affici quodammodo deriuatum est: atque in hunc vsum non solùm ab antiquis philosophis, verumetiam reliquis Græcis omnibus admissum est. Affectus igitur generatim ad omnes tum sanos, tum ægros, tum neutros pertinet. Nam & cantus, & harmoniæ, & orationis, & dictionis, affectus Græcis dicitur.

Affectus generatim.

COMMENTAR.

Demonstraturus in hoc libro omnes symptomatum differẽtias Galenus, rectissimè à morbi definitione orditur. Quippe quum symptomatis natura tota propemodum à morbo, vtpote quem, veluti vmbra corpus, sequitur, pendeat, fieri nõ potest vt illius natura ac ratio rectè cognoscatur, nisi priùs morbi natura planè sit perspecta. Et vt à morbi definitione auspicetur Galenus, non tantùm ordinis, ac methodi ratio: sed & ea quæ priùs dicta sunt postulare videntur. Siquidem de tribus iis nominibus quibus affectus præter naturam significantur, & quę inter se proxima sunt, se esse distincturum, singulorumque naturam explanaturum paulò antè pollicitus est. Quòd vtinam Galeni consilium plerique hodie sequerentur, neque enim temerè ac ridiculè, & quod dicitur Andabatarum more clausis oculis, de multis rebus sibi nondum satis perspectis ac cognitis disputarent,, sed primùm quid per quoduis vocabulum, allatis in medium definitionibus, significare vellent, constituerent. Galenus igitur vt de singulis iam dictis nominibus perspicuè differat, principiò morbum, definit, inquiẽs. Morbus est cõstitutio, vel vt ipse loquitur κατασκευὴ, præter naturam, à qua primò functio vitiatur. Idem autem erit si dixeris, esse διάθεσιν, hoc est, affectum præter naturam, à quo primùm actio læditur. Nam affectus ab affici, quòd Gręcis est διαθεῖσθαι, deriuatur. Quicquid autem est, siue sanum, siue ægrũ, siue neutrum sit, quodammodo afficitur. Neutri autem hîc, ex Herophili & aliorum potiùs quàm sua sententia, Galenus mẽtionem facit. Nam verè neutros (qui, vt metipse libr. primo, de Simpl. medi. facul. capite vicesimoprimo interpretatur, nõ sunt, nisi qui non sunt aliquod duorũ extremorũ contrariorúmve) ipse capite secundo libri de differ. morborũ διυσαρεσουμένους nominauit. Affectus itaq; generatim ad omnes, tũ sanos, tũ ægros, tũ neutros, seu διυσαρεσουμένους

Cur à morbi definitione ordiatur Galenus.

Morbus quid.

Vere neutri qui.

©BIUM

pertinet. Quamobrem non ſolùm medici, ſed & philoſophi antiqui inanimis rebus affectus nomen tribuerunt. Nam & cantus, & harmoniæ, & orationis, & dictionis affectum dixere. Notandum verò hoc loco erit, vbi nos cantum conuertimus. Græcè eſſe μέλους. Vox autem μέλος Græcis membrum, & cantum ſignificat. Membrum propriè, cantum verò metaphoricῶς. Quemadmodum enim numeroſa corporis membra, quanquam diuerſum ſitum ac motum ſortiuntur, variiſque funguntur muneribus, nihilominus tamen ad vnum tantùm opus cooriuntur, vnumq; finem habent: ita etiam concentus qui μέλος Græcis vocatur, ex vocum diuerſitate conſurgit ac conſtituitur, ad vnumque finem tendit. Harmonia autem non ſonat latinis niſi modũ, ſeu modulationem. Atqui quatuor ſunt modi. Phrygius, furorẽ & pugnas excitat. Lydius lamentationes. Dorius, honeſtatem. Ionicus autem, iucunditatem. Rectiſsimè itaq; veteres cantus, harmoniæ, orationis, & dictionis eſſe affectum dixerunt, omnibus enim illis quatuor afficimuur. Id quod præ cæteris harmoniæ ſeu modi luculéter oſtendũt.

μέλος.

Harmonia.
Quatuor modi.
Phrygius.
Lydius. Dorius.
Ionicus.

Morbus autem ſanitati contrarius eſt. Ab viriſque verò differt, id quod pathos & pathema nominatur, vt etiam Plato ipſum definiens, dixit. Quicquid enim aliquis perpeſſus eſt, pathos appellandum. Vnde, arbitror, & ſenſuum alterationes, pathemata nominauit. In viſu quidem, eas quæ ab albo, & nigro, & flauo, & aliis coloribus fiunt. In tactu, eas quæ à calido, frigido, ſicco, humido, molli, duro, cæteriſque id genus omnibus. Similiter & in ſingulis reliquis ſenſibus. Vocat etiam voluptatem pathema, atq; in ſumma, omnem motum quicunq; ab altero in alterum procedit. Efficientis enim motus actio eſt. Eius verò quod ab eo quodammodo afficitur, pathema & pathos. Summatim enim affici quodãmodo idẽ eſt, quòd pati, & differt pathema ab affectu, motu. Ceſſante nanque eo quod alterat, alteratio quæ in eo quod perpeſſum eſt permanet, eius quod perpeſſum eſt affectus eſt. Proinde in ipſa cõuerſione, mutatione, alteratione, ac motione, pathos generationem obtinet. In eo autem quod manet, & quod ſeruatur in ſubiecto corpore, affectus conſiſtit. Iam verò & ipſum permanentem affectũ, Græci pathos nominant: veluti etiam id quod egit, nec etiamnum agit, cauſam. Quanquam neque hoc ſimpliciter cauſa, neque permanens affectus ſimpliciter pathos eſt: ſed ſi quis accuratè loqui velit, affectus factum pathos eſt, quum amplius non ſit pathos.

Pathos ſeu pathema.

Actio.

Affici.
Pathema ab affectu differt.
Affectus propriiſſimè.

COMMENTAR.

Pergit Galenus, & quòd morbus ſanitati contrarius ſit, id quod Ariſtotelis etiam cõfirmatione conſtat, quidque pathos ſeu pathema, actio, & affectus propriiſsimè ſumptus ſit, luculenter admodũ demonſtrat. Cæterùm à morbo & ſanitate differre pathos & pathema ex Platone, vetuſtiſsimo ſanè philoſopho, oſtẽdit. Is enim in Timeo, quẽadmodum etiam priſci omnes, motum omnem niſi actiuus ſit, pathema nominauit. Actiuus autem motus, Galeno lib. primo. the. metho. capite ſexto, autore, eſt qui à ſe editur. Paſsiuus verò, qui ab alio quopiam excitatur. Pathos igitur & pathema Plato appellauit, quicquid aliquis perpeſſus eſt. Vnde & ſenſuum alterationes, eas nimirũ quæ in viſu, à coloribus, in auditu à ſonis, in odoratu, ab odoribus, in guſtu, à ſaporibus, in tactu, à calido, frigido, & id genus aliis tum primis, tum ſecundis qualitatibus fiunt, pathemata nominauit. Vocauit etiam voluptatem pathema, & in ſumma, omnem motum quicunque ab altero in alterum procedit, vt fuſiùs libro ſecundo metho. capite 5. oſtenditur. Non igitur omnis motus pathos eſt, non enim agentis ſeu efficientis, qui potiùs Græcis ἐνέργεια Latinis actio, & functio dicitur. Corporis itaq; quod patitur &

Pathema.

Actiuus } motus.
Paſsiuus }

ἐνέργεια.
Actio.

©BIUM

afficitur:affici enim quodammodo idem eſt quòd pati:motus, pathos & pathema vocatur,ſiue is motus à cauſa externa,vel interna prodeat. Differt autem pathema ab affectu propriiſsimè ſumpto,motu.Quippe pathos in ipſa conuerſione,mutatione, alteratione,&motione generationé habet.Hoc eſt,pathos non eſt niſi quum aliquid cõuertitur,mutatur,mouetur,& alteratur. Affectus verò in ſubiecto corpore manet, & ſeruatur. Quãdo enim id quod alterat ceſſat, alteratio quæ in eo quod perpeſſum eſt manet,affectus dicitur:id eſt,id quod alteratione abſoluta in ſubiecto corpore permanet,eius quod perpeſſum eſt,affectus exiſtit. Vnde omnibus palàm fit, nihil priùs cenſeri affectum,quàm vbi in eo quod alterationi ſubiectũ eſt corpore,permanſerit. Permanens igitur,conſtans,ac ſtabilis eſt affectus . Contrà pathos non eſt niſi in ipſo, vt ſic dicam,fieri. Nam motio quâ corpus conuertitur,mutatur,alteratur,pathos,vt cõprehenſum eſt, dicitur. Fluxum igitur,mobile,& imperfectum aliquod pathos eſt. Affectus verò fixum,ſtabile, perfectum , ac pathematis veluti finis. Differunt itaque affectus, & pathema inter ſe,tanquam finis à medio,perfectum ab imperfecto, ſtabile ab inſtabili. Cæterùm ſi affectus,vt iam monſtrauimus , ex permanentium ac conſtantiũ eſt genere,pathema verò ſuccedentium,hoc eſt,eorum quæ nullam manentem ac ſtabilem obtinent partem, Sole etiam meridiano clariùs eſt,morbum, quandoquidem affectus eſt, itidem eſſe ex permanentium numero . Quippe quum cauſa morbifica quæ alterat corpus,quieſcit,id quod ab ea natum eſt,& permanet,ſiue qualitas ſit, ſiue ſubſtantia,morbus Galeno dicitur. Et quia in hunc modum de morbo loquitur Galenus, ideò rectiſsimè capite octauo præcedentis libri,lapidem in veſica , pterygiũ, & aſcarides,non obſtante quòd ſubſtantiæ ſint,inter morbos numeri recenſuit. Neque enim affectus in morbi definitione, quod in libro etiam de morborũ differentiis copioſiùs demonſtrauimus,pro qualitate tantùm à ſubiecto facilè mobili , vt ab Ariſtotele factum eſt,vſurpatur Galeno,ſed pro eo,quod deſinente alteratione,in ſubiecto corpore permanet. Si verò morbus eſt ex permanentium numero,atque adeò affectus, nullam etiam habeat cauſam continentem ſeu conuinctam,neceſſe eſt. Quòd hoc pacto oſtendemus. Cauſa continens eſt,quæ rei à ſe productæ eſſentiam continet. Cauſa autem,morbi eius quem produxit eſſentiam non continet, quòd ea ſublata morbus manere queat,vt capite ſecundo præcedentis libri abundè demonſtrauimus. Igitur morbus cauſam ſe continentem non habet. Præterea ſi morbus eſt affectus,hoc eſt, res cõſtans,ſtabilis & permanens,conſequitur etiam morbum à tumoribus fientem vocatũ, non eſſe morbum. Fientem enim illi nominant eum qui eſſentiam ſuam non niſi in fieri obtinet:quum tamen conſtet ea quæ in ipſa motione generationem habent, non morbos,ſed pathemata Galeno appellari . Quod vt hoc loco longiùs oſtendamus,partim neceſsitas ipſa poſtulat,vt qui cauſas etiam coniunctas , ſi morbos hoc modo eſſe fientes conceſſerimus,iis aſsignare cogeremur: partim vt id faciamus Franciſcus Valleriola nos hortatur,vt qui in huius loci enarratione ad afferendos morbos fiétes multas proferat rationes,dum ita inter cætera ſcriptũ reliquit. Verùm, inquit, magna nobis inde pugna ex hoc loco oriri videtur. Nam ſi verum eſt,affectum id eſſe,quũ quieuerit alterans,& iam agere deſiit,vti verborum Galeni ſeries apertiſsimè ſonat,ſequi omnino oportet,nullum eorum quæ fouentem vel efficientem cauſam habent,affectus cenſeri debere,ſed tantùm pathemata dici. Quare neque febris ipſa putrida,neq; phlegmone,neque ſcirrhus,neque aliquod huiuſmodi in quibus cauſa perſeuerat, morbi aut affectus cenſebuntur:quòd in iis alterans non quieſcat,ſed perpetuò agat. Proinde non fientes morbi,vt medicorum more loquar,ſed ſolùm qui facti ſunt,&non iam in fieri eſſentiam ſuam poſsident,ii morbi dici merebuntur, vt ephimera febris, hectica, tabes,& reliqua omnino vitia,quæ ceſſante ea vnde nata ſunt cauſa,permanẽt. Quod tamen Galeno,atque adeò veritati ipſi repugnat, qui putridam febrem, phlegmonem, & alia commemorata,inter morbos recenſet. Hæc ille. Ad quæ ita reſpõſum volo. Ad

Pathema ab affectu propriiſsimè ſumpto differt.

Pathos.

Affectus.

Morbus ex permanentiũ numero.

Morbus interdũ ſubſtantia eſt.

Affectus quomodo à Galeno vſurpatur.

Morbi nulla eſt cauſa continens.

Cauſa continens quæ?

Morbi fiẽtes nõ ſunt morbi.

Franciſci valleriolæ argumentorum de morbo fiente confutatio.

©BIUM

Galeni verba non ſequitur id quod colligit Valleriola. Nam etſi verum ſit, nullũ eorum quæ fouentem cauſam habent, affectus cenſeri debere, ſed eſſe potiùs pathos: tamen non ob id ſequitur phlegmonen non eſſe affectum, adeoque morbum, quia in iis alterans non quieſcit, ſed perpetuò agit. Siquidem in phlegmone, febre, & in reliquis omnibus morbis, Galeno etiam ipſo libro octauo, the. metho. capite primo, & libro decimotertio capite ſecundo teſte, principio conſiderandum eſt, num cauſa creãs morbum adhuc adſit, aut morbo iam facto deſierit. Si cauſa efficiens, ſiue fouens adhuc adeſt, necdum morbus abſolutionem nactus eſt, duo ſpectanda veniunt. Vnum, quod in generatione adhuc eſt, adeoque in fieri conſiſtit: id enim pathos & pathema propriè loquendo dicitur, eique parti artis quæ futurum præcauet morbum, ſubiicitur. Eſſe autem idipſum pathos, ex eiuſdem definitione ſatis liquet. Neq; enim eſt niſi alteratio quæ adhuc fit. Vel motus circa materiam, ab efficiente procedens. Si verò pathos eſt, non erit res permanens ſiue affectus, igitur neque actionem lędet, neque illi etiam morbi definitio cõueniet. Prætereà ſi ei parti quæ futuros morbos præcauet ſubiicitur, quòd diſertè loco iã citato Galenus atteſtatur, morbus certè haud erit, vtpote qui ad alteram artis partem, nempe eam quę morbos curat, pertinet. Alterum quod cõſiderãdũ erit, eſt id quod iam factũ eſt, & cauſa etiam efficiẽte ſublata permanet. Eſt verò id à quo actio læditur, ideoque meritò morbus appellatur, & ei parti artis quę morbos ſanat, ſubiicitur. Proinde quicquid phlegmones, aut febris iam generatũ eſt, morbus dicitur, quòd ſit res permanens, adeoque affectus actionem lædens. Quicquid verò eius adhuc in generatione eſt, aut in fieri conſiſtit, pathos rectiſsimè, & nequaquam morbus nominabitur, quòd ſcilicet nõ ſit affectus, & ex permanentiũ numero. Nam cauſa efficiente ſublata, ſtatim & ipſum quod in fieri conſiſtit, vnà tollitur, ac deſinit. Neque enim permanẽtia ſunt Galeno, niſi quæ ſublata ea vnde nata ſunt cauſa, adhuc permanere, & ſubſiſtere poſſunt. Ex iis igitur quæ diximus, manifeſtum fit, non eũ ſolùm morbum qui à cauſa ſua vel in fieri, vel in conſeruari, vt ita dicam, nullatenus pẽdet, in ſumma cuius nulla amplius pars futura eſt, quòd ſcilicet effectrix cauſa ſublata ſit aut deſierit, vt eſt febris ephemera ſeu diaria dicta, morbum Galeno dici: ſed eum etiam qui cauſam fouentem adhuc habet, atque adeò nondum totus factus eſt. Quod euidentiſsimè confirmant ea quæ libro primo, de laborantibus locis capite ſecundo, Galenus ſcribit, vbi quęſtionem hanc diluit, num quemadmodum domus, eo quo fit tempore, nondum eſt domus, ſed tum domus eſt, quũ tota facta eſt: eodẽ modo morbus eo quo fit tempore, fiens quidem ſit, nondum tamen exiſtat. Nam illic diſertè demonſtrat, nullum eſſe, propriè loquendo, fientem morbum: quòd protinus ab initio quum incipit morbus: ſecùs atque domus, quæ non eſt domus, niſi vbi tota facta fuerit: verè exiſtat morbus, vt fuſiùs in noſtris in hunc librum editis commentariis docuimus. Quocirca quũ in eo morbo cuius cauſa effectrix adhuc manet, id quod factũ eſt, morbi naturam habeat, hoc eſt, functionem lædat, rectiſsimè morbus, quòd ſcilicet affectus ſit, & ſua etiam ſublata cauſa permaneat, dicitur. Id quod pleuritidis exemplo planiùs reddemus. In ea ſiquidem pars phlegmones iam facta, & quæ actionem lædit, morbus, & quidem pleuritis appellatur, non obſtante quòd cauſa hunc fouens adhuc adſit: nam illi morbi definitio exquiſitè quadrat. Accedit quòd à perfectiori ſemper fiat denominatio. Perfectior autem phlegmones ea exiſtit pars, quæ iam facta eſt, per ſe enim & citrà alterius opem permanere ac conſiſtere poteſt, quàm ea quæ adhuc fit, igitur ab ea denominatio ſumenda erit. Quid multa? morbus eſſentiam generatione poſteriorem, quemadmodum domus ipſa, non obtinet, ſed protinus ab initio eadẽ conſtat eſſentia, igitur eo etiam quo fit tempore verè exiſtit, & effectus; propriiſsimè etiam ſumpto vocabulo, adeoque morbus, quòd actionem lædat, dicitur. Maioris tamen perſpicuitatis gratiâ, licebit etiam de Galeni ſententia fientem morbũ appelare eum, cuius cauſa effectrix, vel conſeruans ſubeſt, & qui nondum ad abſolutionem ſuã

Si cauſa efficiẽs morbum adhuc adeſt, duo ſunt cõſideranda.

Permanẽtia quę?

©BIUM

peruenit:Factum verò,eum qui iam vehementiſsimus eſt, & plenè abſolutus. Atque hęc eſt legitima Galeni de morbo fiente,& facto ſententia, quam etiam Valleriola ſequitur,& amplectitur,in eum ſcribens modum. Vt igitur, inquit, ad quæſiti dilutionē accedam,cōſtare puto ex iis quæ in hac digreſsione de affectu &pathemate dicta ſunt, morbum omnem cuius cauſa effectrix vel conſeruans ſubſit, verē morbum Galeno, non pathos,dici debere.Nam etſi in eo alterans non quieſcat,ſed cōtinuò agat, cuius merito affectus dici non deberet,ſed pathos:ad id tamen collatum quod iam factū eſt, à quo protinus functionū læſio ſequitur,iam alterans agere deſiit, nec ampliùs quod effectum eſt,in motu & alteratione,ſed in affectu, & permanentia quaſi quadam conſiſtit,quamobrem & morbus iure cenſebitur.Hactenus Valleriolæ verba, quibus noſtram comprobat ſententiam, bona retulimus fide.Quam etiam ſequitur quum morbum fientem definit eſſe eum, qui cauſam ſui productricem habet,& cuius altera pars facta ſit,altera futura fieri Nam in hanc ſeutentiam nos quoque morbum eſſe fientē concedimus,vt ex iis quæ paulò antè diximus,liquet.Conſtanter tamen negamus idipſum quòd in fieri adhuc conſiſtit,morbum debere dici,ſed potiùs pathos. Nobiſcū etiam ſentit,& in noſtram manibus & pedibus concedit ſententiam Valleriola,vbi in eum ſcribit modum.Nec huic meæ ſententiæ Fuchſius repugnat, etiamſi vltrò libro ſecundo,paradox.capite primo,aſſeueret,morbum qui fit,non eſſe morbum.Nam ita eum intellexiſſe exiſtimo,idipſum quod in fieri,& alterari adhuc conſiſtit,morbū nō eſſe,quod ego item proiecta haſta confiteor. Hæc ille. Vnde Sole meridiano clàriùs apparet Valleriolam,etſi interdum hanc deſeruiſſe videatur, tamen tandem noſtram amplecti ſententiam.Quòd autem ſibi paſsim non conſtet, alia de cauſa factum non eſt,quàm quòd ea quæ ſemel à malis præceptoribus hauſit facilè dediſcere haud potuit,ideoque varias elabendi rationes excogitauit, ne quod ſemel verum eſſe ſibi perſuaſum eſt,ab eo temerē recedendum eſſet.Quare ſummo ſtudio admittendum eritvt optimos nacti præceptores,à teneris ſtatim annis optima diſcamus, ne tandem in dediſcendis iis quę praua ac falſa ſunt plus laboris nobis ſit inſumendum,quàm olim in diſcendo.Quòd aduerſùs noſtram ſententiam producit locum Galeni ex libro primo, de laborantibus locis,multa confutatione non eget.Nam conſtat illum perperam ab interprete eſſe cōuerſum,vt qui non ſine maximo errore πάθος hîc, vt paſsim in eo libro,pro affectu eſt interpretatus, quemadmodum fuſiùs in annotationibus noſtris in primum Galeni de tuē.ſani.librum monſtrauimus.Sed de his hactenus, ad inſtitutum igitur reuerſi, id quod reſtat,explicabimus. Eſt autem huiuſmodi.Græci affectum permanentem etiam pathos:veluti id quod egit,nec etiamnum agit,cauſam nominauerunt,atquī per abuſionem.Quod teſtantur abundē,quæ libro ſecundo,the.metho, capite tertio ſcribit inquiens Galenus. Nūc per abuſum etiam affectum qui ex pathemate iam prouenit,nec ampliùs in motu eſt,pathema appellant. Quocirca rectè hoc loco ait,permanentem affectum non ſimpliciter eſſe pathos, ſed cum adiectione factum pathos,quum ampliùs non ſit pathos,neque enim in motu eſt,ſed moueri, & alterari deſiit.Ita cauſa quæ agere deſiit,non ſimpliciter eſt cauſa,quod non ampliùs agat:ſed cum adiectione, quæ agere deſit cauſa

Factum pathos.

Quòd verò Græci ſic nominare conſueuerunt, in libro de medicis nominibus eſt à nobis demonſtratum. Atque meminiſſe oportet,eius quòd ſemper à nobis dictum eſt,vt de nominibus celerrimè cū aliis paciſcamur, ad res autem ipſas properemus,inque iis verſemur, ac immoremur. Verum plurimi eorum qui ſe eruditos eſſe exiſtimant,contra faciunt, omnem enim ſuam vitam de nominibus altercando conterunt,adeò vt ad artis finem nunquam peruenire poſsint. Quid igitur facere oportet eū qui veritatis eſt amans? Res quæ inter ſeſe naturâ ſimiles ſunt,

De nominibus celerrimè cū aliis paciſcendum.

& ob

& ob hoc minus aduertuntur, demonſtrare, Deinde imponere eis nomina, potiſſimum, ſi fieri poteſt, quæ maximè ſunt vſitata. Quòd ſi verò hæc ignorat, propria fingere. Antè omnia autem ſingulis rebus ſingula imponenda nomina, ne qua in ſermone ex homonymia obſcuritas, & ſophiſmata oriantur, neque etiam res aliqua omittatur. Porrò ſiue rectè, ſiue perperam, ſiue propriè, ſiue impropriè nomen ſit impoſitum, per multum ocium conſiderandum eſt, vbi tam res ipſas didicerimus. Quippe in harum cognitione ſucceſſus conſiſtit, non in nominibus. Nos verò, vt diximus, patria, & conſueta imponimus nomina, & res inter ſeſe proximas definimus, ac diſtinguimus. Cæteris autem pro arbitrio nominare permittimus, ſed rem aliquam indefinitam relinquere minimè concedimus.

COMMENTARIVS.

Non eſſe more quorundam de nominibus temerè altercandum, ſed curandum potiùs vt res ipſas cognoſcamus, ac ſingulis ſingula nomina, eaque (ſi fieri poteſt) maximè conſueta ac vſitata imponamus, hoc in loco hortatur Galenus. Nam quum rebus ideò ſint impoſita nomina, vt nobis rerum ſignificata explicent, in rebus ipſis verſari, atque immorari, non in anxia, & ſcrupuloſa nominum inquiſitione oportet. Neque tamen eſt vt quiſpiam ex præſenti Galeni loco ſuæ inſcitiæ patrocinium arripiat, atque damnare illam prorſus in medico nominum inquiſitionem putet, quando idipſum ne per ſomnium quidem Galeno in mentem venerit. Eos nanque hîc tantùm notat, qui ocioſam in verbis non neceſſariis, minimeque vſitatis operam ponunt, ac totam ſuam vitam de nominibus litigando conterunt, atque adeò in hoc tantùm ſtudium incumbentes, nunquam ad artis finem perueniunt. Hanc verò eſſe legitimam huius loci explicationẽ ſatis etiam quæ alibi ſcribit Galenus, teſtãtur. Nam libro tertio de differentiis pulſuum in hunc modum ſcriptum reliquit. De nominibus pugnare, nec vllum hîc modum facere, & multùm elaborare, ſolidoſque implere maximos libros iis præſtigiis, nec neceſſe eſſe, nec par, nec veniâ dignum iudico. Et iterum libro ſecundo, prognoſticorum, commentario viceſimonono. Aſsiduè, inquit, in animo habeas, eatenus ſtudendum eſſe nominibus, quatenus ad apertiorem eorum quæ narramus ſignificationem ex illis iuuari queas. Reliquum verò tempus ſuperuacuum exiſtimabis, ad ſtudium meliorum rerum accommodãs. Hæc ille. Quocirca qui veritatis ſtudio flagrat, eum, quod Galenus hîc monet eſſe ſedulò faciendum, res natura inter ſeſe ſimiles, vt ſunt cauſa, morbus, & ſymptoma, adeoque propter ſimilitudinem minus animaduertitur, quę & quales ſint demonſtrare oportet, vt ſcilicet ſeorſim quæ ſit cuiuſque natura intelligatur. Dein perſpecta ſingularum natura, nomina illis imponenda, ſi ita fieri poteſt, maximè vſitata, & conſueta. Nam conſuetudo & vſus, rebus ipſis multam afferũt perſpicuitatem. Quapropter in medicina, artibuſque aliis omnibus interpretandis & enarrandis, præſtat interdum rebus, quę non ſatis appoſitè Latinâ exprimi linguâ poſſunt, Græca potiùs recepta, quàm Latina parum vſitata indere nomina. Verbi gratia, conſultius eſt affectum præter naturam qui morbum comitatur appellare ſymptoma, quàm accidens. Siquidẽ accidens magis appoſitè id exprimit, quòd Græcè συμβεβηκός dicitur. Eſt autẽ illis, συμβεβηκὸς Galeno li. 1. metho. cap. vltimo, autore, quicquid ſanorũ conſtitutionem ſequitur. Neq; hîc metuendum eſt ne in hoc genus reprehenſorũ incurramus, quibus nullum probatur verbũ, quanquã rei proprium eſt, & Latinum, nulla etiam verborũ conſtructio, ſi iis non vſus fuerit Cicero. Nam etſi vir ille in arte dicendi princeps eſt, atque adeò in hoc genere maximè

De nominibus non eſt temerè altercandum.

Galenus nominum inquiſitionem non prorſus damnat.

Accidens.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 169 sur 637

©BIUM

Medicus ad Ciceronis loquēdi normā non adſtringitur.

imitandus,tamen quia de rebus & artibus omnibus non ita ſcripſit, vt dicendi ac vi-
uendi præcepta,& quædam alia tradidit:atque res ferè ſingulæ propriis appellantur
nominibus, arteſque ſingulæ propria habent vocabula,ridiculum planè eſt medicum,
aut alterius profeſsionis quàm non tractauit Cicero hominem,ad Ciceronis loquen
di normam adſtringere,& rem ſimplicem, quę non caret Latino, aut ſaltem Græco,
in hac tamen arte vſitato,nomine,pluribus verbis explicare. Si autē vſitatis deſtitui-
mur, de Galeni conſilio,propria ſunt fingenda.Singulis enim rebus ad euitandā quæ
ex homonymia naſcitur in ſermone obſcuritatem, quæ confuſionis mater eſt,ſingu-

Singulis rebus ſingula imponēda nomina.

la ſunt imponenda nomina.Hinc eſt quòd libro primo, de ſpirādi difficultate ab ini-
tio ſtatim,ita ſcribat Galenus.Longè,inquit,clarius eſſe opinor,ſingulis rebus ſeorſim
vnum nomen,ipſiſque proprium,indere,eoque ſemper appellare,quum vtique nemi-
nem lateat communia nomina, quæ ſcilicet vnum non magis quàm alterum ſignifi-
» cant,auditorem ipſum adeò confundere ac perturbare, vt quid ſit quod indiſtincta
» homonymia enunciatur,non intelligat.Hęc ille.Deinde ſingulis quoque rebus ſingu
» la imponenda nomina,ne hinc ſophiſmata oriantur. Quod faciendū eſſe libro quo-
» que primo, therapeuticę methodi cap. quinto iis monuit verbis. Vnicè curandum vt
ſingulis rebus ſua accommodentur nomina:ſic enim dilucida doctrina, atque à So-
„ phiſmatis,quæ hononymiā parit,libera efficitur. Nulla itaque res, cui non proprium
„ nomen imponatur,omittēda erit.Num verò rectè aut perperam, propriè vel impro-
priè nomen fuerit inſtitutum,multo ocio conſiderandum erit,vbi ſcilicet priūs res i-
pſas didicerimus.Nam ſi rerum notitiam conſecuti fuerimus integram, facilè dein-
ceps,cùm legitimis nominibus eas inſigniuerimus,deprehendemus. Quomodo autē
res ſibi proximas appellare conſtituerit, actionem nimirum,pathema,affectum,mor-
bum, & ſymptoma,hîc planè definit,idque copioſiùs in libello de medicis nominibus
à ſe inſcripto, qui iniuria temporis,vt alii multi Galeni libri,intercidit,demonſtrauit.

Igitur in iis quæ nunc nobis propoſita ſunt,id quod fit dum conuertitur,& mu tatur corpus,& quomodolibet alteratur,diuerſum eſt ab eo quod iam factum eſt, & permanet:eius autem quod factum eſt,aliud quidem naturalem actionem ef- ficit,aliud verò eam lædit.Quod quidem in ipſo fieri eſſentiam habet, actionem, aut pathos nominauimus.Quod verò per aliquod tempus permanet, ſanitatem, aut morbum.Pathos autem ab actione diſcreuimus,tanquam id quod facit ab eo quod fit:& morbum à ſanitate, veluti id quod præter naturā eſt, ab eo quod ſe- cundum naturam.

Actio. Pathos. Sanitas. Morbus.

COMMENTAR.

Breuiſsimè quid ſit actio,pathos,morbus,& ſanitas Galenus oſtēdit hunc in modū. Id quod fit dum alteratur,cōuertitur,& mutatur corpus, differt ab eo quod iam factū eſt & permanet.Porrò id quod fit in ipſo fieri eſſentiam obtinet,atque adeò de ſucce- dentium eſt numero.Eius generis eſt actio & pathos,quæ duo tamen inter ſe differūt, vt id quod facit,& id quod fit.Actio enim motus eſt agentis. Pathos autem motus rei quæ ab efficiente afficitur.Vel alteratio quæ adhuc fit.Ex genere eius quod factū eſt, morbus & ſanitas exiſtit. Differunt autem,quòd hæc ſecundum naturam eſt, ille verò præter naturam. Quę quum ex ſuperioribus ſatis nota ſunt, prolixiori enarratione non egent.

Actio. Pathos. Sanitas. Morbus.

Sanitas quid?

Rurſus igitur,integris horum deſinitionibus poſitis, quæ reliqua ſunt deinceps proſequamur.Sanitas itaque eſt affectus ſecundum naturam, actionis effectrix.

Nihil

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 170 sur 637

Nihil verò refert, vt diximus, siue constitutionem, siue affectum, siue actionis effectricem dicas, siue actionis causam. Simili modo etiam si, secundum naturam, omiseris, nihil refert, intelligitur enim in reliqua oratione. Sic quoque morbus, constitutio est corporis præter naturam, aut vitiatæ actionis causa. Vel breuiùs hoc modo. Morbus est affectus præter naturam qui actionem impedit. Pathos autem est motus in materia, ab efficiente procedens. Ipse verò efficientis motus, actio est.

Morbus.
Pathos.
Actio.

COMMENTAR.

Vt omnino eorum quæ sibi proxima sunt natura cognoscatur, sanitatis, morbi, pathematis, & actionis hoc loco definitiones integras proferre, adeoque repetere denuò quę anteà dicta, Galenũ non piget. Facilè enim ab imperitis, propter hãc vicinitatem, vnum pro altero vsurpari posset, nisi diligenter priùs à se inuicem definitionibus suis distincta essent. Cæterùm quòd nihil referat, in sanitatis ac morbi definitione siue cõstitutionem, siue affectum dixeris, abundè ex iis quæ capite secundo, libri de morborum differentiis dicta sunt, constat. Præterea notum iam est, pathos esse motũ in materia, hoc est, in eo quod patitur, ab efficiente progressum. Cætera sunt suprà satis explicata.

Pathos.

Id verò quod suapte naturâ ei quod fit aliquam suæ generationis partem inducit, causa illius dicitur. Porrò huius complura sunt genera, nempe materia, & vtilitas, & scopus, & instrumentum, & vnde principium motus. Singula enim horum, ei quod fit aliquid perfectionis conferunt. Quæ verò nihil conferunt, sed tamen ab iis quæ conferunt seiungi nequeunt, ea causæ sine qua nõ, rationem obtinent. Hæc quum ita se habeant, fieri potest vt causarum, quæ crebrò sese inuicẽ excipiunt, series quædam sit, veluti si pluribus calculis inter se ordine positis, primum quis moueat, primus verò secundum, & ille tertium, atq; ita deinceps quilibet eum qui sibi succedit. In iis enim omnibus nisi quis distinguat id quod per se facit, ab eo quòd ex accidente facere dicitur, multa & absurdissima in disputationibus committet errata. Significat autem per se, idem quod primò: quãuis nonnulli Atticè loquentium vocabulum hoc non vsurpant. Ex accidenti verò, idem quòd secundo. Igitur qui primo calculo digitum admouet, primò quidem hunc mouet, ex accidenti autem, & secundò, eum qui illi succedit, atque ad eum iam modum reliquos omnes. Sic etiam primus per se mouet secundum, ex accidenti verò tertium, & deinceps reliquos. Atque eadem ratione secundus, primò quidẽ mouet tertium, quartum verò, & quintum, & alios deinceps, secundò. Quòd si autem acuratius distinguere volueris: sic enim ad exquisitam rerum notitiam vtiliùs erit: quilibet calculus primò mouet eum qui sibi succedit, secundò autem eum, qui hunc sequitur, qui post illum, & quartò & tertiò eum qui deinceps succedit.

Causa quid?
Genera causarũ.
Causa sine qua non.
Causarũ inuicẽ sese excipientiũ series.
Per se.
Ex accidenti.

COMMENTAR.

Quum hactenus Galenus luculẽtissimè quid sanitas, quid morbus, quid pathema, & actio sit, ostẽderit, nec quicquã horũ sine causa fieri possit. ideò nũc quid sit causa etiã exponit, inquiẽs. Id quod ei quod fit aliquã sue generationis partẽ suapte natura inducere potest, causa illius dicitur. Quòd verum esse per singula eius genera, quæ quatuor numero sunt, nempe materia, vtilitas, scopus, instrumentum, & vnde principium mo-

Causa quid?
Genera causarũ quatuor.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 171 sur 637

©BIUM

tus demonſtrabimus. Quicquid enim fit, idipſum ex aliquo, & alicuius gratiâ, & per aliquid, & ab aliquo efficitur. Porrò materia eſt ex qua aliquid fit, verbi gratia, ligna, lapides, domus ſunt materia, vel, vt nunc loquũtur, cauſa materialis. Color item imaginis pictæ, aurum phialæ, æs ſtatuæ, nam quodlibet horum ei quod fit ſuæ generationis portionem impartitur. Vtilitas autem eſt, gratia cuius aliquid fit, vt veſtis, tegendi corporis gratiâ. Hoc autẽ genꝰ cauſę, Galeno in lib. de cauſis procatarcticis teſte, variis appellatur nominibus. Nam vel propter quid, vel finis, vel vt hodie nominant, cauſa finalis, & ſcopus vocatur. Sed præſtat eius proferre verba. Vnum vtique eſt hoc genus cauſarum, quòd ſiue id propter quod fit volueris nominare, ſiue vtilitatem generationis eius, ſiue finem, ſiue intentionem, nihil differt. Intentionem autem interpres σκόπον conuertit, Hermolaum Barbarum fortè ſecutus, qui libro tertio Themiſtii de anima, capite ſexageſimo primo, σκόπον intentionem, & propoſitum conuertit. Rectiùs autem de ſententia Giceronis in oratione pro Sextio, & libro ſecundo officiorum multiſq; aliis locis σκόπον propoſitum vertes. Vnde palam fit Galenum hoc loco, perinde atq; in libro de cauſis procatarcticis, vtilitatem & ſcopum pro vna & eadem vſurpare cauſa. Atqui hîc fortaſſe nobis quiſpiam, id quod etiam Franciſcus Vallerio-
la in ſuis facit commentariis, Galeni locum ex libro de ſectis obiiciet, in quo is diſertè ſcopum à fine differre iis affirmat verbis. Modicæ artis ſcopus, ait, ſanitas eſt: finis ipſius
" ſanitatis poſſeſsio. Et alium auctoris introductorii, qui inter cætera ſic ſcriptum reli-
" quit. Quouſque finem ſuum, inquit, non aſſequitur medicus, non finis eius, ſed ſcopus dicitur. Cui ita reſponſum volo, verum quidem eſſe, propriè loquendo, ſcopum à fine differre, haud ſecùs atque propoſitum à propoſiti fine. Verùm quum hoc loco Galenus vtilitatem ſiue finem, ac ſcopum id nominet, gratiâ cuius aliquid fit, nihil curãdo idipſum conſequamur, aut non, nequaquam inter ſe differre hæc duo palam fit. In eum quidem ſenſum, ſanitas, & ſcopus, & finis medici eſt, quòd ſcilicet hunc ſibi ſcopum, & finem propoſuerit, vt nihil non gratia ſanitatis vel conſeruandę, vel reſtituendę faciat, quanquam eam non ſemper conſequitur: perinde atq; ſagittarius qui proſco
po & fine habet deſignatum ſibi locum, in eumque perpetuò ſagittas dirigit & collineat, etiamſi illum non ſemper attingit. Quapropter quum nemo, modo ſanæ mentis ſit, quicquam agat niſi finem ſibi aliquẽ proponat, ideò fit vt non rarò σκόπος & τέλος pro vno accipiantur. Quòd non Galenum tantùm, ſed & Ariſtotelem feciſſe conſtat. Is enim libro ſexto ethicorum in fine propemodum, nominat, τέλος quòd aliàs σκόπον appellare cõſueuit. Prætereà in libro ſeptimo pro τῷ σκόπῳ dixit, τὸ οὗ ἕνεκα. Nõ igitur ſine exemplo Galenus hoc loco ſcopum, propter quid, & finem, pro vno, & eodem vſurpauit. Quinetiam recentiores cauſam finalem vocant, propter quam conſequendam efficiens agit, ſiue illam conſequatur, ſiue non. Quòd ſi tamen quiſpiam propriè & argutè loqui velit, is ſcopum, quemadmodum Macrobius libro primo, in ſomnium Scipionis capite quarto definit, propoſitum atque adeò præmeditatum finem, & in artificis mente conceptum, appellabit. Finem autem eius quod præmeditatum, & mente conceptum, fuit, conſecutionem. Quaquidem ἀκριβολογίᾳ ſunt qui hodie etiam vtantur, dum finem à cauſa finali diſcernunt: finalem cauſam ipſam intentionem ſeu propoſitum, ſcopúmve vocantes efficientis. Finem verò ipſius propoſiti conſecutionem. Tertium genus cauſæ eſt inſtrumentum, per quod aliquid fit, vt aſcia, dolabrum, terebellum, ſerra, ſecuris, & id genus alia. Atque ita ſanè carpentarius, aut faber lignarius obtuſam ſecurim praui operis cauſam eſſe ait, quemadmodum ſcriba prauæ ſcriptionis obtuſum calamum. Quartum, vnde principium motus, efficiens, ſiue artifex eſt quo aliquid fit, hoc eſt, res efficiens, vt Phidias, verbi gratia, ſtatuę, medicus ſanitatis. Cæterùm ex iam dictis quatuor cauſis, ſecunda & quarta, maximè principes ſunt, prima verò & tertia, priores duas dignitate ſequũtur, id quod Galenus etia in libro de procatarcticis cauſis fuſiùs monſtrat. Et hæ quidem omnes aliquid

Materia.

Vtilitas. Huius generis varię ſunt appellationes.

σκόπος.

Obiectio.

ſolutio.

σκόπος καὶ τέλος pro vno accipiũtur.

Scopus propriè quid?

Finis. Finem à cauſa finali nonnulli diſcernunt.

Inſtrumentum.

Vnde principiũ motus.

©BIUM

omnes aliquid perfectionis ei quod fit conferunt,vt patebit ei qui per ſingulas diſcurret.Quæ tamen nihil conferunt ad eius quod fit perfectionẽ,ſed tamen ab iis quæ cõferunt ſeparari non poſſunt,cauſæ ſine qua non,rationem obtinent.Eius verò cauſæ exemplum eſt apud Galenum libro tertio ther.methodi capite nono, Ibidẽ enim puritatem vlceris rationem eius,ſine qua non ,obtinere ait . Nequit enim vllo pacto curari vlcus,niſi priùs purum,& ab excrementis mundũ fuerit.Habet & ipſa cauitatis impletio,ad vlcus rationem cauſę ſine qua non. Siquidem niſi cauitas priùs impleta ſit, vlcus cicatrice induci non poteſt, Tam puritas itaque,quàm impletio cauitatis, cauſæ ſunt,ſine quibus vlcu,ſcurari nõ poteſt,proĩde ab iis quæ curãt vlcus ſeiungi nequeũt. Præcedere enim oportet ea,veluti ſanguinis generationẽ cibi prę̃aſio antecedit . Vt & hanc cauſæ ſine qua ſanguis generari nõ poſsit obtinere rationem neceſſe ſit.Porrò quòd cauſarum, quæ ſeinuicem excipiunt,ſit ordo quidam , luculento calculorũ exẽplo Galenus mõſtrat.Quod quia omnibus perſpicuũ eſt,ideò vberiori enarratione nõ eget.In ordine autem cauſarũ diligenter admodũ diſtinguendæ erunt cauſæ , quæ per ſe aliquid faciunt,ab iis quæ ex accidente quicquam faciunt, modo inter diſputãdum, te,atq; alios multis erroribus implicari nolis.Per ſe autẽ quicquam facere dicitur, quũ ex ſua natura,atq; adeò primò,& nullius interuentu facit.Ex accidente autem contrà, quũ non ex ſua natura,ſed ſecundò,alteriuſq; interuẽtu.Per ſe itaq; frigida aqua refrigerat,ex accidente autẽ calefacit,ſtipata nimirũ,occluſaq; corporis ſumma facie,atque adeò calore intùs cõcluſo , & aceruato.Sic calida aqua per ſe calefacit,ex accidẽte autẽ hoc eſt,intercedẽte calidorũ vacuatione,refrigerat,vt fuſiùs lib.3.de temp.cap.vlt.Galenus demõſtrat.Ea quoq; de re ex profeſſo agit lib.1.de ſimpl.medica.facul. cap.2.3. & 4.Quòd ſi ad prę̃ſentẽ diſputationẽ cõgruẽtia exẽpla diſquiras , morbũ cauſam per ſe læſę actionis dices,ex accidente verò cauſam morbificam.Morbus enim primò, & nullo alio interueniente,actionẽ impedit:cauſa verò,ſecũdò,id eſt,morbi interuentu. Reliqua planiora ſunt,quàm vt explicationẽ vllam requirant.

Cauſa ſine qua non.

Cauſæ per ſe ab iis quæ ex accidenti faciunt,diſtinguendæ.

Per ſe.

His ita ſe habentibus ac definitis, quoniam morbus affectus quidam eſt præter naturam , lædens actionẽ,morbum autem ipſum alter quidã affectus præcedere poteſt,qui & ipſe ſit præter naturam,non tamen ſuapte ratione , ſed morbi interuentu actionẽ lædat,hunc affectũ non morbũ,ſed cauſam quæ morbũ præcedit,appellabimus.Quo loco acuratè mentẽ iis adhibeamus,qui hũc affectũ lædendæ actionis cauſam eſſe dicunt:neq; enim per ſe,neq; primò,ſed ex accidente, & ſecundò,& impediri,& lædi per ipſum dicemus actionẽ . Ab ipſo autẽ morbo primùm,& ſuipſius ratione.Itaq; quũ dicitur morbũ eſſe affectum corporis qui actionem impedit,iis qui ſtatim ſubaudiunt,primo & per ſe, ſatisfacit definitio. Qui verò rudiùs,vel contentioſiùs audiunt,iis addendũ eſt etiã , primò,vt huiuſmodi ſit finitio.Morb⁹ eſt affect⁹ corporis,actionẽ aliquã impediẽs primò.Quotquot igitur affectus hunc præcedũt,nõdũ morbi ſunt . Quòd ſi alij quidã affectus ijs ſuperuenerint,qui ipſos veluti vmbræ ſequantur,ne hos quidem morbos vocabimus, ſed ſymptomata.Itaq; non quicquid in corpore præter naturã fuerit,nobis confeſtim morbus nominandus erit: ſed id quod primò lædit actionem, morbum. quòd verò hunc præcedit,morbi cauſam , nondum autem morbum . Si verò alius quiſpiã affect⁹ in corpore morbũ ſequatur,is ſymptoma nominabitur.Quiẽtiã actionis ipſius noxa,ſymptoma eſt animãtis . Quicquid enim præter naturã animanti accidit, ſymptoma eſt . Atque nominum vſus apud Græcos ſic ſe habet.

Morbus.

Cauſa prę̃cedẽs.

Symptoma.

Epilogus.

Symptoma generatim.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 173 sur 637

©BIUM

Atqui licebit quidem qui volet ea mutare, modò, vt dictum eſt, res ipſæ permaneant. Vt ſi noluerit vocare ſymptoma, ſed epigenema, hoc eſt, ſuccedens. Sympto ma enim eſſe omne id quod animanti præter naturã accidit: Epigenema verò nõ omne, ſed quod ſolos morbos neceſſariò ſequitur. Verum nos, vt diximus, omnem alterationẽ quæ adhuc fit, pathos: omnia verò quæ præter naturã in corpore ſunt ſymptomata nominauimus.

Pathos

COMMENTAR.

Morbus. Cauſa.

Quis ſit legitimus vſus horum nominum cauſæ, morbi, ſymptomatis, & pathematis apud Græcos, hoc loco planiſsimè oſtendit Galenus. Siquidem morbum appellant affectum, qui primò, & nullius interuentu, actionem lædit. Cauſam affectum præter naturam, qui morbum præcedit. Quapropter hæc ipſa neque per ſe, neque primò, ſed ex accidente ac ſecundò, hoc eſt, interueniente morbo, actionem lædit, & impedit. Af-

Symptoma propriè.

fectus autem qui morbos perinde atque vmbra corpus ſequuntur, ſymptomata nominant. Quòd verò actionis ipſius noxa ſit ſymptoma, ſequenti capite fuſiùs docebitur. Cæterùm ſi cui is nominum vſus parum placebit, huic licebit illa mutare, ea tamen lege, ac cõditione, vt res ipſę permaneant, & nequaquã mutẽtur. Si itaq; id quod morbũ ſequitur, nõ vis appellare ſymptoma, licebit appelles epigenema, id eſt, ſuccedens, Sym ptoma enim nominabis quicquid animanti præter naturam accidit. Epigenema verò id tantùm, quòd morbos neceſſariò ſequitur. Galenus autem alterationem omnem præter naturam quæ adhuc fit, pathos nominat. Symptoma verò generatim pro omni eo quod præter naturam in corpore eſt, vſurpat. Quo ſanè pacto & morbus, & mor bi cauſa rectè ſymptomata, ut infrâ latiùs dicetur, vocabuntur, ſunt enim affectus prę ter naturam.

Pathos.

Symptoma generatim.

Eadẽ res nõnun quã pathos & ſymptoma.

Accidet autem nonnunquam vt eadem res & pathos, & ſymptoma nominetur, quòd vtrunq; ſignificatum illi inſit, quãuis alia atque alia ratione. Vt exẽ. pli cauſa, tremere, eſt pati: quia accidit ei, vt præter propriam actionẽ et alteretur & moueatur. Proinde tremor & pathema, & pathos eſt, propterea quòd talis motus eſt alteratio. Symptoma etiã, quia motꝰ præter naturã eſt. Si verò alteratio dũtaxat eſſet, quẽadmodũ in vidẽdo, audiẽdo, odorãdo, guſtãdo, & tangendo fit, pathos dũtaxat nominaretur, nõ etiã ſymptoma, Symptoti enim id propriũ eſt, vt ſit præter naturã. Quo fit vt in omnibus differẽtiis, quæ à naturali ſtatu ſunt im mutatæ, cõſiſtat. Siquidẽ naturalibus figuris, et coloribus et magnitudinibus et actionibus, et pathematis corruptis fit. Atq; hæc eſt eius maximè propria ratio, à naturali ſtatu mutatio. Quid autẽ? nũquid et morbus mutatio eſt à naturali ſtatu? an nõ ſimpliciter mutatio, ſed mutatio quædã? ſymptoma verò ſimpliciter mutatio? Quippe eò ꝙ ſecũdũ naturã eſt in affectibꝰ mutato, actionẽq; lædẽte, morbꝰ

Symptoma generatim.

Eadẽ res nõnun quã pathos & ſymptoma.

Symptoma à pathemate quomodo differt.

Pathos.

Affectus.

Duo quo morbꝰ ſit neceſſariò exiguntur.

fit. Duoq; hæc, quò morbꝰ ſit, neceſſariò exigũtur, vt ſit in genere affectus, et lædat actionem: quorum neutrum ſymptomati neceſſariò adeſt. Nam licet neque affectus ſit, neque lædat actionem, tamen eo ſolo quòd præter naturam ſit, abundè definietur. Atque à morbo hac ratione differt. A pathemate autem, quòd hoc omnino ſit in motu, & nonnunquam ſecundum naturam. Symptoma verò nõ ſolùm in motu, ſed etiam in habitu quodam, & omnino præter naturam. Erit igitur pathos alteratio aut motus circa materiam qui adhuc fit. Affectus autem per-

manens

©BIUM

manens. Symptoma verò, quicquid animanti præter naturam accidit. Proinde & morbus ad ſymptomatis generatim dicti appellationem reducitur. Nam & ipſe quodammodo ſymptoma eſt. Quinetiam præcedentes morborum cauſæ, quæ in animalis corpore conſiſtunt, ſub ſymptomatis generatim dicti notione comprehenduntur. Ac de iis iam dictum eſt.

COMMENTAR.

Quod eadem res interdum pathos & ſymptoma nominetur, hoc loco monſtrat, quòd ſcilicet vtrunq; ſignificatum illi inſit, verbi gratia, tremor membri, quia præter propriam actionẽ alteratur ac mouetur membrũ, pathos & pathema eſt. Siquidẽ talis motus eſt alteratio. Quia verò idem motus præter naturam eſt, etiam ſymptoma, ſcilicet generatim ſumptum, exiſtit. Si verò alteratio duntaxat eſſet, quemadmodum in videndo, quæ fit à caloribus, & in audiendo, quæ fit à ſonis alteratio, pathos tãtùm nominaretur, non etiam ſymptoma, quia nó eſſet alteratio præter naturam. Symptomati enim quod generatim accipitur id proprium eſt, vt ſit præter naturã. Proinde in omnibus differentiis, quæ à naturali ſtatu ſunt mutatæ, cõſiſtit. Symptoma itaque fit, vbi naturalis figura, & color, & magnitudo, & actio, & pathema corrũpitur, quia in iis omnibus, naturalis ſtatus eſt mutatio. Quo igitur pacto ſymptoma à morbo diſtat, quum & hic ſit à naturali ſtatu mutatio? Symptoma ſimpliciter mutatio eſt præter naturam, morbus autem non ſimpliciter mutatio, ſed mutatio quædam, talis nimirum quæ & affectus eſt, & actionem lædit. Duo igitur ad morbũ requiruntur, vt ſcilicet ſit affectus, & actionem vitiet, quoniam neutrum ſymptomati neceſſariò adeſt, neque enim perpetuò affectus eſt, neque actionem lędit, ſed tantùm mutatio præter naturam exiſtit. Sed inquies, quid? num ſymptoma non eſt affectus? tamen initio huius capitis Galenus omnem affectum corporis præter naturam, aut morbum eſſe, aut morbi cauſam, aut ſymptoma dixit, quare immeritò hoc loco ex affectuũ numero ſymptoma remouet. Facilis aũt eſt reſponſio, modo de homonymia diſtinguas. Conſtat enim è ſuperioribus, affectum trifariam accipi, generatim primò, pro omni eo quo afficimur. Secundò, pro omni naturalis habitus immutatione. Tertiò, propriiſsimè pro eo, quod poſt alterationem in ſubiecto manet. Quo quidé modo ſymptomata, quæ in motu, atq; adeò in ipſo fieri eſſentiam ſuam poſsident, vt ſunt noxæ actionũ, & immodicæ excretiones ac retentiones, non ſunt affectus, hoc eſt, ex permanentium numero. Tertij generis ſymptomata etſi ſunt affectus, & ex conſtantium numero, tamen actionem minimè lædunt. Atque hac quidem ratione ſymptoma à morbo differt. Cęterùm ſymptoma à pathemate hoc modo diſtat, quod pathema perpetuò in motu, atque adeò fieri ſit, & nonnunquam ſecundum naturam, vt ſunt ſenſuum alterationes, quæ etiam pathemate dici ſuprà eſt indicatum. Symptomata verò non ſolùm in motu, vt comprehenſum eſt, ſed etiam in habitu quodam, vt ſunt ea quę affectus corporis vocantur, conſiſtunt, & perpetuò præter naturam ſunt, quòd ſcilicet ſequãtur morbum. Animaduertẽdum autem hoc loco erit, vbi nos conuertimus in habitu, græcè legi κατὰ ἕξιν. Secuti enim ſumus ea in parte Ciceronem, qui lib. 2. partitionum ita ἕξιν dictionem conuertit, iisq; definit verbis. Habitum, inquit, appellamus animi, aut corporis conſtantem, & abſolutam aliqua in re perfectionem. Vnde omnibus perſpicuum fit, Galenum, ſecùs atque Ariſtotelem, ἕξιν, καὶ διάθεσιν, id eſt, habitum, & affectum propriiſsimè dictum, pro vna & eadem re vſurpaſſe, nempe, pro eo quod poſt alterationem in ſubiecto permanet. Quæ in extrema huius loci parte Galenus habet, ſummam, atque epilogum eorum quæ dicta ſunt complectuntur, omnibusque notiſsima ſunt, ideò vberiorem explicationem non deſiderant.

Eadẽ res pathos & ſymptoma.

Symptoma generatim.

Symptomatis à morbo differentia.

Obiectio.

Reſponſio.

Affectus trifariã accipitur.

Symptomatis à pathemate differentia.

ἕξις. Habitus.

Galenus ἕξιν & διάθεσιν pro vno vſurpat.

CAPVT II.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 175 sur 637

©BIUM

Symptomatum propriorum triplex differentia.

DE propriis ſymptomatis in hoc opere diſſerere propoſitum eſt. Horũ autẽ triplex eſt differẽtia. Alia enim corporis noſtri affectus ſunt. Alia verò functionum noxæ. Alia autem ad vtraque conſequuntur, in excretorum & retentorũ immoderatione, ac in ſtrepitibus qui in ipſo animante conſiſtunt, adhæc etiam in aliis omnibus ſenſibilibus differentiis.

Noxa quid.

Per noxam verò nunc etiam priuatio inaudienda erit. Neq; enim mouendi difficultas duntaxat, neq; difficultas ſentiendi, actionum noxæ ſunt, ſed & immobilitas, & ſenſus abolitio. Ad eundem modum non ſolùm difficultas concoquendi, verumetiam cruditas.

COMMENTARIVS.

Quum in eò quod præcedit capite abundè quid ſit ſymptoma generatim dictum, & quopacto à morbo, & pathemate differat monſtratũ ſit, nũc de ſymptomate ſpeciatim dicto agit. Rẽ autẽ more ſuo, & dialecticè à diuiſione orditur, prima ac præcipua eius genera tria eſſe oſtendens. Primi generis ſymptomata ſunt affectus corporis, hoc eſt, habitus quidam, & ex permanentium conſtantiumque numero. Quare palam eſt, affectum hîc propriiſsimè ſumi, quòd in aliis acceptionibus reliqua etiã duo genera ſymptomatum affectus dicantur, & ſint. In primo igitur genere ſymptomatum cenſentur vitioſi corporis colores. Quippe color auriginoſus in regio morbo, ſymptoma eſt, & affectus corporis, quòd ſcilicet amoto etiam morbo, obſtructione verbi gratia, color hic aliquandiu maneat, nec ita facilè amoueatur. Alterius generis ſymptomata ſunt actionum noxę, vt viſio deprauata, concoctio vitioſa, & id genus aliæ. Tertij generis ſymptomata, vtraque iam dicta comitantur per immoderatas vacuationes, ac retẽtiones. Hoc eſt, promiſcua ſunt, vt quæ modò ad affectus corporis, modò ad functionum noxas ſequantur. Exemplis res clariſsima erit. Sanguinis profluuium, immoderata excretio exiſtens, ſequitur lęſam venarum actionem, nempe imbecillitatem retentionis, aut immodicum expultricis facultatis motum. Idem etiam ſequitur affectum corporis, puta calidam intemperiem, vel vulnus, & id genus alios affectus. Exempla multa nobis ſuppeditabit caput ſecundum libri tertij de ſympto. cauſis. Cæterùm conſiſtunt etiam hæc ſymptomata in ſtrepitibus. Per ſtrepitus autem, quos φόφους Græci vocant, intelligendi veniunt flatus, ac ſpiritus, qui inflandi vim obtinent, atque ſtrepitum excitant. Cuius varias ſpecies lib. 5. de ſympto. cauſis, cap. 2. commemorabit Galenus. Præterea hæc ſymptomata tertij generis in omnibus ſenſibilibus, hoc eſt, quę ſenſu percipiũtur, differentiis conſiſtunt. Nam ἀιδητὸν Græcis id quod ſentitur appellari ſolet. Monet autem hoc loco Galenus, quòd per noxam, βλάβην Græcè nominat, hoc in loco priuatio etiam omnimoda actionis ſit intelligenda, ita nimirum vt non ſolùm difficultas mouendi, aut ſentiendi ſit noxa actionis, verumetiam omnimoda tum ſenſus, tum motus priuatio & abolitio.

Symptomatis priè dicti tria genera.

Affectus corporis.

Actionum noxę. Immodica excretio & retentio.

Strepitus.

ἀιδητὸν. Noxa.

Atque hæc ſunt genera ſymptomatum, in quibus particulatim differentias conſiderare oportet. Nec ab re fuerit, ſingula deinceps oratione perſequi, ſi prius admonuerimus id, quod in libro de morborum differentiis diximus. Nempe quòd qui ſanitatem non eſſe affectum corporis per quem agimus, ſed ipſas actiones eſſe putauerunt, hi doctrinam quam nos nunc in ſymptomatis de actionum noxa tradimus, ad morbos referent, & in nominibus duntaxat à nobis diſſentient, ſi modò in ipſis rebus nihil errauerint. Accidunt autem, vt ſæpe dictum eſt, huiuſcemodi omnium doctrinarum errores, ob præteritam aliquã differentiam. Igitur ſi omnes

eas

©BIUM

eas percenſeãt, & non ſymptomatum, ſed morborum dicant eſſe differentias, nomine tantùm, non re à nobis diſcrepabunt.

COMMENTAR.

Docet hoc in loco Galenus, quòd hi qui ſanitatem & morbum nõ eſſe affectus corporis, per quos rectè aut perperam agimus, putant, meritò quæ nos ſymptomatis, quæ ſunt actionum noxæ, tribuimus, ad morbos referant: quum de illorum ſententia morbus non ſit niſi actio læſa ſeu impedita. Proinde vt nos iſtis ſymptomatis, vtpotè quæ eſſentiam ſuam non niſi in fieri obtinent, cauſas continentes aſsignamus: ita illi ſuis morbis, quæ non ſunt, vt diximus, niſi actiones læſæ, rectè cauſas cõtinentes tribuunt. Nihil itaque mirum recentiores practicarum, vt vocant, ſcriptores, quum tuſsim, conuulſionem, & id genus aliàs deprauatas actiones, inter morbos connumerent, ꝙ iiſdẽ etiam tribuant cauſas continentes. Neque certè in eo vllam mererentur reprehenſionem, niſi eaſdem etiam aliis morbis, qui reuera ſunt morbi, hoc eſt, affectus præter naturam, lædentes actiones, affingerent. Diſſentiunt autem à Galeno, & nobis in nominibus duntaxat, quòd rem illam quæ eſt actio læſa, non ſymptoma, vt nos, ſed morbũ appellant. Accidunt autẽ eiuſmodi errata, vbi aliqua differentia præterita fuerit. Verbi gratia hoc loco actiones læſas, alteram ſymptomatum differentiã? omittentes, eas morbis potius quam ſymptomatis adſcribunt, atqui perperam. Atqui dices, quomodo perperam, quum non in re, ſed nomine duntaxat diſſentiant. reſpondeo, duabus de cauſis. Primò quòd neque ſanitas, neque morbus, vt cap. 2. libri de morbo. diffe. luculenter demonſtrauit Galenus, in actionibus conſiſtat, ſed in conſtitutione potius ſeu affectu. Præſtat igitur noxas actionũ non morbos, ſed potiùs ſymptomata appellare. Secundò, ſi actiones læſas morbos vocaremus, nemo rectè curari morbũ vllum affirmaret, quòd ſcilicet, vt lib. 2. ther. method. cap. 3. teſtis eſt Galenus, non functionis vitio. ſed morbo ipſi, id eſt, affectui prẽter naturam qui actioni incommodat, remedia applicentur.

Cur practicarũ, vt vocant, ſcriptores, morbis cauſas continentes aſsignant?

Noxę actionum cur perperã morbis adſcribũtur.

Igitur iam explicandæ differentiæ, ſermone ad principium reuocato. Quoniã ſymptoma generatim quidem appellatur quicquid animanti præter naturam accidit, vt et morbi, & eorum cauſæ quæ ſcilicet intra corpus conſiſtunt, non externæ, ſymptomata ſint. In altera verò ſignificatione, & magis propria, exceptis tũ morbis, tum cauſis, reliqua omnia quæ præter naturam ſunt, ſymptomata nominantur. De quibus nunc agere nobis propoſitum eſt.

Symptoma generatim.

Propriè.

COMMENTAR.

Quòd bifariam, nempe generatim, & ſpeciatim, ſymptoma accipiatur, hoc in loco diſertè docet. Generatim enim, vt anteà quoque dictum eſt, ſymptoma vocatur quicquid animanti præter naturam accidit, ita vt hac ratione, tum morbus, tum cauſa morbifica interna, in cenſu ſit ſymptomatum. Externæ verò cauſæ ſymptomata nequaquã ſunt, quòd extra corpus animantis conſiſtant, nec illi rectè accidere dicantur. Speciatim ſymptoma eſt, quicquid animanti, exceptis morbis, & cauſis, prẽter naturã accidit. Non eſt autem niſi id quod morbum ſequitur. De hoc itaq; ſymptomate in præſentia aget, idque in ſuas ſpecies ac differentias digeret.

Externæ morborum cauſæ nõ ſunt ſymptomata.

CAPVT III.

PRincipiò igitur meminiſſe oportet, triplicem eſſe ſymptomatum naturam, & ſic deinceps omnia diuidere, à læſione actionum auſpicati. Atque hæc in duo prima genera ſecanda, propterea quòd & actionum ipſarum duæ ſunt primæ differentiæ. Aliæ enim animæ, aliæ verò naturæ, proinde priores animales, ſecũdæ verò naturales appellantur. Rurſus

Duæ actionum primę differẽtię.

©BIUM

Animalis actionis differentiæ.

igitur animales in ſenſificas, motrices, & principes diuidentes: neque enim incommodum erit clarioris doctrinæ gratia, ita eas nominaſſe: iterum quamlibet earum quæ dictæ ſunt in ſuas differentias diducamus. Senſilis igitur animæ actio, quinq; in vniuerſum habet differentias, videndi, odorandi, guſtandi, audiendi, & tagendi. Motrix autem actio, continens inſtrumentum vnum habet, modumque motionis eius vnum: ita enim in libris de motu muſculorum demonſtratum eſt. Variatur autem in particularibus inſtrumentis adeò, vt multiformis eſſe videatur. Reliqua verò animæ actio, quæ à principe facultate procedit, in imaginationem, ratiocinationem, & memoriam diuiditur.

Senſilis.

Motrix.

Princeps.

COMMENTAR.

In memoriam nobis hoc loco Galenus reuocat triplicem ſymptomatum ſpeciatim acceptorum naturam, hoc eſt, tria prima & præcipua eorundem genera, ſuperiori capite explicata, affectus nimirum, actionum noxas, & quæ ad vtraque per immodicas excretiones & retentiones ſequuntur, quòd ſcilicet ſingula hæc ſymptomatum genera in ſuas ſit digeſturus differentias. Exorſus autem à læſa actione, hanc in duo prima ſecat genera, animæ, & naturæ. Animæ autem actionẽ ſiue animalem, hîc & in libro ſecundo de motu muſculorum ideò vocat, quòd ab anima, quæ ſenſum & motum, atque quiddam etiam diuinius, nempe imaginationem, ratiocinationem, & memoriã exercet, procedeat. Alio nomine voluntaria nominatur, quòd ſcilicet eam vbi ſit, Galeno loco iam citato teſte, ſedare poſſumus, ſi velimus, & quum non ſit, eandem excitare. Porrò naturæ actio, ſine naturalis dicta eſt ideò, quòd à natura prodeat, id eſt, ab ea facultate quæ vitæ neceſſaria ſubminiſtrat, nutritionibuſq; in vniuerſum munia obit. Hæc igitur non pendet à conſilio, ſeu arbitrio, ac voluntate, ſed ſponte ac naturaliter fit. Sub ſe itaque actionem eam quę ab arteria fit, & quum Galenus lib. 1. de difficult. ſpirandi priuatim ζωτικὴν, hoc eſt, vitalem vocat, complectitur, quòd & ipſa ſponte & naturaliter fiat, vt eſt, cordis & arteriarum motus pulſuſve. Cæterùm animalis rurſus in ſenſificas (ita enim rectiùs αἰσθητικὰς conuertes, quòd nimirum ſenſus cauſas præſtent) quippe αἰσθητικὸν Græcis, id eſt quod ſentit, aut ſenſum præſtat. αἰσθητὸν autẽ quod ſentitur, vel, vt Cicero interpretatur, quod ſenſum mouet, aut ſenſibus percipi poteſt: motrices, & principes, ἡγεμονικὰς Græci nominant, idque commodè admodum. Namillis ἡγεμονικὸς ſonat principalis, & ἡγεμονικὸν præſtantiſsima eſt animę pars vnde ratio proficiſcitur. Alio nomine λογιστικὸν, latinis ratiocinatrix, dicitur. Senſiles animæ actiones quinque in viuuerſum differentias habent, nempe, viſiles, odoratrices, guſtatrices, auditorias, & tãgibiles. Motrix aũt actio, continens id enim προσεχὲς propriè ſignificat: inſtrumentum vnum habet, nempe muſculum: motionisque eius vnus eſt, modus, nimirum voluntarius. Nam muſculi ſunt motus volũtarij, vt initiò etiam libri primi de motu muſculorum teſtatur Galenus, inſtrumenta. & quidem continentia, ita ſanè, vt motus à ſe producti eſſentiam contineant. Agente enim muſculo, neceſſe eſt motum fieri. Contrà ceſſante eo ab actione, ceſſare etiam motum oportet. Cauſa itaque continens ſeu inſtrumentum continens voluntarij motus, rectiſsimè hîc à Galeno appellatur. Porrò motus is muſculorum in particularibus inſtrumentis adeò variatur, vt multiformis eſſe videatur. Quàm varii autem ſint muſculorum corporis motus, anatomes ratio luculenter admodum oſtendit. Nemo autem, quod ſciam, horum varietatem rectiùs, & doctiùs demonſtrauit, quàm Andreas noſter Veſalius in altero ſuorum de fabrica humani corporis commentariorum libro. Cui hoc nomine pro doctis ſuis laboribus ſtudioſi plurimum debent. Porrò princeps animæ actio in tres differẽtias ſecatur, imaginationem, ratiocinationem, & memoriam. Non cõuenit autem hoc loco Galeno

αἰσθητικὸν. αἰσθητὸν.

ἡγεμονικὸν. λογιστικὸν.

Motrix actio cõtinens inſtrumẽtum vnũ habet.

Andreas Veſalius.

Principis animæ actionis, de Galeni ſentẽtia, tres differentiæ.

©BIUM

Galeno cum Aristotele,& reliquis philosophis.Quippe Aristoteles,Themistius,ac peripatetici alij ferè omnes,cerebri seu principes animæ actiones, non in tres, perinde atque Galenus,sed in quatuor potiùs differentias diuidunt,sensum scilicet communé, imaginationem,ratiocinationem,& memoriam.Sensum autem communem ideo appellant,quòd percipiendis omnibus omnium externorum sensuum functionibus sese ex æquo accommodet,illorumque omnium obiecta solus ipse percipiat, apprehẽdat, & discernat.Sensum communem proximè sequitur imaginatio , quàm Græci φαντασίαν nominant.Hæc formas & imagines rerum quas illi sensus communis præbet ac renunciat,retinet,& in se consignat:ita vt digressis etiam his quæ sensus ciebant,illorũ tamen vestigia,& effigies diutiùs hæreant,ac cunctentur in nobis.Quapropter vt sensus communis est præsentium,ita imaginatio absentium:& vt hic vigilantium tantùm, ita illa etiam dormientium est.Tertia cerebri actio est ratiocinatio,διάνοιαν Græci,latini alij etiam cogitationem nominant. Hæc conceptas animo species sub sensum, & iudicium reuocat,ac ratiocinando aliud ex alio eliciens,componit,& discernit. Quarta & postrema est memoria,quæ quidem ea quæ à ratiocinatione sunt elaborata , ceu fidissima tutrix,conseruat,ac veluti in horreum recondit.Atque hæc est Aristotelis,& aliorum philosophorum de internis cerebri actionibus sententia. Galenus autem tres tãtùm esse principes actiones hoc in loco ait,vt qui sensum communem à primo sensorio,siue cerebro non distinguat.Non distinguere verò Galenum sensum cõmunem à primo sensorio abundè testantur, quæ idem in fine libri septimi de placitis Hippocratis & Platonis scribit.Alteratur,inquit,igitur sensus instrumentum . Dignotio autẽ alterationis fit ab vna facultate quæ omnibus sensoriis est communis,& ab vno manat principio.Principium verò ipsorum εἴτε κοινὴν αἴσθησιν,εἴτε πρῶτον αἰσθητικὸν,siue cõmunem sensum,siue primum sensitiuum nominare velis,nihil refert.Hoc autem esse cerebrum primus liber demonstrauit, à quo omnibus partibus sensus,& motus suppeditatur . Hæc ille. Rectè autem Galenus sensum communem, & primum sensitiuum vnam & eandem rem facit.Nam omnium exteriorum sensuum obiecta,primo sensitiuo seu cerebro renunciata & oblata,imaginatrix subinde facultas apprehendit,& discernit,atque eorundem imagines à sensibus externis oblatas,digressis etiã iis quę sensus ciebant,retinet.Proinde quum imaginatrix facultas singulorum sensuum obiecta & actiones apprehendat , discernat , retineat, & in se consignet,nihil opus est fingere, quod Aristoteles fecit,sensum communem,qui omnium sensuum obiecta primũ percipiat.Hinc est quod Ludouicus Viues,vir acerrimi iudicij , libro primo de anima,in capite de cognitione interiore,sensum,qui ab Aristotele communis dicitur, quo iudicantur sensilia absentia,& discernuntur ea,quæ variorum sunt sensuum,sub imaginationem venire posse disertè scribit. Quapropter id quod Aristoteles sensui communi tribuit,Themistius lib. 3. de anima. cap. 14. imaginationi adscribit iis verbis.Sensus, inquit, à sensilibus exterioribus commoti lacessitique primùm simulachra ab iis missa recipiunt:deinde illam animę vim,quã imaginationem & phantasiã vocamus,impellunt,cuius ea est natura,vt formas atque imagines rerum , quas præbent & renunciant sensus,retineat & consignet in se,ita vt digressis iis quæ sensus ciebant,tamen vestigia illorum,& effigies diutiùs hæreant,& cunctentur in nobis . Hactenus bona fide Themistii verba ex Hermolai cõuersione retulimus,ex quibus sole clariùs liquet,illum etiã sensum communem præteriisse , vt qui simulachra à sensibus externis recepta, statim imaginationem apprehendere,discernere,& retinere scribat.Sed ea de re in Compendio etiam nostro differuimus.

Aristotelis & reliquorum philosophorũ de prædictis actionibus opinio.
Sensus cõmunis.
Imaginatio. φαντασία.
Ratiocinatio. διάνοια.
Memoria.
Galenus sensum cõmunem à primo sensorio nõ distinguit.
Nihil opus est fingere sensum communem.
Ludouic' Viues.

Igitur noxæ sensificarum actionum communes quidem omnium ,sunt sensus priuatio,& sentiendi difficultas . Voco autem sentiendi difficultatem , omnem vitiosum sensum.Particulares verò vniuscuiusque sensus noxæ in oculis quidem

Noxę sensificarũ actionum communes.
Sentiendi difficultas.

ſunt cæcitas, viſus hebetudo, & deprauata viſio. In auribus ſurditas, grauitas auditus, & deprauata auditio. Ita & in lingua, & naribus, & tactu, etſi propria nomina non obtinent, tamen iam dictis proportione reſpõdent. Aut enim propria ſenſibilia omnino nõ ſentiũt, aut malè ſentiũt. Malè verò bifariã dicitur, vno enĩ modo idẽ q̃ debiliter, altero aũt idẽ q̃ deprauatè ſignificat. Tactus autem in ſua functione præter reliquos ſenſus, propriũ, & inſigne ſymptoma poſſidet, dolorem. Quĩ licet in cæteris etiã ſenſibus ab externis propriis ſenſibilibus fiat, in hoc tamẽ nõ ſolùm ab externis, ſed multò etiã magis ab internis corporis affectibus accidit: idq; ſubinde adeò vehementer, vt nonnulli doloris violentiâ victi, ſibi ipſis mortẽ cõciuerint. Fit igitur in oculis ob lucis ſplendorẽ, dolorificum pathema. Et in auribus, ex magno quopiam aut aſpero ſono. In olfactu quoque, & guſtu, alia quædã moleſta conſiſtunt, pathemata, à propriis ſcilicet ſenſilibus quolibet horũ ſenſuum dolenter affecto. Maximi verò dolores ſenſui tactus eueniũt. Quippe qui ob phlegmonen aurium, aut alium quempiam in ipſis affectum nos vehementer torquẽt, ĩ non auditus, ſed tactus propriĩ ſunt dolores. Eſt enim is omnium ſenſoriorũ communis, reliqui verò quatuor ſingulatim ſui duntaxat ſenſoriĩ. Ita in oculis ſubinde vehementes excitantur dolores, ſenſu tactus in ipſis contriſtato: quemadmodum etiam in dentibus, & craſſo inteſtino. Iam pruritus quoq; ex hoc genere ſymptomatum eſt. Non eſt igitur vt circa quamlibet particulam propriũ nomen quæras, quale eſt cephalalgia, id eſt, capitis dolor, & cardialgia, id eſt, cordis dolor, & otalagia, hoc eſt, auris dolor: non enim inuenies impoſitũ nomen, ſed oratione omnia huiuſmodi interpretari ſatis erit, dicẽdo, veſicæ dolor, itidem & renum, & lienis, & genu, & pedis, & aliorum ſimiliter. Atque talia quidem, & tot ſenſificarũ actionum ſunt ſymptomata. Ad hæc duo etiam inſignia, nempe vigilia & coma, in primo ſenſitiuo, quod omnium ſeuſuum commune eſt, conſiſtunt.

Malè bifariam dicitur.

Dolor.

Maximi dolores ſenſui tactus eueniunt.

Vigilia.
Coma.

COMMENTAR.

Orditur hoc loco Galenus à ſenſificarum actionum noxis, atque primùm quòd omnium ſenſuum communia ſymptomata duo ſint, nempe priuatio ſenſus, & difficultas ſentiendi, oſtendit. Per difficultatem verò ſentiendi, omnem vitioſum ſenſum intelligit, imbecillum nimirum, & deprauatum, particularia verò ſenſuũ ſymptomata tria eſſe ait, in oculis, cæcitatem, quæ non eſt niſi priuatio, & omnimoda actionis abolitio: hebetudinẽ ſiue obſcuritatem viſus, quæ nõ eſt niſi imbecilla actio, & deprauatam viſionem, παρόρασιν Græcè vocant, vt eſt ſtrabiſmus, ſeu obliquus aſpectus, & intuitus. In lingua, guſtus priuatio, ſiue guſtus debilis, abolitus, & deprauatus. In naribus, odoratus abolitus, imbecillus, & deprauatus. Similiter tactus abolitus, debilis, & deprauatus. Etſi verò trium poſteriorum ſenſuum ſymptomata, nomina propria haud obtineant, tamen iam dictis, vt comprehenſum eſt, proportione reſpondent. Aut enim omnino propria ſenſilia nonſentiunt, aut malè ſentiunt. Malè autem bifariam dicitur, nempe debiliter & deprauatè: quæ enim alterutro fiunt modo, ea malè fieri dicuntur. Cęterùm tactus in ſua actione, prętęr cęteros ſenſus, proprium & inſigne ſymptoma obtinet, dolorem. Dolor autem non eſt niſi triſtis ille ſenſus, affatim violenterque, vt cap. 6. libri primi de ſympto. cauſis latiùs dicemus, incidens. Sed dicet hîc aliquis, quomodo dolor proprium eſt tactus ſymptoma, quum omnium etiam reliquorũ ſenſuum communis ſit? Reſpondeo, quanquam quilibet exteriorum ſenſuũ à proprio ſenſili,

Communia ſenſuũ ſymptomata
Difficultas ſentiendi.
Particularia ſymptomata.
Oculorum.

Linguæ.
Narium.
Tactus.

Malè bifariam dicitur.

Dolor.

Obiectio.
Reſponſio.

©BIUM

ſenſili, vbi excellens, aut immodicum fuerit: ſiquidem omne excellens ſenſile corrumpat ſenſum, dolore afficitur, tamen ſenſoria illa doloris vim non ſentiunt, niſi quatenus ſenſu tactus ſunt prædita. Dolor itaque tactus eſt ſymptoma, non obſtante quòd omnium ſenſuum organis ſit commune. Ita etiam quòd voluptate & dolore afficiantur, id non patiuntur tanquam viſionis, auditionis, odoratus, aut guſtus inſtrumenta, ſed tanq̃ tactu prædita. Licet autem in reliquis etiam ſenſibus ab externis propriis ſenſilibus dolor fiat, tamen in tactu nõ ſolùm ab externis, ſed etiã multò magis ab internis affectibus dolor accidit, isque tam vehemens, vt nõnulli eius violentia victi, ſibiipſis mortem cõſciuerint. Id quod certè multorum exemplis eſt probatum. Nam, vt cæteros multos præteream, Philoctetum illum, cuius Cicero in. 2. Tuſculana quęſtione meminit, dolor vehemens ad deſperationem compulit. Homerum etiam, poëtarum omnium maximum, quum quęſtionem ſibi à piſcatoribus propoſitam ſoluere non potuiſſet, vt lib. 9. cap. 12. de mortibus non vulgaribus autor eſt Valerius Maximus, dolore abſumptum conſtat. Adeò vt vis doloris non tantùm cogat vt ſibiipſi aliquis mortem conſciſcat, verumetiam ipſe interdum ſua vehementia perimit. Quomodo autem in reliquis ſenſibus ab externis propriis ſenſilibus fiant dolorifica pathemata Galenus in contextu oſtendit. Maximi autem dolores in ſenſu tactus eueniunt. Nam etſi in auribus nonnũquam propter phlegmonen, aut alium quempiam affectum vehementer dolemus, tamen hic dolor non eſt auditus, ſed tactus proprius. Hoc eſt, auditus haud patitur illum dolorem, tanquam auditionis inſtrumentum, ſed quatenus tactu eſt præditus. Ad tactum itaque vehementiſsimus is dolor, non ad auditum pertinet. Proinde tactus eſt communis omnium ſenſoriorum, id eſt, omnia ſenſuum inſtrumenta tactu ſunt prædita. Reliqui verò quatuor ſenſus ſingulatim ſui duntaxat ſenſorii proprii ſunt, id eſt, non inſunt niſi ſuis duntaxat inſtrumentis, & nequaquam etiam cæteris, vt tactus, verbi gratia viſus priuatim oculi proprius eſt, auditus auris, guſtus linguæ, odoratus narium. Porro licet in omnibus corporis partibus dolor accidat, tamen non eſt vt circa quamlibet particulam proprium nomen queras, vt eſt in dolore capitis cephalalgia, auris otalagia, cordis cardialgia: neque enim ſingulis partiũ doloribus à Græcis ſunt impoſita propria nomina: ſed ſatis eſt eos oratione aliqua interpretari, vt ſi dicas veſicę, renum, coli, genu, & pedis dolor. Inter ſymptomata quę ad ſenſus pertinent, duo adhuc reſtant inſignia, quæ in primo conſiſtunt ſenſitiuo, nempe vigilia & coma, latinis ſopor appellatur, vt alibi copioſè diximus. Primum autem ſenſitiuum, vel vt Græci vocant, τὸ πρῶτον αἰσθητικὸν non eſt, vt metipſe Galenus ſect. 2. Apho. cõmen 3. interpretatur, niſi cerebrũ. Nã ita inquit. Τὸ πρώτου αἰσθητικὸν, τουτέστι τὸ ἐγκέφαλον. Alii vocãt primũ ſenſificũ, & rectiùs, quòd nimirum cęteris ſenſibus vim ſentiendi præſtet. Hinc eſt quod hîc Galenus dicat commune eſſe omnium ſenſuum. Et in lib. 7. de Hippo. & Platonis placitis κοινὸν αἴσθησιν, id eſt, communem ſenſum nomine, vt ſuprà fuſiùs demonſtrauimus. Rectè autem coma ſymptomatis quæ in primo ſenſifico, ſeu communi ſenſu fiũt annumeratur. Siquidem in comate, propter lentos, craſſos, ac frigidos humores, animus & mens violentè opprimitur. Vigilia autem à contrariis cauſis, nempe cerebro calefacto, & exiccato, accidit. Quum itaque iam dicta duo ſymptomata propter cauſas expoſitas fiant, meritò ea ad primum ſenſificum retulit, quod ille alibi diſertè eſſe cerebrum interpretatur, propter Ariſtotelem, qui cor eſſe non ſine magno errore, affirmauit, vt capite vltimo libri primi de ſymptomatum cauſis, euidentibus argumentis oſtendemus. Hactenus de ſenſuum ſymptomatis.

Dolor in tactu, non tantùm ab externis, ſed multo magis ab internis affectibus accidit.

Maximi dolores in ſenſu tactus.

Tactus communis omnium ſenſoriorum.

Nõ ſingulis ſingularum partiũ doloribus propria impoſita ſunt nomina.

Primum ſenſitiuum quod?

Communis ſenſus.

Coma.

Motricũ actionum ſymptomata.

Motricum autem actionum prima ſymptomata ſunt immobilitas, & difficultas motus. Difficultatis verò motus, hic quidem imbecillus & infirmus, illæ autem deprauatus. Deprauati autem motus, alius eſt tremulus, alius conuulſi-

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 181 sur 637

uus,alius palpitans,alius concuſsiuus. Horum ſymptomatum nonnulla vbi in toto conſtiterint corpore, diuerſam appellationem ſortita ſunt, vt emproſthotonus, & opiſthotonus & tetanus. Si verò non ſolùm totius corporis ſit conuulſio, ſed etiam principum actionum detentio, epiplepſia hoc ſymptoma appellatur. Quemadmodum & apoplexia, totius corporis reſolutio, vnà cum principibus actionibus detentis. Atque hæ quidem motricum actionum ſunt noxæ. Si verò quæpiã proprium præcipuumque nomen obtinet, non eſt vt ob id quiſpiam deceptus, aliquod ſymptoma à nobis præteritum eſſe putet, veluti neque apnœan, id eſt, ſpirandi priuationem, & diſpnœan, id eſt, difficultatem ſpirandi, aut iſchuriam, id eſt, vrinæ retentionem, & dyſuriam, hoc eſt, vrinæ difficultatem, aut aphonian, id eſt, vocis priuationem, & dyſphonian, hoc eſt, vocis difficultatem: ſed huiuſmodi omnia medicum ipſum per ſingulas actiones animales, inuenire oportet, nec non cuiuſlibet horum differentias, veluti, ſi ita euenerit, difficultatis ſpirandi, quæ vnum eſt animalis operis ſymptoma, nempe reſpirationis, quot ſint omnes eius differentiæ, quemadmodum in libro de ſpirandi difficultate demonſtrauimus. Aut vitioſæ vocis quot ſint particulatim differentiæ, veluti in commentariis de voce digeſſimus. Sæpiùs verò quiſpiam dubitauerit ex quo genere eſt ſymptoma, veluti de pandiculatione, & oſcitatione, & ſternutatione, & tuſsi. Sed de iis omnibus in ſequenti libro, qui eſt de ſymptomatum cauſis, latiùs dicetur.

Epilepſia. Apoplexia.

COMMENTARIVS.

Motrici actionis ſymptomata.

Quæ ſint motricis actionis prima ſymptomata hoc in loco docet, nempe totidem quot in ſenſifica eueniunt actione, duo nimirum. Vel enim in totum motus aufertur, & dicitur ἀκινησία, id eſt, immobilitas, vel priuatio motus, vel difficultas eſt motus. Atque hic certè duplex eſt, aut enim imbecillus, aut deprauatus exiſtit. Deprauati autem motus quatuor recenſet differentias, alius enim eſt tremulus, alius conuulſiuus, alius palpitans, alius concuſsiuus. Tremulus, qualis eſt is qui tremore afficit. Conuulſiuus, qui conuellit corporis partes. Palpitans, qualis cordis palpitatio. Concuſsiuus, vt rigoris motus. Quid verò tremor, conuulſio, palpitatio, & rigor ſit, libro ſecundo de ſymptomatum cauſis dicemus. Horum ſymptomatum nonnulla, quum totum occupant corpus, diuerſas ſortiũtur appellationes. Vt ſi conuulſio totũ occupat corpus, & caput, collum ceruicem, & reliquas partes in pectus conuellit, ἐμπροσθότονος Græcè nominatur. Si contra accidit, vt caput, aliæque partes dictæ, in ſcapulas contrahantur, ὀπισθότονος appellatur. Sin ceruix intenta, & immobilis manet, atque in neutram partem inflectitur, τέτανος vocatur. Quòd ſi non ſolùm totius corporis ſit conuulſio, ſed etiam principum actionum, nempe imaginationis, ratiocinationis, & memoriæ detentio, hoc ſymptoma ἐπιλημψία appellatur. Mam in eo malo neque imaginatio, neq; ratio, neq; memoria procedit, ſed ſingularũ harum actionum, quouſq; malum deſinat, fit detentio. Si autem vniuerſum corpus reſoluitur, & ſenſus ac motus ſit priuatio, adeoq; vniuerſarũ principũ motricũ detentio, ἀποπληξία Græcis nuncupatur. Quòd ſi verò quæpiã actio proprium præcipuumq; nomẽ obtinet: nam ita planè citra negationem, contrà quàm alij fecerunt interpretes, conuertendũ erit, quũ Græcè ſit, εἰ δέ τις ἴδιον ἐξαίρετον ὄνομα κέκτηται: vt ἄπνοια, & δύσπνοια, & ἀφωνία, & id genus aliæ quę à Galeno cõmemorãtur, nõ eſt quòd, ob id quòd ſcilicet à nobis nũc nõ ſit nominatim expreſſa, deceptus quiſpiam, putet hãc à nobis eſſe prętertã. Nã ſub generali diuiſione

ἐμπροσθότονος.

ὀπισθότονος. τέτανος.

ἐπιλημψία.

ἀποπληξία.

Galeni locus obſcurus explanatus.

uiſione ſymptomatum, ſeu motricum actionum læſarum, eſt comprehenſa, vbi nimirum has in duo prima genera, priuationem ſcilicet motus, & eiuſdem difficultatem, digeſsimus. Verbi gratia, quum abundè ex libro ſecundo de motu muſculorum conſtet, reſpirationem eſſe animalem actionem, vt duo ſint eiuſdem ſymptomata eſt neceſſe. Vnum quidem reſpirationis priuatio, quæ peculiari nomine Græcis ἄπνοια dicitur. Reſpiratiõis ſymptomata. Alterum reſpirationis difficultas, quæ propriam nacta appellationem Græcis δύσπνοια ἄπνοια. dicitur. Quanquam autem hæc ſymptomata, quæ proprias obtinent nomenclaturas, à δύσπνοια. Galeno ſupra in motricis actionis ſymptomatum commemoratione, ſuis ac propriis nominibus non ſint expreſſa, tamen non eſt, cur illa eſſe ab eo præterita quiſpiam putet, vt qui ea ſub generali ſymptomatum, vt diximus, diuiſione, ſit complexus. Similiter de aliis ſymptomatis quæ hîc à Galeno recenſentur iudicandum erit. Nam neque illa præteriit, etſi propriis nominibus nõ nominauit, ſed ſub generali planè diuiſione illi comprehenſa ſunt. Vox ſiquidem actio motrix & voluntaria eſt, quod, vt Galenus libro quarto, de laborantibus locis, capite ſeptimo teſtatur, huius propria materia ſit expiratio, generatim vtique loquendo, aut ſpeciatim exufflatio, quæ fit, vt libro ſecun- Exufflatio, do, de ſymptomatum cauſis, capite quarto dicemus, quum ſpiritus affatim foràs effertur, intercoſtalibus muſculis ad hanc actionem concurrentibus. Cuius duo itidem ſunt ſymptomata, nempe priuatio vocis omnimoda, quæ ἀφωνία Græcis dicitur, & ἀφωνία. difficilis vox, quæ δυσφωνία iiſdem vocatur. Quòd ſi volueris, deprauatam vocem, δυσφωνία. quam κακοφωνίαν Græci appellant, adiicere poteris, & tum in vniuerſum, vocis vitiatæ tria erunt ſymptomata. Animaduertendum autem erit quod ἰσχουρία & δυσουρία non ἰσχουρία & δυσουρία actionis naturalis ſunt ſymptomata actionis animalis, ſed naturalis, nempe excretionis vrinæ, quæ actio ptomata. eſt, Galeno etiam libro ſexto de laborantibus locis, capite quarto, atteſtãte, veſicæ propria, & naturalis, quod ſcilicet citra muſculorum opem, & ſolo naturali veſicæ motu perficiatur, quemadmodum libro ſecundo, de motu muſculorum idem Galenus copioſiùs monſtrat. Quinetiam lib. 2. de ſympto. cauſis, cap. 2. Galenus diſertè iſchuriam voluntariæ actionis amiſsionem non eſſe, ſed naturalis ſcribit. Et ibidem, retentionẽ vrinę naturalis actionis eſſe noxam tradit. Meminit igitur horum inter exempla hoc loco Galenus, non ſanè quòd actionis naturalis putet eſſe ſymptomata, ſed quòd Quare prædictorum ſymptotum meminit priuationi ac difficultati ſpirationis & vocis, vt loco paulò antè citato ait, ſimile Galenus? quiddam ſignificare videantur. Nam quum excretio vrinæ, expultricis quæ in veſica eſt facultatis motꝰ & actio ſit, ideò eius actionis ſymptomata, proportione quadã, ſymptomatis quæ in actione animali motrice accidũt, reſpõdent. Duo itaq; erunt, nempe priuatio excretionis vrinæ, quæ Græcis ἰσχουρία, hoc eſt, ſuppreſsio retentióve vrinæ dicitur, & mala excretio. Quod ſi malam iterum bifariam diuidas, in difficilem ſeu debilem, & deprauatam excretionẽ vrinæ, tria erunt eius actionis ſymptomata. Siquidem primum ἰσχουρία Græcis, vt comprehenſum eſt, dicitur. Alterum δυσχουρία, quæ illis ſonat difficilem, aut imbecillam mictionem. Tertium στραγγουρία, quæ non eſt στραγγουρία. niſi deprauata mictio, latinisque vrinæ ſtillicidium nominatur. De qua re infrà fuſiùs tractabimus. Galenus etiam hæc ipſa ex tertio genere ſymptomatum, nempe eorum quæ immodicè excernuntur & retinentur, capite vltimo libri tertij de ſymptomatum cauſis, eſſe docet. Porrò medici officiũ eſt, vt omnia ſymptomata, per ſingulas animalis actiones, inueniat, & cuiuſlibet deinde horum differentias, quemadmodum eius rei exempla aliquot à Galeno nobis in libris de difficultate ſpirandi, & de voce proponuntur. Cæterùm ſæpe quis dubitat ex quo genere ſit ſymptoma, num ſcilicet ad naturalẽ, an animalẽ referri debeat actionem. Ex quo ſanè genere ſunt pandiculatio, oſcitatio, ſternutatio, & tuſsis. Nam quum motus ſit expultricis facultatis irritatæ à Obiectio. cauſa præter naturam, vt lib. 2. de ſympto. cauſis fuſiùs dicetur, conſentaneũ eſt vt hoc nomine ad ſymptomata naturalis actionis referantur. Verùm quum prædicta etiam omnia per muſculos, qui ſunt voluntarij motus inſtrumenta, fiant, ea de cauſa ad

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 183 sur 637

animalem potiùs actionem referenda erunt. Vt meritò sanè quis dubitare possit, vtra ad actionem magis sint referenda. Sed quum liquidò constet hanc facultatem quę motus illos efficit non esse naturalem, sed animalem, musculorum enim ope & adminiculo perficitur, ad animalem potiùs, quàm naturalem referendam esse palàm fit. A voluntatis enim imperio hi motus prodeunt, vtcunque naturalis facultas irritata illos instituat. Pandiculatio nanq; quæ Græcis σκοῤῥδισμός dicitur, non est nisi distensio omnium partium corporis, adeoque deprauatus motus, qui fit per musculos in iis partibus constitutos, & excrementa protrudentes. Oscitatio autem maxillę inferioris distensio est, adeoque deprauatus motus eandem aperientium, & excrementa propulsantium musculorum. Sternutatio & tussis etiam musculorum adminiculo, excrementa in naribus & thorace contenta abigentium, fiunt, vt infra, libro nimirum secundo de symptomatum causis. cap. 3. & 4. latiùs dicemus, quare ad symptomata motricis facultatis meritò referuntur.

Solutio obiectionis.

Pandiculatio.

Oscitatio.

Sternutatio.

Proximum est vt principis actionis noxas, ab imaginatione incipientes, prosequamur. Est verò huius hæc veluti resolutio quædam, quæ caros, & detentio nominatur. Illa verò veluti deprauatus aliquis, vel errans motus, quod delirium vocatur. Alia veluti deficiens & imbecillus, vt in comate, & lethargo. Atque in ratiocinatrice actione, quæ veluti resolutio est, dementia dicitur. Quæ verò veluti deficiens motus est, stultitia & fatuitas vocatur. Quæ autem veluti errans motus est, delirium nominatur. Plærunque enim in vtrisque simul delirium consistit, tum parum aptè imaginando, tum non rectè ratiocinando. Est autem interdum in altero duntaxat, quemadmodũ Theophilo medico ægrotanti accidit, qui quũ alioqui prudenter se gereret, ac interrogaret, & ad interrogata responderet, præsentesque exactè nosceret, tibicines tamen quosdam angulum cubiculi in quo decumbebat occupasse, & assiduè tibia canere, atque pulsare putabat, & se illos videre arbitrabatur, alios quidem illic stantes, alios autem sedentes, ita continenter tibia canentes, vt neque noctu quicquam intermitterent, neque interdiu ne minimo quidem tempore quiescerent. Exclamabat verò assiduè, è cubiculo vt ipsi eiicerentur iubens. Atque hæc illi erat delirij species. Is vbi perfectè conualuit, & morbus abiit, tum reliqua omnia quæ singuli eorum qui ingressi sunt dixissent, & egissent, narrabat, tum visi de tibicinibus meminerat. Nonnullis verò nulla apparent visa, sed perperam ratiocinantur, ratiocinatrice animæ parte ipsis laborãte: veluti phrenitico illi contigit, qui obseratis intus ianuis, per fenestras singula vasa protulit, prætereuntes interrogans, iuberéntne ea proiicere. Hic enim singula vasa suis nomenclaturis probè nominauit, vnde intelligere licebat, neque in imaginatione circa illa esse læsum, neque in nominum memoria. At quam ob rem omnia ab alto deiecit, ac perfregit, hoc coniectura assequi nemo poterat, sed ipso opere, delirare se declarabat. Quòd verò & memoratrici animæ parti symptomata eueniant, tum in iis qui adhuc ægrotant, tum in iis quorum iam finiti sunt morbi, à Thucidide discere licet, qui nonnullos è pestilentia seruatos, adeò omnium quæ præcesserant fuisse oblitos commemorat, vt non solùm suos familiares, sed etiam seipsos non agnoscerent.

Principis actionis noxæ.
Imaginationis.
Caros.
Ratiocinationis.
Dementia.
Stultitia.

Theophili medici delirium.

Phrenitici historia.

Memoriæ.

COM-

©BIUM

Actionum quæ à principe facultate prodeunt noxas, adeoq; ſymptomata hoc loco explicat, initio ab imaginatione deſumpto. In hac enim tria noxarum actionũ genera, ſiue ſymptomata contingunt. Vnum eſt, quando nihil omnino imaginatrix facultas agit, & illius veluti reſolutio accidit, idque Græcis κάρος, & καταλήψις dicitur. Caros nanque non eſt, niſi ſenſuum, vniuerſarumq; motionum priuatio. Si ſenſuum eſt priuatio, igitur etiam imaginationis, vtpote quæ obiecta & imagines à ſenſibus actione ſua priuatis nullas recipere poteſt. Catalepſis autem ſiue detentio, ſubita etiam ſenſus & motus priuatio eſt, veluti lib. 1. de medẽdis morbis, cap. 23. copioſiùs diximus, vt meritò quoq; imaginationis, quæ ſimulachra & imagines rerum à ſenſibus ademptis nullas ſumere poteſt, priuatio dicatur. Alterum ſymptoma eſt veluti deprauatus aliquis, & errans imaginationis motus. In eo enim deprauata obiectorum, & imaginum fit apprehenſio, Græcis παραφροσύνη, latinis delirium nominatur. Tertium ſymptoma eſt veluti deficiẽs & imbecillus motus, vt in comate & lethargo. In iis enim imaginatio quæ ſenſilium rerum imagines continet, deficit, & imbecilla admodum eſt, propter aſſiduum, quo opprimuntur ægrotantes, ſomnum. Siquidem oppreſſo & intemperanter affecto cerebro neceſſe eſt eius actiones malè procedere. Totidem & ferè eadem in ratiocinatrice actione ſymptomata eueniunt. Primùm nanq; quòd eius quædam veluti priuatio eſt, neque enim quicquam de iis quæ ſunt, apprehenſa ratiocinatur, Græcis ἄνοια, latinis amentia ſeu dementia dicitur. Alterum eſt veluti deficiens, vel infirmus huius facultatis motus, & Græcis μωρία καὶ μώρωσις, latinis ſtultitia & fatuitas vocatur. Tertium eſt ratiocinatricis facultatis veluti errans motus, & Græcis itidem παραφροσύνη, latinis delirium appellatur. Sæpe enim in vtriſque, hoc eſt, & in imaginatione, & ratiocinatione conſiſtit delirium. Interdum in altero duntaxat, hoc eſt, in ſola imaginatione, vel ſola ratiocinatione. Prioris exemplum eſt quod de Theophilo medico Galenus hoc loco recenſet, in quo vtique iudicium rectum fuit, & ratiocinandi vis incolumis præſtitit, quòd ſcilicet præſentes agnoſceret, & cum iis prudenter diſputaret, quodque eos pellendos cenſeret, qui ſibi moleſti eſſent. Imaginatio autem, & obiectorum apprehenſio deprauata, quòd tibicines adeſſe arbitraretur, qui nuſquam in cubiculo erant. Ratiocinandi autem vim non fuiſſe læſam, ex eo etiam fit manifeſtiſſimum, quod is vbi plenè conualuit, omnia quæ ſinguli eorum qui illum inuiſerant, vel dixiſſent, vel egiſſent, narrauit, & viſi de tibicinibus, meminerat. Adeò vt & ratio, & memoria in eo integra, ſola autem imaginatio deprauata fuerit. Contrà ſunt nonnulli inquibus imaginatio illæſa manet, vitiatur autem ratiocinatio, quemadmodum Phrenitico illi, cuius hîc meminit Galenus, contigit. Quam ſanè hiſtoriá pluribus narrat Galenus lib. 4. de labo. locis. cap. 1. vbi & qualia fuerint vaſa, nempe vitrea: locumq; vbi idipſum factum ſit, Romam ſcilicet, exprimit. Satis autem conſtat huic quidem imaginationem nequaquam læſam fuiſſe, ſingula nanque vaſa ſuo appellauit nomine: intelligendi autem ac ratiocinãdi facultatem deprauatam, vt qui ſine delectu & ratione, vſui futura primùm vaſa, dein puerum, per feneſtram proiecit. Nequaquam igitur ratiocinari ac iudicare potuit, quid inter vaſorum & pueri proiectionem eſſet diſcriminis. In memoratrice actione etiam tria accidunt ſymptomata, nempe memorię priuatio, imbecilla, & deprauata memoria. Quòd autem aliquis omnino memoriã amittere poſsit, ſatis teſtantur quæ libro ſecundo belli Peloponneſiaci in oratione funebri Periclis ſcribit Thucidides. Illic enim nonnullos à peſtilentia ſeruatos nõ ſolùm aliorum, quos per priorem vitam agnouerant, fuiſſe oblitos tradit, ſed ne ſeipſos quidem poſteà agnouiſſe. Atque de actionum animæ noxis dixiſſe ſatis ſit.

Imaginationis ſymptomata.

Caros.

Catalepſis.

παραφροσύνη. Delirium.

Ratiocinatricis ſymptomata.

ἄνοια. Amentia.

μωρία. Stultitia.

Delirium & in imaginatione, & ratiocinatione conſiſtit.

Theophili delirium.

Phrenitici hiſtoria.

Memoriæ ſymptomata.

CAPVT

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 185 sur 637

©BIUM

CAPVT IIII.

Naturaliũ actionũ ſymptomata.

POſteaquã quæ in principe animæ parte ſymptomata eueniunt, dicta ſunt, tempeſtiuũ eſt vt iam ad alterũ actionũ, quas naturales vocant, genus tranſeamus. Sunt autem etiam in harum ſingulis, vel quia nõ fiunt, aut quia malè fiunt, ſymptomata. Huius quidẽ generis ſymptomata ſunt in appetẽtia, abolita appetentia, difficilis appetentia, & immodica ciborũ appetentia. In concoctione verò, cruditas, tarda concoctio, & difficilis concoctio. Quinetiam in diſtributione ſimiliter, & in ſanguinis generatione, vel non facta, vel nõ ritè peracta, ſymptomata naſcũtur. Huius generis ſymptomata ſũt, aquæ inter cutem ſpecies. In nutriendi actione, atrophiæ quædã, & tabes, & nutritionis fruſtrationes. Leucæ verò, & ophiaſis, & alopeciæ, & omnia id genus ſymptomata, viciatam nutritionem ſequuntur. Cæterùm abolitio pulſus, & vicioſus pulſus, in pulſuum actione ſunt ſymptomata. In excrementorum quoq; expulſione vel omnino non peracta, vel non ritè peracta, ſymptomata fiunt: quorum alia quidem propria appellatione vacant, veluti quæ atram bilem ſequuntur, alia verò conſueto nomine vocantur, vt icteros, ſiue regius morbus.

COMMENTAR.

Naturalis actionis ſymptomata.

Hactenus Galenus omnia ſymptomata quæ in animali actione eueniunt expoſuit. Nunc de iis quæ in naturali accidunt actione, Galeno ſermo erit. In ea verò totidem, quot in animali conſiſtunt ſymptomatum genera, hoc eſt, duo, aut tria. Duo, quia vel in totum auferuntur actiones, vel quia malè fiunt. Quòd ſi verò malè, vel debiliter, vel deprauatè interpreteris, tria in vniuerſum ſymptomata erunt. Verbi gratia, in appetentia tria hæc ſunt ſymptomata, primum quod Græcis ἀνορεξία, latinis abolita appetentia, alterum δυσορεξία: quæ vox in Græco Aldino codice deſideratur: latinis difficilis appetentia, tertium immodica appetentia, cui Græci peculiare nomen haud indiderunt, appellatur. In concoctione itidem tria accidunt ſymptomata, vnum quod illi ἀπεψία, latini cruditatem, alterum quod Græci βραδυπεψία, latini tardam concoctionem, tertium δυσπεψία, id eſt, difficilem concoctionem. In diſtributione, & ſanguinis generatione ſimiliter duo ſymptomata fiunt, abolita ſcilicet diſtributio, ſanguinisque generatio, & deprauata diſtributio, ſanguinisque generatio. Poſterioris generis ſymptomata ſunt omnes aquæ inter cutem ſpecies, quòd ſingulæ non alia de cauſa naſcantur, quàm quod iecur ſuam functionem omnino non obeat, aut gignendo ſanguini parum valeat. In nutriendi actione, duo etiam ſymptomata accidunt, nempe abolita nutritio, vt eſt ἀξοφία, & pthiſis ſiue tabes: in iis enim fruſtratio fit alimenti: & vicioſa ſeu deprauata nutritio, vt leuce, ophiaſis, & alopecia, quarũ vocũ omniũ explicationes ex cõpendio, & libris noſtris quos de medẽdis corporis malis inſcripſimus, petẽdę erunt. In pulſuũ actione duo etiã reperiuntur ſymptomata, abolitio pulſus, ἀσφυξίαν Græci vocant, & vicioſus pulſus, quem iidem κακοσφυξίαν appellant. Pari modo in excrementorum expulſione duo ſymptomata fiunt, vel enim eſt abolita, vel deprauata expulſio. Huius quidem generis ſymptomata, aliqua propriam appellationem nõ habent, vt ſunt ea quę ad atram bilem attinent, quæ ſingula Galenus lib. 6. de labo. locis cap. 1. copioſè admodum recenſet. Ad quem locum, ne longiores ſimus, lectorem ablegamus. Aliqua verò conſueto nomine vocantur, vt ἴκτερος Græcis, morbus regius latinis. Non eſt autem, niſi flauæ bilis per vniuerſum corpus effuſio. Reliqua omnia, quæ ſtudio præteriuimus è ſuperioribus ſatis nota ſunt.

ἀνορεξία. δυσορεξία.

ἀπεψία. βραδυπεψία. δυσπεψία.

ἀσφυξία. κακοσφυξία.

ἴκτερος.

Methodus

©BIUM

Methodus inueniendi ſymptomata in actionibus naturalib⁹

Methodus autem hîc qua omnia inueniri poſſunt, eſt naturalium facultatum cognitio, quas in opere ipſis dicato, quatuor eſſe in qualibet corporis parte, demonſtrauimus, nempe attractricem, retentricem, alteratricem, & expultricem. Erit autem in ſingulis ipſarum duplex ſymptoma, alterum quum malè procedit actio, alterum quum omnino non fit. Proinde in quouis naturali inſtrumento octo erunt in vniuerſum ſymptomata Igitur, ſi ex diſſectione numerus partium animalis exploratus ſit, confeſtim omnium ſymptomatum multitudo inuenietur. Quippe quæ naturæ dũtaxat ſunt inſtrumẽta, octo ſolùm ſymptomatis infeſtabũtur. Quæ verò ſunt animæ, tum iſtis, tum amplius aliis duobus. Monſtratum enim paulò antè eſt, in ſingulis animalibus actionibus duplicem eſſe ſymptomatũ ſpeciem, vel prorſus non perarctarum, vel malè actarum. Dictum præterà eſt, malè bifariam dici: aut enim idem quòd obſcurè debilitérve, aut idem quòd deprauatè ſignificat. Quare ſi rurſus in qualibet tum actione, tum facultate, non duo, ſed tria in totum dixeris eſſe ſymptomata, alterum ſcilicet priorum duorum in duo ſecãs, duodecim quidem in quolibet naturali inſtrumento, quindecim autem in animalibus erunt ſymptomata. Porrò diuiſio quæ in primas duas facta eſt differentias, octo quidẽ naturalium, decem verò animalium actionum efficit. Si verò inſtrumentum aliquod duplici ratione animale fuerit, ſenſificum nimirum ſimul & motorium, ex ſecunda diuiſione decem & octo erunt ſymptomata, ex priore autem, duodecim.

COMMENTAR.

Via ac ratio inueniendorũ ſymptomatũ in naturalibus actionibus.

Methodum, hoc eſt, viam & rationem inueniendorum ſymptomatum in naturalibus actionibus hoc in loco Galenus tradit. Non eſt verò alia, niſi vt naturales facultates cognoſcamus, quas in ſingulis corporis partibus quatuor eſſe, in tribus libris de his ipſis editis demonſtrauit. Erit itaq; in ſingulis ipſarũ facultatũ duplex ſymptoma, alterũ quũ actio omnino non fit, alterũ quũ parũ rectè fit. Proinde iuxta hanc ſymptomatũ diuiſionẽ in vnoquouis naturali inſtrumẽto octo erunt in vniuerſum ſymptomata. Verbi gratia, abolita & mala attractio, abolita & mala retẽtio, abolita & mala alteratio, abolita & mala expulſio. Iam ſi ex anatome, alicui numerus partium cognitus & exploratus fuerit, cõfeſtim vniuerſam ſymptomatũ multitudinẽ, inueniet. Quæ enim naturalia dũtaxat inſtrumenta ſunt, octo ſolùm ſymptomatis, vt iã dictũ eſt, inteſtãtur. Quæ verò animalia ſunt inſtrumenta, tũ iſtis octo, quę illis accidũt, quatenus naturalia ſunt, tum amplius aliis duobus, quæ illis, quatenus animalia ſunt, eueniũt, ſymptomatis moleſtabũtur. Nã ſingulis etiã animalibus actionibus, vt præcedẽti capite demonſtratum eſt, duo eueniunt ſymptomata, abolita ſcilicet, & mala animalis actio. Quòd ſi verò malam actionem, in eam quæ eſt imbecilla, aut deprauata ſubdiuidas, atque adeò in ſingulis actionibus non duo, ſed tria in totum dixeris eſſe ſymptomata, in quolibet naturali inſtrumento duodecim erunt ſymptomata. Exempli gratia, abolita, imbecilla, & deprauata attractio, retentio, alteratio, & expulſio. Siquidem quum tria in ſingulis actionibus ſymptomata ſint, & quatuor actiones, duodecim ſint vniuerſa ſymptomata neceſſe eſt, quatuor enim tria conſtituunt duodecim. In animalibus autẽ actionibus iſta ratione quindecim erunt ſymptomata. Quippe prioribus duodecim, quæ illis vt naturalia ſunt inſtrumenta eueniunt, alia tria accedũt, quæ illis, vt animalia ſunt inſtrumenta, accidunt, Verbi gratia, in oculo, vt eſt naturale inſtrumẽtũ octo, vel duodecim fiunt ſymptomata, ratione paulò antè expoſita. Vt verò animale etiã eſt inſtrumentum, tria alia iam dictis duodecim, nẽpe priuatio viſus, quæ cæcitas dicitur, & im-

Oculi ſymptomata quindecim

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 187 sur 637

©BIUM

becillus viſus,hebetudinem appellant,& deprauatus viſus,hallucinationẽ vocant, accedunt,eruntque in vniuerſum oculi ſymptomata quindecim.Cæterùm hinc omnibus perſpicuum fit,diuiſionem quę in duas primas differentias,in abolitam ſcilicet,ac malam actionem,facta eſt,octo quidẽ in naturalibus inſtrumẽtis, in animalibus verò decem efficere,in vtriſque enim duo accidunt ſymptomata.Si verò inſtrumentum aliquod duplici ratione fuerit animale,nempe ſenſificum & motorium,ex ſecunda diuiſione,qua ſcilicet tria in vnoquouis tum naturali, tum animali inſtrumẽto eueniũt ſymptomata,decem & octo erunt.Nam vt naturali duodecim accidunt, quia in quauis actione tria. Vt autem animali, ſex, nempe tria vt ſenſifico,& alia tria,vt motorio. Si itaque ſex poſteriora,prioribus duodecim addas, erunt vniuerſa decem & octo. Ex priore autem diuiſione,qua duo duntaxat in vnoquoque inſtrumento accidunt ſymptomata,duodecim.Siquidem octo vt in naturali,quatuor autem vt in animali, duo nanque vt in ſenſifico,& duo alia vt motorio fiunt.

Demonſtremus igitur in vna,aut altera parte id quod iam diximus,vt ſi quiſpiam ſymptomata in numerum cogere voluerit,id in omnibus faciat,quod nos in iis feciſſe putabit.Porrò minime nominibus attentus ſit, non enim vbique vſitata

Ventriculi exẽplo,demõſtrat id quod dictũ eſt.

inuenıet nomina,ſed ad ipſam rerum naturam reſpiciat.Eſto ſanè vẽtriculus inſtrumentum concoctionis,quod trahat ad ſe,vt demonſtrauimus,familiare alimẽtum,& excernat,quicquid alienum eſt,item retineat id quod attraxit, & alteret quod retinuit.Quum igitur vel nihil omnino trahere,vel malè trahere illi accidit,duo mihi in tractrice facultate ſymptomata eſſe intellige. Deinde alterum ipſorum rurſus bifariam diuidas,nempe quod malè trahit,tametſi nominibus manifeſtè explicare non poſsis:neque enim vllum ipſis nomen impoſitum eſt.Quapropter oratione ea interpretari quoad poteris tentandum eſt, quòd mala attractio

Imbecilla attractio.
Deprauata.

partim ſit imbecilla,partim veluti deprauata.Imbecilla quidem, quum vix, & difficulter,& multo tempore trahit.Deprauata verò, quum veluti palpitando, vel tremendo,vel concutiendo,vel conuellendo trahit.In alteratrice autem ventriculi facultate,aliud eſt vbi omnino alteratio non fit, quum cibi quales aſſumpti ſunt,tales in omnibus qualitatibus permanẽt. Aliud vbi imbecilliter, quod proprium nomen obtinet,tardaque concoctio dicitur. Aliud vbi deprauatè, quum in alienam qualitatem cibi permutantur.Proinde tria in vniuerſum in vnica a-

Concoctio.
Tarda cõcoctio.

ctione à ſcopo aberrante erunt ſymptomata. Actio autẽ ipſa vocatur concoctio, quæ eſt ciborum in familiarem animanti qualitatem alteratio.Tarda verò concoctio fit,vbi in eandem qualitatem,ſed longiori tempore,& vix mutatur. Alterationem autem in alteram qualitatem,quæ non ſit ſecundum naturam,cruditatem nominant.Hinc verò ſimiliter appellatur,& actionis priuatio. Quãquam

Cruditas.

clariùs erat,ſi hæc ſola cruditas nominaretur,difficilis verò concoctio,quæ deprauata eſt mutatio:tarda autẽ cõcoctio,quæ imbecilla eſt alteratio. Atqui vt Plato dicebat,veteres quum plurimas res ignorarent,alias omnino non, alias non rectè nominarunt. Non eſt igitur quòd nomina nobis impoſitã, ſed ipſam rerũ ſubſtantiam intueri oportet.Id ſi fecerimus,inueniemus ſimiliter retentricis facultatis actionem ſecundum naturam ſe habere,vbi tempus complectendi cibos,concoctionis

Retẽtricis actionis ſymptomata.
Rerum ſubſtantia intuenda.

ctionis tempori æquatur,& cibi ab omni parte exactè constringuntur. Priuationem verò omnimodam actionis, vbi prorsus non complectuntur: accidit autem id in leuitate intestinorum. Imbecillitatem verò, quando vel non probè complectũtur, vel non vsque ad consummatam concoctionem: vel quum ambo hæc simul incidunt. Quum igitur in iis duabus rebus retentricis facultatis proba actio consistat, vt nullum locum inter ventriculum ac cibos vacuum relinquat, & vt tempus complectendi cibos, tempori concoctionis adæquetur: vel in altero horum duntaxat actio minùs rectè procedet, vel in ambobus: symptomataque sequentur: debilem quidem complexum, fluctuationes & inflationes: breuioris autem temporis complexum, festina excretio, & ciborum in inferiore ventre corruptela. Atque hîc illud animaduertas, hortor, quod sæpenumero alterum symptoma alterum sequatur. Nam imbecillum complexũ, modò fluctuationes, modò inflationes sequũtur. Breuioris verò temporis complexum, omnino imperfecta sequitur concoctio. Dein vel celer ciborum exitus, vel eorum in inferiore ventre corruptela. Atqui celeris quidem exitus inseparabilia symptomata sunt, deiectionis humiditas, & deficiens per corpus distributio. Corruptelã verò in iis quæ deiiciuntur necessariò graueolentia fœtórve sequitur: non necessariò autem mordicatio, aut inflatio. Sed accidit interdum vt neutrum sequatur, interdum ut alterũ, nonnunquã vt vtrũque. Quamobrem verò tum istis, tũ in iis quæ priùs dicta sunt, quædam necessariò sequantur, quædam non necessariò, in eo qui hunc sequitur libro, vbi symptomatũ causas persequemur, docebimus. In præsentia verò ad reliquam symptomatũ retentricis facultatis differentiam transeundum est. Quum igitur cibos ventriculus amplectitur, sed cum quadam palpitatione, vel tanquam conuulsione & tremore, & concussione, deprauata eiusmodi cõprehendẽdi actio fuerit. Ac palpitationem quidem vetriculi haud obscurè sensu percipimus, itemque conuulsionem, singultus enim hoc symptoma nominatur. At pathema quod veluti tremor eius est, non adeò clarè percipitur, tamen si diligenter animaduertas, ne ipsum quidem difficulter deprehendes. Ergo si posteaquàm cibum sumpsisti, nec fluctuatio aliqua infestat, neque inflatio, neque palpitatio vlla, neque singultus, sed vẽtriculus præter consuetudinem dubiam perplexámve molestiam sentit, & veluti grauatur, ac laborat, celeriterque id quod grauat vel per inferna deiicere, vel superna desiderat, præterea accedit ructus quidam, & molestia quædam in respiratione perplexa, & quæ vix effari queat, tum existimato ventriculum quidem amplecti cibos, sed quasi tremulè. Atqui veluti cõcussorius motus est, qui in rigoribus potissimum apparet, vniuersas animantis particulas occupans. Sed de iis in libris qui hunc sequuntur fusiùs differetur. Iam quartam ventriculi aggrediamur facultatem, quæ expultrix & propultrix nominatur. Huius quòd veluti paruatio est, in quibusdam ilei siue voluuli speciebus fit. Imbecillitas verò crebrò in tardis quibusdam excrementorum deiectionibus incidit. Porrò eius veluti deprauatus motus est, quum vel ad actionem properat, anteaquàm perfecta sit concoctio: vel ea ab-

Sæpenumero alterũ symptoma alterũ sequitur.

Singultus.

Expultricis facultatis symptomata.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 189 sur 637

ſoluta ceſſat, ac tardat, vel cum iam dictorum ſymptomatum aliquo fit, alitérue quouis modo inæqualiter, vel tanquam impos ſui ventriculus in cibos irruit, incõſiderato minimève moderato motu vtens, exemplo eorum, qui per decliuem locum currentes, ſubinde ſiſtere gradum nequeunt.

COMMENTAR.

Ventriculi exemplo, qui concoctionis inſtrumentum eſt, quomodo ſymptomatum numerus in aliis naturalibus inſtrumentis inueniri poſsit, aptè admodum & dilucidè per ſingulas eiuſdem actiones docet. In ſymptomatum verò commemoratione minimè nominibus attentum eſſe oportet, quaſi ſcilicet neceſſe ſit ſingulis ſua adeóque propria nomina imponere, quòd non vbique vſitata inueniantur nomina. Quin ad rerum potiùs naturam reſpiciendum erit, & quod vna voce non poſſumus, ſaltem commoda, & rei naturæ apta oratione interpretandum erit. Cæterùm ventriculus vt eſt concoctionis inſtrumentum, quatuor actionibus eſt præditus, vna qua familiare ad ſe alimentum trahit, altera, qua quod alienum eſt excernit, tertia, qua id quod attraxit retinet, & quarta, qua alterat quod retinet. In quibus omnibus ſymptomata vt eueniãt, hoc loco Galenus, ab attractrice orſus demonſtrat. In ea enim duo primaria accidunt ſymptomata, vnum quum omnino nihil trahit, alterum quum malè trahit. Quòd ſi verò malam tractionem bifariam diuiſeris, in imbecillam, ſcilicet ac deprauatam, tria in vniuerſum huius actionis ſymptomata erunt, nempe priuatio tractionis, imbecilla tractio, & deprauata. Priuatio tractionis eſt, quũ omnino nihil attrahit. Imbecilla tractio, quum vix, & difficulter, nec non niſi multo tempore trahit. Deprauata, quum inter trahendum veluti palpitat, tremit, concutitur, aut conuellitur ventriculus. Atque tot, & talia ſunt attractricis actionis ſymptomata. In alteratrice ventriculi actione totidem reperiuntur ſymptomata, duo nimirum, vel tria, ſi alterum rurſus diuidas. Actio autem ipſa Græcis πέψις, Latinis concoctio vocatur. Neque enim concoctio aliud eſt, quàm alteratio ab innato calore facta: vel vt hîc Galenus definit, ciborum in familiarem animanti qualitatem alteratio. Hac itaque à ſcopo aberrãte, tria in vniuerſum fiũt ſymptomata. Primùm, vbi omnino nulla fit cõcoctio, Græcis ἀπεψία, Latinis cruditas, aut concoctionis priuatio. Alterum, quando in qualitatem animanti conuenientem & familiarem, cibi mutantur, ſed vix, & longiori tempore, Græcis βραδυπεψία, Latinis tarda vel imbecilla concoctio. Tertium, vbi in alienam qualitatem cibi permutantur, Græcis propriè δυσπεψία, Latinis difficilis vel deprauata cõcoctio: impropriè ἀπεψία etiam nonnullis Græcis dicitur. In retentrice facultate, quæ vtique ſecundum naturam ſe habet, quando tẽpus complectẽdi cibos, coctionis tempori æquatur: hoc eſt, quum id quod cõfici debet, tandiu retinet, quoad exactè ſit concoctum & elaboratum, & cibos ex omni parte conſtringit: itidem tria eueniunt ſymptomata. Vnum, vbi omnino cibi non complectuntur, vt in leuitate inteſtinorum accidit, priuationem complexus nominant. Alterum vbi non vſque ad conſummatam concoctionem cibi cõplectuntur, Imbecillum complexum appellant. Tertium, vbi non probè, ſed cum quadã palpitatione, tremore, conuulſione, vel concuſsione cibi complectuntur, deprauatũ complexum vocant. Cæterùm prædicta ſymptomata, alia quędam ſequuntur (neque enim rarum, vt alterum ſequatur alterum ſymptoma) verbi gratia debilem complexum fluctuationes & inflationes. Fluctuationes autem fiunt, quum cibus vniuerſus à ventriculi partibus non vndique cingitur ac complectitur. Tum enim latè expatiatur, habens nimirum in quod ſe diffundat ſpatium, ideoque inſtar in pelago excitati vẽti, fluctuationem, id eſt inundationi ſimillimum, & perſtrepentem motum, excitat, quem Græci κλύδωνα vocant. Quum verò ſine ſtrepitu & murmurillo, ſola partium ventriculi diductione, vẽtricul⁹ attollitur & intumeſcit, Græcis πνεύματωσις, Latinis inflatio nominatur. Præterea deprauatum complexum, imperfecta concoctio, celer ciborum exitus, corru-

in ſymptomatũ cõmemoratione minimè nominibus eſſe attentũ oportet.

Vẽtriculus vt eſt concoctionis inſtrumentũ, quatuor actionibus præditus.

Attractricis ſymptomata.

Priuatio tractionis.
Imbecilla tractio
Deprauata tractio.

Alteratricis ſymptomata.

Cõcoctio quid?

Cruditas.
Tarda vel imbecilla concoctio.

Difficilis vel deprauata concoctio.

Retẽtricis ſymptomata.

Priuatio cõplexus.

Imbecillus.
Deprauatus.

Fluctuationes.

κλυδών.
Inflatio.
πνεύματωσις.

©BIUM

corruptela,& alia quę à Galeno in contextu recenſentur ſymptomata ſequuntur. Quę autem neceſſariò,quæ non neceſſariò ſequuntur,libro tertio de ſymptomatum cauſis capite duodecimo,docebitur. In quarta ventriculi actione,quàm Græci ἐκκριτικὴν, καὶ πεπτικὴν Latini expultricé & propultricévocãt, ſimiliter tria eueniũt ſymptomata. Vnum eſt priuatio expulſionis,vt in ea ilei ſpecie quæ lętalis eſt,accidit. In ea enim propter validam inteſtinorum à phlegmone obſtructionem,nihil omnino per inferna excernitur. Nam vt libro tertio de naturalibus facultatibus teſtis eſt Galenus,ipſum quod phlegmone laborat inteſtinum,nec pondus,nec acrimoniam tolerat excremẽtorum,eoque excernere expellereque ea quàm longiſsimè à ſe nititur. Prohibitũ verò deorſum perſequi,quum ſcilicet hoc loco grauiſsima pars phlegmones fuerit,in proxima ſuprà poſitorum inteſtinorum extrudit. Itaque iam excretricis facultatis momẽto per continuum inteſtinum ſurſum verſo,excrementa vſque ad os aſcendunt. Et ex hoc etiam Galeni loco,vt obiter moneamus,omnibus fit manifeſtum. Ileum non tenue inteſtinum,quòd nonnulli tamen temerè affirmant, ſed potiùs malum quod in hoc inteſtino excitatur, ſignificare. Alterum ſymptoma eſt imbecilla excretio, quòd frequenter in tardiuſculis quibuſdam excrementorũ deiectionibus euenire ſolet. Tertium,eſt deprauata expulſio,quæ fit vbi facultas ad excretionem properat anteaquàm abſoluta eſt concoctio. Aut vbi iam perfecta eſt concoctio,expellere tardat,aut ceſſat. Aut quando ventriculus immoderatè irruit in cibos, adeò vt motionis ſuæ impetum moderari nequeat,inſtar eorum qui per decliuem aliquem locum currẽtes ſiſtere gradum non poſſunt. Tum enim præcipitanter expellit cibos,vt qui motum ſuum inhibere nequeat.

Expultricis ſymptomata.
Priuatio expulſionis.
Cur in Ileo lętali ſtercus vomitur.
Ileos quid?
Imbecilla expulſio.
Deprauata.

CAPVT V.

VEntriculi quidem vt eſt concoctionis inſtrumentum ſymptomata iã dicta ſunt. Vt autem nutriri poſtulat,& id quod nutriat ad ſe trahere,& tantiſper dum alterauerit retinere, & quod redundat excreuerit: alterum æqualem ſymptomatum numerũ, vt ſimilare corpus,obtinebit. Ac fortaſſe præſtiterit omnia quæ in nutricatoria functione incidunt ſymptomata percurrere,quæ tum ventriculi corpori,tũ cæteris omnibus partibus communia ſunt. Quippe ita lectoribus clarior ſermo erit,magiſque euidenter quis docebit id quod paulò antè dictum eſt,ſymptoma ſymptomatis eſſe cauſam. Nam atrophiam licet vnicum ſit ſymptoma, ſiue ea in vniuerſo animantis corpore accidat,ſiue in vna quadam eius particula, cõplura præcedunt ſymptomata. Quum enim id quod probè nutrire debet,& trahere ad ſe conueniens alimẽtum oporteat,& id quoad alteratũ ſibi aſsimilauerit retinere, prætereà quod redundat excernere,duplex verò ſit eius, quòd redundat genus (vel enim quantitate redundat,vel qualitate) neceſſe omninoeſt particulam quæ atrophia laborat, vel propter vnum aliquod eorum quæ dicta ſunt id pati,vel plura. Nam ſiue diminutè debilitérve id quod nutrire debet trahat,ſiue omnino non trahat, ſiue deprauatè trahat,particula non nutrietur, etiamſi quantùm & quale eſſe oportet ſuppeditetur. Symptoma verò ſi quod retentrici facultati accidit, proportione reſpondet iis quæ de ventriculo ſunt dicta,itidemque atrophiam inducet. Si verò hæ facultates probè ſua fungãtur actione,errauerit autẽ expultrix,pluſquàm oportet excernens,ſic quoque gracilis reddetur, & nequaquam nutrietur particula.

Ventriculi vt eſt corpus ſimilare ſymptomata.
Symptoma ſymptomatis cauſa.
Atrophiæ cauſę.

©BIUM

Quinetiam alteratricis facultatis ſymptomatũ quod quidem veluti priuatio eſt, quam cruditatem nominari diximus, manifeſtum planè eſt, quòd particulam gracilem efficiet. Quod verò eius quaſi imbecillitas quædam eſt, tardam concoctionem vocamus, tempore quidem longiore, ſed tamen manifeſtam & ipſa aliquando gracilitatem inducet. Tertium autem ſymptoma, quod praua concoctioni proportione reſpondet, non gracilem, & nutrimento non fruentem efficit, ſed particulæ formam tranſmutat, veluti in vocatis leucis, & elephantiaſi cernitur. Sed hîc animaduertere ac diſtinguere oportet, vtrúm ne humorum aliquo affluente, an ſolidis ipſis ſic affectis partibus mutatus ſit color. Si enim ob humorem id euenerit, alterius generis ſymptoma eſt, & non alteratricis facultatis error. Si verò tota particula per totam talis qualem non eſſe oportet, ſit, alteratricis facultatis error eſt. Fit quidem & in ictericis naturalis coloris immutatio, ſed hoc quidem expultricis actionis ſymptoma eſt, niſi ipſarum aliquando venarum pathema ſit, tũc enim alteratricis eſt ſymptoma. Vitioſus autẽ in ſingulis priuatim particulis color, niſi ex humore aliquo extrinſecùs affluente proueniat, veluti difficilis quædam concoctio eſt, tum alteratricis, tũ concoctricis in ipſa parte facultatis. Hanc igitur atrophian, vt quæ potiùs cacotrophia quædam eſt, à præſenti diſputatione eximamus, ad eam verò quæ nutritionis priuatio nominatur redeamus, admonentes quòd & ipſa eſt ſymptoma, & ſymptomata aliàs alia ſequitur, quæ vel in attractrice, vel retentrice, vel expultrice, vel alteratrice facultate accidunt,

Mutatio coloris vnde?

COMMENTAR.

Ventriculũ quãdo vt ſimilare corpus conſideramus.

Ventriculi hactenus, vt concoctionis inſtrumentum ſeu pars inſtrumentalis eſt, Galenus ſymptomata recẽſuit. Nunc vt eſt corpus ſimilare, & quod nutriri oportet, ſymptomata eius commemorat. Ventriculum autem vt ſimilare corpus conſideramus, quando ad eius ſubſtantiam, quæ membranea eſt, & tunicis conſtat, quæque vt aliæ ſimilares partes omnes nutritione eget, reſpicimus. Habet autem ventriculus, vt quodq; aliud corpus ſimilare, & quod nutriri poſtulat, quatuor in ſe facultates: vnam quæ id quod nutriat ad ſe trahit: alteram quæ quod tractum eſt, tantiſper dum alteratum eſt, retinet: tertiam quæ alterat retentum: & quartam quæ id quod redundat expellit: atq; æqualem etiam iis ſymptomatum numerum, nempe vitiatam tractionem, retentionẽ, alterationem, & expulſionem. Priuatim verò in quauis actione læſa tria eueniunt ſymptomata. In tractrice quidẽ, priuatio tractionis, imbecilla tractio, & deprauata tractio,

Tractricis ſymptomata.

ἀτροφία.

Hæc ſanè ſymptomata aliud ſymptoma ſequitur, nempe ἀτροφία. Quippe ſiue omnino non trahat ventriculus, vel alia pars ſimilaris, ſiue imbecilliter trahat, ſiue deprauatè trahat, particula conuenienti, & familiari alimento non nutrietur, etiamſi quantum, & quale oportet illi alimentum ſuppeditetur. Quid enim prodeſt ſi optimi cibi copia ſit in ventriculo, vt illũ ad ſe non attrahit? Tamen ſi quis propriè loqui velit, vbi deprauatum alimentum particula attrahit, κακωτροφίαν potiùs quàm ἀτροφίαν appellabit. Atque hæc quidem in tractrice facultate ſymptomata eueniunt. In retentrice facultate itidem tria, priuatio retentionis, imbecilla retentio, & deprauata, atque ſingula hæc atrophian inducent. Si enim omnino non retineat alimentum quod attraxit, quomodo idipſum alterabit, & aſſimilabit? Si autem non alteratum & aſſimilatum fuerit, quomodo nutrire poterit? Si verò non nutriet, ſequi atrophian neceſſe eſt. Pari ratione vbi imbecilla aut deprauata duntaxat fit retentio, donec fuerit alteratum & aſſimilatum alimentum, haud retinebitur, eaque de cauſa pars non nutrietur. Quòd

κακοτροφία.

Retentricis.

ſi verò

©BIUM

ſi verò attractrix & retentrix facultates ſuis actionibus probè fungantur, expultrix autem pluſquàm oportet excernat, ſic quoq; gracilis particula reddetur: quòd ſcilicet tũ non tantùm ſuperuacua, ſed ea etiam vnde pars ipſa nutriri debet, expellantur. Sequetur igitur & hunc expultricis immodicum motum atrophia. Porrò in alteratrice facul Alteratricis.
tate tria etiam eueniunt ſymptomata, quorum vnum eſt veluti quędam eius priuatio, quàm capite prędcedenti cruditatem appellari diximus. Hanc ſanè particulam ipſam reddere gracilem, omnibus eſt manifeſtũ. Nã vbi nulla prorſus aliméti fit alteratio, ibi etiam eſſe nequit nutritio. Atrophian igitur tum ſequi oportet. Alterũ ſymptoma eſt eius quaſi quædam imbecillitas, quàm loco citato, tardam cõcoctionem nominari retulimus. Hanc itidem manifeſta ſequitur atrophia, ſed longiore temporis ſpatio. Quia quum imbecilla quædam fiat alteratio, alitur quidẽ pars, atqui modicè tantùm, vt ſubinde tamen neceſſe ſit, quum non plenè nutriatur, gracilem fieri. Tertium ſymptoma proportione deprauatæ concoctioni reſpõdet, & particulam quidem non gracilem, ac nutrimento non fruenté reddit: ꝙ ſcilicet ſatis alimenti tũ particulę ſuppeditetur, quãquã minimè boni, & prauiſed eius duntaxat formam & coloré immutat, vt in leucis, & elephantiis videre licet. Cæterùm Græci λθάκλω vitiliginis ſpeciem vocant, in qua cutis color ad candidius mutatur. Quippe tum id quod nutrit adhæret quidem, & λάκκω.
agglutinatur, atqui non aſsimilatur parti, ideoque formam, hoc eſt, colorem eius tranſmutat, quemadmodum lib. 1. de natural. facul. copioſiùs Galenus oſtẽdit. Nutritur itaque leuce laborans pars, ſed vitioſo alimento. Elephantia ſeu Elephantiaſis iiſdem malum eſt, quod Arabibus, & hodie facientibus medicinam lepra dicitur, vt lib. 2. parad. Elephantia quę, & lepra.
cap. 11. multis, & iis planè firmiſsimis argumentis demonſtrauimus. In ea itidem melãcholico, adeoque deprauato alimento nutriuntur corporis partes, ideoque priorẽ formam amittunt. Porrò vbi partium calor immutatur, diligenter conſiderandum ac diſtinguendum erit, num ab humore aliquo ad partem affluente, & illam ſuo colore imbuente, aut quia tota partis ſubſtantia ſolida ſic affecta eſt, color eius ſit immutatus. Si Immutati coloris partium corporis cauſæ
enim ex humore aliquo affluente is color euenerit, alterius generis, nempe affectus viſilis, vt ex ſequenti capite clariùs innoteſcet, ſymptoma eſt, & non alteratricis facultatis. Si uerò tota pars per totam talis qualem non eſſe oportet ſit, id eſt, ſi vniuerſa particulæ ſubſtantia immutata ſit, & alienum nacta eſt colorem, error eſt alteratricis facultatis, quę nutrimentum vitioſum natiuæ partis ſubſtantiæ aſsimilare nequit. Cęterùm imutatur interdum color expultricis facultatis opera, vt in ictericis, in quibus excretrix facultas interdum iudicatoriè bilem ad vniuerſam corporis ſuperficiem pellit. Eſt tamen nonnunquam icteros venarum pathema, id quod accidit, vbi propter calidam iecoris, adeoq; venarũ etiã, quæ ex eodẽ oriũtur, intẽperiẽ. Et tũc quidẽ alteratricis quæ in iecore, ac venis eſt facultatis, ab inteperie debilitata, & deiecta, error exiſtit.

Omnium verò horum ſymptomatum cauſæ morbi ſunt. Finge enim diminutè debiliterve in aliquam particulam trahi alimentum, & hanc ob cauſam eam nõ nutriri, vt deficientem hunc attractum morbus præcedat neceſſe eſt. Dictũ nanq; eſt, particulam, vbi imbecilliùs ad ſe alimentũ allicit, omnino intemperie laborare. Morbus autem intẽperies eſt. Si verò particula temperata ſit, obſtructio autem quædã in diſtributionis inſtrumentis, diſtributionem impediat, obſtructio ipſa morbus eſt, noxa verò diſtributionis ſymptoma. Non ſolùm antem ſingula ſymptomata percurrens, quæ propter læſam aliquam actionem fiunt, diſces quòd omnino morbus ipſa præcedit, verũetiã ex ipſa rerũ eſsẽtia, citra inductionẽ, idipſum colligere licet. Quippe ſanitatẽ actionis cauſam eſſe ſtatuimus, morbũ autem cauſam noxæ actionis: ſymptomata verò de quibus nunc ſermo eſt, noxas actionũ eſſe Symptomatum morbi cauſę ſunt

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 193 sur 637

dicimus. Ex iis itaq; propoſitis cõſtat huius generis ſymptomatũ, morbos eſſe cauſas. Quòd verò reliqua duo genera ſymptomatũ morbi præcedant, & cauſæ rationem ad ipſa obtineant, paulò pòſt oſtendemus, vbi priùs integrũ de ipſis ſermonẽ abſoluerim⁹, auſpicati rurſ⁹ ab iis ſymptomatis q̃ in affectib⁹ corporis cõſiſtũt.

COMMENTAR.

Morbi ſymptomatum cauſæ.

Quòd morbi ſint ſymptomatũ cauſæ hoc loco luculentiſsimè demonſtrat. Quippe imbecilla alimenti attractio, eſt actio vitiata, atq; adeò ſymptoma. Hãcverò vt morb⁹, qui eam vitiet, præcedat, neceſſe eſt. Is verò nõ eſt, niſi intẽperies. Eſt itaq; intemperies imbecillæ attractionis cauſa. Itẽ noxa diſtributionis, eſt actio læſa, adeoq; ſymptoma, hãc igitur morbus à quo vitietur antecedat oportet, qui nõ eſt, niſi obſtructio. Eſt itaq; obſtructio cauſa impeditę ciborũ diſtributionis. Quòd de iis duab⁹ actionũ noxis eſt dictũ, id de oĩbus reliquis intelligẽdũ venit. Cęterùm q̃ ſymptomata ſemper morbus, veluti horũ cauſa, præcedat, nõ ſolùm diſces ſingula ſympto. quẽadmodũ iã dictũ eſt, p̃currẽdo, verũetiã ex ipſa rerũ eſſentia, citra inductionẽ, idipſum colligere licebit. Nã vitiatas actiones ſemp aliquid p̃cedat, quod ipſis primò incõmodet, neceſſe eſt. Nã ab aliquo huiuſmodi vitiũ fieri oportet, quòd nihil ſine cauſa fiat. Nõ eſt autẽ aliud niſi morbus, qui affectus eſt præter naturam, à quo primùm vitiatur actio. Vt enim ſanitas integrę, & eius quæ ſecundũ naturã ſe habet actionis eſt cauſa, ita morbus eius quæ eſt vitiata, adeoq; ſymptoma. Quapropter ex ipſa rerũ eſſentia, citra inductionem, quę fit dũ ex multis ſingularibus vna colligitur vniuerſalis, morbos ſymptomatũ eſſe cauſas ſcies. Ex morbi itaq; & ſymptomatis definitionibus, quas cap. 1. huius libri Galenus recenſuit, citra ſingularũ percẽſionẽ, morbos eſſe ſymptomatũ cauſas abundẽ cõuinci poteſt. Quòd verò duo reliqua genera ſimptomatũ, quæ ſunt affectus corporis, & immodicę excretiones & retẽtiones, morbi etiã præcedãt, & cauſę rationẽ ad ipſa ſimptomata obtineant, in ſequẽtibus duobus cap. manifeſtè mõſtrabitur.

Inductio.

CAPVT VI.

Symptomatum, quæ ſunt affect⁹ corporis, differẽtiæ.

Sunt autẽ eorum quatuor differẽtiæ, quippe alia viſilia ſunt, alia odorabilia, alia guſtabilia, alia tãgibilia. Viſilia quidẽ in coloribus præter naturã cõſiſtũt, vel totius corporis, aut aliquarũ partiũ, aut alicuius. Totius vtiq; corporis, veluti in ictericis, et hepaticis, ac ſplenicis vocatis morbis, et quibuſdã aquæ intercutis ſpecieb⁹. Vnius verò particulæ, vt in ſola ligua interdũ peculiaris aliquis vitioſus color videtur, et in partib⁹ quæ ob abſceſſus nigricãt, vel liuẽt. Itidẽ in carbũculis, et eryſipelatis, herpete, et gãgrænis, naturales colores mutãtur. Huius generis ſunt alphos, leuce, et elephas, et alia quæcũq; eiuſmodi: quippe et hæc quoq; naturalẽ colorẽ mutãt. Porrò euenit interdũ vt in multis morbis cõplures ſimul particulæ decolorẽtur, nẽpe vel crura magis, vel facies, aut tota ſuperior corporis pars, aut tota pars inferior. Ac viſibiles differentiæ in iis ſunt contemplandæ.

Viſilia.

COMMENTAR.

De altero ſymptomatũ genere quod in affectibus corporis cõſiſtit hoc in capite agit Galenus, eiuſq; quatuor eſſe præcipuas differẽtias, nẽpe viſiles, olfactiles, guſtatiles, & tactiles oſtẽdit. Audibiles autẽ nõ ſine cõſilio omittit, quòd ſcilicet nullę ſint. Quippe ſoni & voces ſunt actiones, adeoq; res minimè permanẽtes, ſed quæ eſſentiã ſuam in fieri obtinẽt. Quare ad ſymptomata quæ ſunt affectus corporis referri non poſſunt, ſed ad motricis potiùs actionis ſymptomata, vt capite tertio huius libri dictum eſt. A viſilibus igitur orſus affectibus, inquit, eos in coloribus præter naturam totius corporis, vel aliquarum partium, vel alicuius partis conſiſtere. In coloribus totius corporis, vt in ictero, in quo vniuerſum corpus bilioſo infectum colore apparet. Item in morbo qui

Audibiles differentiæ cur præteritæ?

Viſiles affectus.

qui Græcis ἡπατίτις Latinis Hepaticus dicitur: qui Galeno libro quinto, de laboran. lo. cap. 7. atteſtante, eſt quem iecoris imbecillitas parit: vniuerſum corpus pallido colore inficitur. In eo autē qui σπληνίτις Græcis, ſpleniticus Latinis nominatur: qui fit à lienis imbecillitate, in eoq; lien induratur, totum corpus, quemadmodum lib. 6. de labo. loc. ca. 1. atteſtatur, nigricat. In generibus etiam hydropis, color vniuerſi corporis pallidus, aut albus efficitur. In coloribus etiam, vnius particulæ viſilia ſymptomata conſiſtunt, vt quum lingua alieno inficitur colore, aut quum abſceſſus occaſione partes, aliquę nigricant, vel liuent. Particulæ etiam naturalis color immutatur per carbunculos, eryſipelata, herpetes, & gangrenas. Item in alpho, leuce, elephantia, & id genus aliis malis, vt quotidiana atteſtatur experientia. In compluribus autē partibus ſimul, multis in morbis vitioſum colorem videre licet, ita vt interdū crura, vel facies vniuerſa, aut tota pars corporis vel ſuperior, vel inferior decoloretur. Quæ quum ſint manifeſta, longiorem explicationem non deſiderant.

ἡπατίτις.

σπληνίτις.

Odorabilia autem in reſpiratione, & præcipuè in tranſpiratione deprehendūtur. Reſpirationē autē voco ambientis nos aëris per fauces attractionē & emiſſionē. Tranſpirationē verò, aëris per totum corpus introitū, & exitū. Ergo qui in iis accidūt præter naturā fœtores, in hoc ſymptomatū genere conſtituentur. Poſt hos, qui in auribus, naribus, alis, & partibus quæ ob vitiū aliquod putreſcūt fœtores. Quinetiā in ructibus hoc ſymptomatū genus inuenire licet, ipſis ſcilicet vel fumoſam, vel acidam, vel viroſam, vel piſculentā, vel aliā quandā huiuſmodi qualitatem præ ſe ferentibus. In guſtabilibus differentiis, ipſi laboranti coniectāda erunt ſymptomata. Quippe ſudorē defluentē in os aliquando deguſtauerūt, ac eius quæ in lingua eſt ſaliuæ mutatā qualitatē, quemadmadū & ſanguinē, quibus is quomodolibet per os vacuatur. Nam alij inſigniter dulcem, alij ſalſum, alij amarum ſentiunt. Ad eundem modū & quæ ex pulmonibus reiiciuntur, & quæ ex ventriculo euomuntur, aliis acida, aliis ſalſa, aliis amara, aliis dulcia, aliis auſtera ſentiuntur. Porrò ſunt ex medicis nō pauci, qui etiā ſudores, & adhæc quoq; aurium ſordes guſtu explorādas cenſent: quippe ex iis quoq; aliquid coniectari autumāt. Quinetiā tactiles differentiæ, vbi naturæ modū exceſſerūt inter hæc ſymptomata numerādæ erunt, veluti cutis dura & intenta, & arida. Similiter præhumida, aut rugoſa, aut aliā quampiam huiuſmodi obtinens differentiam.

Odorabilia ſymptomata.

Reſpiratio quid?

Tranſpiratio.

Guſtabilia.

Tactiles.

COMMENTAR.

Expeditis viſibilibus affectib⁹, ad olfactiles progreditur, eosq; primùm in reſpiratione & tranſpiratione deprehēdi ait. Cōſtat autē reſpiratio ex inſpiratione & expiratione. Fœtores igitur qui vel inſpirantur, vel exhalantur, in hoc genere ſymptomatis cōprehendūtur. Sic fœtores qui è meatibus quos in extima corporis ſuperficie natura effinxit egrediūtur, ad hoc quoq; ſymptomatū genus ſunt referēdi. Meriò autē oēs prędicti fœtores, & qui in auribus, naribus, axillis, & quibuscunq; aliis partibus in quibus aliquid putreſcit, accidūt, in hoc ſymp. genere cēſentur. Quippe oīs odor, ſiue bonus, ſiue malus fuerit, Ariſto. cap. 2. lib. de ſenſu & ſenſili atteſtāte, nō eſt niſi fumida quędā & ignea exhalatio: vel vt Galenus lib. 4. de ſimp. medic. facul. ca. 21 cēſet, vaporoſa ſubſtātia, oportet igitur oīno, vt pcipiatur, in odoratus ſenſoriū ferri. Quod in hoīe nullo fieri pacto poteſt, niſi reſpirationis munere odorabilis rei ſpecies ad cerebrū per nares deferatur. Nō ſentimus enī odores, niſi aeris pnares inſpiratiōe. Pręterea ĩuenitur hoc gen⁹ ſymp. in ructib⁹, dū fumoſā, accidā, aut viroſam aliquā qualitatē, aut piſciū fœtorē

Olfactiles affectus.

Odor quid?

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 195 sur 637

©BIUM

Gustabiles affectus.

Hippocrates. Ab ægroto sordes aurium deguſtandæ. Medici σκατοφάγοι.

Tactiles affectus

Huius etiã generis ſymptomata à morbis naſci.

prę ſe ferunt. Atq; hęc de olfactili differentia dixiſſe ſatis ſit. Guſtabilis differentię ſymptomata ipſi laboranti ſunt cõiectanda. Sic ſudorem ſua ſponte non rarò in os defluentem, ſaliuã, ſanguinẽ, & quæ ex pulmone, ac ventriculo eiiciũtur, ęgrotãtes deguſtãt. Sunt etiam ex medicis qui aurium ſordes guſtu, explorandas cẽſent. Hinc eſt illud Hippocratis, in libr. 6. Epide. ſect. 5. apho. 19. vbi inquit. Hominibus ſordes quę in auribus ſunt, dulces quidem lętales, amaræ autem minimè. Sunt autem (quod hoc etian loco præcipit Galenus) à laborante ipſo guſtandæ, nõ à medico, cùm turpe admodum eſſet ſi ſe ad hæc ſordida officia demitteret. Meritò igitur σκαϐφάγος vox in pleroſque noſtri temporis medicos quadrat, qui non tantùm in contuendis, iiſq; aſsiduẽ bacillo mouendis ægrotantium excrementis ſunt occupati, verumetiam, ſi ita æger ab illis poſtulet, deguſtare, tantùm non deuorare ſunt parati. Ita etiam his è ſtercoribus & cloacis facere illiberalem planè quæſtum dulce eſt. Sed valeant hęc ſordida mancipia, digna quæ ſtercoribus etiam & excrementis ad ſatietatem vſque paſcantur. Atque hęc de guſtabili differentia. Tactiles ſanè differentiæ, vbi modum naturę exceſſerunt, inter huius generis quoque ſymptomata cenſenda veniunt, veluti eſt cutis dura, intenta, & arida, præhumida, aut rugoſa. Sunt enim omnes ii affectus eiuſmodi, vt tactu eos deprehendere liceat.

Igitur ex iis quæ iam dicta ſunt manifeſtum eſt, totum hoc quoque ſymptomatum genus à morbis naſci. Quippe colorum, vaporum, & ſaporum differentias omnes ipſorum ſolidorum corporum temperamenta ſequi, in naturalibus libris didicimus. Similiter & tactiles etiã prædictis multo magis, propterea quòd cũ effectricibus qualitatibus cognationẽ habere dixi, vtpote quæ ad eiuſdẽ ſenſus iudiciũ referãtur. Etenim mollities ac durities, tactu iudicãtur, haud aliter quàm effectrices qualitates ipſis cognatæ. Proinde quicquid in eis præter naturã eſt, id totũ intẽperiei acceptũ ferri debet. ſicuti id quod ſecũdũ naturã eſt, boni tẽperamẽti ſoboles eſt. Atqui omnis intẽperies eſt morbus, quare omnia huiuſmodi ſymptomata à morbis ſunt nata. Quæ verò ex influente quopiã humore, prædictis cognata, in partibus excitãtur ſymptomata, quorũ alia obſtructionẽ, vel cõpreſsionem ſequuntur, alia verò vbi vel attractrix, vel expultrix facultas ſuo munere male fungitur, eueniunt, neceſſe eſt ipſa quoque veluti ſuæ generationis fontem morbos habere. Quocirca obſtructio iecoris, quum ſit compoſiti, & inſtrumentalis corporis morbus, vitioſi qui in ictero apparet, coloris cauſa eſt. Intemperies verò quæ in ſingulis partibus ſimilaribus eſt, quũ ipſa quoq; huiuſmodi corporũ morbus ſit, aliàs aliã ipſorũ facultatẽ impedit, aut attractricẽ, aut expultricẽ, aut aliã quãpiã, ob quas inæqualiter, et ſine ordine humores in corpore fluẽtes, modò hãc, modò illã alterãt partẽ, & in colore, & odore, & ſapore, omnibuſq; tactilibus differẽtiis. Prætereà quicquid eſt reliqui ſymptomatũ generis, ſiue voces, ſiue ſtrepitus in animãte ſint, ſiue ea quæ à corpore excernũtur, et quæ in ipſo detinẽtur, oĩa hæc à morbis nata ſunt, vel ab ipſis planè, uel ſymptomatis quibuſdã interueniẽtibus. In vocibus enim morbi qui in ore, faucibus, arteria, pulmone, & thorace ſunt, ſymptomata pariũt, cõcuſſorias ſcilicet quaſdã, tremulas, raucas, & clangẽtes efficiẽtes voces. In aliis verò quibuſdã animãti partibus ſoni, murmurilla, ſtridores, aliaq; eiuſmodi partim ob inſtrumentorũ angustiã, vel errabundũ motũ, partim ex flatuoſi

tuoſi ſpiritus abundantia, vel q uibuſdã ex iis, vel omnibus ſimul concurrentibus, accidunt. De quibus pleniùs in libris deſymptomatum cauſis dicetur.

COMMENTAR.

Quòd præcedenti capite in primo ſymptomatum genere declarauit, idipſum nunc in reliquis quoq; duobus ſymptomatum generibus demonſtrat, nempe quod & horũ ipſorum morbi ſint cauſæ. Nam quum colorum differentiæ ſolidorum corporum tẽperamenta ſequantur, vt in libris naturalibus eſt demonſtratum: rubens enim color, calorem, albus, linenſq;, frigus ſolidorũ indicat: igitur quicquid in iis coloribus prẽter naturam eſt, id totum ab intemperie natum eſt. Atqui omnis intemperies eſt morbus, à morbo igitur omnes viſibiles differentiæ ſymptomatũ naſcuntur. Cẽterùm libri naturales ſunt in quib⁹ natura corporis iã inde ab elementis vſq; ad perfectam partis cuiuſq;, & totius fabricã ac conſtitutionẽ docetur. Inter naturales itaq; libros & ii qui de tẽperamentis inſcribuntur, recenſentur, in quorũ quidẽ ſecũdo, de coloribus pilorum agit Galenus, & ex illis tẽperamenta deprehendere docet. Prẽtereà vaporum differentię, ſolidorũ tẽperamenta corporũ ſequuntur. Per vapores, quos ἀτμοὺς nominat, odores intelligit. Eſt enim odorabiliũ ſubſtantia, vt li. 4. ſimpl. cap. 21. Galenus inquit, vaporoſa. Ea enim quę à corporibus defluunt, ambiẽti permixta, ac dein per nariũ inſpirationẽ in cerebrũ delata ſenſum mouent. Pari ratione ſapores ſolidorũ corporũ tẽperamenta ſequuntur, amaritudo enim calidum, aciditas frigidũ temperamentũ, queadmodum lib. 4. de ſimpl. medica. facult. Galenus copioſè, & ex profeſſo docet. Tactiles quoq; differentiæ, prędictas colorũ ſcilicet, odorũ, & ſaporũ differentias multomagis corporum tẽperamenta ſequuntur, propterea quòd cũ primis & effectricibus qualitatibus cognationẽ habeant, vtpote quæ ad ſenſus etiá tactus iudicũ referantur. Nã durities, mollities, aſperitas, leuitas, denſitas, raritas, & id genus aliæ qualitates tangibiles, tactu haud aliter quàm primæ & effectrices qualitates, ipſis cognatæ, iudicantur, vt fuſiùs li. 2. de temp. cap. 4. Galenus oſtendit. Cognatæ aũt ſunt effectricibus & primis, & quòd earundẽ cõmixtione, tẽperatura, & actione naſcuntur, ideoq; ſecundæ nominantur. Quum itaq; omnes prędictę colorũ, odorum, ſaporũ, & tactilium qualitatũ differentię ab intẽperie naſcãtur, intẽperieſq; omnis morbus ſit, à morbis proueniant neceſſe eſt. Quæ verò non ex nuda aliqua intemperie, ſed ex influente quopiã humore, prædictis ſymptomatis cognata in partibus excitãtur ſymptomata, quorũ alia obſtructionẽ, vel cõpreſsionẽ, alia verò vbi expultrix, vel attractrix facultas ſuo officio parum rectè fungitur, eueniunt, neceſſe eſt ipſa quoque à morbis prouenire. Verbi gratia, vitioſus in ictero color ſymptoma eſt quòd ex flauę bilis per venas in vniuerſum corpus influxu oritur, huius autem cauſa eſt obſtructio, quæ ſcilicet fit in meatu qui ex iecore in fellis folliculum deriuatur, quem conſtat iecoris, partis nimirum corporis compoſitæ, & inſtrumentalis eſſe morbum. Noxæ verò facultatis vel attractricis, vel expultricis cauſa eſt intemperies, quam in morborum eſſe numero iam ſæpe eſt dictum. Non eſt verò mirum ob facultates iam dictas læſas, & ſuo haud fungentes munere, prauos tum colores, tum odores, ac ſapores creari. Nam quum vniuerſum corpus, Hippocrate, & Galeno lib. primo therap. meth. capi. ſecundo, teſtibus, συμπνέῃ καὶ σύῤῥοιαν, hoc eſt, conſpirabile, & confluxibile ſit, vt in eo confluxu ordo, & æqualitas etiam ſit, neceſſe eſt. Si verò inæqualiter & nullo ordine humores in corpore fluentes, modò hanc, modò illam in colore, odore, ac ſapore alterant particulam, quid mirum ſi prædicta ſymptomata eueniant? Quinetiam quicquid eſt eorum ſymptomatum quę in actionibus læſis, & iis quę immodicè excernũtur ac retinẽtur cõſiſtunt, illa omnia à morbis proueniũt. Vocis enim noxę, à morbis qui in ore, faucibus, aliiſq; partibus à Galeno enumeratis, fiũt, oriũtur, vt ſunt voces concuſſorię, quę à frigore, perinde atq; tremulę naſcuntur.

Symptomatum morbi ſunt cauſæ.

Libri naturales.

Vapores.

Tactiles differentiæ cũ primis & effectricibus qualitatibus cognationem habent.

Cauſæ prauorũ colorũ, odorum, ac ſaporum.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 197 sur 637

©BIUM

Raucæ verò, propter defluẽtes ad ſubiectas pulmonis cartilagines ex capite humores. Meliùs enim ſonant ſicca, quàm humida. Clangentes autem voces (quæ tales quidem ſunt, Galeno libro ſeptimo de vſu partium, capite ſeptimo teſte, quales in animalibus quæ longum admodum collum, & ſiccas cartilagines obtinent, vt ſunt grues & anſeres, exiſtunt) in omnibus ardentibus febribus, partibus quæ tum ad guttur, tum ad arteriam pertinent vehementer exiccatis, accidunt. Quòd verò ſoni, ſtrepitus, murmurilla, ſtridioresque partim propter inſtrumenti anguſtiam, vel motum errabundum, partim ex flatuoſi ſpiritus abundantia, vel quibuſdam ex iis tribus iam commemoratis, vel omnibus ſimul concurrentibus fiant, libro tertio, de ſymptomatum cauſis cap. ſeptimo, Galenus abundè monſtrabit. Si propter inſtrumenti anguſtiã, ſtatim nulloq; alio interueniente, à morbo naſcuntur. Si autem propter errabundum motum fiunt, ſymptomate interueniente, nempe deprauato motu, eueniunt. Neque enim rarũ eſt, vt alterum ſymptoma, alterum ſequatur. Porrò quòd ſymptomata tertii generis, hoc eſt, immodicę excretiones ac retentiones, à morbis originẽ trahãt, clariùs capite ſequenti docebitur.

CAPVT VII.

Immodicę excretionis & retentionis tres differentiæ.

QVæ verò à corpore excernuntur, vel in eo præter naturam detinentur, in tres quidem & ipſa primas diuiduntur differentias: vel enim tota ſubſtantia, vel qualitate, vel quantitate à naturali habitu recedunt. Sequuntur autem omnino morbos, vel ſtatim, vel alterius ſymptomatis interuẽtu. Hæmorrhagia quidem, id eſt, ſanguinis eruptio, toto excretæ

Hæmorrhagiæ cauſæ.

ſubſtantiæ genere præter naturam eſt. Ea verò aut vulnerato, aut rupto, aut reclu ſo vaſis oſculo, aut eroſo euenit. Atqui vaſorum vulnus, ruptio, & eroſio, proprij ſimilarium partium morbi ſunt: recluſio autem, inſtrumentalium. Accidit verò interdum ob retentricis facultatis imbecillitatem, interdũ quia expultrix immodicè mouetur, nonnunquã ambabus ſimul læſis. Simili modo muliebris fluxus, vel propter iam dictarum actionum ſymptomata fiet, aut quia totus ſanguis tenuis et ſeroſus eſt redditus. Eſt verò & hoc quoq; ſymptoma, ſed multiformis eius eſt generatio. Eſt nanque vel ſanguificæ facultatis, vel eius quæ tenue, & ſeroſum ſeparat, vel excernit, error. Quanquam nonnunquam fieri poteſt & retentrice ipſa immodicè munere ſuo fungente, & cute denſata, & renibus cõſtipatis. Ita ſudores quoq; immodicè excerni, vel indebitè retineri, aut ob cutis affectum, vel ob dictarum facultatum aliquam vel ob humorum naturam neceſſariò accidit. Cõſtat autem quòd in huiuſmodi omnibus ſermonibus, diſiunctiuis coniunctionibus vtimur. In ſingulis enim iam dictis ſymptomatis, vnus aliquis cauſæ modus eſt: tametſi nihil obſtat quò minùs duæ, et tres & omnes ſimul concurrant. Manifeſtũ

Hydrops ad matellam.

quoque eſt, ex hoc ſymptomatum genere eſſe, & difficultatem vrinæ, & ſuppreſſionem vrinæ, & ſtillicidium vrinæ, & hydropem ad matellam, quàm alij diabeten, alij vrinæ fluorem nominãt. Porrò quòd eorũ quæ excernuntur colores præter naturã, & odores neceſſariò ſequantur morbos, demonſtratione haudquaquam indiget, quandoquidem nullum talium ſine intemperie prouenit. Conſtat autem haud obſcurè eſſe demonſtratũ, id quod à nobis propoſitum eſt. Omnem enim ſymptomatum naturã morbos præcedere neceſſe eſt, vt ſæpenumero veluti ſeries

Series quædam ſymptomatũ ſibiinuicem ſuccedentium.

quædam

©BIUM

quædã ſymptomatũ, quæ ſibiinuicẽ ſuccedant fiat, à morbo quidem ipſo primùm, ab hoc vero ſecundum, deinrurſus, ab hoc tertium, ac ab iſto deinde quartum.

COMMENTAR.

Quum abundè in iis quæ præceſſerunt capitibus de prioribus duobus ſymptomatum generibus ſit tractatum, nunc de tertio, quod ad duo priora per immodicas excretiones & retentiones ſequitur, hoc loco acturus eſt Galenus, eorumque primò tres eſſe differentias monſtrabit. Aut enim tota ſubſtantia, vel qualitate, vel quantitate à naturali habitu recedunt. In cenſu eorum quæ tota ſubſtantia præter naturam ſunt, ſanguinis excretio, quæ Græcis ἁιμοῤῥαγία dicitur à Galeno recẽſetur, neq; ſanè temerè. Per eã enim id excernitur, quod corpori maximè familiare eſt, quodq; in vaſis, vt pote naturę vſui futurũ, retineri debebat. Etſi aũt ἁιμοῤῥαγία vox aliàs apud Hippocratẽ & Galenũ p ſe ſola poſita pro ſanguinis tãtùm nariũ profluuio vſurpatur, hoc tamẽ loco pro omni eruptione ſanguinis, è quacunq; corporis parte facta, accipitur. Accidit aũt quatuor de cauſis, nempe vulnerato, rupto, recluſo, & eroſo ſanguinis vaſæ. Vulnus, autem, ruptio, & eroſio ſunt proprij ſimilarium partium morbi, venarum nimirum, quæ ſenſus quidem iudicio, vt capite tertio libri de diffe. morbo. dictum eſt, ſimilares ſunt partes. Proprios autem eſſe iam dictos tres partiũ ſimilarium morbos, ex iis quæ capite vndecimo libri de diffe. morb. retulimus, ſatis conſtat. Vulnus enim non fit niſi in carnoſis ac mollioribus corporis partibus, quales etiam venæ ſunt, Itidem eruptio, & eroſio. Vtraque autem pars, caro nimirum, & vena, ſimilaris eſt, hæc quidem ſenſus iudicio, illa verò reuera. Cæterum recluſio apertione vaſorum, inſtrumentalium partium, quia in indecenti conformatione, morbus eſt. Hæc autem interdum etiam accidit propter retentricis facultatis imbecillitatem, quæ ſanguinem in vaſis diutiùs retinere nequit. Nonnunquam verò quia expultrix facultas immodicè mouetur, adeoq; ſanguis impetu ad oſculum vaſis ruit. Interdum autem vtriſque facultatibus, & retentrice & expultrice ſcilicet ſimul læſis, ita vt altera non ſatis retineat, altera verò immodicè moueatur, & expellat. Iam dictis duabus cauſis Galenus lib. 5. ther. metho. cap. 2. vbi ex profeſſo apertionis vaſorum cauſas enarrat, acrem qualitatem adiicit. Porro ea ſymptomata quæ qualitate à naturali ſtatu recedunt, ſunt eorum quæ excernuntur & colores, & odores præter naturam. Eorum autem quę quantitate à naturali habitu recedunt, duo profert Galenus exempla. Primùm, eſt muliebris profluuij, ῥοῦν γυναικεῖον Græci appellant: id quod accidit, paulò lib. 3. cap. 63. autore, vbi vniuerſum corpus per vterum expurgatur. Fit verò idipſum, vt hîc Galenus teſtatur, ob retentricis imbecillitatem, aut expultricis immodicum motum, perinde atq; recluſio vaſorum: vel quòd vniuerſus ſanguis tenuis, & ſeroſus ſit redditus, adeoque ad motum iam concitatior, ac promptior. Eſt verò hoc quoque ſymptoma, ſed multiformis eius generatio. Nam ſanguis tenuis & ſeroſus non eſt niſi error, vel ſanguificæ, quæ in iecore eſt, facultatis. Quũ enim hæc ipſa à munere ſuo ceſſat, aut eo non ſatis bellè fungitur, crudum, hoc eſt, aquoſum, & ſeroſum ſanguinem procreat: id quòd in hydropicis liquidò apparet. Vel eſt error facultatis ſeparatricis quæ id quod in ſanguine ſeorſum ac tenue eſt ſecernere nequit. Vel certè excretricis, quæ quod ſeroſum in ſanguine eſt vniuerſum haud expellit. Accidit autem nonnunquam ob retentricem facultatem, quę immodicè ſuo fungitur munere, aquoſum nimirum ſanguinem retinens. fit etiam propter cutem denſatam, & occluſam, dum ſcilicet hoc nomine per eam ſudor elici non poteſt. Sudore itaque retento, aquoſum per vniuerſum habitum corporis fieri ſanguinem neceſſe eſt: Incidit etiam aliquando renibus conſtipatis, atque adeò quod ſeroſum in ſanguine eſt ad ſe attrahere nequeuntibus. Alterum exemplum ſymptomatum quæ quantitate à naturali habitu recedunt eſt ſudor, qui immodicè excernitur, aut indebitè retinetur. Excernitur autem immodicè propter cutis raritatem vel propter expultricis

Differentiæ tres tertij generis ſymptomatum.

Quæ tota ſubſtãtia præter naturam.

ἁιμοῤῥαγία quid? Cauiæ hæmorragiæ.

Recluſionis cauſæ.

Quæ qualitate à naturali habitu recedunt.

Quę quantitate.

Profluuium muliebre.

Sanguis tenuis & ſeroſus vnde generatur.

Sudor.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 199 sur 637

©BIUM

immodicum motum, vel retentricis imbecillitatem, vel quia humores naturâ magis tenues sunt. Contrà retinetur propter cutis desitatem, vel retétricis nimium motum, vel expultricis imbecillitatem, vel quia humores naturâ sunt crassiores. Vsus est autem Galenus disiunctiuis coniunctionibus, quia prædicta symptomata interdum ab vna duntaxat causa, nonnunquam à duabus, tribúsve, aut pluribus fiunt. Cæterùm difficultas, retentio, stillicidumque vrinæ, & diabetes, etiam ex hoc genere symptomatum; hoc est, eorũ quę præter naturam retinentur, & excernuntur, sunt, sequuntur enim actiones naturales læsas, & impeditas. Notandum verò hoc loco venit, diabeten varias habere apud Græcos appellationes. Siquidem dicitur ὕδρωψ εἰς ἀμίδα, hoc est, hydrops ad matulam siue matellam. Item διάῤῥοια εἰς ὄρον, hoc est, vrinæ fluor. Item διαβήτης. Quas omnes quoque appellationes huic malo esse inditas, lib. 6. de laborantibus locis, cap. 5. Galenus tradit. Præter iam dictas tamen aliam adhuc addit, διψακον enim illic, ab immodica quam affert siti, etiam vocari scribit. Atque hactenus quòd postremi generis symptomata, de quibus nunc agimus, in tres diducantur differentias Galenus dilucidè monstrauit. Iam quòd omnia hæc symptomata morbos sequantur, breuiter etiam monet. Hæmorrhagiam enim sequi morbos iam dictum est. Sudores autem immodici etiam sequuntur morbos, sed interdum aliis interuenientibus symptomatis. Colores autem & odores præter naturam eorum quæ excernuntur, sequi morbos euidentissimum est, quia ab intemperie procreantur, vt capite præcedenti dictum est. Quapropter clarissimè admodum, quod capitibus huius libri quarto, quinto, & sexto propositum est, nempe quòd symptomatum naturam morbi præcedant, Galeno demonstratum est. Fit autem nõ rarò vt veluti series quędam symptomatum sese mutuo sequentium appareat, vt primum statim morbo succedat, primo dein secundum, huic rursus tertium, post quartum: id quod exemplo breuioris complexus cibi in ventriculo, capite quarto huius libri luculenter admodum ostendit. Fit enim is primùm ab intemperie, hunc vero alterum sequitur symptoma, nempe imperfecta concoctio. Hoc rursus tertium celer ciborum exitus. Quod subinde quartum, deiectionis scilicet humiditas sequitur. Hoc postea quintum, diminuta distributio, comitatur.

Galenus cur disiunctiuis coniunctionibus vsus.

Diabetes varia nomina habet apud Græcos.

ὕδρωψ εἰς ἀμίδα.
διάῤῥοια εἰς ὄρον.
διαβήτης.
δίψακος.

Postremi generis symptomata morbos sequi.

Series symptomatum sese mutuo sequentium.

Verùm hîc diligenter animaduertere oportet, acuratéque ab operibus animalis distinguere symptomata. Sæpe enim ita inter se similia sunt, vt symptoma putetur opus, & opus symptoma. Ac nisi sano quis in hoc iudicio præditus sit, ex iis in quibus ipse fallitur nostrum sermonem calumniabitur. Si enim naturalium excretionum (sic autem vocant eas quæ sanis accidunt) aut quantitatem, aut qualitatem, aut genus ipsum, substantiæ scopum quis sibi statuat, deinde ad hunc respiciens symptomata iudicet, sæpenumero errabit. Quippe sudor aliquando copiosior, eo qui secundum naturam est, vel alui deiectio, vel vrina ægrotãtibus exeunt, non quod vlla actio sit læsa, sed quia cum robore, & animalis præmeditatione fit. Quanuis enim quædam toto genere præter naturam sint, veluti sanguinis per nares eruptio, vel vomitus, vel sanguinis deiectio, vel hæmorrhois, vel aliud quippiam huiusce modi, tamen præter naturam nondum sunt, si tempestiuè fiant. Patet autem tempestiuè fieri idem esse, quòd id quod molestum est expurgari. Manente igitur eo quod à principio in confesso esse diximus, nempe quòd symptomata actionum noxæ sint, nihil eorum quæ ad commodum animalis fiunt, ex hoc genere symptomatum est. Nam quodlibet, horum naturæ opus, potiùs quàm noxa est. Ac alteri fortassis symptomatũ generi, nempe affectui præter naturã,

Opera animalis accuratè à symptomatis distinguenda.

Tẽpestiuè fieri.

Obiectio.

omnia

omnia talia ſubiiciet quiſpiam. Quippe omnino diſſectam eſſe aliquam in quacunque corporis parte, aut eatenus recluſam venam, vt ea quæ anteà continebat, profundat, affectum ſecundum naturam non eſſe dicimus. Quanquam in præſentia alui fluorem, aut vrinæ multitudinem ſequi omnino affectus præter naturam, oſtendere non poſſit. Sanguinis quidem eruptiones, & vomitiones, toto genere præter naturam quiſpiam eſſe dicet: Non tamen vel per aluum, vel per veſicã, vel per vterum excretio, toto genere præter naturam erit. Fortaſſe verò dubitauerit quiſpiam & de ſudore, ceu nec ipſe ſecũdum naturam ſit. Siquidem & Diocles abundè in hanc inclinauit ſententiam. Videtur autem durum eſſe placitum, & inefficax, quamuis idipſum maximè probabilibus argumentis confirmet. Sed de iis fortaſſis dabitur olim rurſus nobis dicendi occaſio, perpauca enim omnino ſunt de quibus ambigitur. De omni verò reliquorum ſymptomatum multitudine iam ſatis eſt demonſtratum, proinde finem huic libro imponamus oportet. Si quis enim in iis quæ in confeſſo ſunt fuerit exercitatus, facile de iis quæ in diſceptatione conſtituuntur, iudicium conſequetur.

Solutio.

COMMENTARIVS.

Hortatur hoc loco medicum Galenus, vt diligenter ab actionibus operibúſve ſymptomata diſcernere diſcat: idque non temerè, quòd ſæpe tantam inter ſe habeant ſimilitudinem, vt actionem ſymptoma aliquis putet, & rurſus ſymptoma actionẽ. Quocirca niſi quis ſano ſit præditus iudicio, per hæc in quibus ipſe fallitur, Galeni ſermonem paulò antè de tertio ſymptomatum genere habitum, calumniabitur. Si enim naturalium earúmve quæ in ſanis fiunt, quantitatem tantùm, aut qualitatem, aut genus ſubſtantiæ ſpectauerit, ac deinde ad hunc ſibi præfixum ſcopum reſpexerit, non rarò errabit, ſymptomataque eſſe exiſtimabit, quę veriùs ſunt actiones. Verbi gratia, ſudorem qui eo qui ſecundum naturam ſit copioſior eſt, ſymptoma eſſe iudicabit, quum actio potiùs ſit, non obſtante quòd in ægro fiat animali: cum robore enim facultatis excretricis, & animantis præmeditatione, à redundantia ſeſe exonerare ſtudentis, fit. Quod de copioſo ſudore diximus, id etiam de alui deiectione, & vrina copioſis intelligendum venit. Pari ratione ſi ad genus ſubſtantię tãtùm quiſpiam reſpexerit, omnem ſanguinis eruptionem, ex quacunque corporis parte fiat, ſymptoma eſſe arbitrabitur, quum tamen præter naturam, adeoque ſymptoma nõ ſit, niſi intempeſtiuè fiat. Quapropter qui accuratè actiones à ſymptomatis diſtinguere ac diſcernere cupit, is non modò quantitatem, aut qualitatem, aut ſubſtantiam eorum quæ immodicè excernuntur ſpectare debet: ſed etiam excernendi modũ, ſi ſcilicet tempeſtiuè expellantur. Tempeſtiuè autem expelluntur, vbi ea quæ moleſta ſunt excernuntur, ſique æger facilè vacuationem toleret, & ſi conferat, atq; à morbo leuetur. Sanguinis itaque per nares excretio, quatenus ad excretam ſubſtantiam attinet, toto genere præter naturam eſt: at quatenus ad ad excernendi modum ſpectat, nequaquam fit à natura id quod cõtriſtat expellente. Sic quoque vomitus toto genere præter naturam eſt, ſi duntaxat ſubſtantiam eius quod per illum eiicitur ſpectes, cibum videlicet, qui intùs retineri, vt aleret, debebat. At quatenus per eum moleſta natura vacuat, nequaquam. Nullum itaq; horum ſymptoma dici poteſt, quòd ſymptomata ſint actionum noxę, hæc autem naturæ ſunt actiones, non igitur ſymptomata. Cæterùm iis quæ iam ex Galeni ſententia diximus, in hunc mudum quiſpiam obſtare poſſet. Diceret enim, etſi prędictæ excretiones ad ea ſymptomata quæ actionum noxæ ſunt, referri non poſſunt, tamen alteri ſymptomatum generi, nempe affectibus præter naturam, ſubiici poſſunt. Nam ſi vena

Actiones ſeu opera à ſymptomatis diſcernenda.

Tempeſtiuè quę expelluntur?

Obiectio.

in aliqua corporis parte diſſecta fuerit, aut eius oſculum ita ſit apertum, vt ſanguinem quem prius retinebat nunc profundat, nemo naturalem eſſe affectum dicet. Sunt igitur perpetuò ſymptomata, nunquam actiones naturæ, immodicæ excretiones. Quam ſanè obiectionem Galenus ita diluit. Verè quidem dicitur aliquas excretiones eſſe planè affectus præter naturam, quòd nimirum morbis ſuccedant: veluti eſt ſanguinis quæ diſſectionem venæ, quæ continuitatis eſt ſolutio, ſequitur excretio, item ea quæ vaſis alicuius oſculi apertionem, quæ morbus eſt in conformatione, ſequitur: atq; adeò etiã ſymptomata, & nequaquam naturæ opera. Tamen nemo ob id alui fluorem, aut vrinę copiam, affectus præter naturam ſequi oſtendere poteſt. Sunt enim iudicatoriæ excretiones, quę non morbi ſeu affectus præter naturam impetu, ſed naturæ potiùs robore fiunt. Opera itaque ſiue actiones ſint naturæ, non ſymptomata neceſſe eſt. Poſtremùm Galenus dubitationem de ſudore mouet, num ſecundum naturam, an præter naturam ſit. Diocles quidem, vt hoc in loco, & ſect. 1. aphoriſmorum commen. 15 teſtatur Galenus, in eam inclinauit ſententiam, vt diceret eſſe excretionem præter naturam: quòd ſcilicet rectè valente corpore, & natiuo calore exiſtente valido, omnibusq; iis quę ad corporis pertinent probè adminiſtratis, & aliméto à natura ſuperato ac ſubacto, nunquam ſenſibilis humor qualis ſudor eſt, excernatur. Quæ tamen Dioclis ratio omnifariam vera non eſt. Nam ęſtate, etiamſi concoctio cibi optimè fiat, ſudor tamen, attenuatis ſcilicet corporis humoribus, & in ambitũ corporis deductis, ſano etiã degente ac remanente corpore, elicitur. Quanq; verò Galenus hîc ſuam de ſudore ſententiam non diſertè exponit, tamen quæ ſit eius de hoc ipſo mens & ſententia, ex iis quę dicta ſunt euidentiſsimè patet. Quippe ſudoris excretio quæ in ſanis fit, quòd per eum quæ moleſtant excrementa vtiliter, quod eſt in tempore, expelluntur, ſecundum naturam eſt. Eius etiam quæ per morborum iudicationes naturæ vi, ſudoris fit excretio, quòd tempeſtiue fiat, ſecundum naturam eſt. Nihil enim quod in tempore expellitur, præter naturam eſt. Sudoris autem ante morborum concoctiones, vi & impetu morbi, potiùs quàm naturæ facta excretio, præter naturam eſt. Eſtque præſentis diſputationis aliquis vſus, is ſcilicet, vt ſciat medicus ſolus eas excretiones quæ præter naturam ſunt eſſe cohibendas, eas autem quę ſecundum naturam ſunt nequaquam, ſed, ſi ita contulerit, interdum eſſe iuuandas. Reliqua ſunt planiſsima. Quare & nos iam cum Galeno huic libro extremam imponamus manum.

Solutio.

Sudor nunquid ſecundum naturam ſit, an præter naturam?

Dioclis opinio refutatur.

Præſentis diſputationis vſus.

GALENI DE SYMPTOMATVM
Differentiis libri Finis.

Claudii Galeni pergameni, de Sympto-

MATVM CAVSIS LIBER PRIMVS,

Leonharto Fuchſio interprete.

CAPVT I.

CAuſas ſymptomatum in iis libris conſiderabimus, eodem ſermonis ſeruato ordine, quem in libro de eorundem differentiis ſecuti ſumus. Quum vero tria ſint omnia ſymptomatum genera, de illo primùm diſſeruimus, in quo læſam eſſe actionem diximus. Sic intelligere eam quoque actionem volentes, quæ omnino periit. Quum autem duplices genere ſint actiones, quippe aliæ naturales, aliæ animales, ab animalibus auſpicati ſumus, easque trifariam diuidentes, alias ſenſificas, alias motrices, alias principes nominauimus.

Epilogus.

Læſa actio.

COMMENTAR.

Primo, eoque perexiguo, capite Galenus eorum quæ proximo libro tractauit epilogum ſtrictum attingit, & futuræ tractationis argumentum proponit: idque non alia de cauſa, quàm vt quæ ſuperiori libro docuit, nobis ſubinde in memoriam reuocet, & vt nos ad ea quæ tractaturus eſt, attẽtos reddat. Optimi ſanè functus doctoris officio, qui rerum de quibus paulò ante egit ſummas ac capita, earum autem de quibus tractaturus eſt argumentum, protinus ipſo dicendi exordio proponit, Sic nuſquam nõ methodi obſeruantiſsimus eſſe Galenus deprehenditur. Quum autem omnia quæ in hoc traduntur capite planiſsima, intellectuque facillima ſint, prolixiorem explicationem nullam requirunt.

Optimi doctoris officium.

Galenus methodi obſeruantiſſimus.

CAPVT II.

IAgitur in ſenſificis actionibus triplex ſymptomatum differentia deprehenditur. Vna, quum primum ſenſus inſtrumentum laborat: altera, quum ſentiendi facultas: tertia, vbi aliquid eorum quæ primo ſenſus inſtrumento miniſtrant, laborat. Veluti in oculo, primum ſentiendi inſtrumentum eſt cryſtallinus humor: quippe hunc ſolum à coloribus alterari demonſtratũ eſt. Senſifica verò facultas eſt, quæ à cerebro per neruũ in ipſum deſcendentem peruenit. Ad miniſterium verò illius creatæ, reliquæ omnes ſunt oculi partes. Proinde vno aliquo ex iis quæ iã diximus læſo, animal vel malè, vel nihil omnino videbit.

In ſẽſificis actionibus triplex ſymptomatum differentia.

Exemplum.

COMMENTAR.

A ſenſifica actione, viſu nimirum, auditu, olfactu, guſtu, & tactu abolitis, debilibus, ac deprauatis exorſus, triplicem in hac ſymptomatum differentiam deprehendi oſtendit. Vnam quidem, quum primum ſenſus inſtrumentum aliquid perpeſſum eſt. Quippe dictum eſt capite ſexto libri de differentiis morborum, vniuſcuiuſque inſtrumenti vnam tantùm eſſe ſimilarem, quę actionis ſit opifex. Reliquas verò quæ cũ hac quoduis inſtrumẽtum perficiunt, vſus & miniſterij alicuius gratia factas eſſe illius quod prima erat actionis cauſa. Primùm itaq; ſenſus inſtrumentũ eſt particula ſimilaris in vnoquoq; ſenſu quæ actionis eſt opifex, quod hîc, & lib. 2. ther. metho. cap. 6. oculi exẽplo luculenter admodum oſtendit. De aliorum autem ſenſuum inſtrumentis, in iis quæ ſequuntur dicemus. Altera ſymptomatis ſenſificæ actionis differentia eſt, vbi facultas

Triplex in ſenſifica actione ſymptomatum differentia.

ſenſifica malè ſe habet. Tertia, quando aliquid eorum quæ primò ſentiendi inſtrumento famulãtur, laborat. Exemplo oculi rem patefacit Galenus. In oculo, inquit, primum ſentiendi ac videndi inſtrumentum eſt cryſtallinus humor, quod is ſolus ſit qui à coloribus alteretur, vt lib. 8. de vſu par. cap. 6. & lib. 7. de Hippo. & Platonis placitis, eſt demonſtratum. Senſifica autem facultas eſt quæ à cerebro tanquam principe parte per neruum vocatum viſorium, ad cryſtallinum humorem tranſmittitur. Partes verò quæ cryſtallino inſeruiunt, vſumq; aliquem prebent, ſunt omnes reliquæ oculi partes, mẽbranę nimirũ ſeptẽ, & humores vitrẽus atq; aquẽus, de quibus omnibus alibi abũdè diximus. Quòd ſi igitur vnũ aliquod ex iis quæ iã recẽſuimus læſum fuerit, animal vel omnino nihil, vel malè videat neceſſe eſt, vt ex iis quæ ſequũtur dilucide patebit.

Cryſtallini humoris morbi. Facultatis.

Cryſtallini itaque humoris morbi in octo intemperiebus conſiſtunt. Facultatis verò, in eo quòd vel neruus, vel cerebrum laborat. Octo autem vtriuſque horum ſunt morborum genera, ipſis vt ſimilaribus accidentia. Alij aũt vt inſtrumentalibus, nempe obſtructiones, compreſsiones, & quicunque ex humorum affluxu tumorem præter naturam efficiunt. At continui ſolutio, præter omnes iam dictos morbos, tum ſimilarium, tum inſtrumentalium particularum communis eſt, non ſolùm cerebro, aut neruo, ſed & cryſtallino humori accidere poteſt. Huic etiam vt à ſua ſede dimoueatur ac tranſferatur, inſtrumentalis morbus accidit. Porrò ſi vel ad maiorem, vel minorem angulum conuertatur, nihil quod æſtimandum ſit incommodi affert. Sin ſurſum deorſúmve inclinat, duplicia quæ videntur omnia apparere facit. Hi igitur ſunt tum primi viſus inſtrumenti, tum earum quæ illi

Partiũ quę vſum aliquem præſtãt.

facultatem ſuppeditant partium morbi. Earum verò quæ vſum aliquem præbẽt, ſi vel in foramine vueæ, vel eo qui inter hoc & cryſtallinum eſt loco, humor ſpiritusque tantus conſtiterit, vt primum viſus inſtrumentum quo minus ea quæ ſentiuntur dignoſcat, impedire poſsit. Ad hũc modum & corneæ particula quæ pupillæ præpoſita eſt, viſum impedit, ſiue propria ipſius ratione, ſiue alio quouis pacto à naturali habitu receſſerit.

COMMENTAR.

Morbi primi inſtrumenti.

Nunc triplicis in ſenſifica oculi actione ſymptomatum differentiæ cauſas exponit, à primo oculi inſtrumento, hoc eſt, cryſtallino humore orſus, inquiens. Morbi cryſtallini humoris quos ſymptomata ſequuntur ſunt octo intemperies, quatuor nimirũ

Facultatis.

ſimplices, & toridem compoſitæ. Facultatis autem quæ à cerebro per neruum demittitur morbi ſunt in eo, quòd vel neruus, vel cerebrum laborat. Sunt autem vtriuſq; horum, id eſt, nerui & cerebri, octo genera morborum, ipſis vt ſimilaribus accidentia: hoc eſt, octo intemperies, quæ ſimilaribus partibus tantùm accidunt. Cæterùm neruum eſſe ſimilarem partem omnibus in cõfeſſo eſt: De cerebro fortè imperitior aliquis du-

Cerebrum pars ſimilaris.

bitare poſſet. Eſt autem cerebrum pars ſimilaris, ſi corpus eius proprium, ſeu ſubſtantiam conſideramus, quæ nõ eſt niſi medulla, eiuſdem cum ſpinali medulla, Galeno lib. 2. de tempe. cap. 4. teſte, generis. Medullam verò eſſe partem ſimilarem, à nullo vnquã eſt dubitatũm. Alij autem morbi cerebro & neruo accidunt vt partibus inſtrumentalibus, veluti ſunt obſtructiones, & compreſsiones harum partium concauitates lædentes, & quicunque alij ex affluxu humorum nati, tumoresque præter naturam excitantes. Omnes enim iam dicti morbi, ad indecentem concauitatem pertinent. vt cap. 7. libri de cauſis morborum dictum eſt. Præter morbos iam dictos, non ſolùm, neruo

Cerebro vnitatis diuiſio accidit.

& cerebro, ſed etiam cryſtallino humori accidit cõtinui ſolutio, quæ tum ſimilarium, tum inſtrumentalium cõmunis eſt. Cerebro autem vnitatis diuiſionem euenire poſſe manife-

manifeſtiſsimum omnibus eſt. Verùm an idipſum citra vitæ iacturam poſsit accidere, à pleriſq; in dubium vocatum eſt. Quocirca ſciendum cerebrum vulneratum poſſe ſanari, vbi vulnera non fuerint magna, & profunda. Id quod Galenus atteſtatur, qui lib. 6. aph. com. 18. diſertè ſcribit ſe ſæpiùs vidiſſe, & bis in Smyrna, cerebrũ ſanatum eſſe. Idem etiam recentes, adeoq; noſtri temporis abundè teſtantur hiſtorię. Hinc eſt quòd Hippocrates loco iam citato dicit, ἐγκέφαλον διακοπτέντα, id eſt, cerebro profundius inciſo letale eſſe. Quippe διακοπὴ, διὰ βάθους διαίρεσις propriè exiſtit, vt in noſtris in hunc aphoriſmum commentariis copioſiùs monſtrauimus. Cæterùm extra continui ſolutionem cryſtallino humori accidit etiam alius inſtrumentalis morbus, nempe in poſitu, vbi à ſua naturali ſede dimouetur ac transfertur. Si autem verſus maiorem vel minorem angulum, ſiue dextrorſum vel ſiniſtrorſum cryſtallinus humor declinet, nihil effatu digni incommodi affert: quòd ſcilicet radij nihilominus per rectam lineam in vnum corpus collineare queãt. Si verò ſurſum aut deorſum inclinat, in eundẽ ſcopum collineare radij nequaquam poſſunt, atq; adeò quę intro ſuſcipiuntur rerũ imagines, in vnum redigi ac colligi, & in idem etiam corpus, nempe cryſtallinũ, vtpote in duas partes diſſectum, recipi nequeunt. Quapropter res vna, gemina apparet, haud ſecus quàm ſi quis per diſſecta ſpecula quippiam intueatur. Quippe tũ quæ vna res eſt, duæ aut plures eſſe apparet, diuulſa nimirum rei viſę imagine. Conſpiciũtur enim tam multa, quot ſunt ſpeculi ſectiones. Quod Ariſtotelis etiam, aut alterius qui huius libri autor fuit, teſtimonio comprobatur. Is enim quicunq; tandem fuerit, problem. 17. ſectionis. 31. ita ſcriptum reliquit. Cur res vna non gemina videtur quum in latus oculus vertitur? An quia videndi principium eadem in linea ſit? Gemina verò apparet, quũ illud ſurſum deorſumve mutatum eſt. In latus verò nihil refert, niſi vnà etiam ſurſum aut deorſum transferatur. Et in problemate vndecimo eiuſdem ſectionis. Quare, ait, diſtractis ac diſtortis oculis res vna gemina eſſe videtur? An propterea quòd oculi vtriuſq; motio non ad idem punctũ deuenit? Hæc ille. Atq; hi quidẽ cryſtallini, & illarum quæ huic facultatem ſuppeditant partium morbi. Earum autem quæ vſum aliquẽ cryſtallino præbent partium morbi ſunt, ſi vel in foramine vueæ, vel in eo quod inter hoc foramen & cryſtallinum eſt ſpatio, humor vel ſpiritus tantus conſtiterit, quantus primum viſus inſtrumentum, cryſtallinúmve humorem, quo minùs ea quę ſentiuntur internoſcat, impedire poteſt. Ad quem ſanè locum rectiùs intelligendum initio ſciendum erit, vueam vocatam tunicam, quòd ſcilicet vuæ acino perſimilis ſit, poſt corneã tunicam, quæ ſic quòd cornibus in prætenues laminas diſſectis ſimilis ſit, vacata eſt, ſitam eſſe, & in medio, eaq; parte qua ſe cryſtallino obiicit appoſitiſsimè perforatam, vt ſcilicet nulla alia media intercederet tunica, ſed per ipſam corneam, veluti per ſubtile admodum & lucidum cornu, ſplendoris interni cum externo fieret cõmunio, quemadmodum fuſiùs libro decimo, de vſu par. cap. 4. Galenus docet. Prędictum autem foramen Græcis peculiariter κόρη, latinis pupilla dicitur. Eodem certè modo corneæ quoque tunicæ portio quæ pupillæ præpoſita eſt, viſum impedit ſiue propria ipſius ratione, ſiue alia quapiam de cauſa à naturali ſtatu receſſerit, vt circa finem huius capitis luculenter oſtendetur.

An cerebrũ vulneratum poſsit ſanari.

διακοπὴ.

Cryſtallini humoris à ſua naturali ſede trãſlatio.

Cur vna res gemina eſſe appareat.

Partiũ quæ cryſtallino vſum aliquem præbẽt morbi.

Vuea tunica. Cornea.

κόρη. Pupilla.

Foramen igitur ipſum quator modis à propria natura mutatur, nempe auctũ, vel imminutum, vel diuulſum, vel ruptum. Atqui auctio nunquã nõ lædit viſum, ſiue ea ſimul atq; geniti ſumus, ſiue poſteà contigerit. Imminutio verò quæ ſimul atq; in lucem editi ſumus incepit, acutiſsimi viſus occaſio eſt quæ verò poſtea accidit, praui. Reliquorum neutrũ, ſiue à primis vnguiculis, ſiue poſtea incidat, quicq; quod æſtimatiõe dignũ ſit viſui incõmodat. Equidẽ iã ſæpenumero vidi in exiguis vueæ procidẽtiis inducta in diſtortã pupillã cicatrice, hominẽ quominus cerneret

Foramen quatuor modis à propria natura mutatur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 205 sur 637

haud quaquam fuisse impeditum, vbi partem corneæ quæ ei obiecta erat absolutè perspicuam haberet. Atque hæc quidem experientia ipsa demonstrat. Verùm ob quam causam foraminis amplitudo bonæ visioni semper incommodet, angustia non semper, consideratione dignum. Videtur autem mihi neruus qui à cerebro ad oculum defertur, quem Herophilus meatum appellauit, quòd is solus manifestum habet foramen, sensifici spiritus esse via. Proinde vbi alterum oculum claudimus, alterius pupillã dilatari accidit, quòd spiritus qui prius ambobus est distributus, in vnam tantùm commeat. Itaq; etiam eorum qui suffusione laborant, nũ cõpuncta suffusione, acuq; admota visum recepturi sint, nec ne, per hoc maximè signum dignotio fuit. Quibus enim altero oculorum clauso pupillam dilatari cõtingit, hos compunctos visum recuperaturos spes est. Quibus verò non dilatatur, horũ nemo vnquam visum recuperauit, neq; etiam si iucũdissimè, & optimè tractentur. Ex iis omnibus liquet, spiritum aliquem animalem à cerebro ad oculos cõfluere, & in humorem ipsum crystallinum. & in omne illi obiectum spatium, quod vueæ foramen finit. Quũ igitur pupilla, siue in prima cõformatione, siue postea amplior fit, vniuersa haud probè spiritu impletur. Fundi igitur, dissoluique, ac dissipari illum necesse est. Contrà in minore pupilla, colligitur, ac constringitur, & densior fit spiritus. Atqui in libris de vsu partium demonstratum est, spiritum coactum ac constrictum ad sensus bonitatem cõferre: ediuerso dissolutum, dissipatumq;, sentiendi difficultatem inducere. Cur igitur pupilla morbi ratione minor reddita, nõ suapte natura, mediocri deterior efficitur? An quia prauos affect⁹ sequitur, ob quos oculus ita laborans, necessariò deteriùs cernit, non propter pupillæ angustiam? Qui nam igitur hi sunt affectus? nam hoc sermoni adhuc deest. Vnus quidẽ ad ipsam vueam tunicam duntaxat spectat, alter ad humorem tenuem effusum, qui inter crystallinum humorem & vueam consistit. Ac tunicæ quidem solius affectus, extensio quædam est, & laxitas, qualis in externis subinde partibus accidit, quũ in articulis, ligamenta redundante humore fuerint imbuta. Humoris verò affectus, defectus quidam est, propter quem vacuato interno spatio, vuea in se se concidens, contrahitur ac rugatur, atq; idcirco pupillam minorẽ reddit. Deterius igitur, aut nihil omnino per huiusmodi affectus vt videamus, nõ propter pupillæ paruitatem, sed ob humoris defectum, accidit. Quippe demonstratum est in disputationibus de visu, quas & in libris de vsu partium, & in iis quos de Hippocratis & Platonis placitis inscripsimus, habuimus, crystallinum humorem semper propugnaculo quodam egere, quo citra offensam, externum splendorem sustineat. Vnum autem aliquod propugnaculorum eius is humor est, qui præterea crystallini quoque essentiam nonnihil iuuat. Vbi igitur is humor parcior redditus fuerit, & ipse crystallinus humor aridior efficitur, eò quòd non satis liberaliter humore imbuatur. Vuea verò tunica super ipsum quoque decidens, spatium quod inter ipsam, & crystallinum medium est, breuius efficit. Quum itaque sic cogatur crystallinus humor per exiguum spatium externi aeris splendor

Cur foraminis amplitudo bonæ visioni semper, angustia nõ semper incommodet.

Signum quo suffusione laborantes si acu compungantur visũ sint recepturi, cognoscimus.

Cur pupilla morbi ratione minor reddita, non suapte natura, mediocri deterior sit.

Crystallinus humor propugnaculo quodam eget.

ſplendori occurrere,perſimili laborat pathemate,vt ij qui incõmodis oculis ſolem intuentur. Horum quidem aliqui excæcati ſunt,omnes verò ita læſi, vt vix priſtinum recuperarint viſum. Quippe monſtratũ nobis eſt,fieri non poſſe vt ſplendidam lucem citra offenſam viſus inſtrumentum tolerare poſsit eoq; factum eſſe vt vuea tunica ei obiecta ſit,quæ nigra ſimul,& cærulea eſt: quandoquidem iis potiſsimum coloribus recreetur viſus,vbi à ſplendida luce fatigatus fuerit. Atque hæc quidẽ cauſa eſt,cur imminutus circa pupillam humor, & deteriorem faciat viſum,& minus reddat vueæ foramen. Eoq; ad ſanandum difficillimus eſt eiuſmodi oculorum morbus. Alter verò affectus,qui propter humiditatem vueæ minorem reddit pupillam,minus illo,eſt prauus. Difficilius nãq; eſt ſimilarium corporis particularum aliquam exiccatam humectare, quàm humidam exiccare. Atque hæc quidem medendi rationem quodammodo attingunt.

Colores viſum recreantes.

COMMENTARIVS.

Paulò antè dixit Galenus earum partium quæ cryſtallino humori vſum aliquẽ prębent morbos,viſum etiam impedire poſſe. Quum verò inter has primas obtineat vueę foramen,ideò ab illo exorditur,& quòd quadrifariam à propria natura mutetur,auctũ ſcilicet,imminutum,diuulſum,& ruptum,demonſtrat. Auctio quidem ſeu amplitudo foraminis aut pupillæ ſemper viſui incõmodat,quocunq; acciderit tempore. Imminutio autem non ſemper viſum lędit. Nam ſi in vtero cõtracta eſt,acutiſsimi viſus occaſio erit. Sin poſteà euenerit,prauam viſionem efficiet. Reliquorũ duorum, diuulſio ſcilicet ac ruptio foraminis,quocunq; tempore fiant,neutrum notatu dignam noxam viſui affert,quod Galenus experientia ipſa cõprobatum ſibi eſſe teſtatur. Cęterùm cur amplitudo foraminis perpetuò videndi functioni noceat, anguſtia verò non ſemper, id nobis nunc diſquirẽdum eſt. Ad hoc ipſum autem quod inquirimus cõſequẽdum, principio ſciendum eſt,neruum qui à cerebro ad oculum defertur, atq; ob id viſorius medicis eſt appellatus,Herophilo autem, quòd ſolus manifeſtam habeat cauitatem, πόρον, id eſt,meatus,ſpiritus ſenſifici animalisve viam eſſe. Neruos autem viſorios foramine peruios eſſe nõ hoc ſolùm loco,ſed & multis alii teſtatur Galenus. In lib. enim 8.de vſu.par.cap.6.ita ſcriptum reliquit. Soli nerui qui ad oculos pertingunt, ſenſiles meatus in ſe habent. Et lib.7.de Hippo.& Plato.placitis,ſpiritum lucidũ per hos trãſmeare neruos,eosq; vtrinq; manifeſtè eſſe perforatos,in diſſectionibus magnorũ animalium videri aſſerit. In libello quoq; de diſſectione neruorum, in ſolis hiſce neruis antequàm in oculos inſerantur,ſenſibiles quoſdam meatus ineſſe, vnde ipſos nõnullis anatomicis meatus, aliis viſorios neruos,nomine à functione quàm obeunt facto, vocatos eſſe tradit. Porrò per hos neruos perforatos ſpiritum animalem à cerebro in oculos confluere hoc oſtẽdit argumento. Si alterũ claudimus oculum, alterius pupilla dilatatur, non ſanè alia de cauſa,quàm quòd ſpiritus qui prius ambobus oculis eſt diſtributus,iam in vnum duntaxat cummeat. Atq; hinc maximè deprehenditur,num ij qui ſuffuſione laborant,admota acu viſum recepturi ſint, nec ne. Quibus enim altero oculorum clauſo pupillam dilatari accidit, hos compunctos viſum recuperaturos ſpes eſt. Nam ſpiritus animales adhuc à cerebro in cryſtallinum demitti humorem, & id quod illi obiectum eſt ſpatium, ſignificat. Quibus verò non dilatatur, iis ſpiritus viſorius ad iam dicta loca nequaquam demittitur. Quocirca viſum nunquam recuperare, etiamſi belliſsimè tractatur, poterunt. Ex quibus certè omnibus manifeſtiſsimum fit, animalem ſpiritum à cerebro ad oculos defluere, & in humorem vocatum cryſtallinum, & in omne huic obiectum ſpatium,quod vueæ foramen finit.

Vueæ foramen quadrifariam à propria natura mutatur.
Auctum.
Imminutum.
Diuulſum.
Ruptum.
Nerui viſorij foramine peruij.
Per viſorios neruos,animalis ſpiritus in oculos confluit.
Nota qua deprehenditur num ij qui ſuffuſione laborant admota acu viſum ſint recepturi,nec ne.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 207 sur 637

Amplitudo pupillæ perpetuò bonæ uisioni incommodat.

Hoc autem demonſtrato, nihil mirum eſt, foraminis amplitudinem ad bonam viſionem parum eſſe commodam. Quippe pupilla ſiue in prima ſtatim quę in vtero fit cõformatione, ſiue poſteà amplior reddita, non poteſt vniuerſa à ſpiritu, quem cerebrũ huc demittit, impleri. Diffuſus igitur, diſſolutusq́; ac diſſipatus, infirmiorem efficit viſionem. Quòd, vt rectiſsimè ab Ariſtotele dictum eſt, virtus vnita & coacta, ea quæ diſſipata, & diſperſa eſt, robuſtior ſit, efficaciusq́; agat. Atq; hinc eſt, vt ij qui latas amplasq́; pupillas habent, cõniuentibus & abductis oculis fermè omnia intueãtur. Ne enim eorũ viſorij ſpiritus à lumine intenſo diffuſi diſſipentur, vt palpebras cõtrahant neceſſe eſt. Contracta itaq; pupilla, tum viſorii ſpiritus coguntur, & vniuntur, tum rerũ imagines ac ſpecies rectiùs excipiuntur, in communi ſcilicet ſe exactè cogentes, quæ omnia fuſiùs à Galeno in. 10. de vſu par. libro ſunt demonſtrata, Atq; hactenus cur amplior pupilla perpetuò viſui incõmodet diximus. Quare autem pupillæ imminutio, ſi natiua fuerit, viſioni aptiſsima ſit, itidem ex iam dictis euidentiſsimum fit, quum contrariorũ eadem ſit doctrina. Vt enim ſpiritus à cerebro demiſſus ampliorem pupillam implere nequit: ita minorem facillimè. In ea itaq; quũ cogatur ac vniatur, quid mirum ſi acutiſsimi viſus occaſio ſit? Cur autẽ morbi ratione minor reddita pupilla, mediocri deterior ſit, nunc diſcutiendum erit. Idipſum autem nõ per ſe, hoc eſt, quia exigua & anguſta ſit pupilla, aliàs ſemper viſui noxia eſſet: ſed ex accidẽti, quòd ſcilicet prauorum affectuũ, quos ſequitur, quiq́; oculum ita vt dereriùs videat lædunt, occaſione accidit. Horum autem affectuum vnus ad ipſam duntaxat vueam tunicam ſpectat, alter ad humorem tenuem, qui inter cryſtallinum, & vueam cõſiſtit, & Galeno lib. 10. de vſu par. cap. 4. aqueus nominatur. Ibidem enim in eum ſcriptum reliquit modum. Humorem quendam tenuem & purum, qualis in ouis reperitur, cryſtallino creator circũfudit. Et rurſus cap. 5. Inter cryſtallinum humorem, & vueam tunicam, humor quidam tenuis cõtinetur. Vnde omnibus palàm fit, vniuerſum ſpatium quod eſt poſt humorem cryſtallinum, ſpiritu ſimul, & humore tenui aſsiduè impleri. Affectus autem qui eſt ſolius vueæ tunicæ, non eſt niſi extenſio quædam, & laxitas. Quæ ſanè verba nõ ita ſunt accipienda, quaſi vterq; affectus anguſtiorem reddere pupillam poſsit. Vt enim cõtrarii ſunt affectus, ita etiam contraria efficiunt. Tenſio nanque, vt etiam lib 3. de tuen. ſani. cap. 4. Galenus atteſtatur, laxationi eſt contraria ad eum modũ, quo duritiei mollities. Laxitas itaq; anguſtiorem reddit pupillam, extenſio autem ampliorem, vt paulò poſt copioſiùs, & clariùs mõſtrabit Galenus. Nihil autem mirum laxitatem, vtpote quę nõ eſt niſi tẽſionis, vt ex cap. 10. lib. 5. de ſimpl. medica. facul. conſtat, remiſsio, & humiditatem emollientem ſequitur, anguſtiorem reddere pupillam. Nam vuea tunica nimio humore imbuta, mollior, & quaſi ſolutior effecta, laxatur & remittitur, atq; adeò in ſe collabitur. Ea verò in ſe concidente, laxioreq́; facta, foramen quoq; eius in ſe collabi, cõtrahi, & corrugari, adeoq́; minus & anguſtius reddi neceſſe eſt. Id quod etiam in externis ſubinde partibus accidere videmus. Quippe, vt hoc etiam loco, & quinto ſimpl. cap. decimo, teſtatur Galenus, quæ in articulis ſunt ligamenta, immodico humore imbuta relaxantur. Vnde ſole meridiano clarius fit, toto cœlo errare Raſium, qui lib. 2. continentis, ſecùs ac Galenus, pupillæ anguſtiam non vueæ laxitati, ſed eiuſdem exiccationi potiùs acceptam refert. Inter cætera enim ita ſcribit. Dilatatio pupillæ, ſecundum meam opinionem, eſt quum accidit vuæ mollificatio. Sed mollificatio accidit ab humiditate, non ſiccitate. Hæc ille. Falſum verò eſt quod aſſerit mollificationem, ſic autem laxitatem appellat, cauſam eſſe dilatationis pupillæ. Quum enim laxata vuea in ſe, vt dictum eſt, concidat, quomodo tum eius foramen dilatabitur? Dilataretur ſanè, ſi extenderetur, atq; adeò cõtrario planè affectu laboraret. Extenſionem autem ſiccitas, non humiditas efficit. Id quod coriorum exemplo fit manifeſtum. Hęc enim madida in ſe concidunt, & laxantur, contrà verò exiccata tenduntur. Vbi autem cõcidunt, ibi quoq; eorundem foramina, ſi qua habent, arctiora reddũtur. Vbi verò extenduntur, foramina

Anguſtia pupillę natiua viſioni confert.

Pupilla morbi ratione minor redita, mala.

Humor tenuis.

Affectus ſolius vueæ.

Cur laxitas minorem reddat pupillam.

Raſij error detegitur.

foramina quoque eorundem dilatantur. Laxitas igitur vueæ tunicæ conſtrictionem ſiue anguſtiam, quemadmodum Galenus hoc loco docet, & nequaquã dilatationem, vt Raſius falſò & ineptè contendit, efficit. Quod quum fuſiùs Franciſcus Valleriola, vir in re medica, & bonis diſciplinis apprimè verſatus oſtenderit, non eſt cur nunc longiùs id agamus. Verùm hîc quiſpiam dicet fortè, ſi tenſio non eſt cauſa imminutę pupillæ, ſed laxitas, quî fit igitur vt tenſionis hîc faciat mentionem? Reſpondeo, eius hîc fieri mentionem non veluti eius affectus qui pupillę indicat anguſtiam, ſed eius potiùs qui ad ſolam vueam tunicam, perinde atque laxitas, ſpectet. Atque hinc eſt quòd infrà ſtatim quid vterque efficiat affectus diſertè exponat, tenſionem ampliorem, laxitatem verò minorem reddere pupillam aſſerens. Cæterùm humoris affectus, nõ eſt niſi quidam defectus eius, propter quem vacuato interno quod inter vueam & cryſtallinum eſt ſpatio, vuea in ſe concidens, contrahitur, ac rugatur, adeoque minorem efficit pupillam. Id quod non accidit propterea quòd proprius tunicæ humor ſit abſumptus, atque adeò eius ſubſtantia exiccata: ita enim dilatatio potiùs quàm anguſtia ſequeretur: ſed quod externus, ac intermedius humor deficiat. Quo quidem deſinente, vt in ſe vuea concidat, cõtrahatur, & rugetur, neceſſe eſt. Deteriùs igitur, aut nihil omnino per huiuſmodi affectum vt videant ægrotantes, non propter pupillę anguſtiam, ſed ob humoris potiùs defectum, euenit. Mam in diſputationibus de viſu, quas libro. 10. de vſu partium & lib. 7. de Hippo. & Platonis placitis habuit Galenus, demonſtratum eſt, cryſtallinum humorem ſemper propugnaculo quodam egere, vt citra offenſam externũ ſplendorem obtineat. Horum vnum eſt cornea tunica, quæ, vt lib. 10. de vſu partium, cap. 3. ſcribit Galenus, tenuis & denſa facta eſt, vt idoneum quaſi propugnaculum eſſet inſtrumẽti viſorij, ne ſcilicet viſio ab extrorſum occurrẽtibus aliquando lædatur, aut impediatur. Ibidem etiam tradit, eam partem quæ cryſtallini operimentum & propugnaculum externum eſt, tenuem, albam, & velut cornu, dẽſam eſſe. Tenuem & albam, vt ſplendores promptè tranſmittat, duram, vt tuto cuſtodiat, muniat, & defendat. Alterum propugnaculum eſt humor tenuis. de quo paulò ante diximus. Quod lib. 10. de vſu par. cap. 6. iis etiam verbis confirmat Galenus. Humor tenuis vt diſtet plurimùm, vt nunquam tangat cryſtallinum cornea tunica, eſt vtilis. Hic prętereà cryſtallini etiã eſſentiam iuuat. Quod Galenus loco iam citato in eum ſcribens modum teſtatur. Humor, inquit, tenuis non ſolùm ad replendam vacuam regionem, ſed etiam ne ſiccetur ipſe humor cryſtallinus, & interna vueæ portio eſt neceſſarius. Proinde vt tenuis humor ſui præſentia cryſtallinum ab externi ſplendoris iniuria vindicat, ne ſcilicet immenſa & affatim occurrẽte luce offendatur: ita certè eo abſumpto noxam ab externo lumine ſuſtinet maximã, deficiente nimirũ eo, quo ceu propugnaculo ac munimento aliquo tuebatur. Nam vuea tunica ſuper cryſtallinũ decidens, ſpatium quod inter hũc & illam eſt medium, breuius efficit. Quocirca quum cryſtallinus humor hoc nomine cogatur per breue admodũ ſpatium externi aëris ſplendori occurrere, perſimili vtiq; malo afficitur, vt ij qui apertis & incõniuentibus oculis ſolem intuentur. Quorũ certè aliqui excæcati ſunt, omnes verò ita offenſi, vt vix vnquã priſtinum recuperare viſum potuerint. Hoc iis pręſertim, vt lib. 10. de vſu par. cap. 3. Galenus etiam teſtatur, accidit, qui in ſolis ecclipſibus defectibúſve, quũ eum affectum qui ſoli accidit, planiùs noſſe cupiunt, fixis oculis ſolem intuentur. Fieri enim non poteſt, quemadmodum loco iã citato, cap. 3. & 6. à Galeno eſt demonſtratum, vt ſplendidã lucem citra offenſam, viſus inſtrumentum tolerare poſsit. Quod intelligens Dionyſius Siciliæ tyrannus, domum ſplendidiſſimam, & calce illitam ac incruſtatam, vt ibidem Galenus recenſet, ſupra tenebroſum carcerem conſtruxit, nõ alia ſanè de cauſa, quam vt profundis tenebris diu aſſeruatos proferẽs, in ſummã ąc ſplendidiſsimã lucẽ emittens, excęcaret. Proinde ne ſplẽdida luce facile cryſtallinus humor lęderetur, factũ eſt vt vuea tunica ei obiecta ſit, quę nigra eſt, vt ſcilicet cogat, cõgregetq; ſplẽdorẽ, & ad pupillã, Galeno vbi ſuprà teſte,

Franciſcus Valleriola.

Cur tẽſionis hîc fiat mentio?

Humoris affectus.

Cur deteriùs per huiuſcemodi affectum videant.

Propugnacula cryſtallini humoris duo. Vnum.

Alterum.

Fixis & inconniuẽtibus oculis intueri ſolẽ plurimum nocet.

Dionyſij tyranni excęcandi ratio.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 209 sur 637

tranſmittat:& cęrulea eſt,eò quòd iis potiſsimum coloribus viſus, ſplendida luce fatigatus,recreetur.Hinc eſt quód cap.3. iam ſæpius citati libri Galenus corneam quoque tunicam in multis partibus nigram,in multis etiam fuſcam factam eſſe ſcribat,vt oculi,in hos ſubinde reſpicientes,conſolentur,& recreentur.Atque hęc quidem cauſa eſt cur imminutus in pupilla humor,& deteriorem faciat viſum:quod ſcilicet obiectus nimio ſplendori cryſtallinus ſit,nullo poſito propugnaculo ac munimẽto:& minus reddat vueę foramen,quòd nimirum corrugetur & in ſeipſam concidat vuea. Quocirca eiuſmodi oculorum morbus ad ſanandum difficillimus eſt,quòd ſcilicet non ſit niſi ſicca cryſtallini humoris intemperies,ex tenuis aqueiq; humoris effuſione nata. Alter autem affectus qui propter humiditatem vueæ minorem reddit pupillam,id eſt, laxitas ipſa,minus prauitatis habet. Quippe dfficilius eſt ſimilarem particulam exiccatam humectare,quàm humidam exiccare,vt Galenus lib.7.ther.meth.cap.6 copioſiſsimẽ demonſtrat.

Summa eorum quæ dicta ſunt.

Dicamus autem quod ab initio eſt propoſitum.Moleſta quidẽ eſt quæ præter naturam accidit pupillæ paruitas: bona verò quæ natiua eſt. Amplitudo autem quæ natiua eſt nequaquam bona. Neque verò ea quæ præter naturam euenit, bona eſt:minùs verò hac ipſa mala eſt anguſtia. Quippe continens, vt ita dixerim,cauſa generationis,amplitudinis vueæ tunicæ tenſio eſt ſicuti paruitatis,laxitas. Quum verò bifariam tendatur,quando propria ipſius ratione laborat, aut exiccata vt ſimilaris, aut humectata vt inſtrumentalis, ſiccitas quidem eius,curatu difficilis eſt,humiditas verò non item.Nam phlegmone,ſcirrhi,abſceſſus, et quicunque alij huiuſmodi inſtrumentalium partium morbi ſunt,à redundantibus humoribus geniti,ſi in vuea conſtiterint,omnes à perito medico non magno negotio vincentur.Verum tenſio in vuea tunica,nonnunquam ex accidenti euenit,quũ à multitudine humorum qui huic ſubiiciuntur nata eſt.Impleta enim veluti uter, aut veſica extenditur,& vltro citróque diſtenditur ab iis, qui inter ipſam, & cryſtallinum aceruantur,humoribus.

COMMENTAR.

Quæ hactenus copioſẽ admodum à Galeno de amplitudine,& paruitate pupillæ dicta ſunt,ea nunc quaſi in ſummam quandam contrahuntur. Moleſtam enim eſſe quę præter naturam,hoc eſt,morbi ratione, accidit pupillę paruitatem, contrà, natiuam,hoc eſt,eam quę in prima ſtatim conformatione contingit,bonam, ſuprà abundẽ eſt dictum,eiusque rei cauſę ſunt expoſitę. Amplitudinem quoque natiuam non eſſe bonam,nec eam etiam quę præter naturam accidit,itidem oſtenſum eſt. Cęterùm ſi inter ſe conferas amplitudinem, & anguſtiam pupillæ præter naturam euenientes, minùs mala eſt anguſtia,quàm amplitudo, quòd ſcilicet hæc à ſiccitate,illa verò ab humiditate,vt ſuprà monſtratum eſt,oriatur.Difficiliùs autem ſimilarium partium ſiccitas,quàm humiditas curatur.Quod Galenus iis ſignificare verbis voluit:Quippe,inquit,continens cauſa amplitudinis pupillæ,eſt vueę tunicæ tenſio,ſicuti paruitatis pupillę continens cauſa eſt laxitas.Sequitur autem tenſio ſiccitatem, vt laxitas humiditatem,quemadmodum ſuprà ſatis eſt à nobis demonſtratum. Porrò quum ſuprà dixerit tenſionem eſſe affectum qui ad ſolam ſpectet vueam,ideo hoc loco cauſas tenſionis illius exactiùs proſequitur.Bifariam autem vueæ tẽſionem euenire Galenus docet. Primùm,quãdo propria ipſius ratione vuea laborat,hoc eſt,per ſe,primo,& nullo alio interueniente.Quod fit,vbi morbus in ipſa vuea conſiſtit. Tum autem bifariam tenditur.Primò,quãdo vt pars ſimilaris exiccatur,id eſt,vbi intemperie ſicca laborat,quę

Tenſionis vueæ cauſæ.

eius

eius ſubſtantiam,natiuo eius humore abſumpto,exiccat.Secundò, quando vt pars inſtrumẽtalis humectatur. Quod fit vbi ad hũc cõfluentes humores,tumorẽ aliquẽ prẽter naturã in ea excitãt. Tũ enĩ vt partẽ inſtrumẽtalẽ,hoc eſt, prout totius inſtrumẽti, id eſt,oculi,pars eſt,vueam infeſtant,morbi tenſionem procreantes.Sunt autem morbi inſtrumentales,nempe in conformatione,vt qui vel partium figuram,vel concauitatem turbant,adeoque totius inſtrumenti actionem vitiant. Sicca itaque intemperies vueæ difficulter ſanatur. Morbi autem inſtrumentales à redundantibus humoribus nati,vt ſunt phlegmone,ſcirrhi,& id genus alii, ſi in vuea conſiſtant, medicus peritus facilè curabit.Secundò tenſio vueæ accidit,non propria ſui ratione, ſed ex accidente, vbi ſcilicet veluti vter,aut veſica impleta, ab humoribus qui inter ipſam & cryſtallinũ ſunt aceruati,extenditur,& in omnem partem diſtenditur.Humorum itaque tum occaſione,qui vueam diſtendunt,nihil eius eſſentia laborante,tenſio naſcitur. Atq; hæc de vueæ tenſione dixiſſe ſatis ſit.Cęterùm ex hoc loco,vbi Galenus ait,tenſionem eſſe amplitudinis cauſam continentem,Franciſcus Valleriola,vir eximiæ doctrinæ,cauſæ continentis de Galeni ſententia,in morbis præſertim qui ad conformationem pertinent,aſſertionem,aduerſus noſtram ſententiam,poſſe tueri, multis argumentis conatur,quę ſingula ordine quo ipſe eſt vſus diluemus.Libenter enim cum hoc viro,vtpote candoris pleno,agimus.Quem,ſat ſcio,in hanc nobiſcum contentionem non niſi veritatis ſtudium rapuit.Principiò autem locum ex libro primo Galeni de laborant. locis ab interprete perperam conuerſum,vt alibi etiam indicauimus,producit. Quem ſi rectè interpreteris,ita ſe habet.Neque verò aliam quampiam doloris cauſam ſuſpicari licet,quàm excretum humorem.Quo enim excreto cõfeſtim doloris remiſsio ſecuta eſt,hoc omnes homines doloris eſſe cauſam crediderũt:eò quòd naturale quoddam ipſorum ſit axioma,quod ex ſeipſo ad huiuſmodi cauſarum cognitionem fidem facit.Quo enim tangente nos,aliquod fit pathema,& quo ſeparato ſtatim quieſcit,hoc cauſam eſſe omnes homines crediderũt. Hactenus bona fide Galeni verba retulimus, quibus certè aliud nihil docet,quàm quòd pathematum ac ſymptomatum, atq; adeò rerum quæ eſſentiam ſuam in fieri obtinent,ſint cauſæ continentes. Dolor nanque,cuius hîc exemplo vſus eſt Galenus,pathema ac ſymptoma eſt,ideoque cauſam etiã continentem habet,quemadmodum præſens Galeni locus euincit.Quum autem morbus ſit affectus,atque res permanens,cauſam continentem perinde atq; ſymptomata haud obtineat neceſſe eſt.Pergit deinde Valleriola,& locum Galeni pręſentem,in quo tenſionem amplitudinis pupillæ,cauſam continentem eſſe diſertè affirmat,vrget, tanquã à me non animaduerſum,aut ſaltem conniuentibus oculis præteritum.Sed quàm omnino ad cauſæ continentis in morbis aſſertionem nihil conducat hic locus,ex ipſa argumentorum,quibus vtitur Valleriola,confutatione,palàm fiet. Non eſt autẽ cur ſuſpicetur me ita illi eſſe ſatisfacturum, quaſi cenſeam non omnino voluiſſe Galenum continentem cauſam amplitudinis pupillę,vueę tenſionem ponere, quòd per ea verba notatur:vt ita dixerim:ſed id ſignificare potiùs voluiſſe,vueę tenſionem quodammodo dilatationis pupillæ coniunctam cauſam dici poſſe,non tamen verè talem eſſe. Nam iſta eluſio,quam fingit Valleriola,mihi ne per ſomnium quidem in mentem venit,vtpote quam nullius eſſe momenti intelligam.Quare hanc miſſam faciamus,& ad alia quæ plus habent ponderis argumenta cõfutanda nos conuertamus. Neque enim, inquit,rurſus dici hîc ab aduerſario poteſt,pupillæ amplitudinem, etſi cauſam habeat continentem,morbum tamen non eſſe,ſed ſymptoma,aut pathos.Nam illud in confeſſo eſt,affectum permanentem eſſe,à quo videndi actio primo,nullius ſque interuentu vitietur:eſt enim in ſtructura morbus,eius ſcilicet generis,quod in magnitudine vitiata poſitum eſt.Quamobrem quum & morbus ſit,& cauſam continentem habeat,illud fit,vt in morbis cauſam etiam coniunctam ſtatuiſſe Galenum demonſtrauerimus. Hæc Valleriola.Quæ ſanè ſi illi concederemus,nos cauſa cecidiſſe meritò gloriari poſ

De cauſę continentis in morbo aſſertione, Franciſci Valleriolæ argumenta.

Primum.

Alterum.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 211 sur 637

©BIUM

Amplitudo pupillę eſt ſymptoma, nõ morbus.

ſet. Atqui quum ea quæ aſsumit manifeſtè falſa ſint, nihil noſtræ ſententiæ incommodare poſsunt. Principiò enim amplitudinem pupillę eſse ſymptoma, ex iis quæ in hoc capite præceſſerunt, abundè conuincitur. Quippe diſertè dixit Galenus amplitudinẽ & paruitatẽ pupillæ νοσήματος λόγῳ, hoc eſt, morbi ratione, aut, vt planiùs dicã, propter morbũ fieri. Si itaq; morbi ratione fiunt, aut morbos ſequũtur, ſymptomata ſint neceſſe eſt. Ridiculum autem eſt quod ſubiicit, pupillæ amplitudinem eſse affectũ permanentem, idq́ue duabus de cauſis. Primò, quòd aſſerit amplitudinem pupillæ obtinere cauſam continentẽ. Si enim cauſam habet cõiunctam ſeu continentem, quomodo dici poſsit affectus permanens non video. Is enim nõ alio nomine permanens dicitur, quàm quòd ſua etiam ſublata cauſa permanere poſsit. Cauſa verò continens eſt, quę effectum ſuum ita continet, vt ea ſublata ille permanere nequeat. Secundò, quòd metipſe Valleriola fatetur, vueæ tenſione ſublata, pupillæ quoque amplitudinem vnà auferri. Sed præſtat eiuſdem verba referre, quæ eiuſmodi ſunt. Sed tenſione rhagoidis ſublata, auferri quoque amplitudinem pupillæ oportet. Ita ſibiipſi pugnantia ſcribere Valleriola haud animaduertit. Prætereà amplitudo pupillæ non vitiat actionem. Nã quemadmodum ſuprà à Galeno dictum eſt, quòd deteriùs aliquis, aut nihil omnino cernit, id non pupillæ ratione, hoc eſt, vt metipſe interpretatur, propter pupillę amplitudinem & anguſtiam, ſed propter prauos affectus, id eſt, tenſionem & laxitatẽ accidit. Non igitur primò videndi rationem lædunt, ſed horum affectuum interuentu. Quum autem non primò lędunt actionem, morbi quoque eſſe nequeũt omnino, tantùm abeſt, vt in ſtructura morbi dici debeant. Non eſſe autem eius generis quod in magnitudine vitiata eſt poſitum, morbos amplitudinem & anguſtiam pupillę, euidentiſſimum eſt. Nam in anguſtia non minuitur pupillæ ſubſtantia, ſed potiùs humectatur: neque in amplitudine ipſa augetur, ſed magis exiccatur. In magnitudinis autem morbis, partis laborantis ſubſtãtiam increſcere, vt in minutione decreſcere oportet, quòd quum hîc neutrum accidat, in magnitudine indecenti, morbi eſſe nequeũt. Quòd autem hîc pupilla augetur aut diminuitur, id pupillæ nõ per ſe, aut ſui ratione, ſed ex accidenti euenit, hoc eſt, quia tenditur, vel laxatur. Quid multa? quum ad morbum duo requirantur, quod in libro de ſymptomatum differentiis eſt monſtratum, vt ſcilicet ſit affectus, hoc eſt res permanens, & quod actionem lædat, neutrum autem amplitudini & anguſtiæ pupillæ adſit, pathemata & ſymptomata, non morbi ſint, oportet. Pupillæ verò anguſtiam eſſe ſymptoma, & nequaquam morbum, hoc vnico argumento demonſtratur. Si enim morbus eſſet, perpetuò, iuxta morbi definitionẽ, læderet actionem. Conſtat autem hanc interdum acutiſsimi viſus vt ſuprà monſtratũ eſt, occaſionem eſſe, igitur morbus non ſit, eſt neceſſe. Eſt autem accidens, vbi naturalem conſtitutionem ſiue affectum ſequitur. Symptoma verò, quando affectum præter naturam, nempe laxitatẽ comitatur. Amplitudo autem, perpetuò eſt ſymptoma, vt quę vitioſam conformationem aut tenſionem ſequitur. Eſſe autem pathema & ſymptoma, Aëtius quoq; libro ſeptimo, capi. quinquageſi. ſecũdo iis teſtatur verbis γίγνεται δὲ τὸ πάθος πλατυκορία. Et iterum, ἔστι δὲ τὸ πάθος ἄγαν διυσίατον. Eſt aũt pathos curatu admodũ difficile. Qui ſanè locus confirmat id quod paulò antè à Galeno dictum eſt: nẽpe malum anguſtiæ minùs eſſe quàm amplitudinis. Nunc itaque luculẽtiſsimè à nobis mõſtratum eſse arbitror, & amplitudinem, & anguſtiam pupillæ eſſe ſymptomata, quæ tẽſionem & laxitatem, prauos quidem affectus, ſequuntur, qui & ipſi alios prauos comitantur affectus, nempe ſiccitatem & humiditatem. Neque enim rarum eſt, vt morbus morbũ ſequatur, vel ſymptoma ſymptomati ſuccedat. Licebit enim ſymptomata appelles tenſionem & laxitatem, quòd ſcilicet morbos ſequantur, nempe intemperiẽ ſiccam & humidam. Ita etiam phlegmones ſymptoma eſt tenſio, rubor, dolor, & renitentia, quemadmodum libro decimotertio, therapeuticæ methodi Galenus pulchrè mõſtrat. Sunt itaq; tum duo ſymptomata, nempe primum tenſio aut laxitas, quòd à morbo fit,

Pupillę anguſtia eſt ſymptoma.

Morbus morbũ ſequitur.

Tenſio & laxitas ſunt ſymptomata.

bo fit,ſecundum,amplitudo vel anguſtia pupillæ,quòd alteri ſymptomati, tenſioni ſci licet,vel laxitati ſuccedit.Neque obſtat quòd Galenus dixerit morbi ratione minorẽ reddi pupillam,nam ad ipſum quidem fit,ſed tamen aliquo interueniente ſymptomate,nẽpe laxitate.Sic etiam morbi ratione amplior fit pupilla, ſed ſymptomate aliquo, puta,tenſione interueniente.Sed dicet hîc quiſpiam quomodo tenſio & laxitas erunt ſymptomata,quum à Galeno nominentur affectus?Reſpondeo optima ſanè ratione, nam ſunt inter ſymptomata quoque quæ affectus noſtri corporis dicuntur.Sunt igitur tenſio & laxitas affectus tangibiles,perinde atque duricies & mollities.Sic ſanè capite ſexto libri de differentiis ſymptomatum,Galenus cutis tenſionem, & laxitatem, inter ſymptomata quæ affectus tangibiles ſunt,recenſuit. Quòd ſi itaque cutis tenſio & laxitas ſunt ſymptomata,cur non etiam pupillæ?Verum ea de re plus ſatis.Nũc quid de iis locis quæ aduerſus cauſæ continentis adſertionem in paradoxis noſtris produximus cenſeat Valleriola videamus.Inquit autem. Qui verò à Fuſchio capite primo ſecundi Paradoxorum libri adducuntur pro ſe ex Galeno loci,huic meæ ſententię minimè repugnare videntur.Nam etſi libro primo therapeuticæ methodi & de morborum cauſis,antecedentium & primitiuarum cauſarum Galenus meminerit, non ob id tamen continentem præteriiſſe concludendum eſt,vt quæ nimirum ſub antecedentis nomine intelligi quadantenus poſsit. Eſt enim continens cauſa inter antecedentes, & corporeas etiam numeranda,hoc tantùm ab iis quæ peculiari nomine antecedentes vocantur diſtans,quòd hæc & propinquior affectui eſt, & affectum ipſum ita continet,vt ab eo ſeiungi minimè poſsit:illæ verò remotiores, & non vſque affectui, quem crearunt,conſociatæ,vt non auferri,perſeuerante etiam ipſo morbo, poſsint. Hactenus Valleriolę verba recenſuimus.Non poſse autem inter morbificas cauſas numerari continentem,tantùm abeſt,vt ſub antecedenti complecti poſsit,ex iis quæ libro primo therapeuticæ methodi capite octauo ſcribit Galenus,fit euidentiſsimum. Ibidem enim de cauſis morbificis vocatis in eum loquitur modum. Eius affectus, inquit, qui actionem impedit,cauſæ quidem poſsunt non etiam eſse,poſsunt autem & adhuc manere.Quibus vtique verbis à morbificarum cauſarum numero continentem prorſus excludit,vt quæ rei à ſe productæ ita adhæret,vt ab ea ſeiungi minimè poſsit. Quum igitur cauſæ antecedentis ea ſit ratio & natura,vt affectui quem creauit non vſq; adeò cõſociata ſit,quin ipſo adhuc manente auferri queat:contrà verò continentis,vt rem, à ſe productam ita contineat,vt ab illa ſeparari nequeat,vna certè ſub altera complecti hàud poteſt,diuerſarum enim ſunt rationum & naturarum.Falſum etiam eſt quod ait,cauſam continentem eſse affectui propinquiorem quàm antecedentem. Nam in ſuperioribus de cauſa continente diſputationibus abundè monſtrauimus, idque Galeni ex capite 88.artis medicæ deſumpto teſtimonio comprobauimus, inter affectum actionem lædẽtem,& cauſam antecedentẽ nihil intercedere. Si nihil intercedit, quomodo alia cauſa propinquior erit?A veritate itidem abeſt,quod inquit Valleriola cauſam continentem ita affectum continere,vt ab eo ſeiungi minimè poſsit. Idipſum enim affectus naturæ prorſus repugnat,vt qui ex rerum permanentium ſit numero, adeoque qui cauſa etiam à qua procreatus eſt ſublata,permanere poſsit. Ita omnia quæ pro ſententiæ ſuæ confimatione aſſumit Valleriola, inualida planè omniq́ robore ſunt deſtituta.Sed reliqua eius argumenta expendamus. Quòd cõtinens cauſa ſub antecedenti complecti queat,ex Galeni verbis colligi poſse putat, quum libro de morborũ cauſis plures in animali poſuit corporeas cauſas, quas antecedentium nomine appellandas cenſuit,id nobis ſubindicans,ex corporeis quidem cauſis,nõ vnius generis eſſe omnes,vt ſint aliæ aliis affectui viciniores, omnes tamen antecedentes vocari, quòd morbum antecedant,quanquam id non paribus terminis. Ad hanc verò rationem breuiter reſpondemus,Galenum in libro de morborum cauſis quidem docere,plures eſſe cauſas antecedentes,internásve ſeu corporeas,eò quòd etiã plures ſint quos creãt

Obiectio. Reſponſio.

Tertium Valleriolæ argumentum.

Continens cauſa inter morbificas numerari nõ poteſt.

"

"

Cauſa continẽs ſub antecedenti cõplecti nequit.

Inter affectũ lædentẽ actionẽ,& cauſam antecedentẽ nihil intercedit.

Aliud Valleriolę argumentum.

Reſponſio.

©BIUM

Cauſæ antecedẽtes omnes eiuſdem generis.

morbos nõ quòd non ſint vnius ſint generis,aut quòd vna ſit alia morbo ſeu affectui vicinior. Omnes enim ſunt affectus præter naturá,à quibus alii affectus qui vitiant actionẽ procreãtur.Omnes etiã neq;vicini ſunt morbo,quòd inter has &morbos nihil intercedat,vt paulò antè dictum eſt,& mox fuſiùs demonſtrabimus.Quod etiam Galenus capite primi libri de ſymptomatum differentiis manifeſtè confirmat,vbi affectũ qui ſtatim præcedit morbum,atque inter quem & morbum nihil intercedit, antecedentem,& nequaquam continentem,nominari ſcribit. Porrò quæ ad loci quem ex capite 88.artis medicæ produximus confutationem affert, nullius planè ſunt momenti, ita vt adhuc adamantini argumenti vim obtineat.Quippe liquidò monſtrat,affectum illum qui,vt ſic dicam,immediatè morbum præcedit,cauſam dici antecedentẽ.Quod ſi verum eſt,vt certè veriſimum eſſe conſtat,inter hanc & morbum,nulla alia,quę cõtinens appellari poſsit,cauſa interuenit. Abſurdum prætereà eſt quod ſubiicit Valleriola,inquiens.Verùm ſolutio ea affectus actionem lædẽtis haud priùs fiet,quàm quę ipſum continet cauſa ſublata fuerit.Quòd enim affectus habeat cauſam ita illum continentem,vt ab ea ſeiungi non poſsit,id rationi affectus repugnat, quum ſit res permanens,& quę ſublata etiam ſua cauſa durare queat,vt iam ſæpe diximus.Quòd verò ad eum attinet locum,quem ex libro ſeptimo therapeuticæ methodi Galeni citat valleriola,vbi ait,fieri non poſſe vt affectus quiſpiam ſanetur, manente quæ ipſum excitauit cauſa,rectè quidem ſtatuiſſe Galenum fatemur.Quippe cauſa adhuc manente, affectus ab ea procreatus curari nunquam poteſt.Quare vt primùm cauſa ſit ſublata neceſse eſt.Ea verò amota,nihilominus tamen adhuc manet ac durat affectus, qui propriè dicta curatione eget.Cauſæ enim veriùs proſpicitur,quàm medetur.Hìc eſt quòd Galenus paſsim per vniuerſam ſuam the.methodum in curandis morbis medicũ hortatur,vt diligenter conſideret num morbi cauſa adhuc adſit in corpore, an iã abierit. Si enim adhuc adeſt,huic priùs proſpiciendum erit.Sin abierit,ad affectus curationẽ ſtatim ptogrediendũ.Quapropter is Galeni locus de cauſa continente, quòd Valleriola arbitratur,intelligi non poteſt.Falſò igitur colligit Valleriola cauſa continente ſublata auferri affectum omnino eſse neceſse.Si enim affectus eſt,nihilominus tamẽ, vt iam cẽties ferè retulimus,ſublata etiãſua cauſa adhuc permanebit.Eſse itaq; affectum, & obtinere cauſam cõtinentem,ſanè inter ſe ex diametro pugnãt,ita vt quicquid affectus nomine venit appellãdũ,cauſam cõtinentẽ habere prorſus nequeat.Quòd quum alibi copioſiùs demonſtrauerimus,non eſt cur prolixiùs id hoc loco doceamus. Cæterùm detorta ſua loci Galeni in arte medicinali interpretatione,eo tãdẽ peruenit Valleriola,vt in morbis,vt ipſe loquitur, factis,adeoque affectibus cauſam continentem dari minimè poſse,in fiẽtibus autem poſse fateatur,atq; adeò lubens admodum in noſtram manibus & pedibus it ſententiam.Nam & nos verè morbos, qui affectus ſunt, cauſam nullam habere continentem contendimus,fientes autem,vt ipſe nominat,qui non ſunt niſi pathemata,iiſdem nequaquam carere affirmamus. Atqui ſtatim ad priſtinam opinionem relabitur Valleriola,dum inquit .Quamobrem quum quæ affectũ fouet cauſa ita eum contineat,vt & proxima ſit, & ſecum à ſe genitum, vel ſeruatum affectum prorſus tollat, continentem meritò dici poſse exiſtimo. Nã iterum parum memor affectus rationis, hunc cum ſua cauſa tolli poſſe exiſtimat, quum tamen Sole clarius ſit,cauſam genitum à ſe affectum non poſſe vnà tollere,quòd idipſum naturæ affectus omnino aduerſetur,vt iam creberrimè dictum eſt. Poſtremùm eſſe in morbis cauſam continentem, Valleriola duobus exemplis oſtendere conatur,quorum primum eſt de fuligine putrida,quam eſſe cauſam febrium putridarum continentem ait, quòd ſcilicet ea ſublata,mox ceſſet febris,& in corpore præter naturam excitatus calor,nec refrigeratione alia opus ſit.Sed non animaduertit ſe iſta ratione ſuam prorſus interturbare ſententiam.Si enim putredo,vt libro vndecimo therapeuticæ meth. capite nono Galenus,& metipſe Valleriola fatetur,febris eſt cauſa antecedẽs,igitur inter hanc

Galeni locus enarratus.

Eſſe affectum, & habere cauſam continẽtem inter ſe pugnant.

Cauſa genitum à ſe affectum nõ vnà tollit.

Fuligo putrida non eſt cauſa cõtinens febris.

©BIUM

ter hanc & illam,vt ſuprà eſt comprobatum,nihil interuenit.Si nihil interuenit,nulla febris cauſa erit continens.Accedit,quòd ſi fuligo putrida,febris continens cauſa erit, febrem non eſſe morbum fateatur oportet,quòd non ſit affectus,nec cauſa ſua ſublata maneat,& propria,quòd tamen conſtanter in thera.methodo Galenus docet,curatione egeat.Atqui hîc elabi cupiens Valleriola ait,etſi Galenus poſt ſublatam putredinem auferri calorem iubeat,in id tamen facit,vt quæ adhuc à putredine manet fuligo, per vniuerſum corporis habitum alteretur:quæ ſi omnis adempta eſſet, minimè eſſet opus refrigeratione.Igitur Franciſce fuligo putrida non erit niſi calor immodicus per vniuerſum corpus diffuſus,atque adeò ipſa febris,quam poſt ſublatam putredinem Galenus libro vndecimo therapeuticæ methodi capite decimo,curandam eſſe docet: tibiq́ue cauſa continens vocabitur,quod Galeno & nobis,morbus dicitur.Non erit igitur ex cauſarum numero vlla,quam tu appellas fuliginem putridã per vniuerſum corporis habitum diffuſam,eò quòd primo ac per ſe actionem lædat,quod cauſa morbifica efficere nequit.Ita ſanè,quod diximus,hoc primo exemplo ſuam ipſius opinionẽ Valleriola ſubuertit.Alterum quo ad probandam continentem in morbis cauſam vtitur Valleriola exemplum de ſuffuſione & obſtructione,ſuprà capite nimirum ſeptimo libri de differentiis morborum abundè à nobis eſt cõfutatum ac labefactatum. Ibidẽ enim humores lentos & craſſos meatibus iam impactos & infarctos,actionem lædere, atque adeò morbum eſſe,non cauſam continentẽ demonſtrauimus. Eos verò qui adhuc affluunt,morbi cauſam antecedentem,quod etiam libro vndecimo therapeuticæ methodi capite decimo Galenus facit,eſſe diximus. Non eſt itaque craſſus ille humor qui cryſtallino anteſtat & obiicitur,viſioniq; officit (vel,vt Galenus ſuprà dixit,qui primum viſus inſtrumentum,ne res quæ ſentiũtur dignoſcat,impedit) cauſa,ſed morbus. Nam quum is ſit affectus præter naturam,à quo primùm læditur actio,& humor prędictus viſioni incommodet,morbus ſit,neceſſe eſt.Prætereà humorem craſſum impactum non eſſe cauſam obſtructionis,ſed eum potiùs qui affluit, Galeni quoque verba circa huius capitis ferè initia poſita,ſatis conuincunt,vbi ait:humores affluentes, & nõ eos qui affluxerunt,& impacti ſunt,tumores præter naturam,& obſtructionem parere. Atq; hęc ad Valleriolæ rationes ſubuertendas ſufficere,tantumq́ue ponderis habitura confido,vt illum,prout veritatis eſt amantiſsimus, in noſtram planè pertractura ſint ſententiam.

Quoniam verò non ſolùm foraminis quod eſt in vuea morbos ſermo noſter percenſuit,ſed ipſius quoque vueæ,& adhæc tenuis humoris aliquos commemorauit, conſequens erit,vt reliquos ipſorum morbos,à quibus vel impeditur viſus,vel omnino aboletur,explicemus.Igitur ex iis qui in vuea tunica conſiſtunt, viſioniq; incommodant,vnus adhuc reſtat morbus,tam ſimilarium, quàm inſtrumentalium communis,nempe vnitatis ſolutio.Quæ quidem in hac parte,tum vulnus,tum vlcus eſt.Quum igitur id tam magnum ſit,vt abundè diſrumpatur vuea, ac tenuis humor extra hanc tunicam effundatur,adeò vt iam corneam attingat,duo abſurda in hoc caſu accidere neceſſe eſt,nempe vt vuea tunica ſuper cryſtallinum decidat,& vt ſpiritus à cerebro in pupillam vniuerſus non perueniat, propterea quòd per vulnus effluat.Quòd autem non ſolùm ambo hæc coëuntia noxam viſui inferant,ſed etiam ſi alterum duntaxat eorum inciderit, iis qui non oſcitanter ea quæ prædicta ſunt, audierunt,manifeſtum eſſe arbitror.

Vueæ tunicæ vnitatis ſolutio.

COMMENTAR.

Vnitatis ſolutionem,morbum tam ſimilarium,quàm inſtrumentaliũ partium cõ-

©BIUM

Vulnus. munem,in vuea quoque tunica conſiſtere hoc loco Galenus monſtrat, vulnus nimirum & vlcus. Vulnus autem,non eſt,Galeno libro tertio,quarto, & ſexto therapeuticæ methodi capite primo, & in libro de artis conſtitutione teſte, niſi ſolutio cõtinuitatis

Vlcus. quæ ex vulnerando fit. Vlcus verò,quæ ex eroſione. Quòd ſi verò vulnus vel vlcus ita magnum fuerit,vt abundè diſrumpatur vuea,ac tenuis ſiue aqueus humor extra hanc tunicam effundatur,atque iam corneã attingat,duo abſurda in hoc caſu accidere neceſſe eſt,nempe vt vacuato tenui humore,vuea tunica ſuper cryſtallinum,quemadmodum ſuprà fuſiùs oſtendimus,decidat: & vt ſpiritus à cerebro in pupillam totus non perueniat,propterea quòd magna eius portio per vulnus,aut vlcus effluat. Quòd autẽ ambo hęc ſimul,vel alterum eorum duntaxat viſui noxam inferant, ex iis quæ paulò antè diximus,abundè patet.

Quę in tenui humore fiant ſymptomata. *Iam verò tempeſtiuum eſt, vt ad tenuem tranſeamus humorem, de quo priùs dictum eſt,tantùm ſaltem,quòd ſiue eius iuſtò plus,ſine minus fuerit,viſum lædit. Quòd verò etiam ſi craſſior aliquando conſiſtentia fuerit,aut colore magis alieno præditus,ſymptoma aliquod invidẽdi actione excitet,quòd priùs haud diximus, iam vt ipſum dicamus,tempus eſt. Si igitur hic humor ſeipſo craſſior fuerit, exactam videndi aciem adimet: & quòd ad diſtantiam pertinet,efficiet vt neque ea quæ procul abſunt,neque propinqua,exactæ videantur. Si verò admodum craſſus fuerit,veluti in ſuffuſionibus accidit,viſum prohibebit. Quòd ſi verò totum foramen à craſſo illic conſiſtente corpore obtenebratum non ſit, ſed aliqua pars pura relinquitur,per illam res externas ſingulas ſolas nihilò deteriùs quàm anteà,nõ tamen ſimiliter vno tempore multas,quòd anguſtior ſeipſo factus viſionis conus,vident. Si verò in pupillæ centro exigua conſiſtat ſuffuſio, partibus quæ in circuitu ſunt manentibus puris,omnia iis qui ita laborant, veluti feneſtras habere videtur. Quippe id quod in medio non videtur, exciſum eſſe putatur. Quòd ſi autem diuulſa,nec inter ſe coniuncta craſſa corpora in prædicto humore fluitant,iis qui ſic habent,perinde ac ſi foris culices circunferantur imaginationem præbent. Sæpenumero verò propter craſſioris humoris conſiſtentiam,veluti ſimulachrum quoddam apparere imaginãtur. Huiuſmodi verò ſimulachri apparitio vbi à ſomno expergiſcuntur plurimùm incidit,præcipuè pueris, & iis qui pluſculum uini biberunt, aut aliàs capite ſunt pleno. Quum autem humor inter cryſtallinum & vueam, colore immutatus fuerit,ſiquidem ad fuſcum inclinet, veluti per nebulam,vel per fumum hominem videre efficiet. Si verò ad alterum aliquem colorem vergat, huius imaginem iis quæ videntur,conciliat. At ſi inæqualiter,vel conſiſtentia vel colore à naturali habitu receſſerit, quæcunque pars ipſius ſic affecta ad pupillæ locum peruenerit,ſimilem etiam ſibi imaginem iis quæ videntur præbebit. Nam & illius colorem, & conſiſtentiam, & figurã extrinſecùs ſe videre exiſtimabit. Ex hoc genere ſymptomatum ſunt eorum qui ſuffuſione infeſtantur viſa, & illorum quibus ſanguis è naribus profluxurus eſt, aut qui vomituri ſunt, ab Hippocrate ſcripta. Prætereà quibus adeò exactus eſt viſus, vt ne minimum quidẽ ſenſile eos latere poſſit,exhalationes verò quædam à vetriculo ſurſum feruntur, præſertim vbi non probè concoxerint, ſimilia iis qui ſuffuſione laborant, ſymptomata hos infeſtabunt.*

infestabunt. Quippe purissimus est iis suapte natura crystallinus humor, etiam hic aqueus de quo in præsentia agimus.

COMMENTAR.

Expeditis iis quæ in foramine vueæ consistunt symptomatum causis, nunc eorum quæ in tenui & aqueo vocato humore fiunt symptomata, nempe quæ alterationem suæ consistentię,& coloris eius mutationem sequuntur, causas perspicuè admodũ Galenus exponere pergit,Atque quòd ad primum attinet,alteratur eius consistentia si is iusto seipso crassior factus fuerit,exactam videndi actionem adimet.Exacta autem visio dicitur ea,quæ acuta est,& in remotissima potens,quęque rei visibilis cũcta distinctè discernit.Partes nimirum,formam,quantitatem,colorem,& id genus alia.Contrà obtusa visio est,quæ neque remotas,neque propinquas res visibiles distinctè apprehẽdit.Prior quidem spirituum copia,humorisque aquei tenuitate,ac splendore,aërisque puritate,& totius oculi bona habitudine perficitur. Altera contrariis planè à causis, adeò vt rectissimè dixerit hoc loco Galenus, crassiorem aquei humoris consistentiam exactam adimere visionem.Nam quòd ad visilium distãtiam pertinet, hæc quidem efficit,vt neque ea quæ procul absunt,neque propinqua exactè cernantur. Quæ quidem procul absunt, propter interni medii inabilitatem,spirituumq; visionem efficientium impuritatem, ac crassitatem haud videntur. Humor enim tenuis est veluti medium quoddam delationis imaginum eorum quæ videntur, quòd inter vueam & crystallinum sit positus.Proinde tenuis,adeoq; lucidus ac splendidus sit,oportet. Præterea quum ad exactam visionem,quâ longinquè posita cernimus,multum circa crystallinum humorem animalium,eorumque purorum, vel vt infrà ait Galenus, æthereorum spirituum,concursum fieri oporteat,ii verò iam ob humoris aquei crassitiem à sua natura promptè degenerent,atq; adeò crassiores reddãtur,nihil mirum si in remota,visio fieri nequeat. Accedit quòd humoris etiã crassities transitũ spirituũ prohibet, & vt rem distantẽ videamus,impedit.Quæ autẽ propinqua sunt,videri nequeunt, non sanè propter externi medii lõginquitatem,sed potiùs propter interni medii, hoc est,aquei humoris crassitiem.Quippe quum species per aqueum humorem crassum,adeoque imperuium ad crystallinum ferantur,fit vt humor crystallinus à rerum sensilium imaginibus debiliter immutetur.Quocirca neque ea quæ prope sunt, multoque minus ea quæ longinqua sunt distinctè cerni possunt.Neque temerè adiectum est distinctè,quia quæ prope sunt,ea quidem videntur:atqui non distinctè.Longinquè autem posita omnino,propter causas expositas,haud cernuntur. Si verò humor aqueus valde crassus fuerit,veluti in suffusionibus euenire solet,visum prohibebit.Neq; enim suffusio,Galeno libro decimo,de vsu partium capite quarto,& Paulo libro tertio testibus,est nisi humoris lenti,& glaciei modo concreti,inter corneam tunicam,ac crystallinum effusio. Visio autem non fit, nisi per medium lucidum & perspicuum. Quapropter vt suffusio visum prohibet, ita etiam humor aqueus admodum crassus factus. Quòd si verò totũ foramen à crasso illic consistente humore non sit obtenebratũ,sed aliqua pars pura reliquitur,res externas solas nihilo deteriùsquam anteà,nõ tamẽ vno tempore multas vident,quòd visionis conus seipso redditus sit angustior.Nam quum rerum visilium obiecta,seu species visiles,per pyramides ad oculos perueniant, singulæque res singulas in oculo pyramides efforment,quarum basis est res visa, conus verò finita ad oculum rei imago,fit vt quo plures in oculo simul pyramides cõueniunt, eo plura vno intuitu videamus,quo verò pauciores,eo quoque pauciora. Quocirca crasso copiam corpore pupillam parte aliqua obscurante,ea tantùm pupillæ pars,quæ crassi huius corporis iniuriam non sentit,ad pyramidum receptionem apta erit.Quæ quum exigua admodum sit,conumque angustiorem faciat,plurium simul rerum imagines comprehendere haud potest,sed singulatim singulas quasque,nõ plures vno ob-

Symptomata quæ alterationẽ consistentiæ tenuis humoris sequuntur.

Exacta visio quæ?

Obtusa.

Cur ea quę procul absunt haud cernantur?

Suffusio.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 217 sur 637

©BIUM

Cur omnia fenestrata videantur?

tutu cernit. Si verò in pupillæ centro exigua cõsistat suffusio, partibus quę in circuitu sunt manentibus puris, tum media obiecti pars haud videtur, reliquæ verò sensum immutant, ideoq; omnia iis qui ita laborãt, fenestrata esse vidẽtur. Rationẽ Galenus subiungit, inquiẽs. Nã quod in medio nõ cernitur, excisum esse putatur. Quòd si verò diuulsa, nec sibi coniuncta corpora crassa in prędicto fluitant humore, iis qui sic habẽt, perinde ac si extrinsecùs culices, & muscæ circunferantur & obuolitent, imaginationẽ præbent. Sæpe etiam propter crassioris humoris cõsistentiã, veluti simulachrũ quoddam sibi apparere arbitrãtur. Quòd plurimùm iis qui à somno excitãtur accidit, quòd tum plurimi crassi vapores sursum lati efficiant, vt vana illis & inania ob oculos simulachra oberrare videantur. Pręcipuè verò pueris, quòd naturâ scilicet calidissimi & humidissimi sint, ac somnis longissimis vtantur, cruditatibusq;, propter suam voracitatẽ, obnoxii sint. Et iis qui plusculũ vini biberunt, quòd vini potentiâ plurimus calidus vapor sursum feratur. Nã, vt sect. 3. proble. 9. & 10. testis est Aristoteles, à calore vini commotum & agitatum videndi instrumentum, illusoriam efficit visionẽ. Hinc est, quòd omnia illis in gyrum verti, & vnum plura esse videntur, propterea quòd nullo tẽpore idem visus, in eodem quiescat. Atq; hactenus de cõsistentia humoris aquei. Quũ autẽ color eius immutatus fuerit, & ad fuscum inclinauerit, veluti per nebulam, aut fumum hominem videre efficiet. Si verò ad alterum quendam colorem tendat, huius imaginẽ iis quę videntur præbebunt. Nam fieri non potest quin talia appareant visa, quale est per quod cernimus medium. Inspicientibus enim nobis per vitrum aliquo colore infectum, per id cõspecta eodem esse colore prædita iudicabuntur. Quid multa? quũ aqueus humor sit veluti internum visionis, vt sępe iam diximus, medium, tũ colore eius mutato, mutari quoq; quę per ipsum cernũtur omnia necesse est. Reliqua quæ sequũtur explicatione non egent, quòd ex iam dictis satis intelligantur. Porrò ex hoc symptomatum genere sunt visa eorum qui suffusione infestãtur, de quibus pluribus lib. 4. de labo. loc. cap. 4. Galenus agit. Item visa eorum quibus sanguis è naribus fluxurus est, aut qui vomituri sunt, ab Hippocrate 3. prognosti. 32. & 35. scripta. Loquitur autem de eo sanguinis è naribus profluuio, quod per morborum iudicationes accidit. Nam, vt lib. 3. de iudiciis cap. vlt. vbi etiam Hippocratis verba ex prognostico hîc citata enarrat, attestatur Galenus, quum in morborum iudiciis vehemens naturæ impetu motus fiat, adeoq; vniuersum corpus turbetur, accidit vt etiã tum multus ab iis sursum feratur vapor, vnde oculi caligine tẽtantur, & visa plurima oculis obseruari putãtur. Quippe exhalatio seu fumus quidam ad oculos permeans turbulentiorem in eis humorem naturâ splendidum ac purum reddit. Quam visorius sentiens spiritus, perinde atq; per suffusiones visa committit, quemadmodum in commentariis suis in iam citatas Hippocratis sententias, Galenus copiosiùs mõstrat. Cæterùm signa quibus visa ob humorum ventriculi vitium facta, à visis suffusorum distinguntur, Galenus lib. 4. de labor. locis cap. 1. tradit. Quæ de exacto visu prędictis affert, intellectu facilia sunt, & à metipso Galeno abundè explicata.

Cur extrinsecùs culicum & muscarum imagines appareant?

Symptomata quæ coloris immutationem tenuis humoris sequuntur.

Visa eorum quibus in iudicationibus sanguis fluxurus est.

Magnitudo symptomatis, magnitudini pathematis respondet.

Magnitudo autem symptomatũ in eis, pathematis magnitudini semper respõdet, nõ in iis dũtaxat de quibus iam loqui desii, sed etiã in omnibus quæ prædicta sunt. Verbi grtia, similarium intemperies, si exiguæ sunt, exiguam etiam noxam actionis efficiunt. Sin maiores, proportione ipsarum, noxam augebunt. Si verò plurimùm à naturali habitu recesserint, actionẽ funditùs abolebũt. Sic verò & quæ de quantitate, & consistentia, & colore aquei humoris dicta sunt, si paululùm à naturali statu recesserũt, paruã etiã actioni noxã afferũt. Si plùs recesserũt, pro ratione suæ noxæ, actionis etiã noxã augebũt. Si plurimùm degenerãt, actionẽ omnino adi-

no adimũt. Similiter & quæ de vueæ ruptura, & pupillæ quãtitate ſunt dicta, aut parum, aut plùs actioni incommodant, aut illam penitùs abolent.

COMMENTAR.

Quòd ſymptomatis magnitudo, pathematis vnde naſcitur magnitudini ſemper reſpondeat, non ſolùm in iis de quibus iam loqui deſiit, ſed etiam in omnibus aliis quæ prædicta ſunt, hoc loco Galenus oſtendit. Exempli cauſa, ſimilarium partium intemperies vbi exiguæ fuerint, exiguam quoque noxam actioni inferunt. Quum enim affectus qui actionem lædit ſit paruus, quomodo actionis noxa magna eſſe poteſt? Sin maiores fuerint intemperies, illarum proportione etiam actionis magnitudo augebitur. Si autem plurimum à naturali ſtatu declinauerint, actionem prorſus abolebunt. Vehemens enim intemperies, vt cap. 1. lib. 3, de ſympt. cauſis ait Galenus, vires deiicit. Similiter de iis iudicandum erit, quæ de aquei humoris quantitate, conſiſtentia, & colore dicta ſunt, vt dilucidè in contextu Galenus monſtrat. Porrò hoc loco animaduertendũ in aldino Græco codice perperam ποιότητος pro ποσότητος legi. Id quod ex præcedentibus ſit manifeſtiſsimum. Paulò enim antè Galenus ita de hoc humore ſcriptũ reliquit. Siue eius plus, ſiue iuſto minus eſt, viſui incommodat. Vnde clarum eſt eum de quantitate, non qualitate, fuiſſe locutum. Accedit quòd nihil ab eo de eius qualitate pervniuerſum hoc caput ſit dictum. Vt hinc etiam omnibus conſtet, ποσότητος eſſe legẽdum. Eodem etiam modo de vueæ tunicæ ruptura, & de pupillæ quantitate iudicãdum erit. Pupillę enim quantitas, pathemati, hoc eſt, tenſioni vnde naſcitur, proportione reſpõdet, quæ rurſus intẽperiei ſiccæ reſpõdet. Cæterùm vbi hoc loco Galenus pupillę quãtitatem actioni incõmodare, ſcribit, non ita ῥητῶς accipiendum, quaſi hæc ipſa actionem impediat: quum enim ſymptoma ſit, vt ſuprà abundè monſtrauimus, eius rationi aduerſatur, vt actioni incommodet: ſed ita potiùs quòd affectus & morbi à quibus ipſa procreatur, actiones lędunt, aut omnino adiuuant intelligendũ. Atq; ſic ſeipſum interpretatur Galenus, ne quis à me hanc interpretationẽ eſſe temerè cõfictã, arbitretur. Suprà enĩ diſertè dixit, peiùs, aut omnino nõ cernere oculos, nõ propter pupillæ amplitudinem, vel anguſtiam, ſed culpa & occaſione affectuũ, ac morborum quos ſequũtur. Quę ſanè hoc loco nobis nõ fuerũt prętereũda, ne quis parũ peritus, aut verborũ præcedẽtiũ ímemor, hęc Galeni verba in alienũ & peruerſum ſenſum torquerat.

Vehemẽs intẽperies vires deiicit.

Galeni locus in Aldino codice emendatus.

Pupillæ quantitas quomodo actioni incommodet.

Sic ſpiritus quoq; animalis, aut ad amuſsim purus eſt, veluti æther, aut humidus, ac nebulæ inſtar turbidus. Et quòd ad eſſentiæ quãtitatẽ attinet, vel abũdat, vel exiguus eſt. Si igitur multus ſimul et æthere⁹ fuerit, q̃ plurimùm abſunt videt, et exactè diſcernit. Sin pauc⁹ fuerit, ſed pur⁹, q̃ prope ſunt exquiſitè diſcernit, quæ procul abſunt, nõ videt. Quòd ſi humidior ſimul et mult⁹ fuerit, lõgiſsimè quidẽ videt, ſed nõ exquiſitè. Quẽadmodũ ſi humidus ſimul et exiguus fuerit, neq; exactè, neq; longiſsimè videt. Atq; de hoc quidem in præſentia tantùm dixiſſe ſufficiat.

Qua ratione ſpiritus animalis viſum impediat.

COMMENTAR.

Qua ratione animalis ſpiritus viſum impediat ac lædat nunc oſtendere pergit Galenus. Bifariam autem hunc impedire viſum conſtat. Primò ſi non adamuſsim purus eſt, veluti æther, hoc eſt cœlum purum, clarúmve, aut nubibus nõ obductum: vel humidus ac nebulæ ritu turbulentus. Secundò, ſi vel plus, vel eius minus fuerit. Quippe ſi multus ſimul & æthereus, id eſt, purus, fuerit, ea quę lõgiſsimè abſunt videt, & exquiſitè diſcernit. Multus nanq; in longum protrahere ſpaciũ viſus aciẽ poteſt. Aetherẽus autẽ & purus, dilucidè, exactè, & acutè cernere viſa poteſt. Sin paucus fuerit, ſed purus, quæ propè ſunt exactè diſcernit, quę lõgiùs abſunt, nõ videt. Paucus nanq; lõgiori proſpectui minimè ſufficit, ſed tali obtutu promptè diſſoluitur. Purus autẽ, ad exactè ea quæ

Spiritus animalis bifariã viſum impedit.

Aether.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 219 sur 637

propè ſũt diſcernẽda, idoneus eſt. Quòd ſi humidior ſit: aliq hoc loco παχύτερον legũt, nulla ſanè ſenſus diuerſitate, vbi enim plus iuſto humidior eſt ſpiritus, craſsior etiã ſit oportet: & multus, lõgiſsimè quidẽ videt, ſed nõ exactè. Humidior enĩ quũ ſit, craſsitiẽ aliquam, quæ acutæ ac exquiſitæ viſioni incommodat, vt comprehenſum eſt, contrahat neceſſe eſt. Si autem humidus ſimul & exiguus fuerit, propter cauſas iam expoſitas, neque exactè, neque longiſsimè videt.

Symptomata quæ in cornea tunica eueniunt.

Corneæ verò tunicæ pars quæ pupillæ obiecta eſt craſsior, & dẽſior, & humidior facta, viſionem lædit. Sic etiam ſi color illius immutetur, aut ſi vlcus notatu dignum obtinuerit, ſi eorum quæ extrinſecùs ei adiacent quippiam auctum tenebroſam reddiderit. Craſsior igitur & denſior cornea, hebetudinem viſus efficit. Humidior autẽ, ſiue vt ſimilaris, ſiue vt inſtrumẽtalis pars, nõ ſolùm viſus hebetudinẽ affert, verũetiã efficit vt qui ſic affectus eſt, per nebulã aut tenebras, aut vaporem aliquem, aut fumum ſe cernere putet. Si verò humores non multi ſint, ſed colore degenerent, pro eorum natura hallucinatio fiet. Proinde qui ictero laborant, pallida oĩa ſe videre arbitrãtur. Qui verò hypoſphagmate infeſtãtur, rubra. Vlcus verò notatu dignum, non ſolùm ob id quod redundantem coaceruat humorem, viſum lædit, ſed etiam quia exiguo ſpatio cryſtallinum cum externo ſplendore cõmitti cogit. Procedens autem ad ĩteriora vlcus quod ante pupillã eſt, effundit etiã aliquid aquei humoris foràs. Quocirca periculum eſt ne is qui ita affectus eſt, ad extremam perueniat cæcitatẽ. Ob id quibus pars corneæ quæ pupillæ obiecta eſt vulneratur, ſi vulnus ad interiora deſcendit, magna ij ex parte obcæcantur.

Hiſtoria.

Cæterùm incredibile quidpiam, nec fieri ſolitum in puero vidimus, qui ſtylo in pupilla punctus erat. Nã quum ſtatim aqueus effluxiſſet humor, tum pupilla ipſa minor eſt reddita, tum tota cornea apparuit rugoſior. Atqui poſteà ſanatus, rectè vidit, inſtaurato ſcilicet paulatim humore qui anteà effluxerat. Verum hæc rara ſunt. Cæcitates autem eiuſmodi vulneribus magna ex parte ſuccedunt, quemadmodum etiam prædictis cauſis omnibus, vbi plurimùm fuerint inuctæ. Siue enim valdè denſa, ſiue extremè craſſa, ſiue immodicè humida fuerit cornea tunica, omnino caliginem viſui offundet, vt ſic affectus nihil prorſus videat. Et quid mirum ſi ſingula iam dictorum, vbi inuncta ſunt, animali viſum auferunt, quum nunnũquam ſola cornea corrugata, ſimiliter offendat? Solet verò huiuſmodi pathema euenire iis, qui ad extremam peruenerunt ſenectutem. Sanè hoc tẽpore pupillæ magnitudo acuratè conſideranda eſt. Si enim minor eſt reddita, aqueus etiam humor in iis eſt imminutus. Si verò æqualis permanſerit, ſolus corneæ eſt pathema. Sed eiuſmodi diſtinctiones præſens tractatio nõ requirit. Corneæ autem tunicæ morbi ſi fuerint magni, prorſus viſum impediunt, maximè ſi phlegmone, vel ſuppuratione, vel ſcirrho, vel alio quopiam huiuſmodi, quatenus pars eſt inſtrumentalis, humido morbo infeſtatur. Ac corneæ quidem tunicæ tales, & tot ſunt morbi, qui actionem lædunt.

Cornea corrugata.

Symptomatum quæ in cornea tunica eueniunt ſex cauſæ.

COMMENTAR.

Symptomatum quæ in cornea tunica eueniunt cauſas exponit, eaſque ſex eſſe numero

mero docet,quum ſcilicet corneæ pars quæ pupillæ obiecta eſt craſsior, ſpiſsior, denſiórve,& humidior fuerit.Item quum calor illius immutatur, & vlcus notatu dignum obtinet,atque ſi quid eorum quæ illi extrinſecùs adiacent auctum tenebroſam effecerit.Si itaque craſsior ac denſior fuerit cornea,viſus hebetudinem affert, quòd ſcilicet ampliùs ſplendida nõ ſit,& quòd denſitas exactæ viſioni ſeruire nequeat. Humidior autem ſi fuerit,ſiue vt ſimilaris,quòd accidit,vbi humida laborat intẽperie: ſiue vt inſtrumentalis pars,quod fit,vbi morbis ex fluxione natis infeſtatur:non ſolùm hebetudinem viſus affert,ſed & efficit,vt is qui ſic ſe habet quaſi per tenebras,aut nebulas,aut vaporem aliquem,aut fumum videat.Quippe humiditas,ne cornea maneat ſplendida, efficit,quare nihil mirum iam dicta comitari ſymptomata.Quòd ſi humores ad corneam affluentes non fuerint multi,ſed colore degenerent, pro eorum natura hallucinatio,ſiue deprauatum de coloribus iudicium(id enim Græcis eſt παρόφασις)fit. Talia enim,vt comprehenſum eſt,apparent viſa, quale eſt medium per quod cernimus.Hinc quum in ictericis internum medium bilioſo ſit infectum colore,omnia quæ cernunt pallida eſſe iudicant.In hypoſphagmate autem,illis omnia rubra videntur. Eſt autem ὑπόσφαγμα Græcis, Paulo libro tertio. capi 22.& Aëtio lib.ſeptimo capit.22. teſtibus, venarum adnatæ ruptura,ex ictu aut percuſsione,plagáve potiſsimum facta, ob quam in extima oculi parte veluti ſanguinis puncta apparẽt.Latinis ſugillata dicuntur. Quũ igitur punctis quibuſdam ſanguineis tota adhærens membrana rubeat in hoc malo, quid mirum,ſi omnia quæ cernuntur pro interuenientis humoris ratione rubicunda eſſe appareant.Porrò vlcus corneæ notatu dignũ,non ſolùm ob id lædit viſum,quòd redundantem humorem in oculo aceruat,ſed etiam quia ſublato medio interno,cryſtallinum cum externo lumine committi cogit.Nam aliquid aquei humoris effundit, vt neceſſe ſit hoc nomine vueam ſuper cryſtallinum decidere. Quòd ſi magnum admodum vlcus fuerit,multum aquei humoris effunditur,atq; adeò cryſtallinus, quemadmodum ex iis quæ ſuprà ſunt dicta abundè patet,exiccatur,ac cæcitas ſuccedit. Auferunt autẽ & ſingula alia,ſi plurimùm aucta fuerint,viſum.Neq; id mirum eſt, quum ſola cornea corrugata, quòd iis potiſsimum qui extremam attingunt ſenectutem accidit,viſum adimat.Cuius rei cauſam Galenus lib.10.de vſu par.cap.5. iis oſtẽdit verbis. Valde ſenibus rugoſa fit adeò plerunque cornea tunica,vt alii omnino non , alii verò prauè, & vix adhuc videant.Incidentibus enim ſuprà ſe inuicem rugis,& duplicata ob id tunica,craſsitiemq; acquiſiticiam aſſumente, pauciori inſuper ad pupillam ſpiritu ſupernè affluente,meritò iis viſus impeditur.Cæterùm corrugationis tempore pupilla diligenter inſpicienda erit.Si enim minor eſt facta , aliquid etiam aquei humoris effuſum,aut depaſtum eſt.Si æqualis manet,ſolius corneæ ſupra modum exiccatæ malum eſt.Sed hæc ad medendi rationẽ pertinẽt . Reliqua ex iis quæ priùs diximus clara ſunt, ideò explicationem nullam deſiderant, niſi quòd humidos morbos appellat eos , qui ex humorum affluxu ſunt.

Si craſsior denſiórve cornea.
Si humidior.
Coloris mutatio.
Hallucinatio.
παρόφασις
ὑπόσφαγμα
Sugillata.
Vlcus corneæ.
Si reliqua plurimùm fuerint aucta.
Cornea corrugata cur viſum auferat?
“
“
“
Humidi morbi qui?

Adnata verò membrana vbi phlegmone laborat, ex accidente viſus actionẽ impedit.In chymoſi autem & pterygio,nõ ex accidenti ſed primaria ratione pupillam obtenebrat. Ad eundem modum magnæ palpebrarũ phlegmones , & qui in iis orti ſunt tumores præter naturam,vbi eo magnitudinis venerunt,vt pupillã obſcurent.Hæc itaque omnia aut non videndi,aut malè videndi ſunt cauſæ.

Adnatæ mẽbranæ ſymptomata.

COMMENTAR.

Adnatæ ſeu adhærentis tunicæ ſymptomatum cauſas poſtremo huius capitis loco Galenus percenſet.Huius quidem phlegmone,quæ Græcis ὀφθαλμία,Latinis lippitudo dicitur,ex accidẽti viſum impedit.Nã,vt dictum eſt cap.15. de morbo.diffe.lib. phlegmone eſt ſimilarium partium morbus,ex accidente autem,hoc eſt,ſecũdò, totius etiã

ὀφθαλμία.
Lippitudo.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 221 sur 637

©BIUM

oculi,quòd nimirum aliquam eiuſdem partem, tunicá ſcilicet adnatá occupet. Quẽ admodum igitur ex accidenti oculi eſt morbus,ita etiam ex accidente, & ſecundò,illius actionem viſúmve impedit. Neque enim cryſtallinus humor, primum viſus inſtrumentum,per ſe,& primò laborat,ſed particula potiùs quę illi vſum aliquem præſtat,vt loco iam citato copioſiùs demonſtrauimus. In chymoſi autem primaria ratione viſus læditur. Non eſt enim niſi vehemens adnatæ phlegmone, qua album oculi ſu prà nigrum attollitur,& palpebræ ita inuertuntur,vt vix oculos operiant. Ea itaq; primaria ratione,& nullo alio affectu interueniente,pupillam obſcurat. Ita quod in pterygio etiam accidere ſolet. Quippe neruoſæ membranæ eſt adnaſcentia,quæ ab angulo maiori orta,ad coronam vſque ſeu irim oculi progreditur. Aucta igitur pupillam tegit,atque adeò obtenebrat. Eadem ratione,primò nempe,& per ſe,magnę palpebrarum phlegmones,& alii tumores prẽter naturam in iis orti,viſum impediunt,eò quòd eo magnitudinis perueniant,vt pupillam iam obtenebrent,ac vitient.

Chymoſis.

Pterygium.

Palpebrarum phlegmones.

CAPVT III.

ATque de oculis hæc dixiſſe ſatis ſit. Etenim exẽpli magis cauſa,quàm vt ſingula particulatim perſequeremur,de ipſis ſermonẽ inſtituimus, quandoquidem mihi inſtitutum ſit,ad præſens per quàm generales ſermones methodum indicare,quâ vſus quiſpiam ſymptomatum cauſas inueniat. Quoniam verò nõ ſolùm methodos ipſas nouiſſe oportet, ſed etiã multifariam in particularibus exercitari,quod facere omnibus in promptu non eſt, ob id exercitationis modum nunc oculorum exemplo oſtendi. Eodem enim modo ad alias quoq; ſenſificas facultates peruenerit quiſpiã, ſi in ſingulis cõſiderauerit & primũ eius inſtrumentũ, & alias partes quæ vſum aliquem præbent, diſtinxeritque,ceu paulò antè dictum eſt,quinam ipſius facultatis laborantis ſint morbi, & quinam inſtrumentorum cuiuſque,per quos actionem lædi contingit.

COMMENTAR.

Quæ hactenus de oculis dicta ſunt,ad eam quæ de ſymptomatum cauſis eſt inſtituta tractationem ſufficere poſſe oſtendit. Nam oculi ceu familiari quodam exemplo,quo pacto in ſingulis aliis ſenſoriis ſymptomatum cauſæ inueniri poſsint perſpicuè admodum inſinuauit. Sed quum generalis methodus inueniendi ſymptomatum cauſas,nó niſi peritioribus ſatisfaciat,& præſtet multifariam in particularibus exercitari,ideò Galenus exercitandi etiã in reliquis ſenſoriis modũ oſtendere hoc loco non grauatur. In iis autem tribus hunc conſiſtere ait, vt in ſingulis ſenſoriis principiò quis conſideret quod ſit eius primuminſtrumẽtum,adeoque actionis opifex. Secundò, quæ ſint partes primo actionis inſtrumento vſum aliquem præſtantes. Prẽtereà vt diligenter aliquis conſideret qui ſint morbi primi ſenſus inſtrumenti,dein facultatis, & tertiò earũ quæ primo inſtrumẽto aliquem vſum præſtãt,vt præcedenti capite,oculi exemplo oſtenſum eſt parũ,vt mox aliorum ſenſoriorum exemplis planiſsimè demonſtrabitur.

Audiẽdi grauitas igitur,ſurditaſq;,aut ob auris particulã aliquã,aut ob neruũ à cerebro deſcẽdẽtẽ,aut ob cerebrũ ipſum in ea parte læſum vnde neruꝰ oritur, animali eueniũt. Quæ igitur in neruo & cerebro ſunt,haud aliter quàm in oculis,que verò in reliquis particulis ſunt, illis proportione quidẽ eueniũt, verùm non oĩno ſimiliter lædẽt. Quã enim in oculo rationẽ obtinet cryſtallinus humor,hãc habet in auribus,internus auditorij meatus finis,vbi dilatatũ neruũ attingit. Omnes verò quæ extra hũc in anfractu meatus ſunt partes, cryſtallino in oculo prius dictis par-

Senſorii auditus ſymptomata.

©BIUM

ctis partibus proportione reſpondent. Proinde harum partium morbi ab illis huc transferri conuenit. Quicunque enim ſimilarium ſunt partium, in intemperie, & continui ſolutione conſiſtunt. Qui verò meatus ipſius ſunt morbi, in abſtructionibus, ſiue propter tumorem aliquem præter naturam ipſarum partium obſtruẽtem meatum, vtputa abſceſſum, phlegmonen, ſcirrhum, & œdema: ſiue acquiſitum aliquem, in ſumma verò omnem præter naturam tumorem, fiãt, qualis in meatu ipſo ſæpe oritur, vel calloſo quopiam, vel carnoſo tuberculo, germineve illi innato. E numero eorum quæ meatum obſtruunt, ſordes etiam ſunt, quæ in auribus gigni conſueuerunt.

COMMENTAR.

Quod ſenſorij auditus ſymptomatum cauſas, eadem planè methodo, qua in oculis præcedenti capite inuenta ſunt, inquirere oporteat, hoc loco Galenus oſtendit. Omnia nanque proportione quadam iis quæ de oculis dicta ſunt, reſpondent. Audiendi enim gratuitas, ac ſurditas trifariam animali accidere ſolet, nempe propter aliquã particulam inſtrumento auditus vſum quendam præſtantem, aut propter neruum auditorium à cerebro in aures deſcendentem, aut propter cerebrum, ea parte qua neruus iam dictus oritur, læſum. In cerebro autem eueniunt octo intemperies, obſtructio, cõpreſsio, tumor præter naturam, & cõtinui ſolutio. In neruo itidem octo intemperies, cõpreſsio, obſtructio, & cõtinui ſolutio. Intẽperies, vt ſunt ſimilares, obſtructio, cõpreſſio, & tumor præter naturã, vt ſunt inſtrumentales. Cõtinui ſolutio, vt ſimilares & inſtrumentales ſunt. Id quod iis verbis innuere voluit Galenus: quæ igitur in neruo & cerebro ſunt ſymptomatũ cauſæ ſimiliter vt in oculis: quæ verò in reliquis auris particulis ſunt ſymptomatum cauſæ, proportione quidem illis quæ in oculis eueniunt, nõ tamen ſimiliter lædent. Plus enim noxæ afferunt morbi in cerebro & neruo cõſiſtentes, quàm qui in partibus aliis aurium neruo famulantes fiunt. Quæ autem ſit proportionis aurium ad oculos ratio, Galenus luculenter admodum monſtrat, inquiens. Quã rationem in oculo cryſtallinus humor obtinet, hãc in auribus interna auditorij meatus extremitas, vbi dilatatum neruum attingit, habet. Eſt autem humor cryſtallinus in oculo primum viſus inſtrumẽtum, erit igitur etiam in auribus interna auditorii meatus extremitas, primum auditus inſtrumentum. Quod vt planiùs intelligamus, ſciendũ erit, amplam quandam cauitatem oſsibus temporum, quæ quia petrę ſpeciem ac duritiem referunt, Græcis λιθοειδῆ, hoc eſt, petroſa ſeu lapidea ſunt nominata, auditus gratia opificem rerum inſculpſiſſe, quę tortuoſo foramine in capitis amplitudinem, cerebri ſedem, pertingit, ita vt non niſi rariſsimè impulſam tranſmittat ſetam. Neque id ſanè temerè, ſed maximum, Galeno lib. 8. de vſu par. cap. 6. atteſtante, ob vſum: nempe vt frigidi aëris integras, vires, quas ipſe ex recta irruptione erat habiturus, flexuum varietate ſenſim exolueret, aliorumq; corporum exiguorum impetum longè antè propulſaret. In hanc quidem amplitudinem capitis, quinti paris cerebri neruorum, Galeno etiam in libello de neruorum diſſectione ſubſcribente, alter neruus ſubintrat, inſigniori ſui portione cauitatem temporis oſsi inciſam membranę modo oblinit: non quidem vniuerſam, ſed quibuſdã tantùm ſedibus, quaſi ea nerui portio in plures diuideretur membranas. Quintum itaque hoc neruorum par, per foramen fertur impenſè tortuoſum, & priuatim, vt comprehenſum eſt, oſsi temporis inciſum, quouſque in cauitatem pertingat auditus organo pręparatam. Cauitas enim illa internum continet aërem, qui vocũ ad ſe delatas ſpecies excipit. Qua quidem parte hoc quintum neruorum par variæ diſcinditur, & propagines quaſdam, membranę modo dilatatas, huius cauitatis ſedibus offert, auditus organi non minimã conſtituens partem. Quod Galenus pulchrè in libello de neruorum diſſectione iis exprimere verbis voluit. Auditorius, inquit, neruus in priore

Grauitas ac ſurditas trifariam animali accidit.

Proportiõis aurium ad oculos ratio.

Auditorius. Oſſa λιθοειδῆ.

Foramen auditorij meatus cur tortuoſum?

Neruus auditorius.

Partes in anfractu meatus auditorij extrinſecus cõſiſtẽtes.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 223 sur 637

„ in priore magis parte ad auditus meatum emergens,vnà cum dura membrana in la-
„ titudinem ſe ſe effundens meatui leuiter obducitur. Quod etiam hoc loco ſignificare
„ voluit,vbi ait:internum auditorii meatus finem dilatatum neruum attingere. Porrò omnes quæ extrà hunc neruũ in anfractu meatus partes ſunt,cryſtallini in oculo priùs dictis partibus reſpondent.Quod eſt,partes in anfractu meatus extrinſecùs conſiſtentes,proportione partibus quæ cryſtallino aliquem præſtant vſum reſpõdent.Vt enim reliquæ omnes oculi partes cryſtallini gratia factæ ſunt, ita etiam hæ quæ extrinſecùs in meatus anfractu cõſiſtunt,dilatati nerui cauſa. Quare harum partium morbi, octo nimirum intemperies,obſtructio à tumoribus præter naturam,& continui ſolutio,ab illis huc transferendi ſunt,quemadmodum anteà monſtrauimus,& in contextu Galenus copioſiùs docet, vbi meatus auditorij morbos in obſtructionibus, ex tumoribus præter naturam natis,conſiſtere ait.Sæpe etiam obſtructio à calloſo quopiam,vel carnoſo germine,hoc eſt,tumore è corpore erumpente,in meatu fit auditorio.Ita nó rarò ſordes in auribus ſuprà modum coaceruatæ, obſtructionem in auditorio meatu procreant.

CAPVT IIII.

QVemadmodum igitur in iis,particularum conſtitutio ſymptomatum cauſas indicauit,ita & in lingua,& naribus oſtẽdet,ſi ſcilicet primam ſentiendi particulam, & alias quæ totum implent inſtrumentum nouerimus.Monſtratum enim eſt linguam eò quòd duabus facultatibus ſeruit,ei quæ ſentit, & ei quæ mouet, duas, quoque actiones habere. Nunc autem eam veluti ſentientem cõſideramus.Odoratus verò ſenſorium ipſos cerebri ventriculos eſſe demonſtrauimus.

Lingua duabus facultatibus inſeruit.

Odoratus ſenſorium.

COMMENTARIVS.

Cauſas ſymptomatum quæ in lingua ac naribus eueniunt, partium cõſtitutionem: perinde atq; in oculis & auribus,oſtẽdere hoc loco docet Galenus.Quare ſi prædictorum ſymptomatum cauſas methodo inuenire voluerimus,vt primum ſenſoriũ,itemq; reliquas partes quæ totum guſtandi & odorandi inſtrumentum complent,noſcamus, neceſſe eſt.Principiò itaque quæ ſint guſtus,& olfactus organa indicat.Et quòd ad guſtum attinet,eius organum eſſe linguam innuit.Nam,lingua duabus, ei nimirum quę ſentit,hoc eſt,guſtat ſapores:& ei quæ inter loquendum linguam mouet, facultatibus inſeruit.Quapropter duas etiam actiones,vnam ſcilicet ſentiendi, alteram verò mo-
„ uẽdi,obtinet.Quod lib.9.de vſu par.cap.8.& lib.16.cap.3.copioſè admodum demon-
„ ſtrauit Galenus,vbi ita ſcriptum reliquit. Linguæ natura duo neruorũ genera tribuit,
„ alterum molle,quo ipſa ſapores diiudicaret,alterum verò duorum,quo motus multos,
ac varios eſſet habitura.Habet verò lingua neruos à tertia coniugatione ortos. Siquidem maior portio craſsioris tertij paris neruorum radicis, vbi linguæ baſi committitur,cum alterius lateris neruo,linguæ tunicam efformat, aptũ ſaporibus dignoſcendis inſtrumentum.Dein etiam exiguos ſurculos penitius in linguę ſubſtantiam diſpenſet.Quum autem hîc linguam duntaxat vt eſt ſentiens,adeoque guſtus ſenſorium,conſideremus,de neruis qui huius motui famulãtur nihil dicemus,ſed potiùs ad odoratus ſenſorium veniemus,quod alibi eſſe cerebri ventriculos demonſtrauit Galenus. Ita e-
„ nim lib.8.de vſu par.cap.6.ſcriptum reliquit. Olfactus ſenſorium ſolum ex omnibus
„ intra cranium extitit,in ipſis anterioribus cerebri ventriculis, qui etiam vaporoſum
„ quendam ſpiritum continent. Idem etiam in libro cui titulum indidit de inſtrumento odoratus,& lib.3.de labo.lo.cap.vltimo affirmat. Quod tamẽ non ſic eſſe intelligẽdum cenſeo,quaſi Galenus ſimpliciter & præciſè olfactus organum in anterioribus cerebri ventriculis ſtatuerit,ſed quòd idipſum in extremitatibus eorundem ventricu-

Guſtus ſenſoriũ.

Olfactus ſenſorium.

Galeni locorum aliquot enarratio.

lorum

©BIUM

lorum esse constitutum voluerit. Nam ita seipsum lib. 7. de Hippo. & Plato. placitis in fine ferè, interpretatur, inquiens. Supereſt vnius olfactus instrumentum, quod non in narium meatibus sedem habet, vt plerique putant, sed in extremitatibus anteriorum cerebri ventriculorum, quo narium meatus pertingunt. ἀλλ' οἱ τοῖς πέρασι τῶν ἐμπροσθίων ἐγκεφάλου κοιλίων, εἰς ἃπερ ἀνήκουσι οἱ κατὰ τὼ ῥῖνα πόροι: qua maximè in parte vaporosos esse cerebri ventriculos constat. Nō puto autem extremitates aliàs insinuasse, nisi ex anteriori cerebri parte processus albicantes neruis similes, & caluariæ amplitudinem qua cerebrum continetur, notatu digna portione non egredientes. Nā si alias extremitates, siue tubercula cerebri ad frontis ossis sedem, versus superciliorum mediū protuberantia, vt plerique alij, intellexisset, haud adiecisset, qui ad narium meatus pertingunt. Prædicta enim tubercula ad meatus narium non peruenire, Sole clariùs est. Porrò hanc quam diximus esse Galeni sententiam satis etiam testantur ea quæ scribit *lib. 8.* de vsu par. cap. 6. vbi inter alia ita inquit. Facultatum alia odorum, alia saporum, alia colorum est diiudicatrix. Odorum quidem ab vtroq; cerebri ventriculi ad nares longus processus est, nihil ab ipsis ventriculis discrepans. Et lib. 11. eiusdem operis, cap. 12. vbi sic scriptum reliquit. Eius generis esse ostendimus, os olfactus instrumēto prępositum, quod ἠθμοειδές nuncupatur. Hæc ille. Si igitur olfactus instrumento ossa, latinis colatoria vocata, vt paulò post fusiùs monstrabimus, præposita sunt, quod Galenus hoc loco affirmat, consequitur hinc non simpliciter ac præcisè anteriores cerebri ventriculos, sed potiùs processus ex illis ventriculis natos, animalemq; spiritum ad narium fines deferentes, esse olfactus instrumenta. Hi enim processus vbi à cerebro abscedunt, neque amplius tenui membranæ connati, in suum singuli sinum, qui in octauo capitis osse priuatim parati sunt, porriguntur. Quippe pręsens os præter narium septū ab ipso eductum, olfactus organorum sedes constituit, & multis foraminulis odorum gratiâ, Galeno etiam lib. 8. de vsu par. cap. 6. & 7. teste, peruium est. Porrò hac quoque sede dura membrana, odoratus nomine multis, sed exiguis foraminibus peruia est: id quod clarissimè Galenus loco paulò antè citato in eum scribens modum significare voluit, inquiens. Quin & quæ sunt antè membranas ossa, admodum foraminulenta sunt, & cauernosa, quæ anatomicis à cribri colive similitudine, ἠθμοειδῆ nominātur. Satiùs autem fuisset ipsa nō magis ἠθμοειδῆ appellasse, quàm à spōgię similitudine σπογγοειδῆ, quemadmodum Hippocrates ea vocauit. Et ipsa dura membrana, quæ cerebrū contegit, hac sede instar cribri est perforata. Quæ singula à nobis ideò producuntur, vt hinc omnibus palàm fiat, Galenum non simpliciter anteriores cerebri ventriculos olfactus instrumenta appellasse. Nam idipsum absurditate non caruisset, quòd scilicet ita vnum atque idem esset principium, & instrumentum, & ista quidem ratione anteriores cerebri ventriculi non tantùm olfactus, sed etiam visus essent organa, quòd is etiam sensus ex illis ventriculis prodeat. Nunc quòd sit olfactus organum nos puto luculenter demonstrasse, atque id fortè copiosiùs, quàm præsentis operis ratio exigat. Tamen id temerè à nobis factum esse nemo puter. Quippe ista etiam ratione, philosophorum nostri temporis propè omnium ridiculam de olfactus instrumento opinionem detegere voluimus. Nam illi Aristotelis de anima placita enarrantes, olfactus organa esse duas caruncules cauas ac spongiosas, mammillarum capitibus papillisve similes, intra nares, vel in fine narium positas vno omnes ore, & constanter quidem, sed non sine magno errore, affirmant. Quippe hæc cerebri tubercula, quę quòd promineant, ac carnis instar rubeant, ab anatomicis mamillares cerebri processus appellantur, non intra nares, nec in fine narium sunt constituta, sed ad ossis frontis sedem, versus superciliorum medium pertingunt & protuberant, ideoq; olfactus instrumenta esse nequeunt. Vt non tantùm absurdas, sed & ridiculas planè philosophorum, quod diximus, de olfactus instrumento disputationes esse, hinc euidentissimum sit. Sed de iis satis.

Extremitates anteriorum cerebri ventriculorum.

Ossa ἠθμοειδῆ.

σπογγοειδῆ.

Philosophorum ridicula de olfactus organo sententia.

Gustandi sensus symptomata.

Gustandi igitur sensus symptomata sunt, tum nihil omnino sentire sapores, tum malè sentire. Quum verò malè, vt ostensum est, bifariam intelligatur, aliàs quum debiliter, aliàs quum deprauatè gustatur, quod quidem debiliter, in visu, hebetudini visionis, in auditu verò, grauitati auditus proportione respondet. Deprauatè autem, vbi colore, figura, magnitudine, vel situ mutata videntur, quod in auditu, deprauatus auditus nominatur. Porrò causæ prædictorum symptomatum sunt morbi, qui in gustandi tum actione, tum facultate incidunt, & in linguæ similari corpore. & in tunica quæ ipsam ambit, & in mollibus neruis, & in eo maximè cerebrè loco, vnde illi exoriuntur. Atque hi quidem omnium iam dictarum partium morbi manifesti sunt. Deprauate verò sapores sentire solet, quando alieno quopiam humore lingua fuerit imbuta, quo casu accidit vt omnia quæ gustauerit quis, vel salsa, vel amara esse, vel alium quempiam absurdum saporẽ, effabilem, aut ineffabilem habere videatur. Quemadmodum enim in suffusis visoria facultas foris se cernere ea quæ in oculo apparent iudicat: ita & gustandi facultas symptomata instrumẽtorum quæ in lingua sunt sensibilibus imputat. In ictericis quidem bilis amarorem, non linguæ, sed eorum quæ gustat, pathos esse suspicatur. Et in aliis quibusdam affectibus, salsuginem, aut acorem eduliis inesse imaginatur: adueniente scilicet extrinsecùs sensibili, vitiosum linguæ succum qui priùs quieuerat excitante mouenteq;, gustandi autem facultate non id quod aduenit, sed quod in lingua redundat sentiente. Atque euenit nõnunquam, sed raro, vt priusquam aliquid gustet, propter exquisitum gustandi sensum, succi linguam imbuentes sentiantur. Simile ei symptoma, quod in oculis vsu venire solet, quum in stomachis affectibus, aut suffusionis imaginatio incidit, aut sonitus in auribus, nullo extrinsecùs strepente, sed ipsa circa membranas motione imaginationem transmittente: vel odoris alicuius in naribus, ab iis qui illic continentur succis.

COMMENTAR.

Symptomata in gustandi sensu euenientia.

Monstratis anteà tum gustus, tum olfactus instrumentis, iam linguæ vt gustus proprij sensorij symptomatum causas, non sine optima methodo, inquirit. Ea verò duplicia esse dicit, vel enim omnino sapores non sentit lingua, vel malê sentit. Primum symptoma, gustus abolitus, alterũ, malus gustus nominatur. Quũ verò malè, vt cap. 3. libri de differ. sympto. monstratum est, bifariã interpretetur, pro eo quod est debiliter, vel deprauatè: in vniuersum tria in gustandi sensu erũt symptomata, nempe abolitus, debilis, & deprauatus gustus. Abolitus gustus in visu, cæcitati, in auditu, surditati proportione respondet. Debilis verò, in visu, hebitudini visionis, in auditu, grauitati, difficultatiue auditus. Deprauatus autem gustus visui respondet, qui circa colores, figuras, magnitudines, & situs fallitur. Quòd si auditus perperam de suis obiectis ac sensibus iudicat, παράκουσις Græcis, latinis deprauatus auditus appellatur. Animaduertendum verò hoc loco erit, vbi nos conuertimus situ, in græco Aldino codice esse χέσεσι, quæ sanè lectio Copo etiã occasionem præbuit vt habitu conuerterit. Sed falsam esse hanc Aldini codicis lectionem, atque pro χέσεσι substituẽdum esse θέσεσι, locus Galeni, qui est in lib. 7. de placitis Hippo. & Platonis, manifestissimè conuincit, vbi ita scriptum reliquit. Soli visui prẽter alia concessum est corporis colorati & situm, & distantiam:

εὐαίσθητος. Aldinus codex emendatus.

θέσιν

©BIUM

Ἕσιν καὶ διάϛημα insuper discernere, nullo alio sensu id valente. Neque enim auditus, neq; gustus, neq; olfactus, neq; tactus aliquod illorũ discernit. Propriũ itaq; visus obiectum seu sensile visus est situs, quòd scilicet à cęteris sensibus dignosci non possit. Sic etiam color, figura autem & magnitudo ex accidẽti vnà cum colore ab ipso visu percipiuntur. Ex accidente enim sentiuntur, Themistio libro. 2. de anima, cap. 21. teste, ea quæ quum per se sentiri non possunt, tamen dignoscuntur à sensibus, quia accidunt, & continentur in iis quæ per se sub sensum cadunt. Hinc rectissimè lib. 7. de Plato. & Hippocratis placitis in eum scribit modum Galenus. Color, inquit, oculi proprium sensile, eò quòd primùm & per se, & solus ex omnibus sensibus colorem percipit. Quo fit vt solus visus vnà cum colore rei visæ & magnitudinem, & figuram etiam percipiat. Magnitudo itaque & figura non sunt propria visus sensibilia, quia ab aliis etiam sensibus percipiuntur. Quippe calor corporis per se tactu dignoscitur, verùm quia huic etiam magnitudo & figura accidit, ideò magnitudinem & figuram tactus etiam, sed ex accidenti, percipit. Tactus autem propria sensilia non solùm primæ, verumetiam secundæ qualitates, duritia nimirum, mollities, densitas & raritas, sunt, quæ singulæ sub habitus nomine comprehenduntur, quemadmodum sect. 2. apho. commẽ. 54. abundè monstrauimus. Quum itaque habitus sit tactus proprium sensile, quo rogo pacto hîc à Galeno visui accommodari potuit? Legendum igitur Ἕσεσι, & non χέσεσι esse hinc omnibus fit manifestissimum. Cæterùm vt aliorum symptomatum causæ sunt morbi, ita etiam prædictorum causas esse constat morbos qui in gustandi tum facultate, tum actione, item lingua, & tunica quæ ipsam ambit: quam suprà ex neruo gustatorio tertij paris dilatato factam esse diximus: & in neruis mollioribus qui à tertio pari nascuntur, & in tunicã linguam comprehendentem, Galeno libro. 4. de labo. lo. cap. 2. & lib. 9. de vsu par. cap. 12. teste, dispersuntur, & in ea maximè cerebri sede, vnde prędicti exoriuntur nerui, cõsistunt. Atq; hi quidem omniũ iam dictarũ partiũ morbi manifesti sunt. Si enim in iis vt sunt similares cõsistunt, octo certè erunt intęperies. Si verò vt instrumentales cõpressio, obstructio & tumores præter naturam. Sin vt similares & instrumentales simul, solutio continui. Ac illi quidem morbi, vel omnino gustandi sensum abolent, aut difficilem reddunt. Porro lingua deprauatè sapores sentit, vbi quopiam alieno humore ipsa fuerit impleta. Tum enim omnia quæ gustantur vel salsa esse, vel amara, vel alium quendam absurdũ saporem prę se ferre videntur. Quod Hippocrates etiam non minus scitè quàm breuiter lib. 6. Epide. sect. 5. apho. 17. iis insinuare verbis voluit. Si, inquit, carnes gustanti salsæ sunt, redundantiam significant. Sic in ictero accidit, vt omnia quæ gustantur amara, etiamsi sunt dulcissima, esse putentur. Eius autem rei hęc est causa. Sensibile extrinsecus aduenies, vitiosum quo imbuta est lingua, succum qui priùs quieuerat mouet excitatq;, ideoque fit vt gustandi facultas non id quod aduenit, sed potiùs quod in lingua redundat, nempe biliosum succum, sentiat. Cæterum euenit interdum, raro tamen, vt priusquam aliquid gustemus, succi qui linguam imbuunt, sentiantur: idque propter exquisitum gustandi sensum. Atq; huic certè symptomati simile est quod in oculis accidere solet, quum in stomachicis affectibus, vt cap. 2. huius libri, & lib. 1. de lab. lo. cap. 2. dictum est, aut suffusionis symptomata incidunt, aut soni, nullo extrinsecùs strepente, in auribus, aut odoris alicuius in naribus, nullo extrinsecùs occurrente odorato, imaginatio incidit.

Situs proprium visus obiectum.

Ex accidẽte quæ sentiuntur.

Magnitudo & figura non sunt propria visus sensibilia.

Habitus.

Lingua quando deprauatè sapores sentit.

Hippocrates.

Sed quoniam nasi, qui duplici facultati, sicuti etiam lingua, subseruit, meminimus, nam & olfactus instrumẽtorum, ac respirationis veluti terminus quidam est, satiùs fuerit de hoc quoque sicut de prædictis disserere. Si enim morbus aliquis in eo acciderit qui meatum vitiet, aut deteriùs, aut omnino nõ odoratrix facultas sentiet odores. Si igitur vehementer sit contritus, aut polypo, aut alio quopiam tu-

Narium symptomata.

©BIUM

more præter naturam infeſtetur, meatum ſpiritus obſtruet. Atque huius generis eſt in ipſius interna membrana oborta phlegmone. Quinetiam quæ in aliqua parte oſſium colatoriorum, aut in iis quæ ibidem ſunt membranis, aut in ipſorum oſſium perforationibus obſtruunt, nam & hæc olfaciendi ſenſum lædunt: id verò multo magis ſi in proceſsibus cerebri, qui ad has partes perueniunt, fiant. At in deſtillationibus, & grauedinibus, & omnino in iis quibus ab æſtu ſolis, aut frigore, aut humore anteriores cerebri ventriculi oppleti ſunt, non ſolùm locorum qui illic ſunt obſtructio fit, ſed etiam ſpiritus ipſius qui in ventriculis eſt, adhæc cerebri quod hos ambit intemperies quædam ſequitur. Denique inſignes iam dictarũ partium tum compreſsiones, tum ſectiones, odorum vel difficilem ſenſionem efficiunt, vel omnino abolent. Deprauatus verò ac veluti errans ſenſus ibidem fit, ob vitioſum aliquem qui illic continetur ſuccum, qui fœdum odorem exhalans, vapores qui à vicinis corporibus ad olfactus facultatem aſcendunt, interturbat. Simile videtur quod huic facultati accidit ſymptoma, ei quod ictero laborantibus in guſtandi facultate accidere dictum eſt.

COMMENTAR.

Naſus duplici facultati ſeruit.

Narium aut quæ in olfactu accidunt ſymptomata, eadem planè methodo qua reliquorum ſenſuum colligit Galenus, nempe à læſa olfactus facultate, & primo eius inſtrumento, atque iis quæ huic vſum aliquem præſtant partibus. Naſus autem meritò veluti finis quidam inſtrumentorum olfactus, & reſpirationis eſt, duplici enim facultati, perinde atque lingua, ſubſeruit. Ofactui, quòd odores per naſum ad organa olfactus ferantur. Reſpirationi, quòd aër per nares primùm attractus, in fauces ducatur, hinc autem in laryngem, & per totam aſperam arteriam in frequentes ipſius per pulmonis ſubſtantiam propagatas ſoboles. Quum itaque naſus non tantùm reſpirationi, ſed & olfactui famuletur, neceſſe eſt vt ſi morbus in eo accidat qui meatùm eius vitiat,

Meat⁹ naſi quãdo obſtruitur?

aut deteriùs, aut omnino non odoratrix facultas ſentiat odores. Obſtruitur autem naſi meatus, ſi vehementer fuerit contritus, ita vt ſimus fiat. Item ſi polypo, aut alio tumore præter naturam infeſtetur. Ex genere eorum quæ meatum prædictum obſtruunt, eſt phlegmone, in interna ipſius membrana oborta. Lædunt etiã olfaciendi ſenſum quæcunque in aliqua parte oſsium colatoriorum, quæ foraminulenta ſunt, quemadmodum ſuprà diximus, aut in membranis ibi conſtitutis obſtruunt. Nam & hæc omnia obſtaculo ſunt, quo minus odores ad olfactus inſtrumentum peruenire poſsint. Multo autem magis olfaciẽdi facultas læditur, vbi obſtructiones fiunt in proceſsibus cerebri, qui ad iam dictas partes, nempe colatoria oſſa, & duram membranam illic perforatam, perueniunt. Et hinc etiam omnibus liquet, Galenum non ſimpliciter cerebri ventriculos anteriores olfactus conſtituere organa, ſed potius proceſſus illos qui ad oſſa colatoria, adeoque fines narium pertingunt. Cæterùm in deſtillationibus & grauedinibus, de quibus lib. 3. de ſympto. cauſis, cap. 4. copioſiùs dicemus, anteriores cerebri ventriculi oppleti ſunt, ideoque facultas etiam olfaciendi læditur. Tũ enim non naturalis ad ſinus organorum olfactus pituitæ defluxus fit. Id quod ex odorandi facultatis noxa, quæ tum incidit, omnibus fit perſpicuum. Qua de re lib. 8. de vſu par.

Quãdo cerebrũ nimia pituita vexatur, tum etiam ad olfactus organa pituitæ defluxus fit.

cap. 6. Galenus fuſiùs diſſerit. Opplentur etiam in æſtu ſolis, id enim ἔγκαυσις eſt, calor enim humorum copiam ad cerebrum allicit. In frigore deniq;, quòd comprimendo cerebrum, eius ventriculos humoribus implet. Prędicta autem mala non ſolùm locorum qui illic ſunt. verumetiam ſpiritus ipſius qui in cerebri ventriculis eſt, obſtructionem pariunt. Adhęc cerebri quod hos ventriculos ambit intemperiem procreant, vt

nihil

©BIUM

nihil mirum ſit cerebro,ſpiritibus,& aliis quę ibidem ſunt partibus lęſis,olfaciendi facultatem quoq; parum rectè ſuo fungi munere. Deniq; iam dictarum partiũ,naſi ſcilicet,cerebri,& eiuſdem ventriculorũ notatu dignæ cõpreſsiones,ac ſectiões,vel prorſus odorum ſenſionem abolent,aut ſaltem difficilem reddunt.Sectiones enim penitùs auferunt,cõpreſsiones autem difficilem reddunt. Atq; hæ quidem aboliti , & difficilis olfactus cauſæ ſunt.Cæterùm deprauatus olfactus fit propter vitioſum aliquẽ humorẽ illic cõtentum,qui fœdum exhalans odorem,vapores qui à vicinis corporibus ad olfaciendi facultatem feruntur,corrumpit ac interturbat,quemadmodum in ozæna accidit,quæ non eſt niſi profundum & putridum narium vlcus, è quo fætidus & ingratus exhalat odor,qui vapores à rebus etiam odoratiſsimis elatos corrũpit,& deprauat.

CAPVT V.

QVoniam verò de ſenſibus qui in propriis animantis particulis fiunt dictum eſt,de eo qui omnibus quomodolibet ſentientibus cõmunis eſt, quem tactum nominant,diſſeramus . Accidunt verò & huic proportione reliquorum ſenſuum ſymptomata.Vtitur aũt non propriis, ſed communibus appellationibus,ſicut etiam prædictorum aliqui . Neq; enim in guſtandi,neq; in olfaciendi facultate eſt amblyopia,id eſt,viſus hebetudo,cæcitas, & paroraſis,hoc eſt,deprauatus viſus:in audiendi verò barycoïa, id eſt, grauis auditio,& ſurditas,& paracuſis,paracoa,vel paracuſma, hoc eſt, deprauatus auditus.Nihil enim refert in præſentia quibus quis vti nominibus velit.

Tactus ſymptomata.

COMMENTAR.

Quũ abundè hactenus de iis ſenſibus qui in propriis animantis particulis fiunt,viſu nimirũ,qui in oculis,auditu qui in auribus,guſtu qui in lingua,olfactu qui in naribus, aut potiùs cerebri,quos capite præcedenti diximus,proceſsibus fit , diſputauerit Galenus:nunc de tactus ſenſu,qui ordine quintus,adeoq; poſtremus eſt , atq; omnibus quæ ſentiunt communis,aget.Docuit autem hunc ſenſum per vniuerſum corpus eſſe diffuſum,eiuſq; totum corpus eſſe particeps,vt ſcilicet omnes ictus,nimij tum caloris,tũ frigoris occurſum ſentiremus.Atq; hoc etiam nomine factum vt in vnaquaq; ſenſuũ ſede duplex inſit ſenſus.Vnus,qui propria ſenſibilia diſcernit. Alter tactus, qui tactui etiã propria ſẽſibilia dignoſcit.Vt oculo ineſt viſus,quo colores diſcernit,&tact⁹,quo calida & frigida deprehẽdit,ſed hæc quidẽ vt corpus,colores verò vt viſus. Eodẽ ſanè modo guſtus,& odoratus,atq; auditus,ſonos,odores,ac ſapores,vt proprij ſẽſus,calida verò & frigida,vt corpora,diſcernunt.Rectiſsimè itaq; à Galeno,& aliis philoſo.tactus oĩbus quæ ſentiũt cõmunis eſſe dicitur,quũ etiã reliquis quatuor ſenſoriis inſit.Cæterùm tactui proportione reliquorũ ſenſuũ accidunt ſymptomata tria,nimirũ,abolitus, difficilis imbecillúſve,& deprauatus tactus.Nõ poſſunt autẽ propriis appellationibus, ſed cõmunibus,quemadmodũ iã dictũ eſt,& in guſtandi olfaciendiq; facultate oſtẽdimus,efferri.In viſu quidẽ hæc ſymptomata propria ſunt ſortita nomina,cæcitatẽ,ἀμβλυωπίαν,& παρόρασιν.In auditu,ſurditatẽ,βαρυκοΐαν,& παράκουσιν,ἢ παρηκοΐαν,ἢ παράκουσμα,iſtis enim omnibus nominibus Græci deprauatũ auditũ ſignificare voluerũt.

Cur tactus ſẽſus per vniuerſum corpus diffuſus: In vnaquaq; ſenſuũ ſede duplex ineſt ſenſus.

παράκουσις· παρηκοὰ. παράκουσμα.

At hæmodiæ nomẽ,& ſymptoma tactricis facultatis peculiare eſt . Sed in ore ac dentibus potiſsimũ accidere cõſueuit, ob acidos acerboſq; cibos.Stupor verò ex ſentiẽdi mouendiq; difficultate cõpoſitus,in vniuerſo corpore & maximè artub⁹ manifeſtè à frigore,& cõpreſsione neruoſorũ corporũ euenit. Adhæc à torpedinis marini aũalis cõtactu.Si verò ſua ſpõte,nulla tali accidẽte cauſa,ciderit vita deſes,et ciborũ vel craſſorũ,vel lẽtorũ multitudo, vel ſolitæ excretiõis ſuppreſsio neceſ

Hæmodia.

Stupor.

Stuporis cauſę.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 229 sur 637

ſario anteceſsit. Igitur continua cauſa, aut continens, aut adhærens, aut quomodocunq; quiſpiam nominare velit, talis quiſpiam in neruo affectus eſt, vt facultatem illi à principe parte miſſam impedire poſsit. Impeditur aũt ſi quidem neruus meatu aliquo præditus ſit, veluti manifeſtè qui ad oculos perueniunt præditi eſſe cernuntur, vel propter obſtructionem, vel compreſsionem. Si verò meatum non habet, propter conſtrictionem, vel frigus, vel compreſsionem. Quum igitur meatum aliquem obtinet neruus, veluti viam à principe parte per neruum extenſam, quòd eo obſtructo facultas animalis impediatur, nemini non manifeſtum eſt. Quinetiã quòd compreſso extrinſicùs neruo, anguſtia aliqua in meatu contingat, neq; hoc in obſcuro eſt. Quod verò etſi nullus eſt meatus, ſed veluti per aquam, aérémue Solis radij tranſeunt, eodem modo facultas à principio per neruorum corpus ſi permeauerit, in tranſitu impediatur, ſi ipſi ad craſsiorem habitum fuerint permutati, neq; hoc pluribus argumẽtis probationibúsve egere mihi videtur, apud eum præſertim, qui recordatur eorũ quæ in aqua & aëre accidere ſolent. Quippe nebula, fumus, & nubes in aëre conſtituta, cœnum verò & limus in aqua, impediunt ac prohibent quo minus Solis ſplendor ſyncerus per ea feratur. Ad eũdem igitur modum, ſi neruus craſsior & durior ſeipſo ſit redditus, facultatis tranſitum prohibebit. Fit autẽ craſsior, ſi vel viſcidis craſsisq; ſuccis alatur, aut violento frigore conſtringatur. Si autem ab aliquo corpore duro extrinſecùs illi innitente comprimatur, ne ſic quidem expeditum facultati tranſitum præbebit. Huiuſmodi reddũtur nerui, qui vel funiculis, vel manibus conſtringuntur, & qui ab externo aliquo vel phlegmone, vel ſcirrho obſeſſo comprimuntur, & qui in luxationibus moris loco oſsibus, aut fracturis oſsium coarctantur.

COMMENTAR.

ἀιμωδία. Hæmodiæ, cuius tum nomen, tum ſymptoma ad ſolùm tactum pertinet, & ſtuporis cauſas hoc in loco explicat Galenus. Eſt autem Græcis ἀιμωδία nihil aliud, quam dentium ſtupor, quotidianum ſanè malum, quo ex acidorum, aut acerborum, præſertim non maturorum, pomorũ eſu dentes ſtupent, nec ſuo mandendi munere fũgi poſſunt.

Stupor. Stupor autẽ, Galeno lib. 2. de labo. lo. cap. 1. teſte, inſignis refrigeratio eſt, quæ partibus ſenſus, & motus difficultatem inducit. Quare rectiſsimè Galenus affectum eſſe ex ſentiendi, & mouendi difficultate compoſitum dixit. Differt ab hæmodia, quòd hæc in dentibus duntaxat, ille in toto corpore, in artubus, hoc eſt, extremis partibus corporis, præcipuè quæ Græcis κῶλα dicuntur accidit.

Artus. κῶλα. Cauſæ ſtuporis externæ. Cauſę autem ſtuporis ſunt refrigeratio, & neruoſorum corporum compreſsio. Vtraq; enim cauſa ſpiritus animalis delationẽ prohibet, hęc quidem comprimendo neruos, illa verò conſtringendo. Ita ſanè ab aẽre frigido, & graui aliquo pondere, vt quum crus vnũ alteri innititur, ſæpe ſtupor accidit.

Torpedinis vis & natura. Item à torpedinis contactu. Eſt enim torpedini piſci marino tanta ſtupefaciẽdi vis, vt hamo captus per ferrum, ſetam, & harundinem in piſcatorem ſui torporis naturã tráſferat. Hunc Ariſtoteles lib. 9. de hiſtoria animalium cap. 37. ea natura eſſe, vafroq; ingenio prodidit, vt piſces quos in eſcam appetit, ea ipſa quã in ſuo corpore cõtinet facultate torpendi afficiat, atq; ita ſtupore retardos capere, atq; iis veſci. Quod vt cõmodiùs aſſequatur, in arena ſe abdere, & limo, vt adnatantes qui obtorpuerunt piſces corripere queat. Plura de eo Plinius lib. 9. & 32. capitibus primis. Paulus Ioui. cap. 28. libri de Romanis piſcibus. Atq; hæ quidẽ tres ſunt ſtuporis cauſę externę. Ad internas aũt ſpectat

Interna.

vita

vita ignaua,& quæ in ſummo tranſigitur otio,ea enim crudorum humorum copiam, ſtuporem ſubinde generatium,procreare ſolet.Item lenti & craſsi humores qui ſpiritus animalis delationem,ſua obſtructione,impediunt.Preterea alicuius ſolitæ excretionis,menſium nimirum,hæmorrhoidum,vomitus, aut alui deiectionis ſuppreſsio. Tum enim ad neruoſa loca transferuntur ſuperuacua,quę ſtatis tęporibus antea ſunt vacuata.Proinde prędictorum affectuum aliquis in neruo,qui facultatem ſentiendi & mouendi à cerebro demiſſam impedire poteſt,vt Græci vocant συνέχον ἢ συνεκτικὸν, ἢ περοσεχὲς ἄλλον,id eſt,continens ſtuporis cauſa eſt, ita vt eo præſente neceſſe ſit adeſſe etiam ſtuporem,& eo ſublato ſimul etiam tolli ſtuporem.Et hunc quidem locum pro aſſerenda in morbis cauſa continente aduerſus me, in ſuis contentioſis ac maledicis diſputationibus,tanquam aheneum quendam murum Montuus produxit, atqui temerè,ac ridiculè.Conſtat enim ſtuporem eſſe ſymptoma,nō morbum,ideo nihil mirum ſi habeat affectum aliquem,qui illius ſit cōtinens cauſa. Iam enim ſæpe diximus, morbos ſymptomatum eſſe cauſas continentes.Quare non erat cur etiam ex eo loco ſibi victoriam polliceretur Valleriola,dum ait:Ex hoc loco cōſtare vel euidentiſsimè puto,continētem cauſam in pathematis morboſis aſsignare Galenū.Nam & nos fatemur pathemata quę morbos ſequuntur,ſicuti etiam alia omnia, habere cauſas continentes,quòd ſcilicet ſint ex numero eorum quæ eſſentiam in fieri obtinent.Cęterùm impeditur facultas ſentiendi ac mouendi in neruo qui cauitatem ſeu meatum obtinet, vt ſunt viſorij nominati,bifariam,nempe propter obſtructionem, & compreſsionem. Si verò meatum nullum obtinet neruus,trifariam impeditur, nimirum propter conſtrictionem, vel frigus,vel cōpreſsionem.Quòd autem omnia illa facultatem animalem impedire poſsint,notius eſt,quàm vt pluribus dici debeat.Sed hoc ſortaſsis facilè aliquis in neruis meatum obtinentibus conceſſerit, nequaquā autem in eo qui meatu deſtituitur.Quare Galenus longiùs huius rei cauſam exponere non grauatur,inquiēs. Si ſubſtantia nerui ad craſsiorem habitum permutatur, facultas à principe parte per nerui corpus permeare nequit.Id quod aquę & aëris exemplo clariſsimè mōſtrat.Nā vt ſolis ſplendores ac radij per aërem nebuloſum,aut nubibus obductum fumoq; obſcuratum,aut aquam cęno aut limo turbatam ob craſsius delationis medium,& ſplendori ſuſcipiendo ineptum tranſire nequeunt:ita etiam animalis facultas per neruum immodicè craſſum,ac durum permeare haud poteſt. Craſsior autem fit, vbi à craſsis ac lentis humoribus alitur,aut vbi à vehementi conſtringitur frigore.Non ſolùm autē à frigore conſtringitur neruus,verumetiam à rei duræ extrinſecùs aduenientę innixu, laqueo,manibus,vicinę alicuius partis phlegmone,ſcirrho,oſſe luxato, aut fracto, vt omnibus liquet.Quare non eſt cur longiores in iis explicandis nos eſſe oporteat, quū ex ſuperioribus nulli non perſpicuum ſit,omnia iam dicta arctiores neruos,quòd ſcilicet comprimant,& coarctent,reddere poſſe.

Montuus notatur.

Valleriola.

Facultas ſentiendi & mouendi quot modis impediatur?

Simile de aqua & aere.

Principiò quidem omnes ſtupidi fiunt,poſteà omnino & ſenſus,& motus expertes.Et nominatur huiuſmodi ipſorum vitium,reſolutio.Hæc quanquam in eodem quo ſtupor genere eſt,differt tamen magnitudine. Quòd ſi in omnibus neruis fiat,illico totum corpus & ſenſu & motu priuat.Celerem autem reſpirationis priuatione mortem infert. Si ſpinalis medullæ principium læditur, ſolis particulis quæ in capite ſunt,quoad vixerit homo,tum ſentit,tū mouetur. Quòd ſi verò cerebro noxa acciderit,in omnibus cōfeſtim partibus impotēs,inſenſilisq; efficitur. Vnit aūt vteruis horum tanto tempore, quāto viuerent qui laqueo ſtrāgulantur. Quibus verò ſpinalis medulla infra neruorū qui thoracē dilatāt extortū laborat, ſiue vertebra aliqua luxata,ſiue etiā alter,in magnis quidē affectibus,in partib⁹

Reſolutio.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 231 sur 637

inferioribus omnibus ſubitò & ſentiendi, & mouendi facultate priuantur. Si verò minores fuerint affectus, ſtupidi fiunt, non tamen moriuntur, propterea quòd reſpiratio illis ſeruatur. Quibus autem ſpinalis medulla iuxta quintam vertebrã laborat, eorum manus ſenſum omnem cum motu amittunt. Quibus verò circa ſextam, non omnes quippe primæ brachij partes illæſæ ſeruantur. Multò autem minus ſi circa ſeptimam vertebram laboret. Quòd ſi verò circa octauam, quàm minimùm læditur. Si autem quæ poſt hanc habetur, nullam penitùs noxam manus cõtrahent. At vero vox periit, quibus ſpinalis medulla in ceruice laborat, verùm id non in omnibus ſpinæ vertebris. Atqui quantũ noxæ ſingulæ afferant, in commentariis de voce eſt definitum. Nunc enim plura, quàm opus erat, dixiſſe mihi videor. Neque enim omnia particulatim in hoc opere ſymptomata perſequi propoſitũ eſt, ſed in generales cauſas referre. In vniuerſum igitur mihi de omni ſenſus læſione id ſit dictum. A quibus neruis, dum valent, ſingulis facultas ſuppeditatur, ab iiſdem dum laborant læduntur. Quòd ſi verò quis cuiuſq; nerui facultatem noſſe cupit, eorum qui ad reſpirationem conducunt, in libro qui de reſpirationis cauſis inſcribitur: eorum autem qui ad vocem, in opere de voce, facultas eſt enarrata. Hæc igitur alibi à nobis accuratiùs ſunt prodita. Neruos verò qui ceruici, capiti, abdomini, manibus & cruribus facultatem ſuppeditant, & alij quidam antè nos non incommodè ſcripſerunt, & nos de iis in libris de diſſectione adminiſtranda tractauimus. At in præſentia nobis de ſymptomatis quæ in ſenſu eueniunt, ſermo erit.

COMMENTAR.

Reſolutio. Quid ſit neruorum reſolutio, quæ Græcis παράλυσις dicitur, & à quibus cauſis oriatur, ac qua nã ratione à ſtupore diſtet, hîc perſpicuè Galenus oſtendit. Reſolutio enim non eſt niſi ſenſus & motus abolitio, differtque à ſtupore, magnitudine. Nam in hoc ipſo tantùm ſenſus & motus difficultas eſt. In reſolutione autem, horum omnimoda abolitio. Quæ ſi in omnibus pariter neruis accidit, confeſtim totum corpus ſenſu ac motu deſtituitur, vocaturque malum hoc, vt ſuprà quoq; dictum eſt, apoplexia. Hæc, quia reſpiratione priuat, celerrimam mortem affert. Porro ſi ſpinalis medullæ principium læditur, ſolis particulis quæ in capite ſunt, homo ille ſentit ac mouetur, quod tũ nullus ſeptem parium à cerebro originem ducẽtium neruorum lędatur. Manet igitur in partibus capitis ſenſus & motus integer, ac illæſus. Quod ſi autem cerebro noxa acciderit, tum omnes ex eo natos neruos lædi neceſſe eſt, ideoq; ſtatim in omnibus partibus impotens efficitur, hoc eſt, eas pro arbitrio mouere nequit, ſenſuque deſtituitur. Si verò ſpinalis medulla infra eorum qui thoracem dilatant neruorum exortum, eò quòd vertebra aliqua loco mota ſit, ſiue alia quadam ratione læditur: ſi affectus ipſi magni fuerint, cùm in partibus quæ infra hanc quæ offenſa eſt vertebram conſtituta ſunt, mouendi & ſentiendi facultas, atque reſpiratio ipſa, quòd thorax amplius dilatari nequeat, perit. Si autem minores ac mitiores fuerint affectus, ſtupore quidem corripiuntur, non tamen moriuntur, eò quòd illis reſpiratio illæſa ſeruetur. Quibus autem ſpinalis medulla iuxta quintam vertebram laborat, horum manus ſenſum omnem cum motu amittunt quòd ſcilicet à quinto pari neruorum, cui quinta ẽ ceruicis vertebris cum quarta viam præbet, item ſexto ſub quinta excidenti, & ſeptimo ex communi ſextæ & ſeptimæ verteberarum foramine prolabẽti, dein ab octauo

Apoplexia.

Impotens.

& nono,

©BIUM

& nono, ſeu primo ſecundoque thoracis paribus, omnes nerui, qui numero ſex ſunt, in manus pullulant. Sed de legitimo neruorum ortu nemo doctiùs ac meliùs noſtro Veſalio ſcripſit, ad huius igitur commentarios lectorem remitto. Porrò quibus ſpinalis medulla in ceruice laborat, iis vox perit, propterea quòd à ſexto & ſeptimo paribus neruorum è cerebro prodeuntiũ, magna portio ad laryngis, ſeu gutturis, quod primum vocis eſſe inſtrumentum conſtat, & linguæ muſculos deriuetur. Cæterũm ex vocalibus neruis, vt lib. 4. de labo. locis, cap. 7. & lib. 7. de vſu par. &. 16. Galenus atteſtatur, ſunt ij quos recurrentes vocant, qui & ipſi ſexti paris neruorum è cerebro ortorum pars ſunt. Reliqua nulla explicatione egent, quòd per ſe plana admodum ſint.

Andreas Veſalius.

Quoniam verò partes quæ volũtatis impetu per neruum aliquem mouentur, ipſæ proptinus per eundem ſenſum quoque obtinent, duplicem iis noxam in nerui illius morbo ſuccedere neceſſe eſt, alteram ſenſus, alteram motus. Quomodo igitur fit, vt nonnullæ partes motu voluntariarum actionum reſolutæ eſſe videntur, & tamen ſentire? Ac rurſus quomodo aliæ moueri videntur, non autem ſentire? In lingua quidem & oculis nulla eſt ambiguitas, propterea quòd hæc duplici neruorum genere participant. At in quibus membris duri duntaxat nerui ſunt, fermo ad hũc modum diſtinguendus erit. Si ablata cute ſubiectus muſculus qui nudus eſt, immobilis videatur, tangentes tamen ſentiat, exiguam ei noxam accidiſſe putandum eſt: nempe quòd tantam animalis facultatis partem ſuſceperit, quanta ad ſentiendum ſufficiat, ad mouendum verò muſculũ non ſufficiat. Quippe tangendi ſenſus in patiẽdo potiùs quàm agendo conſiſtit: proinde ab exigua facultate etiam perfici poteſt. Muſculorum autem motus quũ agendo, nõ patiendo actionis efficaciam habeat (totum enim corpus ab eo tranſfertur) multa indiget animali facultate. Contrà verò accidere nunquam deprehendes, vt nudus muſculus moueatur, ſed non ſentiat. Si verò ſuperiacens illi cutis ſenſum amittat, ipſe autẽ moueatur, nihil mirum videri debet. Veluti nec ſi duorum muſculorum alter moueatur, alter verò immobilis ſit, aut alter quidem ſentiat, alter verò ſenſum amiſerit. Quemadmodum enim in iis alterius læſum eſſe neruum, alterius autem illæſum licet: ita etiam fieri poteſt, vt is qui in cutem diſperſus eſt neruus ſit læſus, qui verò in muſculum, noxa vacet. Sic etiam contrà, vt cutis neruus illæſus ſit, muſculi autem lædatur. Atque hæc de propoſitis ſymptomatis dixiſſe ſatis ſit.

Cauſa cur interdum mot⁹ ſenſu retento abolentur, aut contrà motu ſeruato pereat ſenſus?

COMMENTARIVS.

Quæſtionem hoc loco in Scholis medicorum crebro agitatã Galenus tractat, nempe qui fiat, vt motus, ſenſu retento, abolentur ac pereat; aut contra, motu adhuc ſeruato, ſenſus pereat? Quam quidem quæſtionem ita explicat Galenus. Si, inquit, partes per vnum & eundem neruum, ſenſum & motum obtinent, neceſſe eſt vt illius nerui morbum, ſenſus ſimul & motus ſuccedat amiſsio. Si verò pars aliqua duplici neruorum genere eſt prædita, ita nimirum vt alius ſit qui illi motum, alius qui ſenſum ſuggerat neruus: veluti in inſtrumentis ſenſus quæ motu aguntur voluntario, qualia ſunt oculis, & lingua, accidit: in ea nulla eſt ambiguitas, ac perplexitas. Nam quum duplex neruorum genus ſibi vendicent, vnum quidem ſenſui, alterum verò motui, deſtinatum, priore quidem læſo, ſenſum: altero aũt motum perire neceſſe eſt. Duplex itaq; naturæ in digerendis neruis ſcopus eſt. Vnus, gratia ſenſus, alter occaſione motus. Prior mollis, alter autem durus exiſtit. Senſus igitur inſtrumenta, neruo molli indigent. Neruo

Qui fiat vt motus, ſenſu retento pereat, aut cõtrà, motu ſeruato, ſẽſus aboleatur?

Duplex naturæ in digerẽdis neruis ſcopus.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 233 sur 637

quidem,propterea quòd ſenſus inſtrumentum quodque ad ſuum munus obeundum multo animali ſpiritu indigeat.Molli autem,quoniã affici ac diſponi quodammodo, & pati aliquid ab extrinſecùs occurrente ſenſibili oporteat.Eſt enim ad patiendũ quidem aptius molle,ad agendum verò durum.Proinde vt ſenſus inſtrumẽta mollibus, ita cæteræ partes quas moueri neceſſe eſt durioribus donantur neruis. Hinc eſt quòd partibus quæ ſenſus inſtrumenta ſunt,& ſimul motu voluntario aguntur,maiores ac duriores nerui,quàm ad tactilium dignotionem egebãt inſerti ſunt. Reliquis aũt partibus ſenſu tactus duntaxat indigentibus,ex proportione molles,& graciles offerũtur.

Cur in cutẽ complures neruorũ ſurculi digeſti ſunt?

Quo nomine factum eſt vt in cutem,quòd prima extrinſecùs occurſantibus occurrat, complures neruorum ſurculi ac ſoboles paſsim digeſti ſint.Sed de iis ſatis.Cęterùm in iis membris,in quibus duri duntaxat nerui ſunt, Galenus ita eſſe diſtinguendũ putat. Si ablata cute ſubiectus muſculus, qui nudus eſt, immobilis apparet,tangentes autem ſentit,exigua illi noxa accidit.Nam tantum animalis facultatis ſuſcipit, quantum ad ſentiendum ſatis eſt,ad mouendum verò muſculum nequaquam. Quippe quũ tactus in patiendo,motus verò in agendo conſiſtat,plus facultatis ad muſculi motum,quàm ſenſum requiritur.Verùm quam hoc loco rationem affert Galenus, hanc lib.1. de affe. lo.cap.6.improbare videtur iis verbis.Orta eſt,inquit,inter medicos quęſtio,quiſnam ſit eiuſmodi neruorum affectus,vt per ipſum ſeruato eorum motu pereat ſenſus?Equidem idipſum dicebam,quod priores medici dicere ſolebant, quòd ſcilicet ſenſus patiendo,motus verò faciendo aliquid fiat. Quapropter vt quis moueatur opus eſt robore,ſed vt ſentiat,vel minima facultas ſufficit. Quicunque rectè me hunc dixiſſe ſermonem putarent,quid igitur,inquam,num vidiſtis aliquando cõtrà euenire, quàm vt ſeruato ſenſu periret motus? Tum cæteris ferè omnibus ſe nunq̃ conſpexiſſe dicentibus,vnus id confiteri audebat,& nomine laborantis citato,teſtes quoque adhibere pol licebatur.Quum verò hoc ſupradictis repugnare videretur,in partibus motis illis quidem,non verò ſentiẽtibus (etenim ꝙ ad hanc ſanè rationẽ pertinet, fieri haudquaquá poteſt,vt amiſſo ſenſu,motus à voluntatis imperio prodiens ſeruetur) rurſus orabant, vt cauſam explicarem,quamobrem vtraq; appareant:Hæc ille.E quibus verbis palàm omnibus fit,eam quàm hîc affert de agendo & patiendo rationem à Galeno loco iam producto diſertè improbari,vt hoc nomine neceſſe ſit ſibi Galenum in iis duobus locis ex diametro pugnare.Sed facilis eſt horum locorum conciliatio,modo vtrunque rectè expendas. In libris de laborantibus locis primo, & quarto, rationem hanc ſimpliciter prolatam damnat,vt quæ non valeat niſi in alteram partẽ,hoc eſt,tum ſolùm vbi motu abolito,ſenſus permanet,nequaquam autem vbi perdito ſenſu, motus manet.Hîc autem eandem probat,vtpotè non ſimpliciter prolatam,ſed ad nudum muſculum accommodatam.Hac ſanè ratione fieri nunquam poteſt, vt nudus muſculus moueatur,ſed non ſentiat. Si verò nudus non fuerit muſculus ſed cutis illi ſuperiacens adhuc adſit.Fieri poteſt vt is moueatur,nihil tamẽ ſentiat. Nam quia neruus qui ad cutem peruenit,laborat,qui verò in muſculum deriuatur illæſus manet,ideò ſenſus perit,motus verò manet,vt etiam lib.1.de labo.lo.cap.6.copioſiùs docet. Verùm hæc Galeni ratio non valet niſi in muſculo qui ſua adhuc tegitur cute,&nequaquam eo qui nudatus eſt.Ideoque paulò antè dixit Galenus,fieri non poſſe,vt nudus muſculus moueatur,& nõ ſentiat.Porrò quũ probabile ſit nullũ neruũ ſenſu tactus eſſe deſtitutum, ſi enim ad neruum motui deſtinatum tanta facultatis animalis copia delabitur, vt agere ac motum perficere poſsit,igitur etiam tanta,vt pati ac ſentire queat: neceſſe eſt vt vbi ſenſus integer adhuc eſt,ſublato tamen motu,aliam quæramus rationem, præſertim in muſculo nudato,quum nobis tum non liceat ad eam, qua Galenus viſus eſt, deflectere. Quippe motus, ad quem efficiendum maior facultas animalis requiritur, eſt amiſſus,& tamen manet ſenſus, qui minorem, vt fiat, facultatem expetit. Non inueniemus autem meliorem eâ, quam nobis neruorum ſeries, & muſculorum

Locorum Galeni prima facie pugnantium conciliatio.

Alia, meliorque explanatio.

natura

natura oſtendit. Ea verò eſt, vt dicamus ſenſum manere motu ſublato, vbi neruus muſculo ſuppeditans ſenſum illeſus eſt, alter autem qui motui deſtinatus eſt læditur: & contrà, motum manere ſenſu amiſſo, quando neruus ſenſum præbens offenditur, motum autem ſuppeditans, illeſus permanet. Quod exemplo vno demonſtraſſe ſatis ſit. Si quartus neruus eorum qui brachium ſubeunt, ac muſculis extenſioni minimi digiti & anularis extenſioni famulantibus ſurculos præbet, vulnere, aut alio affectu, nempe contuſione colliſionéve, aut alicuius humoris affluxui, ta vitiatus fuerit, vt animalis ſpiritus ab eo deduci non poſsit, quintus autem neruus ſuppeditans ſenſum illeſus ſit ac integer, tum prædictorum digitorum extenſio, atque adeò motus perit, illorum ſenſu manente integro. Rurſus ſi quartum neruum finxeris integrũ, quintum verò læſum, muſculorum digitos extendentium munus haud abolebitur, tamen paruus & anularis digiti ſtupeſcent, ſenſuque deſtituentur. Non eſt igitur neceſſe eò deflecti, quòd vis maior ad motum quàm ad ſenſum requiratur, ſed ortus neruorum, & inſertio eorundem medico quàm diligentiſsimè diſcenda erunt, ita enim non ſolùm aboliti motus, aut ſenſus cauſam proferre, verumetiam medicamenta neruis laborantibus commodè adhibere medicus ſciet. Qua quidem de re aliquot hiſtorias libro de laborantibus locis, capite ſexto, & libro quarto capite quinto, eaſque elegantes admodum, recitat Galenus.

CAPVT VI.

DElectatione igitur & dolore omnes ſenſus afficiũtur, nõ tamẽ æquè euidenter, ſed in ſenſu quidem viſus minimùm, in tactu verò ac guſtu maximè, ab iis deinceps in olfactu, & poſt hos, in auditu. Quænam igitur communis omnium cauſa, & quæ ſingulorum propria? Communis quidem eſt, quàm Plato in Timæo ita ſcribens affert. Quod præter naturã ac violentum eſt, ſi confertim in nobis fit, dolorificum in nobis pathos excitat. Quod verò ad naturam ſuam rurſus confertim redit, iucundum eſt. Quod verò ſenſim, & paulatim fit, ſenſu haud percipitur. Sic quidẽ Plato. Hippocrates autem eo vetuſtior. His inquit, quibus natura mutatur, ac corrumpitur, dolores excitantur. Hac enim voce, Corrumpitur, & celeritatem, & vehementiam mutationis indicat.

Omnes ſenſus delectatione & dolore afficiuntur.

COMMENTAR.

Omnes ſenſus dolore ac delectatione poſſe affici: quanquam non æquè euidenter: & quæ ſit eius rei cauſa communis, hoc loco Galenus ex Platone & Hippocrate oſtendit. Eſt autem delectatio ſenſus ſuauis, & naturæ gratus. Contrà dolor, ſenſus triſtis, & naturæ moleſtus. Vterq; igitur ſenſus in omnibus ſenſoriis accidit, diſsimiliter tamen. Nam in viſu minimùm, id enim ἴκνισα, Galeno metipſo libro ſecundo de vict. acut. morb. comm. decimonono teſte ſignificat: hoceſt, minùs quàm in reliquis ſenſibus accidunt delectatio, ac dolor: quòd ſcilicet vehementes illos repentinoſque motus, quibus & voluptas, & dolor excitatur, ob exactam ſuam naturam, ac tenuem eſſentiã non ſuſtineat. Tactus verò & guſtus, quòd craſsior ſit ſolidiorque horum inſtrumentorum eſſentia, delectationem & dolorem maximè ſentiunt. Mox ab iis duobus ſenſibus olfactus, & poſtremùm auditus. Habent autem delectatio & dolor duplicẽ cauſam, vnã communem, alteram propriam. Communem ex Platone & Hippocrate, vt dictũ eſt, monſtrat. Sic enim Plato in Timæo ſcriptũ reliquit. Quicquid corpus noſtrum ê ſuo ſtatu naturali violenter ac confertim mutat, id dolorem concitat. Quicquid verò cõtrà ad naturalem habitum confertim redit, iucundum ac ſuaue exiſtit, delectationémque parit. De Platonis itaque ſententia communis omnis doloris cauſa, eſt violenta, &

Delectatio. Dolor.

ἴκνισα.

Duplex delectationis & doloris cauſa. Communis.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 235 sur 637

©BIUM

confertim facta à naturali ſtatu mutatio. Contrà delectationis cauſa communis eſt, à non naturali ad naturalem ſtatum confertim factus reditus. Hippocrates etiam, qui Platone vetuſtior eſt: vtpote qui Artaxerxis longimani Perſarum regis tempore, annis ante Chriſtū ſeruatorem noſtrum. 448, vixerit, quo etiam tempore Herodotum, & Thucididem hiſtoricos floruiſſe conſtat. Plato autem Artaxerxis ſecundi, qui cognomento Memnon dictus eſt, tempore vixit, annis poſt Hippocratem propemodum quinquaginta: Platonis de communi cauſa doloris ſententiam confirmat, quum in libro de homine in eum ſcribit modum. His quibus natura mutatur, & corrumpitur, dolores excitantur. Scitè enim, & ſuo ſanè more breuiter, omnē doloris cauſam hac vna voce, corrumpitur, complexus eſt. Nam naturam noſtram quæ lento gradu & paulatim ſui ſenſum excitant, corrumpere nequeunt. Alterare quidem & extra naturale temperamentum ducere poſſunt, euertere autem, & corrumpere nequaquam. At quæ violenter ac confertim incidunt, ea certè naturam noſtram corrumpere, adeoque dolorem inferre ſolent. Nihil enim citra dolorem corrumpitur. Voce igitur, corrumpitur, quod hic etiam Galenus monuit, vehementiam ac celeritatem, quę ad doloris generationem requiruntur, indicare voluit Hippocrates.

Hippocrates quo tempore vixerit.

Plato.

Vehemētium in tactu dolorum cauſæ.

Porrò magnæ in tactu à natura eueniunt mutationes, à frigidi, calidique violento occurſu. Præterea ab ijs quæ contundere, ſecare, extendere, aut erodere ſolent. Nam humidum & ſiccum, ſine calore & frigore, occurſum violentia carentem obtinent. Id quod diſces, ſi opus de ſimplicibus medicamentis leges. Ibidē enim demonſtratum eſt frigus alia quàm calidum ratione delectare: ipſum tamen eò quòd ſubſtantiam diuellit, dolorem excitat. Videntur autem ea quæ contendunt, & tendunt, eò quòd corporibus rupturæ periculum afferunt, dolorum cauſæ eſſe: quemadmodum etiam quæ pungunt, & quæ ſecant. Neque enim poſtquàm aliquid ſectum, & ruptum eſt, dolorem infert, ſed dum fiunt omnia huiuſmodi dolorum cauſæ euadunt: niſi ex accidenti eos qui ſic laborāt dolor ſequatur, aliàs quidem acribus humoribus vlceratum corpus mordentibus, aliàs phlegmone ſuperueniente, quæ ipſa vndiquaque partem diſtendendo, dolorem efficit. Non rarò etiā propter immodicum calorem, aut humorum acrimoniam, dolor excitatur.

COMMENTAR.

Vehementiū dolorū in tactu propriæ cauſæ.

Expeditis communibus doloris cauſis, ad proprias venit, & primùm quæ ſint in tactu vehementium dolorum, magnarumque à naturali habitu mutationum ac euerſionum propriæ cauſæ oſtendit. Prima autem cauſa propria eſt, calidi & frigidi violentus occurſus. Has enim qualitates vehementer alterare omnibus in confeſſo eſt, quòd ſcilicet, Ariſtotele etiam libro quarto Meteo. cap. 1, & Galeno cap. 4. libri de inæquali intemperie teſtibus, ſint longè efficaciſsimæ, & ad agendum maximè idoneæ. Quum itaque calidum & frigidum confertim & violenter alterent, nihil mirum ſi dolorem excitent, vt lib. 12. the. metho. cap. 7. Galenus etiam docet. Secundò inferunt dolorem ea quæ contundunt, ſecant, extendunt, & erodunt, quod experientia quoque ipſa teſtatur, vt multa comprobatione non ſit opus. Cæterùm num humiditas & ſiccitas dolorem inferant, à multis in dubium vocatur. Facilis autem & expedita eſt, de Ariſtotelis & aliorum philoſophorum, qui has duas qualitates omnis actionis eſſe expertes, &, vt ita dicam, paſsiuas prorſus ſtatuunt, ſententia ad hanc quæſtionem reſpōſio. Nam ii planè nullum poſſe excitare dolorem reſpondebūt, quòd ſcilicet ad huius procreationem opus ſit aliquo, quod violenter ac confertim alteret, quale nec humidum, nec frigidum exiſtit. Nec diuerſum Galenus & alii medici, qui iis duabus qualitatibus non

An humiditas & ſiccitas dolorem excitent?

omnem

©BIUM

omnem prorſus agendi vim adimunt,ſed minus tantùm quàm calidum & frigidum, agere affirmant,ad prædictam quæſtionem reſpondebunt.Quum enim nulla res, niſi occurſus eius ſit violentus,ac confertim factus, vt dictum eſt, dolorem inferre poſsit, humiditas autem & ſiccitas nullam vim,ſeu violentã moleſtamque ſenſionem in corporibus ſenſu præditis efficere queant:quòd ſcilicet imbellior eorundem ſit actio,atq; ſenſim irrepens alteratio, atque adeò ad patiendum magis quàm agendum ſint appoſitę:ideò nullum,quum nudę ſunt,excitare dolorem poſſunt.Non autem temerè adiectum à nobis eſt,quum nudæ fuerint: quippe ſi affluxu alicuius humoris comitatæ partem aliquam obſederint, tum ex accidente, nempe implendo, diſtendendo, & inflammando dolorem concitare poſſunt.Quocirca idipſum non humiditati,aut ſiccitati per ſe,ſed humori iiſdem qualitatibus prædito adſcribendum erit. Verum hîc fortaſsis quiſpiam nobis aduerſabitur,Galenique aliquot obtrudet loca, in quibus ille ab humido & ſicco corpora diſertè alterari & corrumpi fatetur, atque illic quidem, vbi doloris cauſas ex profeſso tractat.Horum certè primus eſt in cap.quarto libri de inæquali intemperie,vbi in hunc modum ſcriptum reliquit. Alteratur autem & corrumpitur natura,quum vel calefit,vel frigefit, vel ſiccatur, vel humefit,vel eius vnitas ſoluitur.Alter locus eſt in cap.8o.artis medicæ,vbi ita ſcribit. Alteratur verò ſubſtantia à caliditate,frigiditate, humiditate, ſiccitate. Huic verò in eum qui ſequitur modum reſpondendum erit.Aliquid bifariam alteratur, primò quidem violẽter & confertim, ſecundò autem lento gradu,ac ſenſim. Quare diligenter admodum conſiderandum erit, à quibus qualitatibus vtraque alteratio fiat. Nam ea quæ violenter ac confertim alterat,atque adeò corrumpit ac dolorem infert,à calido & frigido dũtaxat fit. Altera verò quæ citra violentiam & ſenſim alterat,adeoque nec dolorem excitat,nec corrumpit,ab humido & ſicco.Quapropter vt diuerſitatem hanc innueret Galenus dixit,alteratur,& corrumpitur.Alteratur ſcilicet quum ſiccatur vel humefit,corrumpitur autẽ, quum calefit,vel frigefit.Atque hinc eſt etiam,quòd lib.12.the.metho.cap.7. has alterationes diſtinguere volens Galenus, doloris cauſas in violentum ac repentinum tantùm calorem & frigus,altera oppoſitione omnino præterita reiiciat. Quid multa? etſi humiditas & ſiccitas non omnino actionis expertes ſint,ſed in ſeinuicem, vt idipſum lib.1.de elementis Galenus copioſè admodum oſtendit,agant,& pro ſui ratione variè corpora immutent,tamen non ita violenter & confertim mutant, & alterant, vt corrumpant ac dolorem inferant.Doloris itaque generatio ac corruptio,ſolius ſunt caloris,ac frigoris.Atqui hîc rurſus inſtabit,& contra ea quæ iam diximus,alium Galeni locum ex lib.2.de victu acut.morbo. comm.1. proferet, in quo humiditatem ac ſiccitatem confertim etiam,perinde atque caliditatem & ſiccitatem, alterare diſertè affirmat.Verba illius hęc ſunt. Alterãtur autem confertim ab efficiẽtibus qualitatibus quũ & calefiunt,& refrigerantur,& ſiccantur,& humectantur. Facilè verò quod obiectum eſt diluitur,ſi dicas Galenum in loco iam producto non de nudis loqui qualitatibus, ſed iis quæ ſunt cum alicuius ſubſtantię affluxu. Ibidem nanque de pleuritide,ſiue coſtas ſuccingentis membranæ phlegmone agit,quæ è nuda qualitate non fit,ſed fluxionis humoris ſoboles eſt. Prædictas autem duas qualitates cum humoris alicuius affluxu,inferre poſſe dolores,paulò antè eſt à nobis conceſſum. Quanquã propriè loquendo doloris cauſa non qualitatibus,ſed humoribus potiùs iis qualitatibus præditis adſcribenda erit.Sed iterum quæ diximus oppugnare perget,alium nobis Galeni locum ex lib.2.de compo.medica.localium cap.1.obiiciens, vbi manifeſtè mediocres dolores ex ſiccitate fieri teſtatur, Ait enim mediocres dolores ex ſiccitate proueniunt, humiditates nullus dolor comitatur.Loquitur autem,vt è contextu verborum omnibus palam fit,de nudis & non de iis quę cum affluxu ſubſtantiæ ſunt qualitatibus,vt planè nullus relictus ſit effugiendi locus.Cui ita reſpondendum venit, Galenum iam citatis verbis, quę inter ſiccitatem & humiditatem,quatenus ad earundem actiones pertinet,

Obiectionem. 1 » » 2 » Solutio. Aliquid bifariam alteratur. Alia obiectio. Reſponſio. » » Obiectio. » » Reſponſio.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 237 sur 637

eſt differentia, indicare voluiſſe. Nam quum illæ has etiam inter efficientes, ſecus ac Ariſtoteles, qualitates numeret, neque ipſis omnem prorſus agẽdi facultatem adimat, tamen inter ſe quoque illas hac ratione differre ait, quòd ſiccitas magis, quàm humiditas ſit efficiens. Proinde hanc nullum omnino poſſe inferre dolorẽ, illam verò mediocrem aſſerit. Neque id etiam ſemper, ſed tum ſolùm, quum immodica eſt. Quantiſper enim exigua eſt, tantiſper propter modicam ſuam actionem dolorem excitare nõ poteſt. Vt igitur dolorem inferat, immodica ſit, oportet. Excitat autem tum dolorem, verùm non primò & per ſe, ſed ex accidenti, quia ſcilicet immodicam ſiccitatem, partium tenſio comitatur, quæ continui ſolutionem, atque adeò dolorem efficere poteſt. Quòd luculenter admodum libro duodecimo therapeuticæ methodi capite ſeptimo, Gàlenus, iis confirmat verbis, Ergo, inquit, quum nihil extrinſecùs ſit, « quod vel diſtendat, vel grauet, vel erodat, ſed ex ipſo horum aliquod corpus ſentiat, neminem latere poteſt, diſtentionem ab aliqua intrinſecùs ſubſtantia, quæ « multitudine ſua corpus ſe continens diſtendat, aut immodica ſiccitate prouenire. Hæc ille. Prætereà vbi immodica eſt, ibi calor vel frigus cõiungatur neceſſe eſt, veluti teſtatur idem Galenus, qui libro ſeptimo therapeuticæ methodi capite ſexto, ſic ſcribit. Scire autem licet ſolidorum corporum ſiccitatibus, ſi perdurent, ſuccedere neceſſariò frigiditatem. Quippe permanere ipſa per ſe, non mutata oppoſitione quæ ex calido, & frigido conſiſtit, non poteſt. Quapropter ſi ſiccitas, vbi vel frigiditati, vel caliditati coniungitur dolorem infert, idipſum non ſui ratione, ſed caloris potius, aut frigoris accidit. Si enim frigus illi coniungitur, tunc contrahendo, & diuellendo ſubſtãtiam, infert dolorẽ. Sin calor, ſecando, dirimendo, & iuidẽdo ac erodendo, dolorẽ concitat. Magna autem ex parte ſiccitati calor adhæret. Hinc eſt quòd Galenus libro 5. de ſimpl. medic. facul. cap. vltimo ſcriptum reliquerit, nullum eſſe medicamentum ſimplex quòd quarto ordine exiccet, quin idem etiam deũrat. Quod enim ſummè deſiccat, id etiam omnino deũrit. Proinde quum loco paulò antè citato Galenus mediocrẽ dolorem à nuda ſiccitate tradit, de immodica, adeoq; ea cui ſubinde calor, aut frigus coniungitur, loquitur. Veriſimum igitur eſt quod hìc ait, humiditatem ſiccitatemque niſi calori aut frigori coniuncta ſint, dolorem creare non poſſe. Atque hæc de præſenti quæſtione dixiſſe ſatis ſit. Cæterùm quòd frigus aliter ac calor delectationẽ inducat, libro quarto. de ſimpli. medica. facul. cap. primo, Galenus demonſtrauit. Quippe modicè frigidum eò quòd cogit, contrahit, & condenſat, nondum autem conuellit, moleſtum non eſt, ſed amicum & iucundum. Calidum verò, quia id quod in corpore noſtro concretum fuit, liquat, voluptatem parit. Contrà frigidum diuellendo moleſtum eſt, & mordax. Calidũ autem diſſoluendo ac diſpergendo ſubſtantiam, erodendoque id quod continuum eſt, moleſtum ac mordax efficitur. Porrò quæ contendũt, & tendunt ideò dolorem excitant, quia corporibus rupturæ periculũ afferunt, adeoq; continuum ſoluunt. Quo nomine ea etiam quæ pungunt, & ſecant dolorem inferre ſolent. Hæc autem omnia nò inferunt dolorem, niſi dum fiunt, dum enim facta ſunt, nequaquam dolorem inferunt, niſi ex accidente, vbi ſcilicet acres humores ad locum vulneratum, aut exulceratum confluentes illum mordent, aut vbi phlegmone ſuccedens, vndiquaque diſtendendo partem, dolorem efficit. Nam tum non ruptionis, aut ſectionis ratione, ſed humorum potiùs, & phlegmones, dolor excitatur. Cæterùm hoc loco Valleriola quærit, num dolor poſsit eſſe morbus, ac prolixè admodum aduerſus Apponenſem, quem conciliatorem vocant, diſputat, dolorem perpetuò inter ſymptomata eſſe reponendum, occaſione è præſenti Galeni loco ſumpta, vbi dolorem in motu, & alteratione conſiſtere, aut in ipſo, vt ſic dicam, fieri. Morbus enim eſt affectus, & permanentem habet eſſentiam quod dolori haud cõuenit. Atqui ex iſta difficultate ſe quiſpiam facilè explicabit, ſi de nomine doloris diſtinxerit. Dolor ſiquidem bifariam accipitur, vt ſectione ſecunda, apho. comm. ſexto etiam diximus. Primò pro affectu, qui

Siccitas non per ſe, ſed ex accidẽti dolorẽ excitat.

Frigidũ quo pacto delectationẽ inducat, & dolorem? Calidum.

Num dolor ſit morbus an ſymptoma?

©BIUM

qui dolorem efficit. Quo quidé in ſignificatu aliquoties ab Hippocrate ſumitur, præſertim libro ſexto Epide. ſectione prima apho. ſeptimo vbi ait. In Cranone vetuſti dolores frigidi. Hac quidem ratione, dolor eſt morbus, quia ſignificat affectum inferentem dolorem. Huc reſpiciens Galenus libro ſecundo the. metho. capite ſecundo, Cephalalgiam, inter morbos, qui nomen à læſa parte, & ſymptomate, ſibi impoſitum habent, recenſet. Secundò, pro moleſto, triſti, laborioſóue ſenſu, qui ex violenta & repentina alteratione, ac diuiſione, & ſeparatione vniti corporis accidit. Qua quidem in ſignificatione hîc à Galeno vſurpata vox eſt. Et tum ſanè perpetuò eſt ſymptoma, quòd ipſius eſſentia in ipſo alterari, & moueri conſiſtat, & affectum ſequatur. Præterea ſit dolor propter immodicum calorem, qui violenter & confertim alterando, vt dictum eſt, dolorem creat. Humorum denique acrimoniam dolorem inferre notius eſt quàm vt pluribus demonſtrari debeat, præſertim quum idipſum fuſiùs libro ſecundo de labor. locis capite primo Galenus docuerit. Num dolor ſit morbus an ſymptoma?

Diuellitur autem & guſtus inſtrumentum, quatenus tactu participat, à iam dictis cauſis. Quatenus verò guſtus proprium eſt, ab amaris, acidis, acerbis, & acribus: quandoquidem horum ſingula, vt demonſtratum eſt, continuum diuellũt. Infeſtant quoque olfactũ qui à prædictis ſuccis exhalant vapores, propterea quòd hi quoque continuum diuellunt. Auditum verò contriſtant, vox aſpera, & maxima, & celerrima. Quæ quum omnia in terribiliſsimo tonitru coëant, nonnulli auditus ſenſu omnino ſunt priuati, eò quòd ſoni violentiâ ipſius inſtrumentum diuellatur. Quinetiam viſum maximi ſplendores, quòd plurimùm diſcriminent ſecernántue, offendunt, & corrumpunt. Atqui ipſa ſecretio ex diuidentium etiam genere eſt, In omnibus autem ſenſibus commune infeſtans pathema ex ſecretione, ac diuiſione continui vnitique corporis excitatur, vbi confertim incidit. Vocо autem confertim, quod vehemens, & repentinum eſt. Hoc Plato quoq; volebat, vbi dixit, moleſtum ſenſum in corporibus ſenſu præditis à compoſito ex violento, ſimul & conferto pathemate incidente, fieri. Nec refert ſiue triſtantem, ſiue cruciantẽ, ſiue laborioſum, ſiue dolorificum appelles. Atqui perſpicuũ eſt, Platonem ipſum pro eadẽ re dictis nominibus omnibus promiſcuè vſum, & in Timæo, & in Philebo præterea in aliis libris, ſicubi de ipſis ſermo incidit. Quòd autem Hippocrates eiuſdem tum in nominibus ipſis, tum rebus ſit ſententiæ, & ex paulò ante dictis, & ex ijs quæ in omnibus ſuis libris ſcripta ſunt, manifeſtum eſt. Quæ guſtũ infeſtent? Olfactum? Auditum? Confertim. Triſtans, cruciãs, laborioſum, & dolorificum idẽ ſignificant.

COMMENTAR.

Monſtratis iis quæ tactus ſenſum infeſtant, nunc quę guſtum, ac reliquos ſenſus moleſtant ac contriſtant oſtendere Galenus pergit, & quòd vnum commune in omnibus ſenſibus pathos moleſtans deprehendatur, quod in continui diuiſione corporis conſiſtat, luculentiſsimè demonſtrat. Cæterùm quum guſtus inſtrumentum, hoc eſt, lingua, bifariam conſideretur, vno modo vt tactu participat, altero verò vt proprium eſt guſtus inſtrumentum: prima quidem ratione à paulò antè dictis cauſis, nempe intemperie, & continui ſolutione diuellitur. Altera verò ratione ab amaris, acidis, acerbis, & acribus moleſtatur guſtus, quòd & hæc ipſa continuitatẽ diſtrahant, ac diuidãt. Nam quum longiſsimo quodam à temperie exceſſu recedant, vt lib. quarto de ſimpl. medica. facul. Galenus diſusè docet, violenter, ac confertim alteret neceſſe eſt. Si violenter ac confertim alterant, dolorem etiam inferant, vt ex iis quæ præceſſerunt patet, oportet. Si dolorem inferunt, moleſtent quoq; neceſſarium eſt. Quòd etiam hinc ma- Guſtus inſtrumẽtum bifariã conſideratur.

nifeſtum fit. Si enim quæ temperata ſunt, naturæ familiaria, & grata admodum eſſe ſolent, contrà quæ intemperata ſunt, ac commoderationis normam egreſſa, moleſtiam exhibeant, oportet. Minimè igitur mirum eſt, ſi ab iis, vtpote linguę temperiem euertentibus, & ſubſtantiæ eius continuitatem diuellentibus guſtus infeſtetur. Quippe acida mordicant, citra tamen caliditatem, Galeno etiam libro primo de ſimpl. medic. facul. capite. 37. & libro quarto, capite ſexto autore. Incîdunt etiam, extenuant, & diuidunt, eodem Galeno libro quinto de ſimpl. medic. facul. capite viceſimo quinto teſte. Diuidendo itaque, ac mordicando linguæ continuitatem diuellunt, adeoque dolorem excitant. Amara, Galeno iiſdem in locis atteſtante, multùm detergent, moleſtè exaſperant, & incîdunt. Exaſperando igitur ac incidendo continuitatem ſoluunt. Acerba, vt idem iiſdem in locis autor eſt Galenus, validè & inæqualiter exiccant, & in multâ vſq; profunditatem exaſperant, atque veluti erodunt. Contrahendo itaque, & exaſperando continuum ſoluunt. Acria cum valido quodã calore mordicant, ac rodunt, adeoq; continuum ſoluunt. Atque hactenus de ſaporibus, qui guſtum contriſtant. Olfactum moleſtant qui à prædictis ſuccis reſoluuntur vapores, quòd ipſi quoque, ob dictas iam cauſas continuum diuellant. Auditum turbant & contriſtant vox aſpera, & maxima, & celerrima. Quæ quum omnia tria in horrendiſsimo tonitru concurrãt, ideò quidam auditus ſenſu omnino priuati ſunt. Soni nanque violentia, auditus inſtrumentum diuulſum eſt. Viſum, maximi ſplendores, quòd plurimum diſcriminent ac ſeparent, offendunt. Eſt enim ſecretio etiam ex eorum quæ diuidunt numero. Vt hinc omnibus conſter, eſſe commune aliquod infeſtans pathema, in omnibus quinque ſenſibus, quòd ex continui vnitiq; corporis diuiſione, ac ſecretione excitatur, vbi ſcilicet confertim incidit. hoc eſt, vehemens ac repentinum eſt. Id quod etiam Platonis & Hippocratis verba ſuprà citata ſatis demõſtrant, in quibus moleſtum ſenſum ſiue dolorem, à pathemate violento, ac repentino fieri teſtantur. Quinetiam Ariſtoteles libro ſecũdo de anima capite 12. iam dictis ſubſcribit, dum excellens ſenſibile omne, ſenſorium corrũpere dicit. Fieri enim non poteſt, quũ vehemẽtes omnes, ac derepente incidentes imotus, ſenſus oẽs corrũpãt, & validè immutẽt. Cęterùm prędicta Galeni verba nõ ita ſunt accpienda, quaſi doloris vnicam tantum cauſam eſſe cenſuerit, cõtinui diuiſionem, quòd illi ex hoc loco, falsò tamẽ, Auicenna Fen. 2. Cap. & ſecretionem. 1. doct. & ſumma ſecundis, capite 16. affinxit, vbi ita ſcriptũ reliquit. Galenus, inquit, quum verificatur intentio ad hoc eam reducit, vt eſſentialis cauſa doloris non ſit niſi ſolutio cõtinuitatis. Et paulò pòſt, ſubiicit, Et in quodam ſuorum librorum ſecundum hanc ſententiam in tantùm proceſsit, donec opinari fecit quòd omnia ſenſibilia nocumentũ faciunt propter eius ſeparationem, aut propter condenſationem, quàm ſeparatio ſequitur. Nam hoc illi ne per ſomnium quidem in mentem venit, ſed hoc potiùs iis verbis innuere voluit, quòd diuiſio cõtinui vnitiq; corporis dolorem excitans non fiat, niſi quum aliquod moleſtum pathema violenter, & confertim incidit. Concedendũ igitur de Galeni ſententia continui ſolutionem, quę à violento alicuius rei occurſu fit, excitare dolorem, atqui non ſolam, verumetiam validum calidi frigidiq; occurſum, vt experiuntur qui hyberno tempore per algentia, & niuibus obſita loca obambulant, aut æſtate per ardentiſsimos Soles itinera emetiuntur. Nam quum ſenſus rationi commoderatione quadam temperaturæ conſiſtat, euidentiſsimum eſt ab excellentibus, & efficaciſsimis qualitatibus, vt eſt calor & frigus, ſenſuum commoderationem euerti, ac labefactari, quod citra dolorem accidere haud poteſt. Id quod aliquot etiam Galeni locis confirmabimus. Libro enim 12. the. metho. capite. ſept. in eum ſcribit modum, Quod violenter vel calefacit, vel refrigerat, id ſentientia corpora dolore afficit. Ibidẽ quoque apertiſsimis verbis duas eſſe doloris cauſas, & non vnicam iis quidẽ verbis docet. Siue ſubſtantiæ, ait, ſenſibilium continuitatem diuidentia, ſiue ea confertim alterãtia dolorem inferant. Prętereà duas, & non vnicam, eſſe doloris cauſas capite quarto,

libri

Acida, cur guſtui moleſta?

Amara.

Acerba.

Acria.

Olfactum moleſtantia.

Auditum.

Viſum offendentia.

Non eſt vnica doloris cauſa.

Galenus à calũnia Auicennæ vindicatur.

Dolor à frigido & calido etiam excitatur.

lib.de inęquali intẽperie,& lib.2.de labo.loc.ca.1.item lib.4.eiuſdem operis ca.8.& ca. 80.artis medicę.lib.2.vict.acuto.morbo.cõm.1.& 12.& loco antè citato diſertè atteſta tur metipſe Galenus. Quę certè ſingula loca Auicennę temeritatem abundè oſtẽdũt, eiuſq; ratiocinationẽ,dum ita colligit, eſſe ineptiſsimã euincunt. Diuiſio aut diſcretio cõtinui vnitiq; corporis dolorẽ excitans, non fit niſi à repẽtino ac violẽto alicuius pathematis occurſu,igitur omnis dolor à cõtinui tantùm ſolutione fit.Hac enim ratiocinatione id tantùm colligitur,quòd cõtinui ſolutio dolorem in ſenſibus,excitãs non fiat niſi quãdo aliquod illis pathema cõfertim ac violenter incidit.Proinde hęc ratiocinatio,dolor in ſenſibus fit à ſolutione cõtinui,quam illa quę cõfertim incidunt inferre ſolẽt pathemata,igitur omnis dolor à cõtinui ſolutione naſcitur:ſimilis eſt huic, cõcretio luti fit à Solis calore,igitur omnis cõcretio fit calore,quaſi verò nulla à frigore fiat concretio.Hinc itaq; palàm fit oĩbus,qualis Galeni interpres ſit Auicẽna,vt nemo nõ videat calũniatoris potiùs quàm interpretis Galeni nomẽ illi cõpetere.Quippe loco paulò antè citato ita Galeni verba interpretatur Auicẽna,quaſi dicat calidum non inferre dolorem,niſi quòd continuitatẽ ſoluat,& frigidũ,nõ alia de cauſa,quàm quòd ipſum continui comitetur ſolutio.Quæ quidem interpretatio quam ſit falſa,& à Galeni ſententia alieniſsima, metipſe Galenus abundè oſtendit,qui calidum & frigidũ non ideò excitare dolorem tradit,quòd continuitatẽ ſoluant,ſed quòd proximè accedãt, vt vnitatẽ ſoluant.Atqui pręſtat verba ipſius ex cap.8.libri de inæquali intẽperie adferre in mediũ,vbi inter reliqua ſic inquit.Immodicus calor,& frigus vehemẽs,proximè accedunt vt vnitatẽ ſoluant.Plurimus quidẽ calor,dum ſegregat ac diuidit ſubſtantiæ continuitatem,ſumum verò frigus quum ſtipando,introrſuſq; pariter trudendo quædam exprimit,quædam quaſſat.Atq; hunc quiſpiam immodici caloris ac frigoris terminum ſtatuens,fortaſſe non incommodè ſentiat.Hæc ille.Quum itaq; ait proximè accedunt,ſatis ſignificat ſimilem excitare ſenſum,qualem ſolutio cõtinui infert. Prætereà lib.12.the.metho.ca.7.vbi ex profeſſo de dolorum cauſis tractat, duaſq; eſſe docet,nempe continui diuiſionem,& alterationem, inter cauſas cõtinuum ſoluentes, calidum & frigidum haud numerat,ſed ea tantùm quæ contundunt, incîdunt, ac diſtendũt.Ita enim inter alia inquit. Ex iis quæ corporibus noſtris propinquant,hæc ſola ſunt dolorifica,& quæ vehementer vel excalefaciunt,vel refrigerant,& quæ ſubſtantiæ continuitatem ſoluunt.Hæc autem ſunt quæ vel contendunt,vel incîdunt, vel diſtendunt.Nec alias præter iam dictas continui ſoluti cauſas,libro ſecundo de laborantibus locis capite primo,recenſet,dum ita ſcriptum reliquit.Pars diſtenta,aut contuſa, aut vulnerata dolet ob continui ſolutionem.Capite etiam octauo artis medicæ, inter cauſas ſolutionis cõtinui, inciſionem,eroſionem,fracturam,& tenſionem connumerat,præteritis calido & frigido. Item capite vndecimo libri de morborum cauſis, vbi etiam ex profeſſo ſolutionis continui cauſas exponit,nuſquam caloris & frigoris meminit. Oportebat igitur huius loci interpretationem Auicennam ex aliis Galeni locis petere,& non ita temerè tantum virum,deque re medica plus omnibus aliis meritum, inſcitiæ inſimulare,nec falſis frigidiſque ſuis rationibus imperitis fucum facere.

Inepta Auicennę ratiocinatio.

Auicenna calũniator potiùs Galeni,quàm interpres.

Hoc quidẽ modo omne moleſtãs pathos in oĩbus ſenſibus fit. Quod aũt illi cõtrariũ eſt,iucũdũ,à cõtrariis naſcitur cauſis,Nã eius quod diuulſionis periculum ſubit ad naturalẽ ſtatũ cõfertim factus reditus,delectationẽ voluptatẽmve efficit. Proinde cæruleus color iucundiſsimũ eſt oculis ſpectaculum, ſicuti maximè dolorificum,ſplendens,& albus,quemadmodum Sol.Poſt hos,inter eos quidẽ qui contriſtant albus:inter eos qui delectant,fuſcus:ille quidem,quòd ipſius ſubſtantiam ſegreget ſimul hac diſſoluat ,hic autẽ,quòd citra violentiam cogat.Neq; enim cogere dũtaxat ſatis eſt,ita enim & niger color eſſet iucũdus,nunc autẽ ſic non eſt.

A quibus cauſis delectatio in ſenſibus procreetur.

Oculis iucunda. Dolorifica.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 241 sur 637

Quum enim cõtrarius ſit eſſentiæ viſionis, ideò ipſam violẽtiùs cogit, quàm vt eã ad naturã reducat. At verò id quod nigerrimũ eſt, ſplendidiſſimo minùs infeſtat, nõ ſanè quod cõtrariũ minùs ſit triſte q̃ immoderatio quæ cognati generis eſt: quippe hac ratione moleſtius eſſet nigrũ ſplendidiſſimo, ſed quia viſus inſtrumentũ ſit ſplẽdidũ, ſplẽdor verò oĩs tenuis ſit ſubſtãtiæ, nigrũ autẽ ſemper craſſarũ partiũ. Atqui naturâ cõparatũ eſt, vt perpetuò quod tenuiũ eſt partiũ ſit efficacius, q̃d quòd eſt craſſarũ. Quũ itaq; in idẽ peruenerint, & id quod tenuiũ eſt partiũ & quod eſt craſſarum, minùs in tenue agit quod craſſum eſt, quòd ſclicet ab eo pati potiùs natum ſit. Sic igitur et Sol viſum offendit, quia quũ tenuioris ſit eſſentiæ, facilè ipſum diſcriminat. Atqui familiaritate quidẽ ſubſtãtiæ minùs, q̃ ea que ſunt cõtraria cõtriſtat. Quũ vero robore actionis ſit violentior, hoc ipſo quoq; celeritatẽ ad viſus noxã obtinet. Quòd enim breuiſſimo tẽpore à Solis ſplendore viſus noſter patitur, hoc nõ niſi in plurimo, vbi nullũ oĩno ſplẽdorem intuetur, ſed in profundis verſatur tenebris: quippe is luci reſtitutus, nihil videre poteſt, quòd extinctus quodãmodo ſit, et craſſior, obſcuriorq; reddit. Iucũdiſſimus igitur meritò, ac maximè vtilis cæruleus color viſui eſt, ſed nõ illi qui à Sole diſcuſſus eſt: huic enim vtpote iã ægrotãti, cõtrariũ remedio eſt. Ei verò qui ſanꝰ eſt, ſed fatigatus, color cæreleus, aut fuſcus ſaluberrimũ eſt ſpectaculũ: vtpote qui eũ nõ ſegreget, vt albus, et ſplẽdidus, nec cogat, et extĩguat, veluti niger. Porrò fuſcꝰ color ex albo et nigro ſimul mixtis efficitur: cærulꝰ verò albo, et ſplẽdido tũ coeũtibꝰ, tũ in plurimũ nigrũ incidẽtibus. Sic enim nos Plato de vtroq; docuit, nẽpe q̃ ex cõtrariis extremiſq; inuicẽ mixtis, mediĩ ac moderati colores naſcũtur, qui vtrũq; exceſſum, quo viſus læditur, fugiẽtes, et mediocres ipſius fatigationes corrigũt, haud aliter q̃ color niger morbos, q̃ à diſcretione eueniũt. Sanè delectatio q̃ ab ĩs prouenit, nõ perinde atq; in cæteris ſenſibus euidẽs eſt, ꝓptereà quòd neq; dolor æqualis erat. Nã eſſentiæ viſus tenuitas, neq; dũ ſegregatur, violẽtiã aliquã, propter eſſẽtiæ familiaritatẽ, patitur: ad quod enim ducitur, ipſe per ſe anteuertendo feſtinat: neq; dum cogitur, ob trãſmutationis imbecillitatẽ. Demonſtratũ eñ eſt, id quod tenuis eſt eſſẽtiæ, ab eo quod craſſũ eſt debiliter cogi. Atq; itaquidẽ inviſu ſe habẽt delectatio et dolor. COMMENT.

Cæruleus color viſui vtilis & iucundus.

Fuſci coloris generatio. Cærulei.

Delectatio in oculis nõ perinde atque in cæteris ſenſibus euidẽs.

Hactenus quomodo moleſtum pathema in omnibus ſenſibus fiat, Galenus demonſtrauit, nunc à quibus cauſis iucundum, quod priore contrarium eſt, naſcatur, oſtendere pergit. Naſci autẽ à contrariis omnino cauſis ait, propterea quòd id quod periculum diuulſionis ſubit, hoc eſt, eo peruenit vt diuellatur, vbi ad naturalem ſtatum confertim redit, voluptatem delectationémve parit. Exorſus autem à viſu, ſenſu omnium præſtantiſſimo, & qui nobis plurium rerum differẽtias oſtendit, rerumq; optimarum cognitionẽ, vt Plato in Timæo inquit, attulit, quæ ſingulos ſenſus iuuent ac ledãt luculenter admodum exponit. Cæruleum autem colorem iucundiſſimum eſſe ſpectaculum oculis, & ſplendentem ac album maxime dolorificum, rectiſſimè à Galeno affirmatur. Nã quum omnes ſenſus iuuẽtur ab iis, quæ ipſorum ſymmetriã, & cõmoderationẽ tuentur, atq; eorundẽ ſubſtantiæ familiaria ſunt, ac proportionequadã reſpõdent: à cõtrariis autẽ lędãtur, meritò cęruleus color, vt qui ſuo iucũdo occurſu & benè tẽperata natura viſum mulcet, oculis eſſe iucũdiſſimus dicitur. Eſſe autẽ temperatum

A viſu cur exorſus Galenus?

Cęruleus color cur oculis iucundiſſimus?

hinc

©BIUM

hinc abundè patet, quòd ex cõtrariis & extremis, vt in timæo Plato autor exiſtit, probè inuicẽ temperatis & cõmixtis naſcatur. Moderata enim luce quã obtinet, delectationẽ: modica verò ſua fuſcedine, cõſeruationẽ præſtat. Albus cõtrà & ſplendens, oculorum aciem diſsipant, ſegregant, & nimio ſplendore perſtringũt, ipſamq; adeò lędũt. Albus etiã ſe ſolo, quia ſegregat, diſcriminat, ac diſſoluit ſubſtantiam, viſum moleſtare ſolet. Cõtrà Fuſcus, quòd citrà violentiã cogit ſubſtãtiã, delectat. Nõ autẽ temerè adiectũ eſt, citra violẽti ã, id enim factũ eſt vt niger excluderetur color, qui & ipſe cogit, atqui cũ violentia, ideoq; minimè viſui iucũdus, quẽadmodũ fuſcus, eſſe poteſt. Neq; fuſcus tantùm color verũetiã viridis viſum oblectat, prẽſertim ſi herbacea fuerit viriditas, quẽadmodũ ſect. 31. proble. 20. Ariſto. latiùs mõſtrat. Hîc Smaragdo ſua in oculis roborãdis tributa dos eſt. Fit aũt color viridis ex fului, Platone in Timęo teſte, & nigri adeoq; cõtrariorũ, mixtura. Neq; obſtat quòd fuluus color medius ſit, is enĩ ad ſuũ extremũ, nẽpe albũ, colatus, vim contrarii obtinet. Cęterũm id quod nigerrimum eſt, ſplẽdidiſsimo, minùs infeſtat, nõ certè quòd cõtrariũ, hoc eſt nigerrimũ, minùs ſit triſte: quũ enim cõtrariũ ſit, moleſtũ quoq; ac triſte ſit oportet: q̃ immoderatio. i. ſplẽdiſimũ, quod viſui cognatũ, & familiare eſt, ſed quia ſplẽdidũ tenui ſubſtantia cõſtet, atq; adeò ad agẽdũ ſit maximè idoneũ, nigrũ cõtrà craſsiore, adeoq; ad agẽdũ minùs abile. Tenue nanq; faciliùs ad intima quęq; penetrat, craſſum cõtrà, in ſuperficie hæret. Sic Sol nõ obſtante quòd ſubſtantię familiaritate viſui reſpõdeat, ac illi cognatus ſit, propter tenuioré ſuã eſſentiã, & actionis vehementiã, celeré noxã viſui infert. Breuiſsimo enim tẽpore à Solis ſplendore lędimur, ꝙ ab eo protinus diſsipari viſus aciẽ cõtingat. Quòd Dioniſii Sicilię tyranni inuentũ, à Gale. li. 10. de vſu par. ca. 3. ex antiquorũ monumẽtis relatũ, ſuprà etiã à nobis, ca. 2. nimirũ huius li. cõmemoratũ, abũdè cõprobat. Nõ ſic aũt à tenebris, in iis nanq; quemq; diutiùs verſari oportet, priuſquã paré noxã viſui inferant. Senſim enim & paulatim craſsior atq; obſcurior viſus ab iis redditus, extinguitur. Ex quibus omnibus liquidò patet, cæruleũ coloré viſui eſſe iucundiſsimũ ſed nõ niſi ſano, & ei qui à Sole nõ eſt diſcuſſus. Huic enim, vtpote ei qui ægrotat, contrariũ, hoc eſt, nigrũ remedio eſt. Quippe hoc ipſum rurſus cogere viſum poteſt. Porrò quæ de fuſci ac cærulei coloris generatione affert Galenus, ex Platone ſunt deſumpta, qui in Timęo ita ſcriptũ reliquit. *Φαῖον λευκοῦτε καὶ μέλανος κράσει γίνεται*: Fuſcũ alibi, & nigri cõmixtione fit. Et rurſus *λαμπρὸν λευκῦ ξυνελθὸν καὶ, εἰς μέλαν κατακορές ἐμπεσὸν κυανοῦν χρῶμα ἀποτελεῖται*: Splendidũ albo adiunctũ, plurimaq; obfuſum nigredine cęruleũ efficit colorem. Cæterũm delectatio quę à coloribus prouenit, nõ perinde ac in cæteris ſenſibus euidens eſt, quẽadmodum nec dolor etiã æqualis eſſe ſolet: quòd ſcilicet viſus ſubſtantia multo ſit quam reliquorũ ſenſuũ tenuior, & minus, vt ſic dicã, corporea. Quapropter etſi in hoc ſenſu magni oriuntur dolores, vti in oculorũ phlegmone experimur, tamen aliorum ſenſuum collatione, multo remiſsiores cenſentur, prẽſertim qui à ſegregantibus & cogentibus doloribus fiũt. A ſegregãtibus enim nullã vim patitur, propter eſſentię cognationem, quòd ſpõte ſua in id feratur, quod illi noxam illaturum eſt, nempe ad lucidum ſplendidúmve, ac diſsipantem coloré. Proinde viſus à ſegregantibus, diſcriminantibúsve dolorem effatu dignum, propter ſubſtantiæ ſuę cum eo quod ſegregat ſimilitudinem haud patitur. A cogentibus verò, quanquã paulò maiorem, quàm à ſegregantibus dolorem ſentit, tamen quum ea quæ cogunt omnia ſint craſſarum partium, ob ſuę tranſmutationis imbecillitatem, vehementem dolorem inferre nequeunt. Tenue enim à craſſo, vt hîc Galenus ait, debiliter cogitur.

In auditu verò iucũdiſsima vox eſt quæ et leniſsima, et tardiſsima, ꝓpterea ꝙ aſperrima et citiſsima, ĩfeſtiſsima ſit. Verũ hæ ſano adamuſsi ſẽſui iucũdæ et moleſtæ ſunt. Ei verò q̃ fatigat⁹ eſt, præter lenẽ et tardã, exiguaquoq; amica eſt. At eiq̃ ægrotat leniſsima ſimul et tardiſsima, necnõ minima, atq; hac multo magis, ſilẽtiũ.

Albus & ſplendens color.

Fuſcus.

Viridis.

Cur nigerrimũ ſplendidiſsimo minùs infeſtet?

Fuſci & cærulei colorũ generatio.

Delectatio quæ à coloribus prouenit, non perinde ac in cæteris ſenſibus euidens eſt.

Quę auditum oblectant ac lędunt.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 243 sur 637

Quippe omnimodũ ſilentiũ, proportione quadã reſpõdet tenebris quæ inviſu ſunt. Vnde quæſtio orta eſt, nũ tenebræ lumini cõtrariæ ſint, an priuatio eius, quẽadmodũ ſilentiũ vocis, & quies motus. Porrò in hoc ſenſu delectatio manifeſtior eſt, eò quòd craſſiori conſtat eſſentia. COMMENTAR.

Leniſsima & tardiſsima vox auditui cur iucũda?

Quę auditũ oblectãt ac lędũt hoc loco Galenus oſtẽdit, leniſsimã vocẽ & tardiſsimã, propterea ꝙ auditus ſenſus ſymmetriã cõſeruẽt, eſſe auditui iucũdiſsimas dicẽs. Leniſsima enim quũ motionẽ habeat ęqualẽ, auditũ ſua ęqualitate plurimũ iuuat. Tardiſsima antẽ quũ imbecillimã nacta ſit motionẽ, ſenſum tẽtare nõ poteſt. Contrà vox aſperrima & celerrima, quũ cõtrariã & inæqualẽ habeat motionẽ, auditũ, vtpote cuius ratio tota in æqualitate poſita ſit, plurimùm lędit, quòd latiùs in Timęo Plato monſtrauit. Atq; hę quidẽ voces ſano adamuſsim ſenſui iucũdæ, & moleſtę ſunt. Sanus autẽ adamuſsim eſt, qui in exquiſita cõmoderatione cõſiſtit. Cæterùm auditui ꝙ fatigatꝰ eſt, nõdũ tamẽ ægrotat, lenis & tarda, & exigua, quòd modicè ſcilicet feriat ſenſum, leni nimirũ, tarda & imbecilla ab iis genita motione, amica eſt. Fatigatur aũt auditus, à vehemẽtibus, & citatiſsimis tũ ſonis, tũ vocibus altè ſenſum feriẽtibus, vt à tonitru, tormẽtorũ bellicorũ ſono, ac impetuoſo clamore. Ei aũt qui ęgrotat, quũ moleſtiã nullã ferre poſsit, grata eſt vox leniſsima, tardiſsima, & minima, atq; hac multo magis ſilẽtiũ.

Vox aſperrima & celerrima auditũ lædunt.

Sanus audit' quid?

Aldini codicis lectio expeditur?

Animaduertẽdũ aũt hoc loco erit in Aldino codice ſcriptũ eſſe ἔυρυθμος. i. concinna, vel, vt alii quidã reddiderũt, numeroſa, quę vox idẽ ferè ſignificat. Nã quũ ῥυθμὸς Græcis, Latinis numerus, nõ ſit niſi harmonica ratio, numeroſa oratio erit quę certis numeris, cõueniẽti harmonia cõſtat. Vox itaq; numeroſa & cõcinna, quia auditũ ægrotãtẽ ad mediocritatem reducit) rithmus enim, vt in Timęo Plato ait (Habitũ in nobis immoderatũ appoſitiſsimè tẽperat: illi amiciſsima ſit, oportet. Nos verò lectionẽ hãc, quãquã tolerabilẽ, tamẽ nõ legitimã eſſe iudicamus, & pro ἔυρυθμος, legẽdũ eſſe ἥσυχία putamus. Atq; hãc lectionẽ in noſtra cõuerſione, perinde atq; Copus, ſecuti ſumus. Et vt id faceremus, primùm nos monuit antiquus interpres, qui locũ hunc ita cõuertit: & maximè ex ſilẽtio. Deinde ea quę ſtatim in cõtextu Galeni ſequunturverba, quę planè cõuincũt lgẽdũ eſſe ἥσυχία. Nã ſtatim rationẽ iisverbis cur ſilentiũ cõferret expreſsit. ἡ γὰρ παντελὴς ἡσυχία. Quid autẽ opus erat Galeno iis verbis, adeoq; rationẽ reddere, cur omnimodũ ſilẽtiũ maximè ęgrotis auribus cõueniat, ſi priùs ſilẽtii nulla facta mẽtio fuit? Accedit, ꝙ poſt leniſsimã, tardiſsimã, & minimã vocẽ nõ poteſt aliud ſequi aut ſubiici, niſi ſilẽtiũ. Reliquum igitur eſt ἥσυχία potiùs eſſe legẽdũ quàm εὔρυθμος. Quũ enim ſilẽtiũ nõ ſit niſi ſoni, aut vocis priuatio, vt tenebrę lucis, adeoq; cõtrarii rationẽ ad id quod aures lędit ſubeat, nihil mirum, ſi ęgras aures plurimùm iuuet, ac delectet.

ἔυρυθμος. Numerus.

Nũ tenebrę lumini cõtrarię ſint?

Queſtionẽ aũt, nũ tenebrę lumini cõtrarię ſint. Dialecticis & ocioſis hoíbꝰ explicãdã, vtpote quę medicis nihil cõmodi afferat, relinquamus. Satis autem ex capite decimo libri prædicamentorum Ariſtotelis conſtat, lumen & tenebras contraria non eſſe, ſed habitu & priuatione oppoſita. Lumen enim præſentiã, atq; adeò habitum ſplendidi, tenebrę autem eiuſdem abſentiam ac priuationem ſignificãt. Atq; hęc de auditu.

Olfactum & guſtũ oblectãtia ac moleſtantia.

Sed in ſenſu olfactus adhuc manifeſtior delectatio, quòd ipſius quoq; eſſentia craſſior ſit. Quanto enim aër ſplendore craſſior eſt, tãto vapor aëre. Eſt verò ſplẽdoris quidẽ ſenſus viſus, aëris autem auditus, vaporis olfactus, quẽadmodũ guſtus humidæ naturæ, & ſolidi corporis tactus. Quum verò olfactus ſenſus eiuſdẽ cum guſtu generis ſit, ſola eſſentiæ tenuitate ab eo diſsidẽs (eſt enim vapor humor extenuatus) de ambobus ſimul dicemus, perſpicuitatis gratiâ à guſtu ſumpto initio. Iucũdiſsimi igitur huic ſunt, vbi ſecũdũ naturã ſe habet, ſucci omnes dulces, & pingues: oſtẽſum enim eſt hos oẽs eſſentiæ corporis eſſe maximè familiares. Si verò ab

Olfactus & guſtꝰ ſẽſus cõgeneres.

Guſtui iucunda.

aliquo

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 244 sur 637

©BIUM

aliquo ipſum infeſtãte nuper vitiũ cõtraxit, pingues: ij enim quod exaſperatũ eſt, maximè leniũt. V biverò ægrotat, tũ ſucci qui ijs qui morbum excitarũt contrarij ſunt, craſſis quidẽ qui attenuãt, tenuibꝰ qui incraſſant, lẽtis qui diſſecãt, exaſperãtibus qui leuigãt. Sic verò calidis frigidi, frigidis calidi, ſiccis humidi, & humidis ſicci. De horũ autem natura dictũ eſt in. 4. ſimpl. medica. facul. libro. Atq; liber ille haudquaquã oſcitãter legẽdus eſt, vt qui tum ad dignotionẽ, tum curationẽ ſit vtilis. Siquidẽ vẽtriculus, & viſceribus, & venis ſeruit, itaq; qualibus hæc ſuccis indigẽt tales appetit. Huic autẽ lingua iudex proſtat, ijs potiſſimùm ſuccis gaudẽs, quos vẽtriculus requirit. Huius verò cõſenſus tunica qua veſtitur potiſsima cauſa eſt. Ac delectatur quidẽ lingua varijs tẽporibus, aliàs alijs extrinſecùs ſibi occurrẽtibus ſuccis. Delectatur autẽ nõnunquã, dulces qui in ipſa cõtinẽtur ſuccos ſentiẽs. Porrò dulcis hic ſuccus, pituitæ ſpecies eſt. Proinde quoties lingua effuſum è venis ſanguinẽ dulcẽ ſentit, perinde patitur, ac ſi re quapiã extrinſecùs occurrẽte imbuatur. In olfactus verò facultate, externorũ quidẽ tũ iucundorũ, tum triſtiũ ſenſus proportione guſtãdi facultati reſpõdet. V apores autẽ quos in ſe cõtinet, ſi moleſti fuerint, vt priùs dictũ eſt, interdũ ſenſu percipit: ſuaues verò, aut in ſumma iucũdos, nõ ſentit, veluti nec viſus, nec auditus. Hi nàq; ſenſus, quia tenui eſſentia cõſtant, nullũ in ſe vehemẽs pathema patiũtur. Tactus verò & guſtus, quãquã ne ipſi quidẽ vehemẽs aliquid in ſe ſentiũt, exiguũ tamẽ tale aliquod pathema interdũ patiũtur, lingua quidẽ, vt dictũ eſt, à dulci pituita, quam & Praxagoras, & Philotimus proprio magis nomine dulcẽ ſuccũ appellãt. Tactus autẽ motũ in ſe nõ rarò ſentit, quũ ad naturã redit, ijs quæ ipſum intrinſecùs exaſperabãt, vel cõcoctis, vel tranſpiratione, vel ſenſibili vacuatione expulſis. Quinetiã qui laſsitudine laborãt, poſteaquàm mollibus frictionibus, aut balneis corpus emollitũ fuerit, quieſcũt, euidentẽ ſentiũt voluptatẽ. Atq; etiã magis in ipſis dictis motibus delectãtur, fatigatis partibus ad naturã redeuntibus. Nõ ſolùm verò lauando, & molliter plurimo oleo fricãdo, laſſatæ partes voluptate afficiuntur, ſed etiã in maioribus doloribus attrectatio mollis, blãda, & leuis, nõ exiguũ ſolatiũ affert. Huiuſmodi autẽ iã externa exiſtunt. Dicẽdũ verò de ijs oĩbus deinceps. Neq; enĩ de odorabilibꝰ neceſſariũ eſt nos aliqd dicere, q̃ guſtabilibus ꝓportione reſpõdeãt.

Quartus de ſimpliciũ medicamẽtorũ facultatibꝰ liber, nõ oſcitanter legendus.

Olfactus iucunda ac moleſta.

COMMENTAR.

Quæ guſtũ & olfactũ oblectãt atq; cõtriſtãt, hoc loco Galenus diſertè exponit. Quòd autẽ de ambobus ſenſibus iã dictis ſimul agit, nõ temerè factũ eſt. Sunt enim ſenſus cognati, nec alter ab altero, niſi eſſentię tenuitate, vt paulò pòſt latiùs dicemus, diſtat. Quippe odores, vt cap. 5. lib. de ſenſu & ſenſili teſtis eſt Ariſtoteles, ſaporibus proportione reſpõdẽt. Nã odores perinde atq; ſapores, dulces, pingues, acres, auſteri, & acerbi ſunt. Cęterùm in olfactu manifeſtior, quàm in viſu & auditu delectatio, q̃ eſſentiâ illis craſsiore cõſtet. Quòd ita Galenus demõſtrat. Viſus eſt ſenſus ſplendoris, auditus aëris olfactus vaporis, guſtus ſucci, tactus autem ſolidi corporis. Splendor verò aëre eſt tenuior, aër vapore, vapor ſucco, ſuccus ſolido corpore, igitur guſtus & olfactus, viſu & auditu, perinde atque illis duobus ſenſibus tactus, craſsiores ſunt. Porrò olfactum eſſe ſenſum vaporis, Galenus etiam libro quarto ſimpli. cap. 21. iis demonſtrat verbis.

Odores ſaporibus proportione reſpondent.

Olfactus ſenſus vaporis.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 245 sur 637

» Odorabilium ſubſtantia eſt vaporoſa. Ea enim quæ à corporibus defluunt ambienti
» permixta,ac deinde per narium inſpirationem in cerebrum delata, ſenſum mouent.
» Recta igitur ratione quæcunque odorata,eadem & calida ſunt,quòd ſcilicet vaporum
» copia à calore proueniat.Hæc ille.Plato in Timæo odorem καπνὸν ἢ ὁμίχλην,id eſt fumum,aut caliginem:Ariſtoteles,vt capite ſexto,libri de differentiis ſymptomatum diximus,in libro de ſenſu & ſenſibus fumoſam exhalationem,ſeu fumum per calorem à rè odorifera reſolutum eſſe ait.Quum itaque olfactus ſit vaporis, & vapor non ſit niſi humor extenuatus,vt hoc loco Galenus atteſtatur,euidentiſsimum eſt guſtū eſſe eiuſdem generis,& ab eo differre,non niſi eſſentiæ tenuitate,olfactum.Conſtat enim is vapore,id eſt,humore attenuato,guſtus verò craſsiore ſucco. Vaporem autē eſſe humorem attenuatum,Ariſtoteles etiam confirmat,qui libro primo meteor.capite quarto, aquæ ſecretionem vaporem eſſe ſcribit. Cæterùm quod ad ea quæ guſtum oblectant attinet,huic,vbi ſecundum naturam ſe habet,iucundiſsimi ſunt omnes ſucci dulces & pingues,quod ſcilicet familiares ſint,& probè temperati, adeoque mediocriter calidi, vt libro quarto de ſimpl.medica.facul.capite octauo & nono Galenus abundè monſtrauit.Qui verò longiùs à iuſto,ac conuenienti temperamento receſſerunt,vt amari, acres,ſalſi,acidi,& acerbi,ii omnes moleſtant.De ſuccorum autem omnium natura copioſiſsimè Galenus in libro quarto de ſimpli.medica.facul. tractauit. Quocirca non negligenter hic liber legendus erit,quòd ſcilicet ad dignotionē facultatis materię medicæ,& ad curandi rationem mirè ſit vtilis. Non eſt enim quòd ſine horum librorū, quarti potiſsimùm,cognitione,qui methodo ac ratione curare velit,quicquam quòd laude dignum ſit,ſe præſtare poſſe ſibi perſuadeat.Ad verbum itaque medico prędicti libri ediſcendi,atque ad vnguem tenendi ſunt. Non temerè autem natura linguæ ſaporum iudicium permiſit, vtpote quæ in hoc ventriculo inſeruit, iis nimirum ſuccis delectata,quos ventriculus requirit. Viciſsim ventriculus famulatur viſceribus & venis,tales appetens ſuccos,quales hæc expoſtulant. Conſenſus autem huius linguæ ac ventriculi,potiſsima cauſa eſt tunica quæ illam veſtit. Quippe ex diſſectione conſtat, internam ventriculi tunicam continuam eſſe per omnia & gulæ,& linguæ,& palati,& oris tunicæ,vt multis locis ſuorum anatomicorum librorum,& libr. tertio prognoſt. comm.32.Galenus etiam confirmat.Delectatur autē lingua variis temporibus, prout ſcilicet variè affecta eſt,aliis atque aliis ſibi extrinſecùs occurrentibus ſuccis. Accidit etiam nonnunquam vt dulces ſuccos in ſeipſa contentos ſentiat,qui non ſunt niſi pituitæ non naturalis ſpecies,ſecunda nimirum, vt libro ſecundo de differentiis febriū capite ſexto Galenus eſt autor,quàm plerique etiam cum ſcreatu expuunt. Hęc quum ſenſibilem habeat dulcedinem,meritò dulcis eſt dicta. Quando autem lingua ſanguinem dulcem è venis ſuis effuſum ſentit,tunc perinde patitur,ac ſi aliquo ſucco extrinſecùs admoto imbueretur.Atque hactenus de guſtandi facultate. In olfactus facultate externorum quidem tum iucundorum,tum eorum quæ moleſtant per omnia iis quæ de guſtandi facultate dicta ſunt,reſpondent.Non eſt igitur cur hîc denuò de iis dicamus.Vapores autem quos olfactus inſtrumentum in ſe continet,vbi inſuaues & moleſti ſunt,vt ab initio ferè huius capitis dictum eſt, ſentit.Suaues autem, & in ſumma iucundos,perinde atq; viſus,& auditus,nequaquam.Tenui enim eſſentia cōſtant,ideoq; nullum in ſe validum patiuntur pathema.Accedit quòd ab iis quę extrinſecùs occurrunt,nullum violentum patiuntur pathema,quanto minus ab iis quę intrinſecùs ſunt. Tactus verò & guſtus,quanquam ne ipſi quidem vehemens aliquid in ſe ſentiunt (ita enim conuertendum erit,non obſtante quòd Græcè legatur ὀφθαλμὸν μὲν οὐθὲν οὐθὲ ἅπτεται:ad præcedentia enim referenda ſunt hæc verba, ad ea nimirum, vbi de iis quæ in ſenſibus ſunt,aut quæ in ſe ſenſus habent,locutus eſt:quòd etiam antiquum feciſſe interpretem conſtat,qui locum hunc ita reddidit:Guſtus verò & tactus, etſi non magnā ea quæ in ipſis intrinſecùs ſunt faciant paſsionem,ea tamen ſentiunt)exiguum tamen aliquod

Odorata ſunt calida.

Vapor quid?

Guſtum quæ oblectant?

Libri de ſimpliciū medicamētorū facultatibus medico diligēter legendi.

Cur natura linguæ ſaporū iudiciū permiſerit?

Quę olfactū delectant & moleſtant?

©BIUM

aliquod tale pathema interdum patiuntur. Guſtus quidem, vt dictum eſt, à dulci pituita in lingua contenta, quam Praxagoras & Philotimus, vt lib. 2. de differen. feb. cap. 6. etiam teſtatur Galenus, magis propriè, dulcem ſuccũ appellauerũt. Tactus autem motum in ſe non rarò ſentit, quum ad naturam ſuam redit, iis quæ ipſum exaſperant & moleſtant, vel concoctis, vel difflatione, vel ſenſili excretione expulſis. Quibus ſanè verbis, Galenus tribus modis tactum quum ad naturalem habitum reuertitur, motum in ſe quidem ſentire innuit. Primùm, vbi ea quæ tactum moleſtant concoquuntur. Quod iterum, pro duplicis concoctionis ratione, bifariam accidit. Primò quando cruda quæ dolorem inferunt, tactumque intrinſecus exaſperant, à natiuo calore in qualitatem animanti familiarem alterantur. Cruda autem tum ſunt, quæ citra ſanguinem ſubſiſtunt, nec exactam elaborationem ſunt adepta. Secundò, quando ea quæ ſunt excrementoſa, necdum à natura ſuperata ita concoquuntur, & euincuntur, vt ſubinde expelli poſsint. Cruda itaque hoc modo vocantur, quę à natura non ſunt euicta, vt fuſiùs lib. 1 apho. commen. 22. monſtrauimus. Altero modo tactus motum in ſe percipit, quando ea quæ tactum intrinſecùs exaſperant diſcutiuntur, ac per habitum digeruntur: id enim Galenus innuere per *διαχωνεόμενα* voluit. Tertiò, quando per ſenſilem aliquam vacuationem, ſudorem verbi gratia, aut ſimilem aliquã quod intrinſecùs dolorem excitauit, ſoluitur. Quinetiam qui laſsitudine laborant, vbi priùs molli frictiõe corpus emollitum fuerit, poſteà quieſcunt, euidentem voluptatem ſentiunt. Mollis autem frictio eſt, quæ fit cum oleo à quo omnis adſtringendi facultas abeſt, vt lib. 3. de tuen. ſani. cap. 5. Galenus autor eſt. Hæc certè ſummè conuenit laſſatis, eò quòd cutem molliat, & relaxet, vt idẽ Galenus. 2. eiuſdem operis lib. cap. 4. teſtatur. Idem etiam accidit, ſi corpus balneo priusquam quieſcat fuerit emollitum. Non autem omni balneo, ſed eo tantùm quod eſt medij temperamenti. Nam vt Galenus loco iam citato, vbi ex profeſſo laſsitudinum curationem tractat, autor eſt, laſsitudines lauacro medij temperamenti, & lõgiſsima ac pluſcula medij temperamenti in aquis mora, curantur. Quũ enim vis aquę dulcis, ſi media temperie fuerit, vt idem eodem in loco Galenus teſtatur, calida & humida, ſit, apotherapiæ aliqua pars ſit, neceſſe eſt. Siquidẽ duras tenſasq; ab exercitio partes emollit, liquamentumq;, ſi quod intus ad cutem hæret, euocat, Cęterùm voluptatem ſentire corpus vbi defatigatum quieti ſe dederit Hippocrates etiã confirmat, dum ita in aphoriſmis ſcriptum reliquit. In omni corporis motu quum dolere quis cœperit, ſtatim quieſcere, laſsitudinem leuat. Quippe collapſas nimia motione laſſatasq; vires, reſtituit ac reparat quies. Sed hîc fortaſsis ſciolus quiſpiam dicturus eſt, quid eſt cur hunc veluti Hippocratis pro confirmatione tuæ ſententiæ cites aphoriſmum, quum nemo hominum, ſiue vir, ſiue mulier, ſiue puer ſit, imò nullum brutum ignorat, motionum quietem eſſe remedium? Non eſt igitur Hippocrate digna, quum omnibus nota ſit, ſententia, ſed ad alium potiùs referenda erit autorem. Cui ita reſpondendum eſſe iudico. Si hoc nomine is aphoriſmus, quòd ea quę nulli non cognita ſunt inculcat, Hippocrate indignus, adeoque ſpurius erit, è numero etiam aphoriſmorum Hippocratis hunc eximamus, qui in ſecunda ſectione vigeſimus ſecundus eſt, oportet, vbi ait. Qui morbi ex ſatietate fiunt, vacuatione ſanantur. Et quicunq; ex vacuatione oriuntur, ſatietate: quum nemo ſit, etiam rudiſsimorum hominum, qui neſciat, ſatietatem curari vacuatione, & contrà vacuationem ſatietate, ac refectione. Deſinant igitur vani homines poſthac Hippocrati illudere, vt qui iis duobus aphoriſmis generaliſsimum hoc curãdi rationis præceptum, & axioma in ſcholis medicorum vulgatiſsimum, inculcare voluerit. Loqui enim aliter nec potuit, nec etiam debuit, quàm vt ab omnibus intelligeretur. Quippe quum hoc, contraria contrariorum ſunt remedia, ſit principium, axioma, ſeu, vt hodie vocant, dignitas, quomodo non omnibus eſſe cognitum debet? Principium enim vt Ariſtoteles, ſiue axioma, vt ſtoici appellant, non eſt niſi ſententia quę nobiſcum nata eſt, & animis noſtris à Deo impreſſa, atque adeò

Tactus quum ad naturalem habitum reuertitur, tribus modis motum in ſe ſentit.

Duplex concoctio.

Mollis frictio.

Quod balneum laſsitudinibus cõferat.

Quies laſsitudini conducit. 2. Aphoriſ. 48.

Obiectio.

Reſponſio.

Principiũ quid?

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 247 sur 637

ex ſe fidem faciẽs. Ita ſanè Donato à Mutiis, illi ampulloſo ac turgido leguleio reſpondendum erat, admonendûsque fuerat quàm eſſet dialectices ignarus, vtpote quem lateret principiorum ratio. Verùm relicto leguleio, cum ipſo Donato pauliſper agamus, is enim etſi fatetur Hippocratis de quiete ſententiam rectè habere, tamen hãc non rectè & pro dignitate à Galeno eſſe enarratam contendit. Neque enim, inquit, de omnibus laſsitudinibus ac fatigationibus verè dicitur, hanc ſtatim à quiete auferri. Siquidẽ vtcunque de duabus laſsitudinibus, tenſiua nimirum & phlegmonoſa, verè affirmetur has à quiete ſtatim auferri, tamen de vlceroſa non rectè dicetur. In vlceroſa enim quæ propter tenuium & acrium excrementorum copiam procreatur tãtùm abeſt vt protinus quiete laſsitudo tollatur, vt omninò, Galeno etiam ipſo in lib. 3. de tuen. ſani. teſte, egeat vel longa quiete, aut ex oleo dulci frictione, & nonnunquam in aquis medij temperamenti mora, ac ſæpius vt ſeſe ſequẽti die denuo exerceat. Vt igitur inter corpora quæ propter bonum ſuccum, & ea quæ ob prauum ſuccum laſsitudine corripiuntur diſcrimen faceret, hunc aphoriſmum monumentis tradidit. Hactenus Donatus. Mira verò hæc eſt Donati illatio. Quomodo enim de corporum diſcrimine, quæ vel bonorum, vel prauorum ſuccorũ occaſione in laſsitudinẽ incidunt hoc in loco Hippocrates agere potuit, quum diſertè dicat ἐν πάσῃ κινήσει, hoc eſt, in omni motu corporis, vbi fatigari cœperit? Si igitur ſimpliciter de omni laſsitudine loquitur, certè non diſcernit num ab hac, vel alia cauſa laſsitudo fiat. Atque id quidem rectiſsimè ab eo factum, quòd planè nulla ſit laſsitudinis ſpecies, cuius quies nõ ſit remedium. Nam quũ omnis laſsitudo non niſi à vehementiore motu excitetur, ſpontanea, de qua Hippocrati in citata ſententia ſermo non eſt, excepta, quomodo non omnium quies eſſet remedium, quum conſtet contraria cõtrariorum perpetuò eſſe remedia? Et cur laſsitudini vlceroſæ ex motu natæ non competeret quies, quum ei conueniat, quæ ſpontanea dicitur? Nam vt lib. 2. de ſympto. cauſis Galenus etiam atteſtatur, ea laborantes ne minimum quidem motum tolerare poſſunt. Atqui dicit Donatus, fateor vlceroſæ laſsitudini competere quietem, ſed longam, ideoq; illam non ſtatim aufert. Reſpõdeo, neq; idipſum Hippocratẽ docere, vt quies ſtatim laſsitudinẽ auferat, ſed ait, τὸ διαπαύειν οὐθὲν, ἄκοπον. i. protinus ceſſare ſeu quieſcere, laſsitudinẽ leuat. Vel ſimpliciter, vt antiquus cõuertit interpres, ſtatim quieſcere remediũ eſt. In hunc etiã modũ Nicolaus Regius Calaber illã Hippo. ſententiã in lib. Gale. de aſſuetudinibus interpretatus eſt, inquiẽs mox quieſcere remedio eſt. Statim itaq; aduerbium, ad quieſcere, non ad hęc verba, laſsitudinẽ leuat, referendũ erit. Præterea ἄκοπον vox, qua Hippocrates vſus eſt, Græcis remedium quod laſsitudinem leuat, aut quod ad laſsitudines vtile eſt, ſignificat, nõ quod ſtatim illas aufert. Teſtis eſt Paulus Aegineta, qui lib. 7. cap. 19. in eum modum ſcriptum reliquit. ἄκοπα λέγεται ἐκ μὲν πρώτως πρὸς τὰς κοπώδεις συναισθήσεις ἁρμόζοντα. Quid multa? neque Hippocratis, neque Galeni ſententia fuit, quietem ſtatim auferre laſsitudines, id quod vno loco Galeni demonſtraſſe ſatis ſit. Is autem eſt in lib. 7. de compo. med. generalium in capite de acopis, vbi in eum ſcribit modum. Laſsitudines nominant homines affectus ẽ multis, aut vehementibus motibus, corporibus vel totis, vel partibus magis laborantibus factos. Moleſti autem ſunt ipſi affectus, potiſsimùm iis qui mouentur, vehementiores autẽ, iam & quieſcentibus negotium faceſſunt. Vt hinc omnibus euidentiſsimum ſit, Galeno ne per ſomnium quidem in mẽtem veniſſe, quietem ſtatim, omnem auferre laſsitudinem. Rectè igitur ſe habere Hippocratis ſententiam, eamq́ probè à Galeno eſſe enarratam, iam arbitror nos luculenter admodum demonſtraſſe, nec poſſe illam enarrationem, niſi ab eo qui inſidioſè aliquid fingit, quod feciſſe Donatum tum hîc, tum in aliis ſuis explicationibus nulli non conſtat, calumniari. Quam enim futiles, magnoq́ ſtudio quęſitę ſint pleręque eiuſdem rationes partim, ex iis quę diximus patet, partim ex iis quæ alibi, Deo volente, prodemus, latiùs innoteſcet. Nec puto virum hunc ſanè doctiſsimum, alia de cauſa in hoc argu-

Aduerſus Donatum à Mutiis Galenus defenſus.

Quies omnium laſsitudinum remedium eſt.

ἄκοπον.

argumenti genere ſe exercitare voluiſſe,niſi vt ex tanti viri reprehenſione aliquid ſibi laudis compararet.Sed metuo ne pro ſperata gloria,multorum ſibi acerbiſsimum conciliarit odium. Cæterùm quum metipſe Donatus parum firmam eſſe quam finxit rationem animaduerteret,aliam quærere coactus eſt,hanc nimirum.Fortè,ait,quiſpiam » dicere poſſet Hippocratem nos admonuiſſe,ne vltra initium laboris exerceamur,ſecùs ſola quiete protinus laſsitudo non aufertur.Hæc ille.Monere quidem Hippocratem ne vltrà initium laſsitudinis exerceamur non admodũ repugno, vtpote qui alibi etiam doceat,quouis modo plurimùm mouere corpus eſſe periculoſum,omneque nimium naturæ inimicum: tamen ſi eouſque progreſsi fuerimus vt nimium nos exercitando laſsitudinem incurramus,eam à quiete non leuari,id conſtanter negamus. In ſumma,quieſcendum à labore eſt ſtatim vbi laſſari incipimus, tamen ſi accidat vt ſupra modum exercitando laſſati fuerimus,quies certè laſsitudinem leuat.Atqui nõ ſola,vt Donatus præter Galeni ſententiam ſuis attexuit verbis, quod plura alia præter quietem,omnis generis laſsitudinum ſunt remedia,quæ ſingula lib.3. de tuen. ſanita. cap.5.Galenus ordine recenſet.Huc etiam reſpexit Galenus in ſuis commẽtariis,dum inquit.Siue membra iam doleant ex multitudine motionum,ſiue ſint fatigata, vt vix » iam agere aliquid poſsint,ſtatim quieſcere,laſsitudinem leuat.His enim verbis innuere voluit Galenus, non ſolùm ſtatim eſſe ceſſandum ab exercitio vbi quis laſſari incipit,ſed tum etiam,vbi quis ita laſſatur,vt vix ſubinde aliquid agere poſsit.Nam hoc quoque in caſu quies laſsitudinem leuat. Quapropter quum conſtet Hippocratis teſtimonio quietem omnem laſsitudinem,ſiue exigua,ſiue vehemens fuerit, leuare, Galeni expoſitio,quemadmodum Donatus cenſet,cum Hippocratis verbis nihil pugnat. Optarem itaque vt Donatus à Mutiis aliud ſibi ſcribendi argumentum propoſuiſſet, nec ita leuibus & nullius momenti rationibus Galeni enarrationem temerè labefactare inſtituiſſet.Reliqua quæ in contextu ſequuntur ex ſe ſunt notiſsima,ideoque prolixiori commentatione non egent,præſertim quum Donati nomine nonnihil ab inſtituto noſtro digreſsi, longiores fuerimus. Hoc duntaxat adiiciendum erit,Galenum vbi inquit,dicendum verò de omnibus deinceps non loqui de præſidiis externis,ſiue alienis ab hoc ſuo inſtituto,ſed de iis quæ tactum in vniuerſum oblectant. 2.apho.50.

Delectamur autem in huiuſmodi ſenſus genere,vt ſimpliciter dicam,dum ad naturalem habitum reuertimur.Contingit verò id nobis ſemper per contraria, ſi quis vtiq; prout conuenit, contrariũ acceperit.Conuenit autem in omnibus talibus ſpectare eam quæ primùm & per ſe, nõ per mediũ alterũ interueniens,finis cauſa ſit,non quam præincipientem,primitiuam,externámve vocant. Id quod Hippocrates nos admonere videtur tum in aliis multis,tum quum ait . Accidit autẽ » vt in diſtẽtione neruorum ſine vlceratione,iuuene mediocri corporis habitu,æſtate » media,frigidæ multæ perfuſio,caloris reuocationẽ efficiat.Calor verò hæc liberat. » Quippe ſi quis inconſideratiùs huiuſmodi verba perpendat, putabit aliquid eorum quæ præter naturam ſunt,aliquando per ſimilia curari, veluti neruorum diſtentionem à frigida lauatiõe. Sed ſecùs ſe habet veritas,perpetuò enim omnia ad naturalem habitum per contraria redeunt, quemadmodum etiam neruorum diſtentio per caloris reuocationem.Quòd ſi igitur confertim hoc fiat, cum voluptate ſanatio perficitur.Si verò paulatim,ſenſu haud percipitur,ad naturalem habitũ reditus.Haud aliter tranſitus à naturali ſtatu in eum qui eſt præter naturam, ſi confertim fit,violentus eſt,& omnino dolorem excitat.Si verò paulatim, ſenſum

Quæ tactũ oblectant.

Quod ſit conueniens cõtrarium.

Nihil per ſimilia curatur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 249 sur 637

©BIUM

latet. Proinde quum ſenſim in corpore non naturalis affectus increſcit, nullum omnino ſui ſenſum excitat, eius tamen ad naturalem ſtatum reditus, vbi cõfertim fit, non ſolùm ſentitur, ſed etiam voluptatem inducit: atque hoc potiſſimum, ſi ab iis quæ nobis maximè ſunt familiaria fiat, cuiuſmodi in guſtu ſunt dulcia, in olfactu verò quæ illis proportione reſpondent, vocantur autem odorata. Proprium vero quid, & eximium genitalium partium ſenſus patitur, propterea quòd validiſſima præditæ ſint facultate, in maſculis quidem expultrice genitalis ſeminis, in fœminis verò, tum hac quidem in teſticulis, & ſeminariis vaſis, tum attractice in toto vtero. Coniunxit enim natura genitalis ſeminis tum excretioni, tũ conceptioni ingentem cupiditatem, ſimul & voluptatem. Verùm moleſtia quæ ex redundante, ac intus retento ſemine oritur, paulatim longo temporis tractu increſcit. Proinde licet magnopere infeſtet, vt alibi diximus, vincitur tamen à magnitudine voluptatis, quæ in venere fit. Eius autem quod moleſtat expulſio confertim facta, reditus ad naturalem ſtatum celeritati, voluptatis quoq; magnitudinem proportione reſpondentem obtinet.

Genitalium partium ſenſus eximium, & propriũ quid patitur.

COMMENTARIVS.

Tactum quę oblectant.

Quæ tactum oblectant hoc loco Galenus docet omnia ea eſſe, quorum præſidio ad naturalem habitum reuertimur. Non fit autem reditus ad naturalem habitum niſi per ea, quæ iis quæ moleſtiam ac dolorem intulerunt ſunt contraria, vt quies motioni, calidum frigido. Diligenter autem hîc conſiderandum erit, vt non niſi id quod cõuenit contrarium deligamus. Tale autem erit id quod primùm & per ſe, nulloque alio interueniente finis cauſa exiſtit, nõ id quod primitiuæ cauſæ rationem obtinet. Quod

Contrariorũ cõueniens.

» Hippocrates etiam nos ſect. 5. apho. 21. admonere voluit, dum inquit. Nonnunquã in
» diſtentione neruorum ſine vlcere, iuuene mediocris corporis habitu prædito, ætate
» media, frigidę aquę perfuſio caloris reuocationẽ facit. Calor autem hæc ſanat. Quibus ſanè verbis, Hippocrates duplicem eſſe ſanatæ diſtentionis cauſam innuit, vnam internam, calorem nimirum, & alteram externam, frigidæ perfuſionem. Diligenter itaq; conſiderandum vtra illarum ſit contrarium per quod diſtentio ſanatur. Nam contraria contrariorum ſemper eſſe remedia oportet. Non eſt autem contrariũ per quod ſanatur diſtentio, cauſa primitiua ſeu externa, hęc enim non primò, & per ſe, nulloque alio interueuiente diſtentionem ſanat, ſed potiùs calor. Neque enim aquę frigidę perfuſio diſtentionem per ſe ſanat, neq; finis cauſa eſt: ſed natiui potiùs caloris interuentu, quem ob cutis conſtrictionem ac dẽſitatem, quam ſua frigiditate aqua efficit, auget, diſtentio ipſa ſanatur. atque id quidem duplici ratione. Primò, quôd concluſa ſumma corporis facie, is qui à profundo corporis aſcendit calor repercutiatur. Secundò, quòd eius difflatus, propter cutis denſitatem, prohibeatur. Atque id quidem Hippocrates iis verbis: calor autem hæc ſanat, breuiſsimè innuere voluit. Reliqua quæ ad huius ſententię pleniorem enarrationem ſpectant, ex commentariis noſtris petenda erunt, in quibus etiam fuſiùs, quod nihil per ſimilia curatur, à nobis, vt hîc etiam Galenus fecit, oſtenſum eſt. Cæterùm quę hîc de reditu ad naturalem ſtatum, & contrà à naturali in eum qui eſt præter naturam dicuntur, in huius capitis initio ex Platone abundè ſunt à nobis explicata. Non eſt verò ſilentio prętereundum quod à Galeno ſubiicitur, dum ait. Affectus non naturalis quum ſenſim in corpore increſcit, nullum omnino ſui ſenſum excitat: eius tamen ad naturalem ſtatum reditus, vbi confertim fit, non ſolùm ſentitur, ſed etiam voluptatem inducit. Hæc nanque verba ex diametro pugnare videntur cum iis quę libro duodecimo ther. method. capite ſeptimo ſcribuntur, vbi inquit.

Quomodo frigidæ perfuſio diſtentionẽ ſanet.

Obiectio.

Corpora

Corpora non ſolùm quum in non naturalem habitũ confertim aguntur, triſtem, gra-
uemq; mutationem ſentire videntur, ſed etiam in ipſo ad naturalem ſtatum ſuum re-
ditu, niſi eum paulatim accipiant, obiter cruciari. Hæc ille. Quum enim ait, niſi eum
paulatim accipiant, diſertè innuit, quòd, ſi confertim ad naturalem ſtatum redeant,
crucientur. Cuius tamen hoc loco contrarium affirmat, nempe quòd affectus præter
naturam ad naturalem habitum reditus, non dolorem, ſed voluptatem, ac delectatio-
nem inducat. Quocirca hęc duo loca prima facie manifeſtè inter ſe pugnare videtur.
Tamen ſi hæc ipſa rectè, & accuratiùs expendas, nihil pugnare deprehẽdes. Siquidem
in lib. 12. therap. method. Galenus loquitur de reditu ad naturalem ſuum ſtatum, qui
fit per contraria, & nobis minimè familiaria. Id quod abundè docent exempla quibus
eo loci Galenus vtitur, de iis qui in vehementi frigore iter fecerunt, & quum confertim
calefacere ſe ſe properarent, dolore circa vnguium radices adeò vehementi ſunt affe-
cti, vt illum ferre non potuerint. Quum itaque ignis cõfertim calefaciat, ac violenter
irruat, atque adeò nobis contrarius, ac minimè familiaris ſit, dolorem etiam in reditu
ad naturalem ſtatum, inducit. Hoc autem in loco Galenus loquitur de reditu ad natu-
ralem ſtatum, qui fit per ea quæ nobis ſunt familiaria, atque adeò minimè contraria.
Quod ſatis iis teſtatur verbis: atque hoc potiſsimùm ſi ab iis quæ nobis maximè ſunt
familiaria, fiat. Is autem ad naturalem ſtatum reditus qui fit per nobis familiaria, etiãſi
cõfertim fit, voluptatem excitat. Citra enim violentiam ſit. Quomodo igitur id quod
non violenter irruit, nobisque familiare eſt, vt ſunt dulcia in guſtu, odorata in olfactu,
dolorem induceret? quum nulla mutatio alteratióue, Galeno etiam lib. 12. therap. me-
thod. cap. 7. autore, niſi quæ confertim fit, & violenta eſt, dolorem concitet. Quocirca
quanquam hæc alteratio quæ fit per familiaria cõfertim incidat, tamen quia caret vio-
lentia, ideò voluptatem, & nequaquam dolorem inducit. Atque hæc eſt legitima præ-
dictorum locorum conciliatio. Cæterùm genitalium partium ſenſus, proprium quid
& eximium patitur, propterea quòd validiſsima prędita ſunt facultate, in marib⁹ qui-
dem expultrice genitalis ſeminis: in fœminis verò expultrice in teſticulis, & vaſis ſemi-
nariis, & attractrice genitalis ſeminis in vtero. Coniunxit autem natura genitalis ſe-
minis excretioni, & conceptioni immenſam voluptatem, vt ſcilicet hac ratione genus
perpetuò conſeruetur, quemadmodum lib. 14. de vſu par. cap. 9. fuſiùs monſtrauit Ga-
lenus. Verùm vt voluptas inſita eſt genitalibus, ob cauſam iam expoſitam, partibus, ita
moleſtia quę exintùs retento ſemine oritur, paulatim ac multo tempore coaceruatur.
Proinde licet magnopere infeſtet, quum maior ſit vitiato ſemini quàm menſtruis vis
ad inferendam vniuerſo corpori noxam, vt lib. 6. de labo. locis, cap. 5. latiùs eſt à Gale-
no oſtenſum, tamen à magnitudine voluptatis quę in congreſſu fit maris cum fœmi-
na, moleſtia hæc vincitur. Quum verò id quod moleſtat ſemen expellitur, quantò ce-
leriùs reditus ad naturalem ſtatum perficitur, tantò quoque maior voluptas erit.

Duorum locorũ prima facie pugnantium conciliatio.

Genitalium partium ſenſus, proprium quid & eximium patitur.

CAPVT VII.

Reliquum eſt vt de iis quæ ventriculi os, quod cor nominant, infeſtant ſymptomatis diſſeramus. Sunt enim & hæc quæ ad tactus genus pertinent. Sanè nulla pars eſt quæ ita exactè ſentiat, aut vtranque principem partem vnà ſecum afficiat, ac os ventriculi. Nominatur autem conſueto nomine non ſolùm nonnullis, ſed etiam medicis, ſtomachus. Stomachicæ nanq; ſyncopæ vocatæ, huius partis ſunt ſymptomata, quemadmodum & cardialgiæ, id eſt, cordis dolores, quæ ab altera eius appellatione nomen ſunt ſortitæ. Præterea difficiles & abolitas ſpirationes, & demorſus, & epilepſias, & delíria, & melancholias affert. Atque hæc quidem omnia conſenſus ratione.

Quæ os vẽtriculi infeſtant ſymptomata.

Stomachus.

©BIUM

Abolita appetentia. Difficilis.

Abolitas verò, & difficiles, & deprauatas appetentias, per ſeipſum. Voco autẽ abolitas appetentias, quum quis nihil omnino appetit. Difficiles verò appetentias, quando debiliter appetit. Deprauatæ verò appetentiæ, hæ quidem ad immoderatam cibi & potionis exhibitionem vertuntur, illæ verò ad alienarum qualitatum deſiderium.

COMMENTAR.

Cur ſtatim à ſenſu tactus, de oris ventriculi ſymptomatis agat?

Quæ ſymptomata os ventriculi infeſtent progreſſu tractationis oſtenſurus Galenus, initiò quibus nominibus veteribus ac recentioribus, tum philoſophis, tum medicis, imò poëtis, & hiſtoriæ ſcriptoribus, hęc corporis pars ſit appellata, & quòd bifariã, nempe per conſenſum, & per ſe, illi accidant ſymptomata, monſtrat. Quòd autem ſtatim à ſenſu tactus de oris ventriculi ſymptomatis agit hęc ratio eſt. Inter omnes nanq; corporis partes, nulla eſt quę exquiſitiori ſit prædita ſenſu, atque os ventriculi: idque propter neruos inſignes ad ipſum delatos. Nam par neruorum ex ſexta cerebri coniugatione ad ventriculum defertur, in hunc ſanè vſum, vt cibi potusque indigentiam ſentiat, quemadmodum fuſiùs lib. 4. de vſu par. cap. 7. Galenus oſtendit. Quòd autem ad nomina oris ventriculi attinet, priſcis & veteribus vt hic, & multis aliis locis, nempe lib. 5. de labo. locis, cap. 4. & 5 ſect. 4. apho. commen. 17. & 65. teſtatur Galenus, cor eſt appellatum. Nuſquam verò prolixiùs hoc facit, quàm in libro 2. de placitis Hippo. & Platonis. Illic enim aliquot eius rei teſtimonia ex Nicandro, Thucidide, & Hippocrate producit, quæ ibidem ſtudioſi legant. Non autem alia de cauſa cor eſt appellatũ, vt initio capitis quinti libri quinti de labo. locis Galenus autor eſt, quàm quòd paria cum corde ſymptomata procreet, vel quòd in cõſenſum cor ac cerebrum rapiat, quod hoc etiam in loco Galenus per vtranq; principem partem indicat. Porrò nonnullis etiam, iis nimirum qui nomine abuſi ſunt, ſtomachus dici cœpit. Quod diſertè teſtantur quę cap. 1. libri de curan. ratio. per ſang. miſsionem ſcribit Galenus, inquiens. Os ventriculi, nomine abutentes, ſępe ſtomachum appellant. Et rurſus ſect. 7. aph, com. 57. Os ventriculi, ait, quod nos, abutentes vocabulo, ſępe ſtomachum nominare ſolemus. Nam propriè loquendo, vox ſtomachus, omnis caui, vt lib. 4. de vſu part. cap. 1. teſtis eſt Galenus, prępoſitam ceruicem, inſtar iſthmi anguſtã ſignificat. Cęterùm poſt Ariſtotelis ſeculum, vt idem Galenus lib. 5. de labo. locis, cap. 4. autor eſt. ad gulam, quã veteres Gręci ὀισοφάγον vocauerunt, hæc vox tranſlata eſt. Tandem poſt Galeni ętatẽ ad ipſum etiam ventriculum vox referri cœpit, id quod in Paulo, & Aëtio videre licet. Non igitur rectè in pleriſq; codicibus Galeni græcis παλαῖοις legitur. Quippe veteres os ventriculi, non ſtomachum, ſed cor, vt comprehenſum eſt, dixerunt. Quum autem duę ſint ſyncopę, vt lib. 5. de labo. locis, cap. 1. Galenus tradit, vnà quę cordis vitio oritur, quam cardiacam nominant: & altera, quę oris ventriculi vitium eſt, hanc quidem ſtomachicam appellant, quòd nimirum in ea os ventriculi, cuius certè ſymptoma eſt, infeſtatur, vt infrà latiùs monſtrabitur. Eſt & cordis dolor, qui Gręcis καρδιαλγία dicitur, huius partis ſymptoma, cui nomen ab altera eius, cordis nimirum, appellatione nomen impoſitum eſt. Hęc inſuper pars difficiles, & abolitas ſpirationes, demorſus, & alia quę à Galeno recenſentur ſymptomata infert, quorum ſanè omnium lib. etiam. 5. de labo. locis, cap. 5. meminit. Cauſas verò omnium horum ſymptomatum prope finem huius capitis abundè explicabit, ideò non eſt, vt hîc de iis prolixiùs agamus. Vnũ tamen nobis minimè prętereundum erit, nempe, quod vbi Aldinus codex habet δήξεις, & nos demorſus conuertimus, hîc alij codices legunt πνίξεις. Hos certè in ſua verſione Copus ſecutus eſt, qui conuertit ſuffocationes. Prior autem lectio, quam nos in noſtra interpretatione expreſsimus, legitima eſt, quòd omnibus conſtet, demorſum nó aliunde, niſi ex prauis humoribus os ventriculi vellicantibus, ac mordentibus, naſci.

Nomina oris vẽtriculi.

Cor os vẽtriculi cur dictum?

Stomachus.

Gula. ὀισοφάγον.

Codex Græcus emendatus.

Syncope duplex.

Cardiaca. Stomachica.

Cordis dolor. καρδιαλγία.

Aldinus codex emaculatus.

Poſterior

©BIUM

Posterior autem falsa,eò quòd suffocatio vteri sit symptoma,vt copiosè lib. 6. de laborantibus locis,cap.5.Galenus docet.Hinc etiam cum adiectione πνὶξ ὑστερικὴ Græcis,strangulatio & præfocatio vteri latinis dicitur.Accedit, quod infrà vbi omnium prædictorum symptomatum causas Galenus recenset, nulla fit suffocationis mentio. Satis enim fuisset eam sub apnœa complecti,quia prefocatio vteri Galeno loco iam citato teste,ὑστερικὴ ἄπνοια nominatur.Porrò hęc omnia iam dicta symptomata consensus,quem cum corde & cerebro habet,ratione accidunt.Abolita verò, & difficilis, & deprauata appetentia per seipsum . Cibi enim appetentia præcipua est oris ventriculi actio,ideoque vitia,& symptomata quę in hac actione consistunt, iure optimo huic parti accepta referuntur. Descriptiones horum trium symptomatum ex Galeni contextu innotescunt.Hoc aliquam tamen fortè difficultatem parit,quòd,Deprauatę appetentiæ hæ quidem ad immoderatam cibi & potus exhibitionem vertuntur,hoc est, deprauatæ appetentię vno modo accidunt,vbi quis cibo potuque vix satiari potest,vt in canina vocata appetentir euenire solet:illæ verò ad alienarum qualitatum desiderium,hoc est,alio modo deprauata appetentia accidit,vbi quis aliena , & naturę auersa appetit,verbi gratia,lutum,carbones,& id genus alia,vt in pica vocato malo, de quo infrà dicemus,accidit.

πνὶξ ὑστερικὴ.

ὑστερικὴ ἄπνοια.

Deprauata appetentia duobus modis fit.

Dicendum igitur de omnibus iis deinceps,initio à propriis ipsius symptomatis sumpto.Sequuntur autem hæc,naturales particulæ actiones ,propter quas à cerebro maximos requirebat neruos,per quos abundantem hanc sensus speciem præ cæteris omnibus partibus sortita est.Quum enim quodlibet animal in ambientem aërem per cutem dißipetur,principiò partes quæ sub cute sunt vacuari contingit: quarum innata facultas est,quemadmodum in commentariis de naturalibus facultatibus demonstrauimus,vt alimentum ex vicinis partibus trahant , quo impleatur id quod erat vacuatum.Deinde rursus illæ ex sibi vicinis , ac quæ tertio loco sunt positæ,ab iis quæ sibi proximæ.Atque ita semper continuo ordine , perinde quasi in choro quopiam,celeri translatione facta,ad venas quæ ad ventriculum pertingunt vacuatio peruenit.Hæ verò & consueuerunt, & possunt pariter ex ventriculo ad se allicere alimentum, veluti stirpium radices in terram demissæ.Quippe quum tota hæc actio non animalis,sed naturalis sit, haud aliter in animalibus,quàm stirpibus perficitur.In stirpibus quidem , terra perpetuò ventriculi ritu paratum largumque alimentum, ministrat, quoad anni tempora cælitùs secundum naturã se habuerint.Proinde si aliquando ob squaloris siccitatisve excessum humor ipsius exarüerit,stirpes alimẽti penuria exarescẽt.Animalibus verò,vtpote quæ terræ, præter pauca quædã,nõ adhærent,natura ventrticulum veluti promptuariũ cibi fabrefecit,quẽadmodũ stirpibus terrã.Adiecit etiã penuriæ sensum, vt ad cibum potionemq; excitata animalia,in tempore expleantur.Vocaturq; huiusmodi explendi desiderium,appetentia.Fit autem à penuriæ sensu,quũ venæ ex ipso ventriculo,veluti emulgentes sugentesq; trahunt.Ventriculus verò huiusmodi suctionem non ferens,sed tanquam diuulsus,huius molestiæ remedium,cibum exquirit . Quippe venæ sic ad oblatum cibum cõuertuntur,atq; ex ipsa alimentum trahunt ,non ex ventriculo.Accidit autem post exhibitionem, vt simul atque venæ ad cibos se conuerterint,ventriculus quoque trahat, ex ipsis

Propria ventriculi symptomata.

Appetẽtia quid?

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 253 sur 637

©BIUM

Fames.

ad ſeſe, quantum priùs à venis exhauſtum eſt. Suctione igitur ſenſus, eſt fames. Duo verò alia ſuctionem venarum præcedunt. Hoc quidem homonymos cum altero vocatur appetentia, naturalisque exiſtit actio, haud animalis. Hanc autẽ ipſam appetentiam vacuatio præcedit. Et ſunt in vniuerſum quinque ſymptomata omnia, quæ ordine quodam ſe inuicem comitantur. Primum eſt vacuatio. Alterum verò naturalis appetentia vacuatarum partium. Tertium ventriculi ſuctio. Quartum ſuctionis ſenſus. Quintum animalis appetentia eius, omnium vltima.

Quinque ſymptomata quę ordine quodam ſe inuicem comitantur.

COMMENTAR.

Cauſas propriorum ventriculi ſymptomatum, hoc eſt, abolitæ, difficilis, & depraua tæ appetentiæ, hoc loco expoſiturus Galenus, primùm quid ſit appetentia & naturalis fames, quomodoque fiant luculentiſsimè oſtendit. Neque id ſanè temerè, ſciri enim non poteſt quibus de cauſis appetendi actio vitiatur, niſi priùs appetentię & famis, motuumq; ipſas prę cedentium naturam, cognouerimus. Apetentię autem hanc eſſe rationem ac modum Galenus docet. Quum animal quodque perpetuò in ambientem diſsipetur ac digeretur, atque hęc planè totius ſubſtantiæ diſsipatio & aſsiduus fluor, quem nobis innatus calor excitat, altera corruptionis noſtræ, vt libro. 1. de tuenda ſanitate, capite primo, Galenus teſtatur, cauſa ſit: vt cibo & potu is fluor reparetur neceſſe eſt, quemadmodum loco iam citato fuſiùs, & initio libri de aſsidua diſſolutione Galenus oſtendit. Cibo autem & potu reparari nõ poſſet quod eſt diſsipatum, niſi eoſdem appeteremus. Appetimus autem illos ideò, quòd partes ſub cute, quas primùm in iſta diſsipatione in ambientem nos aërem vacuari contingit, innatam ſibi ex proximis trahendi alimentum facultatem obtineant, quemadmodum in libris de naturalibus facultatibus eſt demonſtratum, vt id quod vacuatum eſt rurſus impleatur. Prædictę partes rurſus ex ſibi proximis abiiciunt alimentum, ac iterum tertiò loco quæ poſt eos ſub cute ſtatim ſunt poſitæ partes, ab iis quæ ſibi viciniæ ſunt trahunt. Atque ita continuo ordine, perinde quaſi in choro, & cœtu canentium, aut ſaltantium, ſemper celerrima fit tranſlatio, donec ad venas quæ ad ventriculum pertingunt, & numero ſex ſunt, vt alibi diximus, fuerit deuentum. Hæ ſanè conſueuerunt, ac poſſunt pariter ex ventriculo ipſo, veluti ſtirpium radices è terra, ad ſeſe trahere alimentum. Nam quum actio tota ſit naturalis, ac voluntatis expers, haud aliter in ſtirpibus, quàm animalibus perficitur. In ſtirpibus enim terra, ventriculi inſtar, paratum largumque alimentum ſuppeditat tantiſper, quoad anni tempora ſecundum naturam, ſe habuerint. Quod ſi verò terrę humor aliquando per immodicam ſiccitatem exaruerit, ſtirpes ob alimenti penuriam marceſcent, id enim Græcis verbum αὐαίνεται, quo hoc loco vſus eſt Galenus, ſignificat. Hinc ſiccitas illa ſtirpibus aduenies earum veluti ſenium eſt, & Græcis, vt libro primo de ſanitate tuẽda, cap. 2. Galenus autor eſt, αὖανσις dicitur. Animalbus autem, vtpote quę terrę non adhærent, prę ter pauca, vt ſunt teſtudines, natura ventriculum veluti penu aliquod cibi fabrefecit. Adiecit præterea à ventriculo penurię ſenſum, vt ad cibum & potum animalia excitata, in tempore expleãtur: Hunc autem penuriæ ſenſum natura ſoli ventriculo, & maximè iis partibus quę ad orificium eius pertinent, indidit, quemadmodum fuſiùs lib. 4. de vſu par. cap. 7. Galenus mõſtrat, vbi etiam quomodo animalia à ſtirpibus differãt abundè explicat. Qui ſanè locus, quum præſenti multum lucis afferat, diligenter ſtũdioſis excutiendus erit. Cæterùm explẽdi hoc animalis deſideriũ ὄρεξις, latinis appetẽtia vocatur. Fit verò hęc à ſenſu penurię, quũ ſcilicet venæ ex ipſo ventriculo, veluti mulgentes, ſugẽtesq;, trahũt. Ventriculus aũt huiuſmodi venarũ ſuctionem non ferens, ſed tanquã diuul-

Appetentiæ modus.

αὖανσις.

Penuriæ ſenſus ventriculo cæ indutus.

ὄρεξις.

ſus

©BIUM

ſus huius moleſtię, quam illi iam dicta ſuctio infert, remedium, cibum exquirit. Cibo autem exhibito, venę ad oblatum iam cibum conuertuntur, atque ex ipſo quod illis familiare, non amplius ex ventriculo, trahunt. Vbi autem venæ ad cibum conuerſæ quod ſatis eſt ad ſe attraxerunt, tunc ventriculus quantum priùs à venis exhauſtum eſt, ad ſe trahit. Tractationem hanc ventriculi ſequitur ſuctionis ſenſus, qui non eſt niſi fames naturalis. Porrò huic Galeni ſententiæ, qua famem eſſe ſuctionis ſenſum aſſerit, Auicenna fen. 1. cap. 1. doct. 4. cap. 1. aduerſatur, vbi humorum vſum explicans cauſam famis, non, vt hoc loco Galenus, ſuctionem venarum, ſed atram bilem, in eum ſcribens modum, eſſe cõtendit. Vtilitas, inquit, ideò accidit, quia in os ſtomachi quaſi mulgendo profluit. Et hæc quidem vtilitas eſt duobus modis. Vno, quia os ſtomachi ſtringit, & cõfortat, & inſpiſſat. Alio, vt in ore ſtomachi commotionem faciat propter acredinem, & excitet ad famem, & faciat deſiderium. Hæc ille. Auicennę ſubſcribunt, quod ſciam, omnes propemodum practicarum, vt vocant, ſcriptores, & vniuerſus barbarorũ medicorum cœtus. Adeò vt ſi teſtium multitudini, hac in parte ſubſcribendũ erit, Galenum deſeramus oportet. Quid igitur nobis in iſta difficultate faciẽdum erit, pluribûsne, an vni potiùs Galeno accedendum? Certè vni Galeno, deſerta aliorum turba, ſubſcribendum, quòd eius ſententia rationi ac veritati conſona, reliquorum autem contraria ſit. Eſſe autem Auicennæ, & qui illum ſequuntur ſententiam, aut potiùs opinionem erroneam, principiò anatomes ratio, atq; adeò αὐτοψία ipſa, quæ omnium certiſsima eſt, perſpicuè docet. Siquidem nulla eſt vena quę melancholicum excrementum in os ventriculi eructet, vel euomat, ſed in ipſum potiùs ventriculum, vt lib. 5. de vſu par. cap. 4. Galenus confirmat: non tamen vt famem excitet, ſed potiùs vt ventriculum intendat, & in ſeipſum contrahat, quo cibos tantiſper dum cõcocti fuerint, retineat, vt copioſè loco iam citato Galenus monſtrat, & nos libro ſexto Epide. Hippocra. ſectione ſexta, commenta. primo, fuſiùs docuimus. Dein ratio ipſa abundè conuincit, hoc eſſe merum Auicennę, vt multa alia, commentum. Nam ſi huiuſmodi excrementum, famis excitandæ gratia ad ventriculum deferretur, certè ſtato aliquo tempore, nempe quum inanis eſſet ventriculus, illuc tranſmitteretur neceſſe foret. Si enim eo tempore quo cibis diſtentus eſſet ventriculus, ad os eius melancholicum excrementum conflueret, tunc vt aliquis pleno ac diſtento ventriculo eſuriret, & fame premeretur, conſequeretur, quod tamen abſurditate haud vacaret. Mox enim ventriculi os conſtringeret, cogeret, atque exprimeret, adeoq; ſuctionis ſenſum excitaret. Non poſſe autem certo & ſtato aliquo tempore, nempe dum inanis & cibis vacuus eſt, in ventriculum melancholicum excrementũ defluere, hinc patet. Eſt enim excrementum lienis, ideoque ἐξερεύγεται καὶ ἐκκρίνεται, vt lib. 5. de vſu par. Galenus ait, id eſt, euonitur & excernitur à liene. Quanquam enim lien ex atra bile nutritur, tamen non nutritur, niſi ex ea quæ in hoc priùs in familiariſsimum illi humorem tranſmutata fuit. Quicquid verò eius eſt quod elaborationem illam, quę in liene fit, effugit, & vt nutriat omnino inutile eſt, hoc totum lien in ventriculum euomit. Non autem euomitur & expellitur, niſi tum maximè, quum eo vt excremento grauari lien cœperit. Id quod magna ex parte fieri ſolet, vbi iam alium cibum aſſumpſit animal, hoc enim tempore melancholię elaboratio in liene eſt perfecta. Et vt eo, quo diximus, tempore fiat, eius etiam excrementi vſus luculenter admodum oſtendit. Neque enim alia de cauſa ad ventriculum confluit, vt comprehenſum eſt, niſi vt eiuſdem actiones iuuet, cibumque quoad concoctus fuerit retineat. Quum itaque hoc potiſsimùm tempore, quando cibis refertus eſt, melancholicum excrementum in ventriculum deriuetur, alia de cauſa, quàm vt famem excidet naturalem, eo pellatur neceſſe eſt. Quanquam ſi hoc nomine illuc detruderet, vt ad os eius defluere, non in ipſum ventriculum, neceſſarium foret. Non fuit autem opus ad naturalem famem proritãdam, hoc melancholico excremento, quũ conſtet ſuctionis ſenſum fieri, etiamſi nullum eiuſmodi ad os ventriculi pella-

Fames naturalis.

Auicennæ de famis generatione error detectus.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 255 sur 637

©BIUM

Periculoſum & detrimentoſum eſt autorum, præſertim barbarorum, teſtimoniis eſſe addictum.

tur excrementum. Ex iam dictis omnibus puto perſpicuum eſſe quàm periculoſum, & detrimentoſum ſit autorum, Auicennę præſertim, & aliorum barbarorum teſtimoniis ita eſſe addictum, vt illis etiam nullis adhibitis rationibus fides habeatur. Quod ſi verò aliquis à nobis roget quid eoſdem vt iſta tum conſtanter docerent impulerit, reſpondeo imaginatio, quę plerunque eſt à vera ratione alieniſsima, quam Auicenna, non hoc ſolùm loco, ſed & multis aliis vſurpauit, & pertinaciter ſecutus eſt. Adeò vt etiam Matthęus de Gradi, vnus è grege barbarorum, in commentariis ſuis, quos in Raſij Almanſorem ſcripſit vaſtiſsimos, in capite de phrenitide, ita de Auicęna pronunciare coactus ſit. Credo, inquit, audacter eſſe dicendum cum Theophylo, in principio ſui tractatus de vrinis, quòd Auicenna fuerit medicus magnus ratione, & re inexpertus. Vnde omnia quę per rationem vidit poſsibilia, admittit tanquam vera, licet nunquam fuerint, nec ſint, nec erunt. Hæc ille barbarus de ſuo Principe ſcribere nihil eſt veritus, Sed dicet quiſpiam, quę falſa ratio ſeu imaginatio hac in parte Auicennæ & aliis hunc ſecutis impoſuit? Nulla ſanè alia, quam hæc ipſa. Quum animaduerterent aliquot melancholicos eſſe valde famelicos, ſtatim in eam venerunt opinionem, quòd melancholia famem etiam excitaret naturalem. Quam vt aliquo fuco ornarent, finxerunt, præter omnem tamen anatomes rationem, & αὐτοψία etiam repugnante, venam quandam quæ melancholicum excrementum ad os ventriculi deferret. Mirum verò cur hunc vſum non tribuerint etiam acidæ pituitę, quæ & ipſa, vt in libro de plenitudine teſtis eſt Galenus, famelicos efficit. Sed præſtat verba eiuſdem ſubiicere. Ex cæteris, inquit, pituitę generibus, vnum dulce eſt, acidum alterum, tertium ſalſum. Fiũt aũt ex dulci ſomnolenti, famelici ex acida redundante, vti cũ ſalſa ſuperauerit, ſiticuloſi. Cæterùm verùm quidem eſſe fatemur melancholicos eſſe famelicos, ſed non omnes, quod iam citato loco Galenus ſatis ita ſcribens confirmat. Ex atra verò bile mœſti fiunt, & amarulenti, & horribiles, & ſitis expertes, ac ſaliua referti. Porrò nõ omnes cibum auerſantur, ſed & eorum aliqui fame conflictantur, nimirum ij quibus atra bilis qualitatem acidam ſuperantem obtinet. Id fieri ſolet quum ea malignior redditur. E quibus vtique Galeni verbis euidentiſsimum fit, famelicos non fieri niſi ab ea atra bile, quæ vehementer acida eſt, alioqúe nomine, vt in fine libri ſecundi de naturalibus facultatibus idem Galenus autor eſt, radens dicitur. Hæc itaque, perinde atque acida pituita, famem excitat, at nequaquam naturalem. Nam quum vterque humor ſit non naturalis, quomodo aliquid quod ſecundum naturam eſt in corpore excitare poſſent? Nõ eſſe autem famem à iam nominatis humoribus excitatam, naturalem, hinc etiam abundè intelligitur. Non fit enim eo ordine, quo naturalis, quæ quidem à diſsipatione quæ cute tenus fit incipere ſolet. Præterea naturalis fames non fit niſi inanito ventriculo, non naturalis autem eodem etiam cibis diſtento accidit, vt de canina appetentia paulò poſt latiùs oſtendemus. Proinde quum naturalis fames vacuationẽ venarum legitimo ordine factam ſequatur, non eſt cur à melancholico excremento hanc ipſam excitari credamus. Atque de famis naturalis generatione ſatis, quam non eſſe niſi ſuctionis ſenſum Galenus hoc in loco docet. Venarum autem ſuctionem duo alia præcedunt ſymptomata, quorum vnum eiuſdem eſt cum altero, quod vltimum ordine exiſtit, nominis, appetentia enim vocatur, atqui naturalis, non, vt altera, animalis. Siquidem voluntatis expers eſt, & naturaliter fit, adeoque à natura, non animalibus tantùm, ſed & ſtirpibus inſita, qua quod illis familiare eſt ad ſe attrahunt. Hoc ſymptoma, ſiue naturalem hanc appetentiam, alterum præcedit ſymptoma, nempe vacuatio: neque enim ad ſe attrahunt & ſtirpes, & animalia quod eſt familiare, niſi vt id quod vacuatum eſt rurſus impleatur. In appetentia igitur ipſa procreanda quinque ſe ſe mutuo, ac ordine quodam, comitantur ſymptomata. Primum eſt vacuatio, & diſsipatio partium. Alterum, naturalis appetentia partium quę iam ſunt vacuatæ. Tertium, vẽtriculi ſuctio, quę fit à venis iam exhauſtis ac vacuatis.

Matthæi de Gradi de Auicenna iudicium.

Quæ imaginatio Auicennæ impoſuerit.

Acida pituita etiam famelicos facit.

Nũ omnes melancholici ſint famelici?

Atra bilis famem excitat, at nõ naturalem.

Appetentia naturalis.

In appetẽtia procreanda, quinque ſe inuicẽ ſequuntur ſymptomata.

Quartum

Quartum,ſenſus ſuctionis in ventriculo,qui ſugentibus venis veluti diuellitur.Quintum,animalis appetentia,qua animal excitatum,ad quærendum ſibi & capiendum cibum impellitur.Atque hæc rectè animalis dicitur, ex arbitrio enim animalis pendet tota,quod abundè comprobarunt hi,qui inedia ſibi mortem conſciuerunt. Appetentia animalis.

Abolitio igitur huius actionis accidit,vel quòd ſuctionis ſenſus perierit, vel quòd ſuctio non fiat, vel corpus non vacuetur. Ad eundem modum exigua imbecillaue appetentia erit, vbi quæ iam diximus non abolita ſunt, ſed propè tamen ad abolitionem accedunt.Deprauata verò appetentia, quæ quidem quantitate modum excedit,ac vocatur à quibuſdam canina, fit, quum acidus quiſpiam vitioſus ſuccus ventriculum mordet, vel vbi totum corpus immodicè diſſipatum,aſſidua indiget nutritione. Quippe frigidus vitioſus ſuccus,morſum ſuctioni reſpondentem inducit,ac appetentiam, naturalis pathematis ſimilitudine, excitat. Alimenti autem non potus deſiderium affert, id'que propter refrigerationem.Si verò ſalſi,aut bilioſi humoris vitium ventriculum mordet, potionis magis,quàm cibi appetentes fiunt. Præter hoc enim quod ventriculum calefacit & exiccat,quæ vtique ſitis cauſæ ſunt,etiam ſuccos,tum in ipſo,tum in venis fundit. Sympтoma vero fundendorum ſuccorum, partes continentes implet, quemadmodum,opinor,frigiditatis vacuat. Itaque non parum ad famem frigus in ventriculo confert.Nam & vacua reddit corpora,& tunicas ipſorum cogens conſtringensque appetentiam excitat. At inter potiſſimas, continentesque cauſas quibus fames impeditur,calor numeratur,vt qui ſolida corpora reſoluit, & ad tractum imbecilliora reddit:aliquid verò fundendo ſupra modum extendit.Vna igitur caninæ appetentiæ cauſa eſt acidorum humorum vitium. Altera verò,vt dictum eſt,plurima per totum corpus vacuatio, ſiue ob caloris robur, ſiue retentricis facultatis imbecillitatem ſit facta.Accidit autem per priorem affectum,vt eorum quæ fuerunt ingeſta,multa fiat deiectio.Per ſecundum verò,vtpotè ob habitus vacuationem factum,cibus in corpus diſtribuatur.Immodicæ igitur et appetentiæ,& fames,ob huiuſmodi cauſas fiunt. Abolitæ appetentiæ cauſæ. Exiguæ. Deprauatæ. Sitis cauſæ. Frigus ad famem confert. Calor famẽ impedit. Caninę appetentiæ cauſæ.

COMMENTARIVS.

Hoc quidem in loco Galenus pergit abolitæ,imbecillis exiguæue, & deprauatæ primi generis,hoc eſt,immodicæ,appetẽtiæ cauſas enarrare. Abolitæ autem actionis tres eſſe cauſas docet,vnam quidem ſuctionis ſenſum amiſſum.Amittitur verò, vbi ventriculus nimio humore imbutus madet,præſertim ſi is lentus,& craſſus fuerit. Aut vbi per vehementiorem refrigerationem vis ſenſifica ſopitur,ac planè ſtupeſcit. Alteram cauſam eſſe ait,quia ſuctio non fiat.Non fit autem ſuctio, vbi nimia plenitudo vaſa occupat, vel minima fit partium diſſipatio, adeoque vt impleantur minimè egent. Tertiam,quòd corpus non vacuetur. Quod euenit,vbi quod ingeritur multum eſt, modicum autem quod effluit.Id quod iis potiſsimum vſuuenire ſolet,qui totos dies ac noctes potant, & gulæ noua irritamenta quærunt. Illis enim nunquam fames, nunquam inanitio fit,quòd cibus cibũ perpetuò excipiat.Pari ratione exigua imbecillaue appetentia fit,vbi ea quę iã dicta ſunt,nẽpe ſuctionis ſenſus,ſuctio ipſa,& corporis vacuatio,nõ omnino pereunt,ſed vt aboleãtur propè veniũt.Deprauata verò appetẽtia, quæ quantitate nõdum excedit,id eſt, qua plura q̃ decet appetuntur, & ob id Canina à nõnullis vocatur:quòd ſcilicet in ingerẽdis cibis nullus tũ ſit modus,adeoq; horum Abolitæ appetentiæ tres cauſæ. Suctionis ſenſus amiſsio. Suctio quando non fit. Exiguę appetentię cauſæ. Deprauatę. Canina.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 257 sur 637

©BIUM

grauatus multitudine ventriculus ad vomitum diuertat, qui rursus se cibo alio explens, quemadmodum in carnibus accidit, ad vomendi cõsuetudinem delabatur: duabus de causis fit. Primò, quando acidus vitiosus humor, vt est, acida pituita, vel atra bilis, ventriculum mordet. Is enim rosionem morsúmve suctioni proportione respondentem inducit. Nam ventriculi tunicas sua frigiditate cogit, ac constringit, cogendoque humiditatem earundem exprimit, atq; adeò illas vacuat. Proinde fit vt appetentiam seu famem, naturalis pathematis, quod suctionem ventriculi sequitur, similitudine, excitet. Vt autem appetentiam illam quam acidus humor excitat, cum adiectione immodicam & caninam: ita naturale pathema itidem cum adiectione naturalem appetentiam siue famem appellamus. In hac verò appetentia quę acidorum humorum vitium comitatur, cibi magis quàm potus desiderium fit: idque propter refrigerationem, quę siti aduersatur. Si verò salsa pituita, vel flaua bilis ventriculum mordet, potionem magis quàm cibum appetent. Quippe huiusmodi humores, præter hoc quòd ventriculum excalfaciunt, & exiccant, vnde sitis causa fiunt: duplici enim hac ratione, vt lib. 1. de simplici. medica. facul. cap. 30, & libro. 6. de laboran. locis, cap. 3. copiosiùs Galenus ostendit, sitis prouenit, humoris nimirum inopia, & caloris copia: humores etiam tum in ipso ventriculo, tum in venis suo calore fundunt, qua quidem fusione facta, partes humores hos continentes implentur. Quapropter vt frigiditatis symptoma nempe cõstrictio, vacuat: ita caloris symptoma, fusio scilicet, implet. Non parum igitur ad famẽ non naturalem, id est, caninam illam appetentiã, de qua hoc loco Galenus, vt præcedentia & sequentia conuincunt, loquitur, frigus in ventriculo confert. Quod adiiciendum esse duximus propter Franciscum Valleriolam, qui ex hoc loco famem etiã naturalem ex frigore potenter posse excitari contendit. Ad suæ verò sententiæ comprobationem aliud Galeni testimonium ex cap. 63. artis medicæ affert, vbi is ita scriptum reliquit. Frigidior naturâ ventriculus ad appetendum quidem bonus, ad concoquendum verò minimè. At si præsentem Galeni locum rectè expendas, à Valleriolæ sententia esse alienissimam comperies. Quum enim Galenus hîc de intemperiebus connatis seu insitis, quas sua lingua ἁπλᾶς ἐμφύτους καὶ συμφύτους vocat, loquatur: geminas enim statuit intemperies, vnam quæ connata est nobis, & in prima, quæ in vtero facta est, conformatione contracta: alteram verò quæ per morbos accidit: euidentissimum est eum de naturali, quę à suctione tantùm, vt dictum est, excitatur nequaquam, sed de non naturali esse locutum. Nam ab intemperie nihil quod naturale dici potest, procreatur. Sed vt ipsa non inest nobis secundum naturam, ita etiam omnia ab eadem procreata & genita, præter naturam sint oportet. Naturalem tamen famem à frigore adiuuari, hoc est, vehementiorem & maiorem quàm naturâ esse consueuit fieri, non reluctamur. Nam suctioni, partium etiam ventriculi vacuatio, à frigoris constrictione facta accedit, vt hoc nomine fieri famem vehementiorem necesse sit, quæ tamen partim naturalis, partim non naturalis dici potest. Naturalis, suctionis respectu. Non naturalis, frigoris gratia. Et si in hanc sententiam de fame loquatur Valleriola, non prohibemus, quinetiam præsentem Galeni locum, vbi ait: Itaque non parum ad famem frigus in ventriculo confert: ad famem naturalem accommodet: idque propter verbum, quo vsus est Galenus, ait nanque συντελεῖ εἰς τὸ πεινᾶν id est, confert ad famem, aut adiuuat famem. Simile est, quod in concoctione accidere solet. Vt enim hæc ab innato calore rectè effici, ab extraneo autẽ iuuari dicitur, vt sect. 2. aph. commen. 22. monstrauimus: ita fames naturalis à suctione rectè fieri, adiuuari verò à frigore statuitur. Si enim ad vacuatarum partium naturalem appetentiam accedat etiã ea quæ à frigido fit inanitio, vt maior vehementiórve fiat quã natura esse debet necesse est. Hinc itaq; accidit, vt tum plus appetat ventriculus, quã possit concoquere. Quod certè in naturali appetentia nequaquã euenire solet, per quàm sanè nõ plus appetit q̃ concoquere possit. Quum enim naturalis appetentia vacuatiõnem partium, atq; adeò

Naturale pathema.

Sitis causæ duæ.

Frigus ad famẽ non naturalem confert.

Franciſci Valleriolę famem naturalem à frigore iuuari afferentis opinio expenditur.

Intemperies geminæ.

Naturalis fames à frigore iuuatur.

ſuctionem ſequatur,ſit vt in ea non plus appetamus,quàm vt ea quę vacuata ſunt, ſarcire ac reficere poſsint.In non naturali ſeu immodica caninâve appetentia plus appetitur,quàm ad reficiẽda ea quę vacuata ſunt,opus ſit.Prętereà quòd ea quæ hoc loco dicuntur à Galeno,non ſint referenda ad naturalem,ſed potiùs ad immodicam ſeu caninam appetentiam,abundè teſtantur ea quæ idem Galenus ſectione ſecunda,apho. commenta . viceſimoprimo ſcribit,vbi diſertè non naturalis ſiue caninæ appetentiæ cauſas frigidiorem ventriculi intemperiem, vel acidos humores ori eius infarctos, eſſe docet.Et ſectione prima,apho.comm.decimoquinto Galenus natiuum calorem omnium actionum naturalium cauſam eſſe tradit.Eſt autem appetentia actio naturalis,igitur à calore natiuo ac temperato,& nequaquam frigore excitatur . Quinetiã ibidem Galenus manifeſtè ait,calorem natiuum intendere appetentiam.Si itaque à calore natiuo fit,quomodo à frigore,quod illi contrarium eſt,eumque extinguit, fieri poſſet?Sed ea de re ſatis. Porrò cur frigus famem adiuuet Galenus hanc cauſam ſubiungit.Corpora enim vacua reddit, conſtringendo nimirum ac cogendo tunicas eorundem,vt paulò ſuprà dictum eſt,adeoque humiditates quæ in iis ſunt exprimendo . Vt autem frigus immodicam famem excitat,ita calor inter cauſas continentes abolitę appetentiæ numerari debet:ſic ſanè , vt ab immodico calore, ſen calida intemperie abolita appetentia ſeparari nequeat.Nihil autem mirum calidam intẽperiem,vtpote morbum,ſui ſymptomatis,nempe abolitæ appetentię,eſſe cauſam continentem.Cur verò calor famem impediat,nulla alia de cauſa fit,niſi quia is ſolida corpora reſoluit ac relaxat,& ad attractionis munus imbecilliora reddit.Humida verò corpora fundendo, ſuprà modum extendit,atque adeò implet,& non vacuat. Ex iam dictis euidentiſsimũ eſt,Caninę appetentię duas eſſe cauſas,vnam acidorum humorum vitium:alteramverò plurimam per vniuerſum corpus vacuationem,ſiue hæc caloris robore,vt in ardẽtiſsimis contingit febribus, in quibus ob aſsiduam , quæ vi caloris immodici fit, inationem,cibus ſemper per corpus digeſtus diſsipatur,& ſubinde exhalat,ſiue propter retentricis imbecillitatem, quę parum ſuo munere fungens,cibum , quoad perfectè cõcoquatur non retinet,ſed crudus per aluum expellitur,accidat. Quòd hoc etiam loco Galenus iis innuit verbis.Per priorem affectum,id eſt,retentricis imbecillitatem,ciborum ingeſtorum multa fit deiectio.Per alterum,nempe caloris vehementiam, ob exactam habitus corporis inanitionẽ.cibus per corpus diſtribuitur.Nam vbi venæ quæ in ore ventriculi ſunt,à vehementi calore fuerint exiccatæ,inanitionẽ primùm ægrotantes,ideoque illæ cibum aſſumptum ad ſe alliciunt , à quibus dein venæ ex iecore ad uentriculum venientes,vtpote etiam aridæ, rapiunt totum,atq; deinceps ex iis alię, donec per vniuerſum corpus deferatur cibus.Adeoque fit vt is cibus qui neque propter celerem raptum rectè concoquitur,neque per aluum deiicitur, neque plenitudinẽ efficit,neque probè alere poteſt,à multo calore diſsipetur ac diſcutiatur,vt fuſiùs libro ſexto de laborantibus locis,capite tertio,Galenus monſtrauit.

Cur frigus famẽ adiuuet?

Calor continens cauſa abolitæ appetentiæ,

Caninæ appetentiæ cauſæ,

Prauas autem qualitates appetunt ij,quibus ventriculi tunicæ prauo aliquo excremento ſunt imbutæ . Conſuenit autẽ id maximè accidere mulieribus vitioſis refertis humoribus,quum vterum geſtant,vocaturque malum hoc pica. Appetũt verò in eo potiſsimùm acida,& acerba,nonnunquam etiam acria , interdum vel cimoliam terrã,vel teſtas,vel extinctos carbones,vel alia huiuſmodi abſurda edulia. Atque complures earum hoc vitio laborant,vſque ad ſecundum , ac tertium menſem.In quarto verò quieſcunt,partim quod vomitione vitioſus humor vacuatus ſit,partim quòd tempore concoctus ſit,vtpote muliere ipſa,propter faſtidium, exiguum cibum ſumente:partim quoque quod plenitudo ipſa ſit vacuata. Quip-

Prauas qualitates qui appetat.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 259 sur 637

©BIUM

pe primis duobus menſibus, fœtus parum ſanguinis ad ſe trahit, eò quòd adhuc minimus ſit, quum hoc tempore nondum fœtus nominetur, ſed adhuc conceptus. Vbi verò maior fit, ac ampliore alimento indiget, tum non ſolùm quod in venis optimũ eſt id attrahit, quemadmodum anteà, ſed quia maiorem alimẽti copiam requirit, aliquid vitioſi ſimul attrahit. Ita fit, vt vniuerſum corpus plenitudine laborare deſinat, & minùs vitioſo ſucco infeſtetur. Ipſe autem fœtus excrementa alimenti quod attraxit, ad duas reponit membranas. Ac fit quidem, magna ex parte, ipſe quoque fœtus vitioſioris ſucci, & intemperantior, vtpote ex vitioſo nutritus ſanguine, niſi grauida reliquo quo vterum geſtat tempore, bonis vtatur cibis. Verùm hoc nihil ad rem propoſitam. Prauarum autem qualitatũ appetentia, de qua diſſerens, picæ memini, viris etiam aliquando accidit, quum ſcilicet ipſis in ventriculi os ſimilis aliquis vitioſus ſuccus procubuerit. Hæc quidem ſymptomata circa alimenti appetentiam eueniunt.

COMMENTAR.

Qualitates prauas qui appetãt.

Hactenus de cauſis deprauatæ appetentię qua immodica fame premitur animal, Galenus diſſeruit. Reliquum igitur eſt vt hoc loco de cauſis deprauatæ appetentiæ, qua à natura aliena appetuntur, ſermonẽ inſtituat. Prauas verò, & à natura alienas qualitates ii appetere ſolent, quibus ventriculi tunicę prauo aliquo excremento ſunt imbutæ. Simile nanque ſimili gaudet, ac delectatur. Hoc autem mulieribus vitioſis humoribus plenis, potiſsimùm vbi grauidæ ſunt, accidit, vocaturque malum hoc quo tum laborant Græcis κίτλα, Latinis pica. Plinius molliciem hanc prægnantium, Malaciam appellat. Lucretius pellaciam. Nomen autem illi malo à pica aue, Ariſtotele libro ſeptimo de hiſto. animal. capite quarto, teſte, impoſitum. Nam vt hæc picturatam in plumis varietatẽ oſtẽdit: ita in hoc malo grauidæ omnis generis prauos appetũt cibos. Siquidẽ appetũt potiſsimùm acida, acerba, acria, cimoliã terrã, quæ à Plinio li. 35. ca. 17. inter genera cretæ numeratur, itẽ teſtas, & carbones extinctos, aliaq; eiuſmodi abſurda edulia. Alii, vt Plinius libro .1. capite primo, hoc vitium ita dictum eſſe putant, quòd auis pica vocata, eo ſępe tentari ſoleat. Durat autem id genus mali in grauidis magna ex parte vſque ad ſecundum, & tertium menſem. In quarto verò quieſcunt tam abſurda appetere, tribus quidem de cauſis. Primò, quòd vitiati humores crebris vomitionibus quibus grauidæ infeſtantur, ſint præcedentibus menſibus vacuati. Secundò, quia tempore vitioſus humor concoctus ſit, quòd propter faſtidium, quo grauidæ laborant, parum cibi ſumpſerit mulier. Quum itaque natura nimia cibi ingeſtione nõ obruatur, facile quod reliquum eſt vitioſi humoris concoquere poteſt. Sed hîc quiſpiã fortẽ ſecum cogitabit, quo pacto cacochymia, ſiue vitioſus humor concoqui poteſt? Reſpondeo, vt duplicia ſunt cruda, alia quæ citra ſanguinem, alia quæ ſupra ſanguinẽ, vbi ſcilicet ſupra iuſtum modum eſt percoctus, ſubſiſtunt, hæc quidem bilioſam, illa verò pituitoſam cacochymiam efficiunt. Quæ prima ratione cruda & pituitoſa ſunt, extenuatione, quæ per calida fit, concoquuntur. Quæ verò altera ratione cruda ſunt, ac bilioſa, hęc vbi à natura euincuntur, concoqui ſolent. Euincuntur autem vbi non excandeſcit amplius, nec ita vt anteà acris eſt, & hominem deũrit, quemadmodum ſectione prima, apho. comm. 22. copioſè admodum mõſtrauimus. Vbi etiam Auicennę & recentiorum quorundam errorem, qui ad bilis concoctionem craſsitiem requiri cõtendunt, confutauimus. Id quod etiam libro ſecundo paradox. cap vndecimo, & cap. viceſimo Compendii fecimus. Tertiò, quarto menſe pica malũ infeſtare grauidas ceſſat, quòd plenitudo vacuatione quæ per ipſum fœtum facta eſt, imminuta ſit. Quippe

Malacia. Pica.

Cimolia terra.

Quare quarto menſe Pica malũ deſinat?

Cacochymia quo pacto cõcoquitur.

primis

primis duobus menſibus,quo hoc vitio moleſtantur prægnantes, fœtus parum ad ſe ſanguinis attrahit,quòd ſcilicet adhuc minimus ſit,adeò vt ne fœtus quidem nominetur,ſed Græcis κύημα,Latinis conceptus, quemadmodum Galenus libro primo de ſemine fuſiùs docet.Ibidem enim quatuor tempora,totidemq; appellationes eius quod in vtero ex ſemine genitum cõtinetur,ex Hippocrate eſſe oſtendit. Quando enim futuri fœtus ex ſemine informis in vtero coactio fieri incipit,Genitura dicitur. Quũ verò ſanguine genitura impletur,nondum autem principes partes articulatæ fuerint, cõcretionem tamen iam quandam,& magnitudinem obtinent, tũ Conceptus nominatur. Vbi autem cor,cerebrum,& iecur iam conformata diſcretaque videre licet, fœtus vocatur.Quando verò iam artus vniuerſi compage ſua conſtant, Infans nuncupatur. Cæterùm vbi iam maior ſit fœtus,ac ampliore alimento indiget,tũc nõ ſolùm id quod *in venis* optimum eſt,quemadmodum anteà quum minor erat, attrahit: ſed quia maiorem alimenti copiam requirit, etiam aliquid vitioſi ſimul cum optimo allicit. Excrementa verò quæ fœtus ipſe ad ſe attrahit,ad duas membranas reponit.Quippe fœtum tres membranæ ſeu tunicæ inuoluunt, quas natura quoad eius fieri potuit vnire nixa eſt,vt quod roboris cuique priuatim deerat,id omnes à ſeſe mutuò indipiſcerentur.Prima,& omnium extima, fœtum duntaxat circulorum vaſa ambientium modo cingit.Neque enim ſuperiorem,neque etiam inferiorem fœtus partem contingit, ſed ad eiuſdem mediam regionem conſiſtit,ſi modo fœtum ita iacentem ſubaudias,quẽadmodum conuolutus in vtero ſecantibus occurrit. Vocatur aute Græcis χοριον,Latinis ſecunda,Recentiores ſecundinam nominant. Non eſt autem hæc extima mẽbrana niſi multarum venarum,& arteriarum quidam plexus,interualla membranâ obducta obtinens.Secũda fœtus tunica mẽbranáve,à figura farciminis,quòd Græcis ἀλλᾶς dicitur,eleganter admodum ἀλλαντοειδὴς veteribus anatomicis eſt appellata. Nam vt ἀλλᾶς farcimem erat quòd ex carne & farina ſubacta in craſsius inteſtinum coniecta fiebat ita,quum inter diſſecandum extima tunica ab vtero diuulſa eſt, ateráque & ſubnigricans ſubuiridiſq; ſanguis ab illa profluxit, nullaque alia fœtus membrana effracta,fœtus ab vtero eximitur, is vnà cum ſuis membranis farciminis alicuius, nõ quidẽ oblongi,& quod ex tenuibus formatur inteſtinis,ſed breuis,& ex craſsioribus vt dictũ eſt formati inteſtini, ſupraque & infrà conſuti, non autem laqueo tantum intercepti, imaginem exprimit.Secunda enim membrana inteſtino reſpondet, fœtus autem, & omnia quæ hæc tunica amplectitur,inteſtino ipſi infartorum rationem obtinent.Inter ſecundam hanc & tertiam,de qua mox dicemus,membranam, fœtus vrina colligitur.A ſuprema enim fœtus veſicæ fundi regione,meatus quidam ſurſum per vmbilicum in cauitatem pertinet,quæ inter ſecundam & tertiam conſiſtit membranas. Is ſanè meatus fœtus,vt comprehenſum eſt,vrinam in illamamplitudinẽ defert,hincque Græcis οὐραχὸς quaſi vrinæ ductor,eſt appellatus.Mira verò induſtria in hoc à natura formatus eſt,ne fœtus vrinam per veſicæ ceruicem reddens,illam corpori ſuo proximam,tantiſper dum naſceretur aſſeruaret,& eius acrimonia mordacitateque mollis illa,& tenella cutis erodatur exulceretúrve:ſed vt vrina procul à fœtus cute, eius vrinarii meatus beneficio,inter ſecundam ac tertiam membranam deduceretur,& vt partus promptitudinem, dumpaulò antè egredientem fœtum profluit, & vteri ceruicem humectando emollit,ampliatque plurimùm iuuet. Tertia fœtus tunica formâ ſecundæ prorſus reſpondet,ſed minus eſt ampla,& longe tenuior,hinc etiam à mollitie & teneritudine agnellorum nomine deducto, Græcis ἄμνιος dicta eſt. Inter hanc & fœtus cutem ſudor copioſus continetur,qui fœtus eſt recrementum, ac ante partum,nõ minùs quàm fœtus vrina,profluens,ceruicem vteri irrigando, fœtui faciliorem parat exitium,quemadmodum libro decimoquinto de vſu partium Galenus fuſiùs demonſtrat.Ad duas igitur poſtremas,vt iam oſtenſum eſt, fœtus ſua excrementa reponit. Porrò quum fœtus à vitioſo ſanguine alimentum trahat, fit vt & ipſe vitioſioris ſucci

κύημα. Conceptus quatuor tempora, totidemque appellationes.
Genitura.
Conceptus.
Fœtus.
Infans.
Fœtum inuoluẽtes membranæ tres.
Prima.
χοριον. Secunda.
Secunda.
ἀλλαντοειδὴς
Tertia.
ἄμνιος.
οὐραχὸς.

fiat,ac intemperantior,niſi grauida reliquo tempore quo vterum geſtat, bonorum ci borum ingeſtione,bonum procreando ſanguinem idipſum impediat. Quod autem ad prauarum qualitatum appetentiam ſpectat,accidit vt etiam viris,perinde atque mu lieribus,hæc ipſa eueniat,vbi ſcilicet ad os vẽtriculi ſimilis aliquis vitioſus humor de labitur,qui vt ſubinde ſimilia appetant,efficit.

Tria in potionis appetentia ſymptomata.

In potionis verò appetentia alia totidẽ iis ſimilià eueniunt ſymptomata. Quæ quidem veluti priuatio eſt,quum vel corpus omnino non eget potione,ob frigoris humoriſque exceſſum,vel ventriculus ſuum pathos non ſentit. Deficiens verò appetentia,vbi hæc eadem remiſsiora ſunt. Deprauata autem potionum appetentia, deprauatæ alimenti appetentiæ proportione reſpondet. Immoderata enim appetitur potio,quando in ipſis ventriculi tunicis vitioſus quiſpiam humor ſalſus, aut bilioſus continetur: interdum verò quum natiua in ipſo humiditas veluti feruet. Prauas verò potiones,perinde ac cibos prauos,pro dominantis vitioſi humoris ratione appetunt. Atque hæc quidem iis qui longo tempore malo victu vtũtur,eueHiſtoria de eo qui comedit viperam.nire conſueuerunt. Ex iis autẽ qui inexplebili ſiti correpti ſunt, mori vidimus eũ, qui viperam comederat: erat autem fortaſſe Dipſas: & meſſores qui fortè fortuna vinum biberant,in quo eiuſmodi quædã fera fuerat extincta: & eum qui ex veteri vino fuerat inebriatus: item eum qui inedia ſibi mortem conſciſcere decreuerat: denique eos,qui in naui,deficiente aqua,marinam aquam bibere auſi ſunt, quòd immoderatiore quàm cæteri ſiti cruciarentur. Et quidam ſanè horum ſubducta aluo,morſibus vehementer cruciati,celeriùs quàm reliqui ſunt mortui. Noui etiam quendam ardente febre laborantem, qui increſcente etiam dum morbo frigidam aquam liberaliter bibens,ſatiari non potuit,donec moreretur. Atq; huiuſmodi quidem & tot numero in ventriculi appetentia eueniunt errata.

COMMENTAR.

Tria eſſe ſymptomata in potionis appetentia, ſimilia iis quæ in cibi appetentia
A bolito potionis eueniunt,nempe abolitam,imbecillam,ac deprauatam, quæque illorũ ſint cauſæ, hoc loco breuiter Galenus exponit. Quæ enim veluti priuatio ſeu abolitio potionis eſt, duabus de cauſis fit. Primò,propter frigoris & humoris exceſſum. Nam vt à cõtrariis, nempe calore & ſiccitate,ſitis excitatur: ita à frigore ac humiditate extinguitur. Secun
Defectus. dò,quòd ventriculus ſuum pathos,hoc eſt,potionis deſiderium,non ſentiat. Deficiens ſeu imbecilla potus appetentia fit,vbi iam dictæ duæ cauſæ adſunt quidem, ſed minùs
Deprauata appetentia potionis. ſunt vehementes,atque admodum imbecillæ. Deprauata fit etiam bifariam. Primò vbi ſalſi,aut bilioſi humores in ventriculi tunicis continentur, qui exiccãdi facultate qua præditi ſunt,ſitim deprauatam excitant. Secundò, quando natiua in ventriculo humiditas veluti feruet. Tum enim caloris copia, vt ſuprà eſt oſtenſum, ſitis concitatur. Alieni autem & praui potus pro ratione euius humoris qui in ventriculo dominatur deſiderantur,quemadmodum de cibis eſt etiam ſuprà expoſitum. Prædicta autẽ ſymptomata iis potiſsimum accidunt,qui longo tempore malo victu vtuntur, atque ex eo
Qui ſiti mortui ſibi malorum humorum copiam aceruant. Cæterùm Galenus hîc hiſtorias aliquot eorum qui inexplebili ſiti mortui ſunt,contexit. Prima eſt de eo qui viperam deuoraue
Galenus in dipſa de dubius. rat,de qua tamen dubitat,non Dipſas fuerit. Qui ſanè Galeni locus abundè monſtrat, eum in Dipſade fuiſſe dubium,nec ſatis cognouiſſe, an Dipſas è genere viperarũ eſſet, an diſtinctum aliquod ab iis genus,quòd multi ante ipſum tum philoſophi,tum medici viſi ſunt exiſtimaſſe. Quapropter libro vndecimo de ſimpl. medica. facultatibus, ſe in hac

in hac dubitatione Marſos interrogaſſe ſcribit,nũ aliquod haberent ſignũ,quo vtrũq; genus diſcernere poſſent.Quum verò ab illis nullum eſſe viperarum dipſadum genus, tantùm eas quæ in Lybia eſſent,ob regionis naturam, carnem ſalſam habere, accepiſſet,vix illis aſſentiri auſus eſt,nec omnino etiam repugnare. Quaſdam verô eſſe viperas in iis quas memorabãt regionibus,quibus ſalſa eſſet caro, hoc maximè ſibi probabile videbatur.Scribit autem ibidem Galenus,carnem viperarum tam ingentem obtinere deſiccandi facultatem,vt quidam qui illam comederunt,quod illi etiam de quo hîc ei ſermo eſt contigit, vehementiſsima cruciati ſint ſiti, ac proinde illas dipſadas cognominant.Sunt autem qui dicant demorſos à viperis ſatiari non poſſe potando. Hæc ille.Eandem autem ineſſe vim Dipſadi Dioſcorides teſtatur, qui ad huius morſum ſtatim inexplebilem ſitim comitari tradit. Quum igitur vtriuſq; eſus immenſam ſitim excitet,nihil refert,ſiue viperam,ſiue dipſadem fuiſſe, quam ille de quo hîc Galenus ſcribit deuorauit feram,dicamus. Quinetiam Aëtius libro decimotertio capite viceſimoſecundo,Dipſadem viperæ eſſe ſpeciem aſſerit.Altera hiſtoria eſt de meſſoribus qui vinum biberant,in quo eiuſmodi quædam fera,vipera nimirum aut dipſas,extincta & mortua fuit.Eacilê autem accidit vt in vas parum diligenter obturatum, ac in herboſa terra repoſitum,talis fera irrepſerit.Quare veteres meſſorum curam habẽtes illis Serpyllum & alliũ in cibo miſcebant,vt ſi fortè fatigatos ſomnus oppreſsiſſet, aut in poculum fera aliqua irrepſiſſet,à feris,quæ hoc tempore venenatis morſibus ſeuire conſueuerunt,tuti eſſent.Hinc eſt hoc Virgilianum.

Meſſoribus veteres cur Serpillũ & Allium in cibo miſcebant? Virgilius.

Theſtylis & rapido feſsis meſſoribus æſtu
Allia,ſerpyllumque,herbas contundit olentes.

Tertia hiſtoria eſt de eo,qui ex veteri vino,quòd ſuprà modum calidum eſt,ſitim inexplicabilem contraxit.Quarta,de eo qui inedia ſibi mortem cõſciſcere:id enim Græcis ἀποκαρτερεῖν ſignificat:& vitã finire decreuerat.Quinta,de iis qui in naui deficiẽte aqua dulci,marinam.quæ immodicè ſiccat,bibentes mortui ſunt. Sexta, de eo qui in immenſo calore ardentis febris,frigidę etiam aquæ potione, ſitim reſtinguere non potuit.

ἀποκαρτερεῖν.

Eſt prætereà & cardialgia,id eſt, cordis dolor,ſymptoma quoddã quod ad ore ventriculi ſentitur,moleſtum ſanè,à mordacibus humoribus ortum.Extra hæc eſt bulimos,id eſt, vehemens fames nominata,ſymptoma ex indigentia ſimul & imbecillitate,& refrigeratione huius particulæ natum. Nihil autem mirum ſi ad eius dolores,& animi defectiones,& virium lapſus ſequantur. Quum enim ex digiti offenſione,nonnulli animi deliquio laborare videantur,mirum profectò non eſt,ex ſtomacho id pati,& propter exquiſitum eius ſenſum, & ob ſitus ſui vicinitatem,qua duas principes partes ad cõſenſum adducere poteſt. Atque maxima quidem ſymptomata maximè ſenſibiles ſtomachos inducere deprehendes, vtpote qui magis à quolibet infeſtante contriſtentur,& quos ad vtraſque principes partes noxam tranſmittere videamus. Quum verò vniuerſum neruoſum genus in quopiam maiori fuerit vel ſentiendi,vel patiendi facilitate præditum,tum vtique & maximè principes partes promptiùs in cõſenſum adduci accidit, præſertim vbi ob pathos aliquod,aut naturâ quodammodo fuerint imbecillæ. Quòd ſi omnia quatuor concurrant,maximum oriri pathema neceſſe eſt. Quatuor autem dico,ſi infeſtans ſtamachum affectus validus fuerit,ſi ſenſus eius fuerit exquiſitiſsimus, ſi neruorum aut arteriarum genus,& prætertà cerebrum,aut cor, fue-

Symptomata quæ conſenſus ratione ventriculo accidunt. Bulimos.

rit imbecillum. Ita enim propter imbecillum ſtomachum morbus comitialis, & carus, & coma, & catalepſis, & delirium, & melancholia, incipiò tum in cerebro, tum in neruis conſentiente, nonnullis eueniunt. At quæ cardiacæ vocantur ſyncopæ, conſentiente & in corde, & arteriis principio, incidunt. Ad eundem modum & pulſus abolitio, & exiguus pulſus, & deprauatus pulſus. Spirationis verò priuatio, vtriſque principibus partibus multùm cõſentientibus. Difficilis ſpiratio duplici ratione prouenit: alia enim ob ſepti tranſuerſi conſtrictionẽ, alia vtriuſque principij conſenſu. Sunt autem occaſiones quæ animal ad huiuſmodi pathemata perducunt nõ paucæ. Nam & valida refrigeratio, interim quidem ipſa per ſe, interim cum pituita admodum frigida. Talis autem eſt quæ fuſo vitro, & in colore, & conſiſtentia ſit ſimilis, quem vitreum humorem Praxagoras & Philotimus nominant. Non minimum verò à ſpiritu flatuoſo frigido, aut potu, aut cibo, aut medicamento aliquo admodum frigido, os ipſum ventriculi refrigeratur & vnà cum ipſo, per neruos quidem cerebrum, per magnam verò arteriam cor refrigerat.

Vitrea pituita.

COMMENTAR.

Hactenus ſymptomatum quæ in ventriculi appetentia oriuntur, atque adeò ventriculo per ſe accidunt, cauſas expoſuit Galenus. Nunc eorum ſymptomatum quæ illi conſenſus ratione eueniunt, & quorum huius capitis ſtatim initiò meminit, cauſas explicare pergit. De quibus omnibus quũ lib. etiam quinto, de laborantibus locis, capite quinto copioſè admodum egerit Galenus, hoc loco breuiùs de iis diſſeremus. Primũ autẽ ſymptoma, cuius hîc meminit, eſt καρδιαλγία Græcis ob cauſam ſuprà expoſitã, dicta. Fit autem à mordacibus humoribus os ventriculi, quod exquiſitiori ſenſu præditum eſt, moleſtãtibus, vt ſectione quarta apho. comm. decimoſeptimo & ſexageſimoquinto, & libro ſecundo, de aliment. facultatibus capi. viceſimoquarto, fuſiùs demõſtrauit Galenus. Alterũ ſymptoma, eſt βούλιμος Græcis, vehemens & ingens fames Latinis nominata. Naſcitur ex indigentia, & cibi defectu, accedente imbecillitate, à frigida intemperie procreata, ac refrigeratione oris ventriculi. Inducũt autem ipſum multæ peregrinationes, & longa itinera, per niuem maximè facta, ventriculum plurimùm refrigerantia. Hinc eſt, quòd ſectione ſecunda, apho comm. viceſimo primo, Galenus bulimum defectum eſſe virtutis ab externa frigiditate ortũ, qui à fame quidẽ inchoauit, ſed non habet eam ampliùs adiunctam, ſcribat, Proſtrata enim tandem ventriculi ac ſentiendi eius ab externa frigiditate facultate extincta, ceſſat fames. Cæterùm cur ad ſtomachi dolores, animi deliquia, & id genus alia ſymptomata, quæ hîc à Galeno recẽſentur, ſequantur, in duas præcipuas Galenus cauſas, nempe in exquiſitum huius partis ſenſum, & conſenſum quem cum duabus principibus partibus, corde nimirum & cerebro, obtinet, meritò reiicit. Ad conſenſum autem cerebri morbus comitialis ſequitur. Cuius rei fidem facit hiſtoria, quàm Galenus libro quinto de laborantibus locis capite quinto refert. de quodam Grammatico iuuene, qui propter facilem oris vẽtriculi ſenſum, & cerebri conſenſum, quoties vel nimis vehemẽter doceret, aut cogitaret, aut inediam ſuſtineret, epilepſia ſeu morbo comitiali corripiebatur. Alterum quod ad cerebri conſenſum ſequitur ſymptoma eſt carus. Tertium coma. Quartum catalepſis. De quibus quum ſæpe in præcedentibus, & libro primo, de ſanandis corporis malis, à nobis ſit dictum, non eſt cur hîc eadem repetamus. Hoc tantùm adiicere placuit, primum horum trium ſymptomatum recentioribus eſſe appellatum Subeth, tertium congelationem, quòd in eo ceu congelati apertis palpebris ægri permaneant. Secundum Latinè

καρδιαλγία.

βούλιμος.

Morbus comitialis ex cerebri cõſenſu.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 264 sur 637

nè rectè ſoporem vocabimus. Ad euitandam tamen cõfuſionem præſtat retinere vocem Græcam. Quintum ſymptoma eſt delirium, quòd fit multis à ventriculo ad cerebrum elatis vaporibus, quemadmodum fuſiùs libro tertio de laborantibus locis cap. quinto Galenus docet. Sextum melancholia quæ Græcis φανταδικὴ, καὶ ὑποχονδριακή, id eſt, flatuoſa, & hypocondriaca, vt loco iam citato capite ſexto teſtis eſt Galenus, nominatur. Ex numero autem ſymptomatum quæ cordis conſenſum comitantur, primum eſt ſyncopæ cardiaca. Alterum abolitus, exiguus & deprauatus pulſus. Hæc enim omnia corde, aut arteriis conſentientibus ventriculo accidunt. Priuatio autem ſpirationis comitatur vtriuſque partis, cerebri nimirum & cordis, conſenſum, quemadmodum libro quarto de laborantibus locis capite octauo, & libro ſexto, capite quinto, Galenus abundè monſtrat. Difficilis ſpiratio, quæ Græcis δύσπνοια vocatur, bifariam fit. Vno modo, propter ſepti tranſuerſi, quòd Græci φρένα, hoc eſt, mẽtem, propter cauſam libro quinto, de laborantibus locis capite tertio expoſitam nominãt, conſtructionem. Fieri autem ob ſpiritualium inſtrumentorum, è quorum numero ſeptum tranſuerſum eſt, anguſtiam, ſpirandi difficultatem, copiosè etiam libro quarto, de laborantibus locis capite octauo, Galenus monſtrat. Ad quæ loca, ne in immenſum commentarii noſtri creſcant, lectorem ablegamus. Altero modo, vtriuſque principii, cordis ſcilicet & cerebri, perinde atque priuatio ſpirationis euenit ratione, niſi quòd in diſpnœa cauſæ ſint minùs vehementes. Cauſas autem quæ ad huiuſmodi pathemata animal perducunt Galenus hîc quinque numero recenſet. Prima eſt valida refrigeratio, idque bifariam: vel enim per ſe, hoc eſt citra alicuius humoris præſentiam, vel cum humore frigido, qui colore & conſiſtentia fuſo vitro, vt libro etiam ſecundo de laborantibus locis capite primo, & libro ſecundo de differentiis febrium capite ſexto fuſiùs docet Galenus, ſimilis eſt, ideoque veteribus aliquot, Praxagoræ nimirum & Philotimo, vitreus eſt appellatus. Hic enim quum ſupra modum ſit frigidus, vt locis iam citatis Galenus teſtatur, facilè cor cerebrum in conſenſu rapere, ac refrigerare poteſt. Secunda cauſa eſt flatuoſus ſpiritus frigidus, qui itidem hæc ſymptomata efficere poteſt, quemadmodum libro duodecimo therapeuticæ methodi capite octauo, Galenus ſatis aſtendit. Tertia, & quarta, cibus & potus frigidus. Quinta, medicamentum frigidum, vt eſt mãdragora, hioſcyamus, & id genus alia. Hæ enim cauſæ omnes primum os ipſum ventriculi refrigerant, & vnà ſubinde cum ipſo, per neruos quidem cerebrum, per arterias autem cor, vt mox latiùs monſtrabimus, refrigerant.

Symptomata cordis cõſenſum comitantia.

Cauſæ prædictorum pathematũ quinque.

Neruorum quidem generis communitate, cerebrum: ſitus autem vicinitate, cor. Poſtquàm enim maxima arteriarum à corde exorta, per ſpinam inceſſerit, primùm quidem gulæ per membranas iungitur & annectitur, deinde verò ori, & ipſi ventriculo deorſum procedens per longitudinem ſubtenditur. Per hanc itaq; arteriam quæ & maxima exiſtit, & ex ipſo corde naſcitur, principum partium altera, ventriculi ori conſentit, per neruos verò cerebrum. Proinde haudquaquam mirandum, ſi ob morbos ipſius, maximis & vehementiſſimis ſymptomatis animal corripiatur. Quis verò cuiuſque ſymptomatis generandi ſit modus, in ijs quæ ſequuntur dicetur. Ad præſens occaſiones ipſas dicere, abundè ſatis fuerit. Sunt verò fungi quidam, bupreſtis, ceruſa, gypſum, lac concretum, ab vtero ſtrangulationes, tum in viduis, tum in iis quæ non purgantur, præterea quæ in viris horum proportione fiunt. Verùm de abolita reſpiratione alibi ſeorſim dicetur. Ac de ſenſuum omnibus inſtrumentis, tum quæ in iis ſunt facultatibus iam mihi abſolutus ſermo videtur.

Cõſenſus cordis & cerebri cũ vẽtriculo ratio.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 265 sur 637

©BIUM

Consensus ventriculi cum cerebro. Cum corde.

Quum paulò antè consensus ventriculi cum corde ac cerebro facta sit mentio, nunc quæ illius consensus sit ratio paulò copiosiùs exponit. Cosensus quidem ventriculi cum cerebro per genus neruorum, quod à sexta coniugatione cerebri oritur, fieri solet, quemadmadum suprà est expositum. Quare non est cur pluribus eam rem verbis repetamus. Consensum autem ventriculi cum corde in eum ostendit modum. Postquàm maxima arteria, quàm ἀόρτην Aristoteles vocat, ex elatiori sinistri ventriculi cordis sede, prope ipsius basis centrum, exorta, per spinam sursum incedens, ac statim in progressu asperæ arteriæ innitens, per membranas succingentes gulæ iungitur, & adnascitur. Quippe in iugulo, amplo ac continuo foramine non pertunditur, verùm quæ eam inibi perreptant vasa, pluribus foraminibus complectitur, ipsisque adnascitur, & tunicam aliam à propria illorum eis offert. Transmittit verò hîc venæ cauæ, & magnæ arteriæ ramos, adhæc stomachum gulámve, asperam arteriam, & sexti paris neruorum cerebri, & septi transuersi neruos. Truncus autem magnæ arteriæ deorsum ad thoracis vertebras explicatus, ab infima ipsius sede qua vertebris incumbit, vtrinque propagines in octo inferiora thoracis interualla, & ad septum transuersum deriuat. Ex elatiori autem sui corporis parte, ramos in ventriculum spargit. Per hanc itaque arteriam, quæ & maxima est, & ex corde nascitur, cor ventriculi ori consentit, vt cerebro per neruos. Proinde nihil mirum, si ob oris ventriculi morbos, maximis & vehementissimis symptomatis, nempe abolita, vel difficili spiratione, homo corripiatur. Horum autem occasiones, quas Græci προφάσεις nominant, hoc est, causæ euidentes & manifestæ: ita enim libro quarto, de vict. acut. morborum com. vicesimo & quadragesimonono interpretatur hanc vocem Galenus: sunt fungi quidam, qui scilicet lætales sunt. Item Bupreſtis, genus animantis, Galeno libro vndecimo de simplicium medicamentorum facultat. attestante, quòd forma & facultate cantharidi simile est. Græcis παρὰ τὸ πρῆσαι τὰς βοῦς, hoc est, quòd boues inflet, aut transfigat rumpátve, nominatum esse videtur,. Prætereà cerusa, gypsum, & lac concretum, haud secus atque fungi ac bupreſtes, spirationem præfocando tollunt, vt apud Dioscoridem in sexto, vbi hanc rem ex professo tractat, videre licet. Cæterum strangulationes vteri (legendum enim ἀπὸ τῶν ὑστερῶν πνίξεις non ψύξεις, vt habet Aldinus codex) tum in viduis, tum in aliis mulieribus quæ non purgantur per menses, spirandi actionem abolent, aut saltem difficilem reddunt, vt fusiùs libro sexto de laborantibus locis capite quinto, Galenus monstrat. Proportione iam dictorum symptomatum, in viris etiam ex retento semine, & coitus abstinentia, euenire solent, vt loco iam citato abundè idem Galenus docet.

προφάσεις.

Bupreſtis.

Aldinus codex emendatus.

CAPVT VIII.

Symptomata quæ in primo sensitiuo eueniunt.

CAeterum vt ad ipsorum principium, quòd veluti fons quidam suas illis facultates transmittit, conuertatur oratio, tempestiuum est. Idverò primum est sensitiuũ. In singulis enim particulatim instrumẽtis singulorũ sensuũ alteratio à sensibilib⁹ perficitur. Hãc verò alterationẽ pars altera sentit, eò quòd à cerebro, quæ ad ipsam per neruũ delata est facultatẽ suscipit. Ipsum nanq; cerebrũ, nõ vt sit sentiẽdi instrumentũ, sed vt iis quæ sentiũt vim sentiendi præstet, à natura institutum est. Quòd verò singulis animalis partibus semper sentiẽdi facultatẽ per neruos trãsmittat, euidẽtissimũ ex eo est, quòd vbi

vbi neruus quiſpiam reſectus eſt, ilico pars in quam neruus diſpergitur ſentiendi vim amittit. Liquet autem non minus, quòd per ſomnos aut omnino otioſi ſunt ſenſus, aut debiliter agunt. Conſentaneum igitur eſt exiguam quandam à principe parte facultatem, in reliquas particulatim partes tum defluere. Et profundè quidem & non profundè dormire, ex eo eſt, vt quotidie dicere ſolemus, quòd aut plus, aut minus influit. Tanto enim minus affluere par eſt, quanto grauior fuerit ſomnus.

Per ſomnos ſenſus ſunt otioſi.

COMMENTARIVS.

Symptomatum omnium quæ inſtrumentis externorum ſenſuum, item quę in ore ventriculi accidunt, cauſis abundè expoſitis, ad ea tandem, quæ in primo ſenſitiuo inſtrumento eueniunt progreditur, atque earundem cauſas explicat. Primum autem ſenſitiuum, ſiue principium à quo veluti à fonte ſentiendi facultas tranſmittitur, eſt cerebrum, quemadmodum hîc & multis aliis locis, vt capite tertio libri de ſymptomatum differentiis etiam oſtenſum eſt, nempe in libro octauo de vſu partium. ſeptimo de placitis Hippocratis & Plato. libro de fœtus formatione, & ſectione ſecunda aphoriſm. commentario tertio vbi πρῶτον αἰσθητικὸν interpretatur ἐγκέφαλον, eſſe tradit. Galeno ſubſcribit Plato in Theæreto, & phędone, vbi inquit ἐγκέφαλος ἐστιν, ὁ τὰς αἰσθήσεις παρέχων: cerebrum eſt quod ſenſus largitur. Solus Ariſtoteles (more ſuo, ab aliis libenter diſſentiens, vt qui neminem præteriuit, quemadmodum rectè doctiſsimus & acerrimi iudicii vir Ludouicus viues de eo ſcriptum reliquit, quem non carperet, ratus tantum in ſe deriuaturum gloriæ, quantum aliis ademiſſet, tanquam ſublimior eſſet cæteris, acutiuſque & longiùs proſpiceret) capite ſecundo libri de ſomno & vigilia cor ipſum ſenſus & motus eſſe principium aduerſus ἀυτοψίαν & experiantiam pſam affirmat. Quare quum hoc Ariſtotelis dogma parum ſit ſolidum, & manifeſtê veritati aduerſetur, non eſt cur pluribus hoc loco refellamus. Atque hoc etiam nomine factum, vt Eraſiſtratus in ſenectute tandem ſua, poſtquam veram neruorum originem agnouit, vt libro ſeptimo, de Hippocra. & Plato. dogmatis author eſt Galenus, ab eo deſciuerit illudq; prorſus deſeruerit. Quanquam Ariſtoteles in eo ad mortem vſque, vt qui pertinaciter quicquid ſemel decreuit affirmare perpetuò ſtatuit, perſeuerauit. Cæterùm quòd cerebrum ſentiendi vim omnibus ſuppeditet ſenſibus, hac lege Galenus demonſtrat. Alteratio ſingulorum ſenſuum, in ſingulis particulatim inſtrumentis, à ſenſibilibus, hoc eſt, iis quæ ſenſui obnoxia ſunt, perficitur, quemadmodum capite primi libri de ſymptomatum differentiis etiam eſt dictum. Hanc verò alterationem pars alterata à ſenſibili, non alia de cauſa, ſentit, quàm quòd facultatem per neruum à cerebo ad ipſam delatam ſuſcipit. Adeoque cerebrum non hoc nomine à natura inſtitutum eſt, vt ſit ſentiendi inſtrumentum, ſed vt iis quæ ſentiunt vim ac facultatem ſentiendi ſuppeditet. Quod etiam alibi, nempe ſeptimo de placitis Hippo. & Plato libro, iis verbis docere voluit Galenus. Senſum, inquit, per alterationem & dignotionem fieri manifeſtum eſt. Quippe alteratur ſenſus ipſius inſtrumentum. Alteratio verò ipſa, ab vna eademque facultate omnibus ſenſoriis communiter impartita, à principio emanante cognoſcitur, quòd quidem principium, ſiue ſenſum communem, ſiue primum ſenſorium appelles nihil refert. Hæc ille. Quæ ideò à nobis ſunt producta, quòd lucem aliquam iam dictis Galeni verbis adferant, quæ in Græco, Aldino codice nonnihil ſunt deprauata, & quòd Galeno primum ſenſorium, & communis ſenſus, quemadmodum etiam capi. tertio libri de ſympto. diffe. dictum eſt, idem ſignificent. Aldinus autē codex ita habet εἰ αὐτοῖς Ν

Primum ſenſitiuum.

Ariſtoteles alios reprehendendi cupidiſsimus.

Cerebrum omnibus ſenſibus vī ſentiendi ſuppeditat.

Communis ſenſus Galeno idem quod primū ſenſitiuū ſignificat.

Aldinus codex emendatus.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 267 sur 637

©BIUM

γὰρ τοῖς κατὰ μέρος ὀργάνοις ἑκάστη τῶν αἰσθήσεων ἢ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἀλλοίωσις ἐπιτελεῖται. Quam sanè lectionem Grammaticè rationi repugnare nemo non videt. Legédum itaque pro ἑκάστη, ἑκάστων τῶν αἰσθήσεων, & tum is sensus horum verborũ erit quem in nostra cõuersione expressimus. Posset & ita legi: ἑκάστη τῶν αἰσθήσεων τῇ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἀλλοιώσει ἐπιτελεῖται: singuli sensus ab alteratione sensibilium perficiuntur. Quæ tamen lectio à priori, quòd ad sensum attinet, nihil variat. Verborum enim Galeni is planè sensus est. Alteratio singulorum externorum sensuum, in singulis instrumentis, à sensibilibus perficitur, verbi gratia, visio in oculis per colores, auditio in auribus per sonos, gustus in lingua per sapores. Facultas autem qua propria sensibilia discernuntur, illis à cerebro per neruos influit, ideoq; illis per se non inest. Cerebrum autem per neruos hanc facultatem transmittere duabus rationibus, nempe nerui præcisione, ac somni demonstrat. Præsecto enim neruo, mox pars in quam neruus ille dispergitur, sensum amittit. Prætereà per somnos, in quibus ferè nihil, aut saltem exiguũ de facultate cerebri influit, sensus exteriores omnino otiosi sunt, aut saltem debiliter agunt. Sed hîc haud dubiè quispiam cogitabit, si dormientibus, vt Galenus hîc ait, nihil omnino sensificæ facultatis, aut exiguum à cerebro demittitur, qui igitur fit vt valido obruti somno, & loquantur, & arma capiant, & loco cedant, & progrediantur? Huic autem cogitationi satisfaciunt, quæ in fine secundi libri de motu musculorum scribit Galenus inquiens, Anima dormientium non omnino cessat ab operatione, sed intermissionem tantùm intenti vigoris habet. Vnde constat facultatem animalem per somnum nonnihil operari, quanquàm remissè. Ego tamen censeo aliquid esse periculiare, quòd aliqui noctu dormientes ambulant, aliaque vigilantium munia obeunt, quòd humana ratione vix explicari possit. Hinc est quòd Galenus etiam fieri non posse vt deambulando quis dormiret, putauit, donec illi per noctem longum esset emetiendum iter, somnoque oppressus stadium ferè integrum se dormiendo confeciſſe cognouisset.

Per somnos nihil, aut saltẽ exiguũ de facultate cerebri influit.

Cur aliqui noctu dormientes ambulant?

Igitur toto hoc tempore quo quis dormit, animalis facultas quiescere, naturalis verò validiùs agere videtur. Id quod inde quispiam coniiciet, tum quòd ipsa fatigata, postquàm dormitum est, robustior euadit: potissimùm vbi à modico cibo dormimus: tum etiam quòd dormientibus nobis cibus non solùm in ventre verumetiam per vniuersam animalis molem optimè concoquitur. Est etiam alioqui consentaneum, illud animalis membrum, in quo rationalis animæ principatus residet, aliquando quiescere. Cor enim breuibus interuallis hoc facere videtur, vtpote quod non multo tempore ad quietem indigeat. Cerebrum autem non ita se habet, sed in vigiliis nunquàm non agit, per somnum verò quiescit. Quapropter profundiùs dormiunt, qui plurimum se exercitarunt, vtpote quibus inter exercitandum plurimum facultatis à principe parte defluxerit. Igitur cerebrum tum propter facultatis quam transmisit vacuationem, tum propter laborem quo per multas actiones defatigatum est, & requie, & simul virium instauratione indiget. Quemadmodum enim ab exercitationibus promptiùs ac profundiùs dormitur, sic etiam à sumpto cibo. Quantóque is humidior naturâ fuerit, tanto magis somnum conciliat. Idem accidit & iis, qui plurimo vino se ingurgitauerunt, aut balneis multis calidisque, iuxta caput liberaliùs vsi sunt. Quippe huiuscemodi omnia cerebrum humidate implere

Ab exercitiis profundiùs dormitur.

A sumpto cibo promptiùs dormitur.

implere videntur, qua vtique indiget vbi multis actionibus, & fatigatum, & exiccatum eſt.

COMMENTAR.

Cerebrum animalemque in eo facultatem per ſomnos quieſcere, naturalem contrà vehementiùs operari, & quis ſit ſomni vſus hoc in loco Galenus luculenter admodum oſtendit. Quieſcit autem ideò per ſomnum animalis facultas fatigata, quòd tum animales ſpiritus, ab inſtrumentis ſenſus ac motus ad ſuum principium, cerebrum nimirum, regrediantur. Naturalis verò contrà robuſtior fit, quòd ſcilicet intro refugiens calor, nec in externa ſenſoria diſſipatus, ſuam ipſe actionem rectiùs obit. Quapropter quū innatus calor validus admodum ſit, nihil mirū naturales actiones, quorū ille, Galeno ſectione prima aphoriſm. commentaro decimoquinto teſte, autor eſt, tum meliores fore. Validior autem tum potiſsimùm naturalis facultas euadit, vbi à mediocri cibo dormitur. Nam mediocris cibus vtpote naturæ familiaris, à facultate perfectè, idque nullo plane negotio, vinci poteſt. Mediocris verò eſt, qui vniuſcuiuſque ventriculi facultatem minimè grauat. Mediocris igitur cibus non dicitur, niſi collatione ad ventriculi facultates. Contrà nimius eſt, qui grauat, & facultatem obruit. Hinc eſt quòd ii qui noctu multum cibum ingerunt, ventriculumque nimia cibi copia onerant, nec probè dormiant, nec rectè concoquant. Cibi enim nimio pondere preſſa facultas, ſomum interturbat, cibumque ingeſtum copioſum vincere, perinde atque exiguus ignis magnum lignorum aceruum, nequit. Quare cruditates ſubinde multæ, multorum morborum cauſæ, oboriuntur, iuxta id Hippocratis. Vbi plus cibi præter naturam ingeſtum eſt, morbum facit. Quum itaque omne nimium naturæ ſit inimicum, eodem Hippocrate atteſtante, danda opera erit, ne nimio cibo præſertim nocte imminente, ventriculus obruatur, quòd ita grauato ventriculo minus dormiatur, atque adeò concoctio ciborum impediatur. Sed dicet hîc fortaſsis quiſpiam, idipſum aduerſari videtur ei quòd libro ſeptimo Therapeuticæ methodi capite ſexto ſcribit Galenus, ibidem enim valentiora cibaria veſperi eſſe exhibenda docet. Si itaque valentiora cibaria veſperi ſunt exhibenda, igitur etiam plura. Reſpondeo, diuerſum eſſe dicere plurimos cibos eſſe exhibendos, & valentiores, ideoque ſequelam minimè concedendam. Nam immodicum ſeu nimiū quod ingeritur alimentū, ſiue validum, ſiue imbecillum fuerit, perpetuò naturæ inimicum erit. Validum autem alimentum, cum Galeno libro ſexto Epide. ſectione quinta commentario viceſimoprimo, voco, quòd multum alimenti corpori præbet. Imbecillum autem, quòd exiguum. In vtroque igitur genere alimenti mediocritas hoc loco commendatur, immoderatio autem damnatur. Seruata itaque nunquàm non mediocritate, præſtat tamen valentiorem cibum, vtpote concoctu difficiliorem, veſperi offerre duabus de cauſis, nempe quòd cibum illum quies & ſomnus, concoctiones adiuuantes, longiuſque tempus vſque ad alterius cibi ingeſtionem, excipiant. Atque hoc quidem Galeni de valentioris cibi exhitione præceptum tam ad ſanos, quàm ad ægros pertinet, ideoque perpetuò obſeruādum. Quod etiam Galenus iis innuit verbis, Quòd ſuaſimus valentiùs veſperi alimentum eſſe exhibendum, id ſemper obſeruare ſtudebimus. Hæc ille. Proinde minus rectè Fraciſcus Valleriola, vir multæ quidem eruditionis, ad eos tantùm qui valida ſunt virtute, & corpus laboribus multis interdiu, validiſve exercitiis defatigare ſolent, vt ſunt athletæ, detorquet. Hanc nanque interpretationem aduerſari ſententiæ Galeni hinc maximè liquet, quòd ipſe hoc præceptum, etiam in tabidorum victu, obſeruandum eſſe tam curioſè hortatur. Quòd ſi itaque in tabidis obſeruandū eſſe putat, quāto magis in ſanis. Si tamē mediocritas in aſſumēdo cibo exceditur, quod tamē ſi accidat, nequaquàm probamus, præſtat liberaliùs in cœna ingerere cibū quàm prādio, iiſdē quibus valentior exhibetur de cauſis: exceptis tamen iis, qui morbis nocturnis, & deſtilla-

Animalis facultas cur per ſomnum quieſcit?
Naturalis robuſtior.
Mediocris cibus, qui?
Nimius cibᵘˢ qui?
Noctu cibᵘˢ multus haud ingerē dus.
" 2. apho. 27.
" 2. Aho. 51.
Obiectio.
Solutio.
Validum alimētum.
Imbecillum.
Valentior cibus cur veſperi offerendus?
"
"
"
Valleriolæ ſentētia impugnatur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 269 sur 637

tionibus affliguntur,quemadmodum abundè libro ſecundo para.capite viceſimoprimo,diximus.Præterea naturalem facultatem per ſomnum eſſe validiorem hinc etiam palàm fit,quòd dormientibus nobis cibus non ſolùm in uentre, hoc eſt,in duabus primis concoctionibus,quarum vnà fit in ventriculo,& altera in iecore ſeu venis, ſed etiã in tertia,quæ fit in mole totius corporis,probè concoquitur. Cęterùm conſentaneum eſt,vt membrum in quo princeps animę facultas reſidet,id eſt,cerebrum,vt libro ſecũdo de placitis Hippocrates & Plato.& libro tertio de laborantibus locis capite quarto, teſtatur Galenus,aliquando quieſcat,vt ſubinde reſtauratis per quietem viribus, functionibus ſuis obeundis ſufficere poſsit,vt in contextu fuſiùs Galenus mõſtrat,qui quũ facilis ſit,prolixiorem commentationem non requirit. Vnum tamen adiiciendum eſſe hoc loco putauimus,hoc nempe,quòd ſomni cauſam hîc in humiditatem refert Galenus,idem etiam facit libro ſecundo,de temperamentis capite tertio,vbi ita ſcriptum reliquit.Quanquam ſomnum quoque aliter accidere , ne vel inſanum quidem hominem cenſere aiunt,quàm calido victo quodammodo grauatoq; humoris copia, veluti tum extemulentis intelligere licet,tum iis qui balneo liberaliùs vſi ſunt. Hactenus Galenus.Sed ea de re paulò pòſt plura.

Somni cauſa humiditas.

Cæterùm quòd caput impletum ſomnum afferat , ab Ariſtotele abundè monſtratum eſt,nec eſt quòd nunc nos ratione perſequamur . Qui enim illius librum de ſomno & vigilia perlegerit,& hoc ipſum , quòd oppleto capite animalia ſomno corripiãtur clarè diſcet,& præterea quantum in eo ſit claudicatũ,deprehẽdet. Quanquam enim ad ratiocinandum ſit maximè idoneus, & ad perſuadendum in quancunque partem rationem vellet perducere aptiſsimus, nullam tamen probabilem rationem cur oppleto capite , primum ſenſorium,quod vt ille putat in corde reſidet,quieſcat,inuenire potuit. Multò enim probabilius erat,à pulmonis humore ſomnos euenire,quem natura nullius alterius rei gratia cordi circumpoſuit quàm vt illi ſeruiret.Quis autem medicorum diuerſa ſentientium , vel nuda inductus experientia,in caro,lethargo,comate & omnibus præter naturam ſomniferis morbis,non capiti ſuccurrit,fomenta,& cataplaſmata adhibens, & radẽs cucurbitulaſque admouẽs,propterea omnia alia molitur,perinde quaſi in hac parte ſit morbi radix?Sic etiam delíria, & phrenitides , omnesque præter naturam vigilias ſanare aggreſsi,capiti præſidia adhibent. Verùm de iis aliàs pluribus eſt deſputatum.

Caput impletũ ſomnum affert

Ariſtoteles notatur.

COMMENTARIVS.

Ariſtotelis fuiſſe ſententiã quòd impleto capite ſomnus fiat,hoc loco Galenus confirmat,& idipſum libellus quem de ſomno & vigilia inſcripſit , luculenter admodũ demonſtrat.Ariſtotelis ſententiam Galenus,& alii etiam medici ſunt amplexi . Hinc eſt quòd Paulus Aẽgineta libro primo capite nonageſimoſeptimo ſomnum iis deſcripſerit verbis.Somnus eſt animalium facultatum,inquit,quies,ab vtili humore cerebrum madefaciente proueniens.Quando enim vtiles vapores ex alimento in ſomno ſurſum feruntur,& in cerebrum exhalant,tum ibi à cerebri frigiditate in humores coacti , & liqueſcentes,ſuauiterque defluentes,meatus ſenſuum & neruorum obſtruunt , ac ſomnum accerſunt,Sed dices,ſi Galeno in ſomni cauſa cum Ariſtotele cõuenit,qui fit igitur vt illum hoc loco reprehendat,& erroris inſimulet?Reſpondeo Galenum non ſomni definitionem ab Ariſtotele traditam,ſed eius potiùs enarrationem improbare. Neque

Somnus quid? Somni ratio & cauſa.

Ariſtoteles cur à Galeno in ſomni ratione reprehẽſus?

que enim reprehendit, quod capite ſecundo libri de ſomno & vigilia Ariſtoteles ſomnum primi ſenſorij quietem eſſe ſcribit: idipſum enim veriſimè eſt ab eodem aſſertum: ſed eius potiùs enarrationem, quod ſcilicet primùm ſenſorium cor eſſe enarrando adſtruxerit, & interpretatus fuerit, reprehendit, idque rectè quidem. Neque enim ſomnus fit impedito corde, quum omnibus conſtet in ſomno, vtpotè calore natiuo tum ad interiora reuocato, motum cordis eſſe multò validiorem. Præterea cor per ſomnum non quieſcere, vehementior etiam quæ tum fit, præſertim in iis qui plurimùm ſtertũt, reſpiratio abundè monſtrat. Meritò itaque à Galeno reprehenſus eſt Ariſtoteles, vt qui dogma, quod non tantum rationi, verumetiam experientiæ aduerſatur, ſerere, & pertinaciter quoq; defendere voluerit. Sed Ariſtotele ipſo multò ſunt pertinaciores, qui idipſum hodie etiam in tanta veritatis luce, friuolis & *nullius* momenti rationibus, quas lubens prętereo, tueri cupiunt. Denique rectè etiam hoc loco à Galeno dicitur, probabiliùs multò Ariſtotelem ſomni cauſam in pulmonis, vt qui nõ alia ratione cordi ſit circumpoſitus, quàm vt illi ſeruiret, humorem reiicere potuiſſe, quàm cerebri. Si enim ſomnus fit primo ſenſorio humore oppleto, & cor primùm eſt, vt ille contendit, ſenſorium, igitur à nullo magis, quàm à pulmonis, qui illud vndequaque ambit, humore oppleri poteſt. Rationem autem de admouendis parti laboranti, nempe cerebro, remediis, quam hîc ad Ariſtotelis confutandam ſententiam Galenus affert, pluribus ac copioſiùs lib. 3. de laboran. locis, cap. 4. aduerſus Archigenem vrget. Ad eum itaque locum lectorem nunc ablegamus.

Somnus non fit impedito corde.

Sõni cauſa probabiliùs in pulmonis humorem reiicitur.

Ad ea verò de quibus nunc agitur vtile eſt, quòd cerebrum quum à multa actione quieſcere voluerit, ſomnum animali naturalem inducit, præſertim vbi nutrix in eo facultas largo fruitur humore. Si verò frigido multóque humore grauetur, eum qui in comate ac lethargo viſitur ſomnum affert, aliosque ſimiles morbos, quorum ſumma eſt humiditas & frigiditas, ſiue quælibet ſeparatim cõſiſtat, ſiue ambæ ſimul iungantur. Huiuſmodi igitur ſunt omnia medicamenta quæ verè ſomnifera ſunt, & quæ ſic quidem vocantur, ſomnum autem non efficiunt, ſed coma, & carum, & ſtuporem totius corporis. Quæcunque igitur duntaxat humectant, meritò ſomnifera nominantur. Quæ verò refrigerant, ea neque ſomnum, neque indolentiam afferre rectè dicentur, ſed pro ſomno, coma & carum: pro indolentia verò, vel abolitionem, vel difficultatem ſenſus, ob refrigerationis exceſſum, efficient. Atqui iam anteà dictum eſt, ſtuporem pathema, neruoſarum partium eſſe difficilem ſenſum, motumque. Oritur verò tum alias ob cauſas, vt dictũ eſt, tum ob intemperiem, & ob frigida medicamenta. Atque ita quidem fiunt ſomni, & comata, & cari, & ſtupores.

somnifera quæ.

Stupor.

COMMENTAR.

Qua nã ratione ſomnus naturalis, & non naturalis, hoc eſt, coma & carus, ſtuporesq; fiant hoc in loco Galenus breuiter oſtendit. Naturalem autem ſomnum fieri ait, vbi à plurima actione fatigatum iam cerebrum, quieſcere conatur. Id quod tum maximè accidit, vbi nutrix cerebri facultas largo fruitur humore, & vaporibus ſurſum à cibo latis & exhalatis, nato. Non naturalis verò ſomnus generatur, quando à frigido humore cerebrum grauatur, tum enim coma, & lethargus, fiunt. Hîc ſanè humor frigidus, non ſolùm iam dictas ſomni non naturalis ſpecies, ſed & alios ſimiles morbos, carum nimirum, & ſtuporem, quorum ſumma & caput, ſeu præcipua cauſa, eſt humiditas & frigiditas, ſiue alterutra ſe ſola conſiſtat, ſiue ambæ ſimul coeant, generat. Eius ſanè generis ſunt quæ verè ſomnifera nominantur, & quæ ſic quidem vocantur non infe-

Naturalis ſomn. quid.

Non naturalis.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 271 sur 637

©BIUM

runt aurem naturalem ſomnum, ſed potiùs coma, carum, & ſtuporem. Quæ enim verè ſomnifera ſunt, & Græcis ἔντως ὑπνωτικά appellantur, eò quòd ſumpta ſomnum concilient, citra immenſam refrigerationem duntaxat humectant, vt lib. 5. de ſimpli. medica. facul. cap. 18. Galenus teſtatur. Et lib. 2. de tempe. cap. 3. vbi ita ſcriptū reliquit. Somnum aliter accidere, ne vel inſanum quidem hominem cenſere aiunt, quàm calido victo quodāmodo, grauatoq; humoris copia. Ita ſanè lactuca, ſi quis multā ipſius quantitatem ingeſſerit: vt lib. 3. de labo. loc. cap. 4. Galenus copioſè admodum docet, ſomnifica eſt. Quę verò vocantur ſomnifera, & non ſolùm naturalem ſomnum, ſed & coma, & carum, ac ſtuporem inducūt, hæc quidem impropriè ita nominātur: propriè enim ναρκωτικά, latinis verò ſtupefaciētia dicūtur, quòd ſenſum eousq; obſtupefaciūt, vt ſi paulò liberaliùs ſumantur, mortem etiam afferant: & ſummè quidem refrigerant. Quæcunque igitur duntaxat, hoc eſt, citra immenſam refrigerationem, humectant, hæc meritò ſomnifera, quod ſcilicet naturalem concilient ſomnum nominātur. Duntaxat autem dictionem ita eſſe interpretandā, ſequentia ſatis euincunt. Ait enim, quæ verò refrigerant, ea neque ſomnifera, neque ἀνώδυνα, hoc eſt, dolorem mitigātia rectè vocantur. Nam pro ſomno, coma, & carum, pro indolentia, abolitionem, vel difficultatem ſenſus inferunt: idque propter refrigerationis, qua ſunt prædita, exceſſum. Quapropter diſertè iis verbis, ea quæ impropriè appellantur ſomnifera, ſummè eſſe frigida innuit. Prętereà niſi ea lege Galeni verba interpretemur, lactuca non erit ſomnifera, quod tamen nemo facilè conceſſerit, quòd ſcilicet non ſolùm humectet, ſed etiam refrigeret. Refrigerat autem, non tamen, vt lib. 6. etiam ſimpli. atteſtatur Galenus, ſummè. Cæterùm ſtuporem pathema, capite quinto huius libri dictum eſt, neruoſarum partium eſſe difficilem ſenſum & motum. Item oriri tum alias ob cauſas, nempe neruoſorum corporum compreſsionem, torpedinem marinam, intemperiem frigidam, & medicamenta quę perfrigerant. Ad id caput igitur nunc reſpiciendum erit.

Verè ſomnifera. ἔντως ὑπνωτικά.

ναρκωτικά. Stupefacientia.

Stupor.

Siccitas verò rurſus immoderatior, ac calor, velut in phrenitide, propter humorem quempiam mordacem, & calidum, vel irritationes, vel vigilias, quæ neque per triſtitiam, neque curas conſiſtunt, inferre ſolent. Vt verò huiuſmodi ſymptomata toti corpori communia fiūt, propterea quòd principium laborat: ſic & alia quoque in omnibus voluntariis actionibus: principio laborante, euenire conſueuerunt. Nam & apoplexia, & epilepſia propter cerebrum fiunt. Tale tamen malum apoplexia in voluntariis actionibus eſt, quale profundus ſomnus in ſentiendi functionibus. Rurſus qualis eſt vigilia in ſentiendi actionibus, talis eſt conuulſio in epilepſia. Ambo enim hæc deprauati ſunt cerebri motus, atq; ob id etiam particulatim reliquorum membrorum omnium. Ediuerſo autem priora duo, actionū eius ſunt tum detentiones, tum quietes. Porrò in conuulſionibus totius corporis, ea quæ citra delirium, aut carum fit, ſpinalis quæ in ceruice continetur, morbus eſt. Quemadmodum vbi vel manus, vel crus, vel vnus muſculus tenditur, aut violenter conuellitur, vnius ſemper nerui, qui partem mouet, noxa eſt. At quæ ſit omnino cauſa morbi, à quo partes cōuelluntur, dictu difficile eſt, veluti etiam tremoris, palpitationis, & rigoris. Voco autem nunc rigorem, non illum vehementem frigoris ſenſum, ſed inæqualem vniuerſi corporis concuſsionem ac quaſſationem. Quippe omnia huiuſmodi muſculoſum genus, aut ſolùm, aut magis quàm cæteras partes apprehendere videtur. Verùm exquiſitiùs ea ſciemus, ſi priùs ipſorum notiones diſtinxerimus. In præſentia enim quatuor memorauimus nomenclaturas,

Vigiliarū & irritationum cauſæ.

Rigor.

conuul-

©BIUM

conuulſionem,tremorem,palpitationem & rigorem. Cuiuſmodi autem ſint ſingula,quæ per ipſas ſignificantur ſymptomata,à nullo qui me prior fuit exquiſitè definitum eſſe inueni. Nam alij protinus ad morborum ſubſtantias, quos ſymptomata comitantur,properant. Alij ipſa diſtinguere aggreſsi, in interpretationibus ſuis falluntur,vt facilè intelliget,qui poſtquàm ea quæ à nobis tradita ſunt didicerit,illorum libros legere voluerit. Neque enim difficile eſt vbi veritatem priùs cognoueris,quæ perperàm dicta ſunt,deprehendere. Sed de iis omnibus proximo libro diſſeretur.

COMMENTAR.

Quum hactenus ſomni & ſtuporis cauſas expoſuerit Galenus, nunc contrariorum planè ſymptomatum,nempe vigiliæ & irritationis, cauſas explicare pergit. Vt enim humiditas & frigiditas ſomnum & ſtuporem,ita ſiccitas immoderatior & calor, vigilias & irritationes concitare ſolent,quemadmodum lib.2.de labo.locis,cap. vltimo,& lib.3.eiuſdem operis,cap.4.Galenus multò quàm hîc copioſiùs docet. Poſſe autem vigilias & irritationes à calore & ſiccitate excitari,phrenitidis exemplo docet,in qua calidus & bilioſus,adeoq; mordax ſanguis iam dicta ſymptomata procreat. Quare iſtorum ſymptomatum cauſa tum nequaquam in curas & mœrorem transferenda erit. Cęterùm per irritationes,quas Galenus ἐρεθισμούς appellauit,intelligenda veniũt crebræ ac variæ motiones,quas idem Galenus lib.2.de lab.locis,cap vltimo πολυκινησίας nominat,vbi in eum ſcriptum reliquit modum. Quippe frigida ſtuporem carumque, calida verò vigilias,& varias motiones inducunt. In ſumma irritatio malum eſt quod ignauiæ,quam Galenus, lib.3. de labo.lo. cap.4. νωθρότητα vocat,opponitur. Vt enim in illa ęger nunquam quieſcit,ſed vt Galenus ait πολυκίνητος eſt,hoc eſt,varias tum animi,tum corporis motiones exercet:ita in hac ſegnis,ignauus,& planè ſtupidus eſſe ſolet. Cæterùm vt ſymptomata quæ ſunt ſentiendi actionum noxæ, toti corpori ſunt communia,ita etiam ea quæ voluntariorum motuum,quos hîc Galenus per τὰς κατὰ προαίρεσιν κινήσεις potiſsimùm intelligit,ſunt noxæ: idque nulla alia de cauſa, quàm quòd principium, hoc eſt,cerebrum, ſenſum ac motum omnibus partibus corporis ſuppeditans,laborat. Nam vt in profundo ſomno,ſentiendi actiones corporis omnes ſunt abolitę & impeditæ:ita in apoplexia motrices. Et rurſus,vt in vigilia ſentiendi actiones ſupra modum exercent ęgri,ita per conuulſionem,quæ in epilepſia fit,omnes partes corporis præter voluntatem conuelluntur,& plus iuſto mouentur. Communia autem eſſe iam dicta ſymptomata ita demonſtrat Galenus. Vigilia enim & cõuulſio, hæc enim per ambo intelligit,deprauati ſunt cerebri motus, ob id etiam particulatim omnium reliquarum partium corporis. Priora verò duo, apoplexia ſcilicet & altus ſomnus,cerebri actionum ſunt detentiones & quietes. Vt enim per vigilias & conuulſiones tum cerebrum,tum reliquæ omnes corporis partes deprauatè mouentur:ita in apoplexia & alto ſomno,cerebri,& omnium partium corporis actiones ceſſant, ac deſinunt. Porrò conuulſio quę eſt vniuerſalis ſiue totius corporis, duplex exiſtit, vnà quę cum delirio,& caro fit,qualis eſt ea quæ in epilepſia accidere ſolet. Altera, quæ citra delirium & carum fit,& ſpinalis medullę quæ in ceruice cõtinetur, morbus exiſtit. In prima,eò quòd cerebrum laborat,nihil mirum eſt delirium & carum ſuccedere. In ſecunda, quia cerebrum nihil laborat, abeſſe delirium & carum,conſentaneum eſt. Particularis verò conuulſio eſt,vbi vel manus,vel crus, vel vnus tantùm diſtenditur, aut violenter conuellitur muſculus. Et tum quidem vnius ſemper nerui, qui partem conuulſam mouet,noxa eſt. Poſtremò huius libri loco, Galenus difficile eſſe explicatu quæ ſint conuulſionis,palpitationis,tremoris,& rigoris cauſæ mõſtrat,ac quaſi aditum ſibi quendam ad ſequentem parat librum, in quibus iſtas abundè & luculenter

Irritationes. ἐρεθισμοὶ.

Conuulſio vniuerſalis eſt duplex.

©BIUM

explicat. Quo verò pacto ſingulorum horum quatuor notiones ſunt diſtinguendæ, in libello de palpitatione, tremore, conuulſione, & rigore Galenus pulchrè admodum expoſuit. Rigorem autem hîc vocat non illum vehementem frigoris ſenſum, ſed inæqualem vniuerſi corporis concuſsionem. Vnde ſatis patet, duplicem eſſe rigorem, vnũ qui in ſanis fit, qui non eſt niſi omnis dolorem inferens refrigeratio. Alterum morboſum & ægrotantium, de quo hoc etiam loco Galenus loquitur, qui non eſt tantùm ſenſus doloris, ſed etiam totius corporis concuſsio & agitatio, quemadmodum loco iam citato Galenus, & nos in ſequentis libri enarratione fuſiùs docebimus. Deniq; diligentiſsimè expendant ſtudioſi quod in fine dixit Galenus, hoc nimirum ἐσλὲν χαλεπὸν ὄῦ φωράσαι τὰ καιῶς ἐιρημένα, προεγνωσμένων ἤδη τῶν ἀληθῶν. Atque in hoc vnum incumbant, vt primùm dogmata à veritate non abhorrentia diſcant, ita enim de falſis facillimè iudicabunt, & ſi quid parum rectè ab aliis dictum eſt facillimè deprehendent.

Duplex rigor. Sanorum. Aegrotantium.

GALENI DE SYMPTOMATVM CAVſis Libri primi Finis.

Claudii Galeni pergameni, de Sympto-MATVM CAVSIS LIBER SECVNDVS.

Leonharto Fuchſio interprete.

CAPVT I.

Deprauati motꝰ ſpecies.

COnuulſio igitur, & tremor, & palpitatio, & rigor, & horror, & ſingultus, & tuſsis, & ructus, & ſternutatio, & pandiculatio, & oſcitatio, & ſtridor, commune omnia genus, nempe deprauatum motum, obtinent. Differunt autem inter ſeſe, hoc vno quidem, & primo potiſsimum, quòd alia eorum naturæ ſunt opera, quæ tamen à morboſa quapiam cauſa violenter moueri ſit coacta. Alia morboſos ſequuntur affectus, natura ad ipſorum generationem nihil cõferente. Alia fiunt, vbi ambo, & morbus & natura ſimul operantur. Per Naturæ verò vocabulum in hoc ſermone intelligas velim, omnem qua animal gubernatur facultatem, ſiue à voluntatis noſtræ arbitrio pendeat, ſiue ſecus. Vicißim enim in præſentia diſtinguimus, totum hoc facultatum genus, quo ſeruatur animal, ab omni cauſa præter naturã, per quàm læditur & corrumpitur. Huius igitur facultatis opera ſunt, ſternutatio, tuſsis, oſcitatio, pandiculatio, & ſingultus. Solius verò morbi opera ſunt, palpitatio, & conuulſio. Amborum autẽ ſimul coëuntium morbi nimirum & facultatis, omnes motus torpidi, ac alij quoque eorum qui reſoluuntur, nondum autem reſoluti ſunt: præterea etiam tremor.

Natura quid?

COMMENTAR.

Quum Galenus in eo qui hunc præceſsit libro de iis ſymptomatis quæ ſenſificæ actionis noxæ ſunt, abundè diſſeruerit, nunc ad ea quæ motricum actionum noxę, ſeu motus deprauati ſunt, progreditur, atque eorundem cauſas exponere pergit. Principiò autem duodecim præcipua ſymptomata, quæ ſub deprauato motu, veluti communi quodam genere, complectuntur, ordine percenſet, nempe conuulſionem, tremorem, palpita-

palpitationem,rigorem,horrorem,ſingultum,tuſsim,ructum,ſternutationem,pandiculationem,oſcitationem,& ſtridorem.De quibus omnibus in ſequentibus,quum priuatim de ſingulis ager,fuſiùs dicemus.In præſentia ſatis ſit id tantùm monuiſſe,interpretes quoſdam Ξυσμὸν vocem, quę latinis ſtridorẽ ſimpliciter ſignificat,magno ſanè errore,dentium ex concuſſu ſtrepitum,conuertiſſe,quum tamen conſtet hanc vocem,hoc in loco non ſtridorem dentium,qui Hippocrati & Galeno lib. 1. prognoſti. aphoriſ.24.alio nomine τριγμὸς τῶν ὀδόντων dicitur,ſed potiùs ſtrepitum ſonitúmve tenuem per inferna emiſſum ſignificare.Nam quid opus erat Galeno hîc ſeorſim ſtridoris dentium facere mentionem,quum ſub conuulſione,aut tremore illum ſit complexus.Quippe in eo quod mox ſequitur capite,τὸ Ξύειν,id eſt,ſtridorem dentium,inter conuulſionis genera metipſe Galenus refert. Et in loco paulò antè citato, vbi inquit.Dentibus ſtridẽt,quoties muſculi in temporibus & maxillis conuulſionis modo mouentur.Et paulò poſt.Stridere dentibus ex natura ſimile eſt vitio oculorũ quod appellant equum,quum nullo tempore manere poſſunt quieti, ſed in modum eorum qui tremunt iactantur,ac concutiuntur.Hæc ille.E quibus,puto, omnibus palàm fit, dentium ſtridorem vel conuulſionis,vel tremoris eſſe ſpeciem, atque adeò non fuiſſe opus fuiſſe opus vt hîc ſeorſim à Galeno recenſeretur.Quare hîc potiùs flatum ſtrepentem Ξυσμὸς,quàm dentium ſtridorem ſignificat. In qua etiam ſignificatione capite quarto huius libri vſurpatur, Ξυσμὸς inter genera τῆς ἀποφράξεως φυσῶδους à Galeno, quemadmodum etiam cap.7.libri tertij de ſympto.cauſis enumeratur.Hęc copioſiùs retuli, quod Franciſcum etiam Valleriolam, virum alioqui doctiſsimum, deceptum eſſe hoc loco videam, & perperam Ξυσμὸν generalem vocem ad dentium ſtridorem retuliſſe. Prædicta itaque duodecim ſymptomata in eo conueniunt, quòd omnia ſint deprauati motus. Differunt autem inter ſe, hoc vno primoque maximè, quòd alia eorum ſint naturæ,à cauſa quapiam morboſa violenter moueri coactę, opera, vt ſternutatio,tuſsis,oſcitatio,pandiculatio,& ſingultus. Hæc enim omnia ſymptomata naturæ,ſunt opera,ſed eius quæ à morboſa cauſa coacta eſt. Sternutatio enim expultricis facultatis motus eſt,ſed à cauſa morboſa ad eum motum efficiendum coactæ,vt ex ſequẽtibus manifeſtum fiet.Quòd autem natura hoc loco idem quòd facultas animal gubernans ſignificet,metipſe Galenus in contextu monuit,neque id ſanè temerè. Sunt enim variæ naturæ,apud Hippocratem & Galenum acceptiones.Nunc enim pro ſubſtantia ſeu temperatura, quæ ex quatuor conſtat elementis, accipitur. Nunc pro innato calore,iam pro forma ac ſpecie,& aliquando pro facultate animal gubernante, vt ſect.2.apho.commen.34.fuſiùs diximus. Cæterùm tres eſſe facultates animal gubernantes,lib.9.ther.metho.cap.9.Galenus multis docet,animalem ſcilicet,vitalem,& naturalem.De quibus nos etiam plura in compendio noſtro diximns. Quocirca totũ hoc facultatum gubernantium genus,quo animal tuetur ac ſeruatur, diſtinguitur ac diſcriminatur ab omni cauſa prẽter naturam,quę animal lędit ac corrumpit. Vt enim facultates ſanum totum animal ſeruant, ita cauſæ præter naturam illud ipſum deſtruunt & corrumpunt.Ex prædictis ſymptomatis alia ſolius morbi ſunt opera,vt palpitatio,& conuulſio.Solos enim morbos comitantur,natura ad ipſorum generationẽ nihil conferente.Alia horum fiunt,vbi morbus & natura ſimul operãtur,vt ſunt motus torpidi.In iis natura quidem agit quum motum excitat,verum morbus efficit, vt ſit torpidus.Reſolutio etiam eius generis eſt, quę nondum tamen perfecta eſt, quòd ſcilicet in ea natura membra mouet,at imbecilliter,propter morbum hanc ipſam impedientem. Tremor quoque ex hoc ſymptomatum numero habetur,vtpote in quo facultas membrum attollit,& morbus ad inferiora deprimit, quemadmodum capite ſecundo copioſiùs dicemus.

τρισμὸς. Stridor.

τρισις τ ὀδόντων.

Valleriola deceptus.

Quomodo prædicta ſympto-mata cõueniãt, ac inter ſe differant.

Naturæ opera.

Naturæ variæ acceptiones.

Solius morbi opera.

Morbi & naturæ ſimul opera.

Hæ quidem propoſiti nobis in præſentia ſymptomatum generis primæ ſunt

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 275 sur 637

differentiæ. Deinceps verò singularum propriæ quædam sunt, de quibus nunc dicemus, à motibus qui ab innata quadam facultate fiunt, exorsi. Societas autẽ istis est cum iis qui adamußim secundum naturam sunt. Quam prius exponamus necesse est, vt quæ illorum sit generatio dilucidè doceamus. Quum verò quatuor sint facultates quibus omnia quæ aluntur gubernantur, prima quidem quod vtile est ad se trahente, altera verò illud retinente, tertia alterante, & quarta quod superuacuum est excernente: quando quidem pro naturæ lege gubernatur animal, nullus ipsarum motus, symptoma est. Vbi verò quidpiam in corpore præter naturam consistit, ad ipsumque propulsandum expultricum facultatum aliqua insurgit, sic interim vt metus ipsarum sensum omnino lateant, interim vt sensu percipiantur. Atque de motibus qui sensum latent, posteà dicetur.

Quatuor facultates naturales.

COMMENTAR.

Primis propositi symptomatum generis differentiis absolutis, priusquam ad singularum trium iam dictarum differentias proprias, indicandas veniat, quæ sit motibus iis qui à natura, vi morbi coacta, fiunt, cum iis qui adamusim secundum naturam sunt societas, ostendit. Motus autem secundum naturam est, qui fit à quadam facultate innata. Innatę autem facultates sunt, quę alio nomine naturales, & corporales, quòd scilicet non aliundè promanent, sed insitæ corporibus sunt, dicũtur. Has quatuor esse constat, nempe attractricem, retentricem, alteratricem, & expultricem. Is autem motus duplex est. Vnus enim exquisitè secundum naturam existit, & fit quum animal pro naturæ legibus gubernatur: hoc est, nullo affectu præter naturam infestatur. Alter autem motus non exquisitè secundum naturam fit, vbi præter naturã quidpiam in corpore consistit, quod ad propulsandum excernendumque naturam impellit ac cogit. Hinc quę sit illorum societas ac communio omnibus patet. Vterque enim motus à natura seu facultate fit, adeoque in eo planè conueniunt. Differunt autem, quòd hic à natura non simpliciter, sed à morbosa causa impulsa fiat. Ille verò à natura simpliciter nullo quod præter naturam sit hunc cogente. Quare hic exquisitè, siue adamusim secundum naturam, ille verò non exquisitè secundum naturam dicitur. Cęterùm accidit vt motus facultatis interdum omnino sensum lateant, vt si per διαπνοὴν, hoc est, diffiationem superuacua excernit, quam etiam hoc nomine Græci ἄδηλον, hoc est, sensu imperceptibilem, appellauerunt. Interdum autem sensu percipiuntur, vt si per vomitum, vrinam, & alui deiectionem superuacua expellit.

Motus secundum naturam.

Exquisitè secundum naturam.

Nõ exquisitè secundum naturã.

Siccitas illorum motuum.

CAPVT II.

DE iis verò qui sensu percipiuntur, quoniam cum illis qui voluntarij nominantur communicant consortiumque habent, communis quoque sit doctrina. Voluntariæ igitur actionis noxa est, neruorum resolutio, conuulsio, tremor, & stupor. Variant autem singula iamdictorum in particularibus instrumentis, non solùm symptomatum specie, verumetiam nomenclaturis. Nam instrumentorum quibus respiratio perficitur resolutio, Apnœa, id est, abolita spiratio nominatur. Eorum autem quibus vox efficitur, Aphonia, hoc est, vocis priuatio. At linguæ resolutio, nullum nomen proprium obtinet, quanuis ipsa quoque loquelam haud leue voluntatis opus penitùs auferat. Rursus ischuria, id est, vrinæ suppreßio, apnœæ & aphoniæ simile quiddam significare videtur, etsi non voluntariæ, sed naturalis actionis abolitio est. Quippe vrinæ præter

Volũtariæ actionis symptomata. Resolutionis varietas, & nomina multa.

©BIUM

voluntatẽ excretio, voluntariæ actionis noxa eſt. Pari modo in deiectionibus, alui, retentio earundem naturalis actionis, inuolũtaria verò excretio, voluntariæ noxa eſt. Porrò de iis omnibus copioſiùs in libris de motu muſculorum diſputatum eſt. Atque hoc quidem pacto reſolutiones neruorum ſpeciebus variant.

COMMENTAR.

Deprauatorũ motuum, quorũ prẽcedenti capite, duodecim prẽcipua genera recenſuit, cauſas expoſiturus Galenus, rectiſsimè à ſenſibilibus motib⁹, nempe retentione, & excretione tũ vrinæ, tum ſtercoris, qui à natura vi quadã coacta fiunt, dicendi initium ſumit, ꝙ ſcilicet cũ voluntariis mõtibus conſortiũ habeant, & cõmunicent, ideoq; vtroſq; motus cõmuni abſoluit doctrina. Cõmunicant autẽ conſortiumq; habent primò, ꝙ vterq; motus cũ loci mutatione fiat, quemadmodũ cap. 10. lib. 3. de ſympto. cau. Galenus pulchrè mõſtrabit, Secundò, ꝙ vterq; motus tã naturalium, quàm voluntariorũ inſtrumentorũ, per fibras fit, quę intenduntur, & ad principiũ trahuntur, vt lib. 3. de natu. facul. copioſiùs docet Galenus. Orditur autẽ nunc à volũtaria actione, eiusq; quatuor noxas ſiue ſymptomata hoc loco recenſet, nempe reſolutionẽ neruorũ, conuulſionẽ, tremorẽ, & ſtuporẽ, quæ in particularibus inſtrumentis variant, non ſolùm ſymptomatum ſpecie, ſed & nomenclaturâ. Quod primũ in reſolutione fit manifeſtiſ Reſolutio.
ſiũm, quæ quidẽ vbi membra ſe vt anteà mouere nequeunt, accidere ſolet. Hæc enim alia ſymptomatis ſpecies eſt ſi in inſtrumentis reſpirationi ſeruientibus euenit, & alia ſi in iis quę vocẽ formãt accidit. Alia item ſi in linguã incidat. Varias etiã ob id ſortitur nomenclaturas. Nã reſolutio inſtrumentorũ reſpirationi famulãtiũ, Græcis ἄπνοια, latinis abolita ſpiratio dicitur. Eorũ aũt inſtrumẽtorũ quib⁹ vox perficitur, ἀφωνία Græcis, vocis priuatio latinis noſcatur. Linguæ autẽ reſolutio nullum propriũ nomẽ habet, quanq; ipſa iſignẽ volũtatis actionẽ, nẽpe loquelã ac ſermonẽ, adimit. Cęterũ ἰσχουρία, id eſt, retentio ſiue ſuppreſsio vrinæ, apnœ & aphoniæ ſimile quiddam ſignificare videtur, quòd ſcilicet in ea, perinde atq; in illis omnimoda actionis priuatio fiat. Ani- Iſchuria naturalis actiõis priuatio.
maduertendũ aũt vtcunq; iſchuria ſimilitudinem quandã cum iã dictis ſymptomatis habeat, ipſam tamen non eſſe voluntariæ, ſed naturalis potiùs actionis priuationem. Quum enim conſtet voluntarios motus muſculorum ope fieri excretionem aũt vrinæ ſolo veſicę naturali motu, citra omne muſculorũ auxilium, perfici, vt excretionis vrinę retentio, naturalis ſit actiõis abolitio, neceſſe. Id quod etiã lib. 6. de labo. lo. cap. 4. teſtatur Galenus ita ſcribens. Quũ ab intemperie veſica fit imbecillior, læditur propria ipſius actio, quę eſt vrinę excretio, quæ non à conſilio & electione procedit. Hac „
„
itaque ratione Iſchuria eſt proprium veſicæ ſymptoma, quod illi vt eſt pars ſimilaris, ſeu inſtrumentũ naturale, hoc eſt, vt quatuor facultatibus naturalibus prædita eſt, ac- Inſtrumentũ naturale.
cidit. Quãdo verò Iſchuria propter muſculi qui veſicæ ceruicem ambit conuulſionẽ, vel propter obſtructionẽ, aliúmve inſtrumentalem morbũ euenit, tunc propria veſicę ſubſtantia minimè laborat, nec naturales eiuſdem facultates lædũtur, quare tum nõ lædi, ſed impediri potius vrinæ excretio dicetur. Vrinę autem præter voluntatem ex- Vrinæ prẽter voluntatem excretio, voluntariæ actiõis noxa eſt.
cretio, voluntariæ actionis noxa eſt. Nõ enim alia de cauſa hæc ipſa fieri cõſueuit, niſi ob muſculi qui ueſicæ ceruicem orbiculatim ambit reſolutionem. Huius enim officiũ eſt, Galeno lib. 2. de motu muſculorum atteſtante, ſuperuacua alimenti retinere. Tum enim agit is muſculus, quum vrinę excretionem prohibet, nõ quũ excerni ſinit. Ideò ſi quis inuitus mingat, tum actionem eius muſculi voluntariã lęſam eſſe oportet. Par ratio eſt de alui deiectionibus. Quippe deiectionum retentio naturalis actionis noxa eſt. Nam expulſio deiectionum naturali inteſtinorum motu fit, nempe per propultricem eorundem facultatem, ideoq; quum à naturali perficiatur facultate, ipſa quoq; naturalis ſit oportet. Retentio igitur deiectionum, propultricis inteſtinorũ facultatis no- Retentio deiectionũ naturalis actionis noxa.
xa exiſtit. Inuoluntaria verò deiectionum excretio, voluntarię actionis, eius nimirum

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 277 sur 637

quæ per muſculum ſedem orbiculatim ambientem fit, noxa eſt. Id quod lib. 6. de lab. lo. cap. 4. iis cõfirmat verbis Galenus. Muſculis, inquit, qui veſicę ceruicem, & recti in- „ teſtini extremã partem ambiunt reſolutis, neq; vrinam veſica, neq; ſtercora aluus re- „ tinere poteſt, ſed præter voluntatem, paucis omnino interuallis, vtraq; excernũtur. Ex iis itaq; palàm omnibus ſit, quod etiam loco iam citato Galenus atteſtatur, meiendi & deiiciendi officium neq; totũ ab electione pendere, neq; totum naturale eſſe. Quippe hoc ipſum duobus perficitur inſtrumentis, vno quidem naturali, & alio animali. Nam veſica & rectum inteſtinũ naturali vtuntur facultate, muſculi verò has partes ambientes, ea quę & animalis, & voluntaria nominatur. Quapropter diligenter officiũ veſicę, ab officio meiendi, & officium inteſtinorum, ab officio deiiciendi eſt diſcernendum. Aliud enim eſt, vt Galeni verbis vtar, τ῀ κύστεως ἔργον, καὶ τ῀ ἐρίσεως, id eſt, veſicæ opus ſeu actio, & meiendi. Aliud item τῶν ἐντέρων, καὶ τ῀ ἀποπατήσεως, hoc eſt, inteſtinorum, & deiiciendi opus. Veſicæ enim & inteſtinorum opus, merum eſt naturale, à naturalibus nanq; fit inſtrumentis. Meiendi autem & deiiciendi actio, neq; mera naturalis, neq; mera voluntaria exiſtit, ſed partim naturalis, partim animalis. Duplicibus enim perficitur inſtrumentis, vno naturali, veſica ſcilicet & inteſtino recto: altero animali, muſculo nimirum prædictas partes ambiente, quemadmodum fuſiùs lib. 2. de motu muſculorum Galenus demouſtrauit.

Meiendi & deiiciẽdi officium, neque totum ab electione pẽdet, neque totum naturale eſt.

Officium veſicę, ab officio meiendi, vt officium inteſtinorum, ab officio deiiciẽdi diſcernendum.

Cõuulſionis differentiæ.

Conuulſiones verò ad hunc modum. Dentium inuitus ſtridor, mandibulariorũ muſculorum conuulſio eſt. Inuerſiones autem oculi & ſtrabiſmi, muſculorum qui in oculis habentur. Veluti etiã gonorrhææ alia eſt differentia. Si enim rigido pene fiat, veluti conuulſio eſt. Si verò non rigeat penis, retentricis facultatis imbecillitas eſt. Sunt qui ſingultum quoq; conuulſionis eſſe ſpeciem arbitrẽtur. Et duplex inſpirantium reuocatio, nonnunquam ob muſculorum inſpirationi ſeruientium cõuulſionem euenit. Eſt etiam quædam expirationis ſpecies veluti conuulſoria, quæ & ipſa muſculorum expirationem efficientium conuulſionem ſequitur. Hanc Hippocrates ſpiritum in ea quæ ſit ad exteriora latione offendentem nominat. Quòd autem apoplexia vniuerſi corporis ſit reſolutio, epilepſia verò totius corporis conuulſio, anteà dictum eſt. Quinetiam de ſtupore priùs dictum eſt, quod exigua imbecillàue quædam reſolutio eſt. Stupidarum verò partium haud parua in eo quod magis & minus eſt differentia: propterea quòd mixtum quodammodo ſymptoma eſt, ex morbo & facultate. Si enim morbus facultatem omnino vicerit, membrum hæc transferre nequaquam poterit. Si verò facultas ſuperauerit, haud quaquam impeditur. At ſi veluti pugna quædam ipſorum fuerit, mouetur quidem membrum, ſed ægrè. Si enim præceperis vt membrum extendat, extẽtumq; ſeruet, non poterit. Natiua enim grauitate decidit, ob imbecillitatem facultatis ipſum ferentis deorſum. Nam facultas eſt quæ attollit, & ſuſtinet. Quòd verò deorſum fertur ipſum manus, aut cruris corpus eſt. Cauſa verò huius rei priùs dicta eſt. vbi de ſenſuum actionibus ſermonem fecimus, demonſtrantes neruum aut frigore denſatum, aut craſſis & lentis humoribus obſtructum, aut à quapiã externa cauſa grauatum, & preſſum, in ſtuporem, & reſolutionem adduci. COMMEN.

Apoplexia. Epilepſia. Stupor.

Cõuulſionis differentiæ.

Abſolutis enarratisq; reſolutionis differentiis ad conuulſionẽ Galenus progreditur, & quæ ſint eiuſdẽ differentiæ oſtendit. Prima verò conuulſionis ſpecies ſeu differentia eſt, ſtridor dentium præter voluntatem factus. Hic enim non eſt niſi muſculorũ mandibulariorum,

Stridor dẽtium.

dibulariorum,quos Galenus & alij Græci μασκτῆρους vocant,cõuulſio.Id quod teſtantur etiam quæ lib.1.prognoſt.cõm.24.in hunc modum ſcribit Galenus.Strident dentibus,quoties muſculi in temporibus & maxillis modo conuulſionis mouentur. Hæc ille.Atq; ex hoc loco nulli nõ perſpicuum fit, ſtridorem dentium eſſe conuulſionis, quod ſuprà quoq; monuimus,ſpeciem.Altera cõuulſionis ſpecies eſt, quam Græci ἴλλωσιν,latini inuerſionem oculi nominant.Alio nomine iiſdem σϱαβισμός, latinis diſtortio oculi,& obliquus aſpectus,eoq; laborãs malo Strabo vocatur. Eſt itaq; ἴλλωσις, & σϱαβισμὸς idem malum,quod Suidæ teſtimonio cõfirmatur,qui ait.ἴλλω idẽ quod σϱάβος.& σϱέβλω ſignificat.Et ἰλλώπτειν,Phauorino teſte,idem quod σϱαβίζειν. Non eſt verò prædictum malum niſi muſculorum qui in oculis habentur cõuulſio.Tertia differentia eſt γονοϱϱοίαι Græcis,latinis ſeminis profluuium dicta,quę genitalium partiũ veluti cõuulſio quædam eſt,ideoq; rigido fit pene.Proinde hę ſeminariorum vaſorũ partes,haud ſecus quam naturalis expultrix facultas,mouet.Quod quidem etiã in epilepſia,& aliis violentioribus conuulſionibus videre licere,vt lib.6.de labo. loc.cap. 6. Galenus fuſiùs mõſtrat.Accidit autem Gonorrhœa nonnunquam propter retentricis facultatis imbecillitatem,vtpotè quę genitale ſemen retinere nequit. Et tum nequaq̃ conulſio exiſtit.Sunt qui quartam conuulſionis differentiam ſingultum eſſe putent. Quorum tamen ſententiam Galenus cap.1.ſequen.lib.non probat, eiusq; rei cauſam ibidem affert.Idem etiam ſect.6.apho.cõmen.39.cõuulſionem nõ eſſe ſingultum,ſed quendam potiùs motum eiuſdem cum vomitibus generis ſcribit,vt ſeq.libro latiùs dicemus.Quinta conuulſionis differentia eſt duplex ſiue geminata inſpirantium reuocatio.Hæc enim euenit propter conuulſionem muſculorum inſpirationi ſeruientiũ. Reſpicit autem hoc loco Galenus ad ſententiam Hippoc.quæ eſt in lib.2. Epid.ſect.3. & repetitur lib.6.Epid.ſect.2.aph.5.iis verbis.Διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις,ὅταν ἐσπνέωσι:Duplex intro reuocatio,veluti iteratio inſpirantibus.Nam inter inſpirandum interdum ſpiritus ſubſiſtit,adeò vt conduplicatus intro,tanquam iam iterata inſpiratione,reuocetur:id quod infantibus plorantibus non rarò accidit.De ea verò reſpirationis ſpecie plura in lib.3.de ſpirandi difficultate Galenus tradit.Et lib.6.apho.cõm.54. Sexta cõuulſionis differentia eſt expirationis quædam ſpecies,quam Hippocr.lib.2.Vict.acut. morb.apho.48.ſpirationem in ea quę extra ſurſumve fit latione offendentem:Et ſect. 4.apho.68.ſpirationem offendentem,ſeu ſubſiſtentem nominat πνεῦμα πϱοσταῖον, καὶ πϱόσκοπτον εἰ τῇ ἄνω,ἢ ἔξω φορῇ.Is eſt certè,qui in medio ſui extra delatus,interrupt⁹ ſubſiſtit. πϱοσταίω enim & πϱοσκόπτω eſt allido,& offendo.Fit ob conuulſionẽ muſculorum expirationi famulantium.Septima conuulſionis differẽtia eſt epilepſia,quæ vniuerſalis eſt corporis conuulſio,vt cap.5.& vlt.prioris lib.dictũ eſt.Porrò ſpeciebus reſolutiõis paulò ſuprà expoſitis, alias duas hoc loco addit,nẽpe apoplexiam quę vniuerſi corporis eſt reſolutio,& ſtuporem,quæ exigua quędam eſt reſolutio. Stupidarũ verò partium haud modica eſt maioris & minoris ratio.Aliæ enim magis, aliæ minus ſtupẽt,quod ſtupor ſit mixtum ſymptoma ex morbo,& facultate.Si morbus facultatẽ prorſus vicerit ac oppreſſerit,membrũ hæc amplius tranſferre, ac mouere nõ poterit. Sin facultas ſuperauerit,nequaq̃ in transferendo membro impeditur.At ſi inter morbum & facultatem pugna erit,mouetur quidem membrũ,ſed difficulter,quod facultatem morbus in ſua actiõe interturbet,vt in cõtextu planiſsimè docet Galenus. Cęterũ ſtuporis & reſolutionis cauſæ in cap.5.prioris libri ſunt oſtenſæ,quarum hîc tres,nẽpe frigus obſtructionẽ à lentis & craſsis humoribus;& cõpreſsionem grauis rei, recenſet.

Oculi inuerſio. ἴλλωσις. σϱαβισμός.

γονοϱϱοίαι

Singultus.

Duplex ſiue geminata inſpirãtium reuocatio.

Spiratio in ea quæ extra fit latione offendens.

πϱοσταίω. πϱοσκόπτω.

Epilepſia.

Stupidarum partium varietas.

At cõuulſio in eũ affectum neruos muſculosq; ducit,in quẽ vbi ſecundũ naturã ſe haberẽt,ab animali ducebãtur facultate.Siue igitur verſus principiũ itẽtis,ſiue irruente ſpiritu impletis muſculis,voluntarij motus perficiantur,ita in conuulſione quoque eadem accident,flatuoſo ſpiritu in ipſis gigni potente, multisq; qui ten-

Conuulſio.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 279 sur 637

©BIUM

Duæ conuulsionis cauſæ.

ſionem efficiunt affectibus, quemadmodũ phlegmone. Summa autem horum, veluti Hippocrates indicauit, duplex eſt, plenitudo & vacuatio. In phlegmonum malis plenitudo, in ardentiſsimis autem & ſicciſsimis febribus, vacuatio. Porrò quod impletis vacuatisque plurimum omnibus neruoſis corporibus ea tendi contingat, declarant maximè quæ in inſtrumentis muſicis ſunt intentæ chordæ. Etenim rumpuntur ſiue in humidam, ſiue in ſiccam & ſqualentem domum intentæ reponantur. Proinde eas artifices, priuſquam reponant, laxant.

COMMENTAR.

Conuulſio quid?

Quid ſit conuulſio, & quæ ſint eiuſdem cauſę hoc in loco Galenus monſtrat. Conuulſionem autem malum eſſe hîc, & ſect. 3. apho. commen. 39. ait, quòd neruos ac muſculos ad eundem ducit affectum, ad quem animalis facultas in motibus voluntariis ducebat. Nam vt motus omnis voluntarius attractis muſculis in eas quibus innaſcuntur partes fit, neq; fieri poteſt is attractus, niſi ad ſuam originem retrahantur muſculi: ita etiam conuulſio ſimiliter muſculos ac neruos verſus ſuam ipſorum originem trahit, in hoc ſolùm à voluntario motu naturaliter facto diſtans, quòd prętęr voluntatẽ

Volũtarius quomodo fiat.

fit, vt fuſiùs lib. 3. de labo. lo. cap. 5. Galenus docet. Siue igitur verſus ſuum principium intentis muſculis, quod Galenus, & vniuerſa propemodum medicorum turba credit,

Pneumatici.

voluntarius motus fiat: ſiue ab irruẽte ſpiritu impletis muſculis, quod Pneumatici dicti medici, qui omnia ſpiritibus tribuebant, putarunt, perficiatur: eodẽ certè pacto conuulſio fiet, nempe vel flatuoſo aliquo in ipſis muſculis generato ſpiritu, vel aliis affectibus tenſionem procreãtibus in iis natis, qualis eſt phlegmone. Affectuum autẽ conuulſionem procreantium duo præcipua genera Hipoocrates indicauit, plenitudinem & vacuationem. Ita enim in aphoriſmis ſcriptum reliquit. Conuulſio fit, vel ex plenitudine, vel vacuatione. Sub plenitudine complectuntur phlegmones, & alij tumores in muſculis, & neruis ex fluxione pronati. Sub vacuatione autem ardentiſsimæ & ſicciſsimæ febres, hæ nanque corporis partes vacuant, humiditatem quæ in iis ſunt abſumentes. Et Hippocrates quidem in iam citata ſententia de conuulſione vt primogenio malo loquitur, hac enim ratione duæ duntaxat eius ſunt cauſæ. Præter hãc autem alia eſt conuulſio quę per conſenſum accidit, vt fuſiùs in noſtris ſuper hanc Hippocratis ſententiam commentariis, & lib. 1. de ſanandis malis corporis, cap. 30. monſtrauimus. Cæterùm quòd corpora neruoſa impleta vacuataq; plurimùm, tẽdantur, chordæ in muſicis inſtrumentis intentæ maximè declarant. Nam rumpuntur ſiue in cubiculum aliquod humidum, ſiue ſiccum intentæ reponantur. Sed quomodo ab aëre, ſi vel nimis aridus ſit, vel admodum humidus, chordę ita tenduntur, vt rumpantur. Hoc ſanè Galenus lib. 3. de labo. locis, iis monſtrat verbis. Nempe, inquit, humor madefacit ipſas, vt in tumorem prętęr naturam attollantur, qui mox eas extendit. Ac veluti Sol tergora arefaciens contrahit, ita ſiccitas chordas & trahit, & extendit. Sic lora quoque quum ad ignem exiccantur, contrahi tendiq́ue videntur. Hęc ille. Quapropter cithariſtę, & alij artifices, quũ inſtrumenta ſua poſt vſum reponere volũt, chordas relaxant. Nam illis planè conſtat, eas ab ambientis aëris temperie tum humida, tum vehementer arida, ad vltimam tenſionem peruenire poſſe.

Affectus duo cõuulſionem procreantes. 6. Apho. 39.

Conuulſio per conſenſum.

Cur in aëre humido, vel ſicco chordæ rumpantur?

Hãc igitur ob rẽ anteà quoq; dictũ eſt, cõuulſoriũ motũ à ſolo morbo effici, immobilitati quæ in reſolutionibus neruorũ accidunt ſimiliter, nã & ipſa morbi occaſione efficitur. Immobilitas aũt & motio quæ eſt ſecundũ naturã in animantibus, vbi extendentes manũ, extentã immotã ſeruare poſſumus, vtraq; ab animali fit facultate. Si verò ſanã manũ ſuper rẽ quãpiã ſolidã reclinãtes, oẽs muſculorũ actiones laxauerimus, neq; propter morbũ, neq; ppter facultatẽ, hoc tẽpore quieſcit

Tria quietis genera.

©BIUM

ſcit manus,ſed ob innatam animalibus grauitatem.Proinde ex tribus quietis generibus,ea quæ in reſolutionibus neruorum fit,à ſolo morbo efficitur ligata, vt ſic dicam,eo tempore facultate. Altera,qua membrum extentum habemus,à facultate.Ea verò quam paulò antè diximus, à neutro,non ignorantibus ſcilicet nobis quæ in libris de motu muſculorum de extenta manu dicta ſunt, quòd reuera ex genere tum actionum,tum motionum ſit.Præterea dictum eſt motum hunc à nobis robuſtum firmúmve nominari. Atque hic quidem ſtatus, alio modo motus, alio verò immobilitas dici poteſt. Reliqui verò duo, nullo pacto ad motum aptari poſſunt:quemadmodum reliqui duo motus,nempe cõuulſorius, & voluntarius, nullo modo ad immobilitatem referuntur.

Motus robuſtus.

COMMENTAR.

Tria eſſe quietum ſeu immobilitatum genera,quarũ vna à morbo,altera à facultate,& tertia à neutro perficitur,hoc loco Galenus oſtẽdit.Quietem autem à motu ceſſationem appellat.Prima quies ſeu immobilitas,eſt ea quæ in reſolutionibus neruorũ apparet,in ea enim à motu partes reſolutę ceſſant,ac quieſcunt. Hæc ſanè ſimilitudinem quandam cum conuulſorio motu obtinet,quod ſcilicet,vt ille,à ſolo morbo fiat, deficiẽte nimirum per morbum id temporis facultate.Altera quies & immobilitas eſt ea,quæ fit in hominibus ſanis,& ſecundum naturam ſe habentibus,dum nimirum extendentes,hanc extentam immobilem ſeruare valent.Hæc quies, perinde atq; motus in hominibus qui ſecundum naturam ſe habent,fit à facultate animali,membrum ſuſtentãte.Tertia quies eſt,vbi manum ſanam ſupra ſolidam aliquam rem reclinamus, omnesque muſculorum actiones relaxamus.Hæc neque à morbo, quum ſana ſit manus, neque à facultate, quæ iam quieſcit, ſed ab innata animalibus grauitate propter quam accidit,vt membrum in ſolido, quod illi ſubſtratum eſt,quieſcat. Quę fermè omnia dicta ſunt in libris,ſecundo præſertim,de motu muſculorũ,& id maximè,quòd extenta manus ex genere ſit actionum,& motionum. Actionis enim voluntariæ genus quoddam eſt.Motus autem is voluntarius,Græcis κίνησις τονικὴ,latinis robuſtus, & firmus dicitur.Rectè verò ita eſt appellatus,quoniam valida muſculorum actione,cõtrarioque nixu perficitur.τόνος enim robur firmitásve eſt,τονικὸς autem robuſtus, firmúſve.De quo ſanè motu plura loco iam citato Galenus.Cęterùm hic manus extentę ſtatus,alio modo motus,alio verò imobilitas ſeu quies dici poteſt. Quatenus enim à facultate manus extenditur,motus,quatenus autem ab eadem immobilis ſeruatur,immobilitas dicitur.Quieſcit enim manus,facultatis eam ſuſtinentis,operâ.Reliqui verò duo ſtatus quietis,quarum vna fit in neruorum reſolutionibus,& altera dum ſana manus ſuper ſolidum aliquod reclinatur,nullo pacto ad motum aptari poſſunt,quũ ſint omnimodæ quietes,omnique motu vacent.Motus contrà voluntarius,qui fit à facultate,& conuulſorius,quem morbus efficit,nullo modo ad immobilitatẽ referri poſſunt,quòd in iis nulla prorſus quies ſit.

Tria quietis immobilitátisve genera.

Quies quid.

Prima.

Altera.

Tertia.

Extenta manus ex genere actionum & motionũ eſt.

κίνησις τονικὴ.

Motus robuſtus & firmus cur appellatus?

CAPVT III.

Aeterùm ſicuti extentam manum è duobus æquè valentibus motibus conſtare diximus,ſurſum quidem eam attollẽte facultate,deorſum verò trahente innata grauitate:ita quoq; tremor ipſe ex duobus perficitur motibus,vno quidẽ qui ob grauitatẽ membrũ deorſum ducit,altero aũt,quẽ facultas,membrũ in contrariũ attollens,efficit. In valẽte igitur manu,ne paululum quidem à grauitate facultas vincitur,ſed validior quum ſit, membri ad inferiora inclinatione,ſuſtinendo tantùm ipſum in ſublimè attollit,

Tremor ex duobꝰ perficitur motibus.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 281 sur 637

©BIUM

quantum deorſum trahebatur. In tremore verò inuita facultate membrum ad inferiora delabitur, licetque manifeſtè videre ipſorum pugnam, neque facultate deorſum fieri permittente membrum, quemadmodum in neruorum reſolutionibus: neque grauitate concedente, vt facultas ipſum ſublime ſeruet, perinde atque dum valeret. Vicißim igitur vnicente, & victa facultate, mutuoque ſemper contrariis ſuccedentibus motibus, tremor fit, quum ſit motus quidam compoſitus, quemadmodum arteriarum pulſus. Verùm in iis ſenſibiles motuum quietes, dilatationem à contractione dirimunt ac ſeparant: niſi fortaſſe frequentißimus aliquando fuerit pulſus, vt in formicantibus videre eſt. In iis enim nulla inuenitur inter contrarios motus ſenſibilis quies. Quippe non eſt in illis mutua motionum viciſſitudo, quæ ab vna perficiatur natura, ſed pugna facultatis, & grauitatis corporis. Proinde ſi quis hunc maximè motum, alteri cuidam qui fiat in corpore aßimilare voluerit, formicanti pulſui perſimilis eſt. Vt enim in hoc arteriæ motus per breuißimum defertur ſpatium, ita ie tremore, animantis particula, vtpote quæ ab imbecilla facultate mouetur. Manifeſta igitur iam eſt huius quoque ſymptomatis generatio, quoniam omnino cum impetu conatúve mouendi, & cum facultatis imbecillitate perficitur.

Formicãtes pulſus.

Tremor formicanti pulſui ſimilis.

COMMENTAR.

Hactenus de primo deprauatorum motuum genere, nempe conuulſione, Galenus abundè diſſeruit. Nũc ad alterum horum motuum genus, tremorem ſcilicet, progreditur, & initiò quid ſit tremor, & quod ex duobus contrariis conſtet motibus, adeoque compoſitus ſit, docet. Quemadmodum enim manus extẽſio duobus æquè valentibus motibus conſiſtit, vno ſcilicet qui fit à facultate manum ſurſum attollẽte, altero à grauitate quæ deorſum trahit: ita quoque tremor ex duobus motibus viciſsim ſibi ſuccedentibus perficitur, vno quidem, quo à facultate membrum in ſublime attollitur, & altero, quo ob grauitatem membrum deorſum fertur. Quanquam autem extenſio manus & tremor in eo conueniant quòd vtraque è duobus conſtat motibus, tamen etiã differunt, quòd manu valente, adeoque extenſa manente, ne paululum quidem à grauitate facultas vincitur, ſed quum ſit potẽtior ac validior inclinatione membri deorſum, ſuſtinendo tantùm ipſum in ſublime attollit, quantum deorſum á grauitate trahitur. In tremore autem inuita facultate membrum deorſum labitur, atque adeò pugna quædam inter facultatem, & membri grauitatem exiſtit. Nam facultas nõ permittit vt membrum deorſum feratur, quemadmodum in neruorum reſolutionibus accidit, neque grauitas membri concedit, vt facultas ipſum ſublime ſeruet, quemadmodũ conſueuit, dum probè valeret. In tremore itaque nunc vincit facultas, quum ſcilicet membrum attollit: nunc vincitur, vbi nimirum à grauitate deorſum trahitur, mutuóque ſibi contrarij motus, ſurſum & deorſum, ſemper ſuccedunt. Proinde compoſitus planè motus eſt, ſicut arteriarum pulſus, qui ex dilatatione, quàm Græci διαστολὴν vocant, & contractione, quàm illi συστολὴν nominant, conſtat. Conueniunt igitur inter ſe prædicti duo motus, quòd ambo ex contrariis motibus ſint cõpoſiti. Differunt etiã, quod in pulſibus ſit notabilis, & quæ ſenſu percipiatur quies, quę dilatationem à contractione diſcriminat. In tremore autem vix percipitur quies, quòd ſcilicet freqnẽtiſſimus ſit in eo motus, vt præ nimia frequentia media quies internoſci non poſsit. Id quod quum in nullo alio pulſu accidat, in eo tamen quem Græci μυρμηκίζοντα, latini formicãtem appellant, euenire videtur. In hoc enim quum per breuiſsimum ſpatium arteria deferatur, facultate ſcilicet in longũ ſpatiũ fieri nõ permittente, inter cõtrarios motus

Tremor.

Tremor & extẽſio manus i quo conueniant & differant.

Tremor compoſitus.

Tremor & pulſus in quo conueniant & differant.

Pulſus formicãs.

motus nulla quies ſentiri poteſt. Hinc quum pulſus ille mirè paruus, languidiſsimus, ac creberrimus ſit, nomen à ſimilitudine, quę ſibi cum animante eſt formica, inuenit: idque vel ob paruitatem, vt quidam volunt, vel vt alii, ob motus ſpeciem, quemadmodum fuſiùs libro primo, de differentiis pul. Galenus docet. Fit autem huiuſmodi pulſus vbi extreme collapſa fuerit facultas, ob cuius ſanè imbecillitatem, quies in eo media, motionumque contrariorum viciſsitudo non percipitur, ſuperata nimirum iam propemodum à morbi vehementia, natura. Quocirca quũ in tremore etiam prę motuum contrariorum frequentia internoſci quies nò poſsit, appoſitè admodum hunc Galenus formicanti pulſui aſsimilauit.

Porrò ſunt nonnulli qui mouendi conatum impetúmve à tremore eſſe ſeparabilem putant, quum videant interdum totum caput tremulo agitari motu, citrà mouendi voluntatem. Sed ignorant ij quòd in ſeruanda aliqua parte erecta, tum voluntas agit, tum tenduntur ab ea muſculi haud aliter quàm in aliis actionibus tenderentur. Id verò in libris de motu muſculorum nobis demonſtratum eſt. Sed et nunc non leues afferemus coniecturas, quòd voluntas in tremoribus agat, & quòd ob imbecillitatem partem immotam ſeruare non valet. Si enim tremulum iſtud caput ſupinum ſuper rem quampiam mollem reclinaueris, non ampliùs tremet. Pari modo ſi ſcribens aliquis, aut ſecans, aut aliud quippiam agens tremore afficiatur, ne hic quidẽ tremere videbitur, ſi retractis manibus ab opere queſcat. Quẽadmodum ſi quis cruribus inter ambulandum tremit, neque is ſi ambulare deſinat, ampliùs tremet. Atque ſubinde videre licet validiſsimos iuuenes vbi maximum aliquod onus humeris impoſuerunt, quum progrediuntur cruribus tremere, vbi verò progredi deſierunt, aut onus abiecerunt, ſtatim à tremore liberari. Quũ enim & graue, & leue ad aliquid referantur, onus adeò magnum eſſe poterit, vt validiſsimo etiam ſit graue. Valida igitur facultatem, maximum onus vincit. Quæ verò valida non eſt, non ſolùm hoc, ſed etiam paruũ ſuperat. Si verò ad multam peruenerit imbecillitatem, propriũ ipſius corpus, oneris ritu, graue eſt. Proinde ſenes omnes quum vehemẽtiores actiones obeunt, ſtatim partibus quibus agũt, tremunt, Sic etiam qui per prærupta ingreditur, cruribus tremit: timor enim vires deiicit. Itidem feram quis conſpectam fugiens, tremens redditur. Quinetiam qui formidabilem magiſtratum adit, toto corpore tremit. Et ſi loqui hunc iuſſerit, ne vocem quidem non tremulam edet.

Voluntas in tremoribus agit.

Graue & leue ad aliquid referuntur.

Timor vires deiicit.

COMMENTARIVS.

Mouendi inpetum conatúmve, id enim Galeno ὁρμὴ ſignificat, à tremore non poſſe ſeparari aliquot coniecturis Galenus oſtendit, erroriſque inſimulat eos qui voluntatem à tremore eſſe ſeparabilem, ſiue tremorem ſine voluntatis impetu fieri poſſe putant, eò quòd vident caput tremulo motu ſine voluntate mouendi concuti, & agitari. Ignorant enim illi, quòd in ſeruanda aliqua parte erecta, tum voluntas agit, tum à voluntate tenduntur muſculi, qui ſunt voluntarii motus inſtrumenta, haud ſecùs quàm in aliis actionibus obeundis tenduntur. Quapropter etſi caput citrà voluntatem, cõſiliúmve noſtrum, hoc eſt, nolentibus nobis, tremat, tamen quum in eo motu depraua-

ὁρμὴ.

Voluntas à tremore ſeparari non poteſt.

to caput erectum ſeruetur, certum eſt voluntatem agere, ac tendere muſculos, quorũ tenſione fit, vt caput non decidat, ſed erectum maneat, quod in primo de motu muſculorum copioſiùs eſt à Galeno monſtratum. Agit itaq; in tremoribus capitis, aliiſq;

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 283 sur 637

©BIUM

omnibus voluntas,atque facultas,tamen ob imbecillitatem ſuam partem immobilem ſeruare non poteſt. Voluntatem autem vocamus,quam Galenus προαίρεσιν,in ſumma motũ ab arbitrio & conſilio pendentem.Septem autem coniecturis quòd voluntas in tremoribus agat oſtendit,quarum prima hæc eſt . Si tremulum caput ſupinum ſuper molle aliquod reclinaueris,nõ ampliùs tremet,quòd ſcilicet iam ſit quod motũ deorſum,qui fit à morbi grauitate,impediat,& facultati imbecillæ ſuccurrat,quæ adiutatãdem caput immobile ſeruat.Altera, de tremore manuum , dum ſcilicet aliquis ſcribit, ſecat,aut aliud quippiam agit. Tertia de cruribus inter ambulandum tremẽtibus.Quarta,de validiſsimis iuuenibus,qui ſub maximo onere humeris impoſito , cruribus tremunt.Quinta, de iis qui per prærupta & alta loca ingrediẽtes,præ timore cruribus tremunt.Sexta,de eo qui od conſpectum feræ,leonis nimirũ, apri,draconis, aut alterius cuiuſdam,tremens redditur.Septima,de eo qui magiſtratũ adiens,perculſus toto corpore tremit,& loqui iuſſus,non niſi tremulam vocem edit . Quòd Demoſtheni oratorum excellentiſsimo, Theophraſto, ac apud Latinos Ciceroni etiam accidiſſe literis proditum eſt . Quæ ſanè omnes coniecturæ à Galeno commemoratę euidenter declarant , tremorem à voluntatis impetu ſeu voluntaria facultate fieri, quæ tamen ob imbecillitatem grauitati membri deorſum ferenti prorſus aduerſari , & perpetuò membrum erectum ſeruare non poteſt . Quare inter facultatem & membri grauitatem aſsidua eſt pugna , adeò vt facultas depreſſum membrum ſtatim iterum attollat, & ſublatum à facultate,quum propter ſuam imbecillitatem omnino reſiſtere grauitati non poſsit,grauitas rurſum neprimit. Quum itaque depreſſum membrum perpetuò in eo ſitu non permaneat,ſed rurſus attollatur,neceſſe eſt facultatem voluntariã tum aliquid agere fateamur.Niſi enim ageret,perpetuò membrũ depreſſum iaceret.Quòd autem facultas tum agens imbecilla ſit,hinc liquidò colligitur, quòd ſi membrum alicui incũbat , & innitatur,adeoque facultati imbecillę ſuccuratur,aut illa ab opere ſuo ceſſet,ſtatim tremor deſinit: quod certè non fieret, niſi vtriſque inter ſe pugnantibus tremor excitaretur.Atque hic eſt legitimus verborum Galeni intellectus, quem mirũ eſt Valleriolam,virum alioqui doctiſsimum,& ſatis oculatum,non intellexiſſe, quum Galeno cõrariam planè interpretationem affingat,hanc nimirum , quòd Galenus eos hoc in loco reprehendat, qui tremorem ſine voluntatis impetu fieri poſſe negabant. Hac enim lege ſeipſum carperet Galenus, vt qui prædictis ſeptẽ cõiecturis nihil aliud oſtendere conatur,quàm quòd voluntas , vt comprehenſum eſt , in tremoribus agat. Cæterùm graue & leue dici πρὸς τί , hoc eſt,ad aliquid, Ariſtoteles etiam confirmat. Quapropter quum ad vires referantur, quòd vni graue eſt,alteri leue erit , vt omnibus liquet.

Voluntas quid? Volũtatẽ agere, Galenus ſeptem coniecturis oſtẽdit. Prima. Altera. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Septima. Valleriola notatus.

Tremoris cauſę,

Quemadmodum animi perturbatio motricem facultatem imbecillã reddens, actiones efficit tremulas,ita & corporis morbi facultati incommodantes, tremoris inducunt ſymptomata. Ac primi quidem & maximè facultatẽ lædunt,morbi qui in intemperie conſiſtunt.Quippe etiam ſenectus,eò quòd intemperies quædam eſt,ad frigidius & ſiccius declinans,promptè tremoris pathematis tentatur. Ex iunioribus verò corripiuntur ij,qui vehementer ſunt refrigerati,& qui ſe multo vino meraco ingurgitauerunt,aut multas cruditates congeſſerunt , aut qui diu multis cibis ingeſtis,inexercitati,& ocioſi omnino vixerunt . Snnt & qui frigida intempeſtiuè hauſta,tremuli facti ſunt.Huiuſmodi enim omnia frigidam intemperiem efficiunt,non rarò quidem in vniuerſo corpore, & in neruorum principio, interim verò in quibuſdam partibus,quæ naturâ ſunt imbecilliores, & ad noxã ſubeundam cæteris magis opportunæ. Quinetiam craſsi & lenti humores,facultatis

tatis vias ita obſtruentes, vt parcior affluat, tremorũ cauſæ ſunt: potiſsimùm vbi prorſus obſtruunt, & aliquorum neruorum partes quaſdam reſoluunt. Quippe reliquæ fibræ validè muſculum intendere nequeunt. Vbi tamen humores facultatis per neruos viam obſtruentes, nondum penitùs ſunt impacti, ſed per violentas facultatis incurſiones cõcuti & dimoueri poſſunt, huiuſmodi fiunt motus, quales anteà reſolutionibus neruorũ incipientibus accidere diximus, elato quidem aliquando membro, ſed ilico decidente. Nam per facultatis incurſiones, quum ipſa, ſe vehementiùs excitat & colligit, neruorum obſtructiones amoliuntur, & membrum mouetur. Rurſus autem humoribus qui excuſſi ſunt in priorem locum confluentibus, decidit, & immotum iacet, donec rurſus ſecundò confertim facultas irruens, humores qui ipſius vias occupauerant, diſsipet. Verùm de iis hactenus dixiſſe ſatis ſit.

COMMENTAR.

Quæ ſint in vniuerſum omnes tremoris cauſæ nunc perſpicuè exponit Galenus. Eas autem in ternarium planè numerum redegit. Principiò enim propter animi perturbationem, nempe timorem, generatur tremor, vt ſi quis per prærupta ambulat loca, aut feram aliquam intuetur, aut magiſtratum formidabilem adit, quemadmodum dictum eſt. Timor enim vires deiicit. Secundò, tremores excitant morbi, potiſsimùm verò frigida intemperies. Nam & hæc vires labefactat. Sic certè ſenectus, quæ non eſt niſi intemperies quædam frigida & ſicca, vt libro ſecundo de temperamentis capite ſecundo, Et libro ſexto de tuen. capite tertio atteſtatur Galenus, adeoq; morbus, tremulos facit. Sed ex iunioribus etiam aliqui tremore corripiuntur, qui ſcilicet hyberno tempore iter facientes, aut aliam ob cauſam vehementer refrigerati ſunt. Item qui plurimo ſe vino meraco ingurgitauerunt. Hoc enim, vt libro tertio, de temperamentis capite tertio Galenus, vbi plus bibitur, quàm vt vinci poſsit, tantùm abeſt vt animal calefaciat, vt etiam frigidiora vitia gignat. Præterea à tremore correpti ſunt etiam è iunioribus aliquot qui magnam crudorum humorum copiam congeſſerunt. Crudi autem humores, Galeno li. 4. de tuen. ſani. ca. 40. & li. 1. de alim. facul. autore, propriè dicuntur qui frigidi & craſsi ſunt. Hos quia per cruditatem abolitámve ciborum concoctionem plerique coaceruant, quid mirum etiam eiuſdem tremoribus corripi? Sunt qui lõgo tempore cibis replentur, nec vllo exercitationis genere, quod ſuperuacua expurget & abſumat, vtuntur, ſed in ſummo otio vitam tranſigunt. Hi etiam, quia facultas nimia copia grauatur & læditur, tremore laborant. Nonnulli quoque ê frigida intempeſtiuê pota tremunt. Cuius rei cauſa nulla ſanê alia, quàm quòd ex frigidæ potione totum neruoſum genus læditur. Quod etiam confirmant ea quæ lib. 9. ther. meth. capite quinto, à Galeno ſcribuntur, dum inquit. Nonnulli autem ex intempeſtiua, immodicaq́ue frigidæ potione, non multo interpoſito tempore, nec poſtmodum, ſed ilico difficultate ſpirandi, & conuulſione corripiuntur, ac toto, vt ſemel dicam, neruoſo genere lædũtur. Hęc ille. Quum itaq; iam dicta omnia frigidã intẽperiem, quæ facultates deiicit, frequẽter in toto corpore, & neruorum principio, hoc eſt, cerebro ac ſpinali medulla, procreent, nonnunquam etiam in partibus corporis quę naturâ cæteris ſunt imbecilliores, adeoq́ue ad noxam ſubeundam magis idoneæ, nihil mirum inducere tremorem. Tertiò tremorem excitant craſsi & lenti humores, qui vias per quas motrix facultas ad partes corporis deriuatur, obſtruũt. Id quod tum potiſsimùm accidit, vbi prorſus vias illas obſtruunt, & neruorum partes aliquas reſoluunt. Tum enim reliquæ fibræ, quæ ſcilicet nondum reſolutæ ſunt, valenter muſculum intendere non valent, ideoq́ue membrum à grauitate deorſum trahitur, atque adeò inter hanc & facul

Tremoris tres cauſæ.

Animi perturbatio.

Morbi frigidi.

Crudi humores qui?

Craſsi & lẽti humores.

tatem pugna oritur,& tremor fit. Vbi tamen humores craſsi & lenti vias facultatis per neruos obſtruentes nondum omnino fuerint impacti,ſed per facultatem violenter in has vias irruentem adhuc concuti ac dimoueri poſſunt,tum perinde vt incipientibus neruorum reſolutionibus,membrum mouetur. Nam à facultate elatum,cõfeſtim iterum decidit,propter cauſam ſatis dilucidè hîc à Galeno explicatam. Quare in re nota non ero lectori faſtidio, præſertim quum plura ad inſtitutum facientia in libello de tremore inſcripto Galenus habeat, vbi etiam præter iam iam dictas tremoris cauſas alimenti defectum adiicit.

CAPVT IIII.

Palpitatio quid? In quibus fit partibus.

Palpitatio autem eſt dilatatio præter naturam. Fit verò in omnibus corporis partibus quæ dilatari poſſunt. Neque enim oſſa,nequecartilagines vnquàm palpitant, propterea quòd dilatari non poſsunt. Hæc igitur in cute ſæpe incidit, nonnunquam verò in ſubiectis quoque illi muſculis. Verùm non ita rarò in ventriculo,veſica,vtero,inteſtinis,iecore, liene,ſepto tranſuerſo,& vt ſummatim dicam,in omnibus quæ dilatari poſſunt, ita vt arteriis,& ipſi cordi videatur accidere,alio in ipſis præter pulſum deprehenſo motu. Proinde hoc pathos neque voluntariæ facultatis, neque voluntariorũ inſtrumentorum proprium eſt,veluti tremor, conuulſioque: ſed vt modo dictũ eſt, omnibus corporibus quæ dilatari poſſunt, incidit. Porrò hæc omnia naturâ mollia ſunt,vt & dilatationem,& conſeſſum contractionémve tolerare poſsint.

COMMENTARIVS.

Abſoluto altero deprauati motus genere,ad tertium, nempe palpitationem progreditur,& initiò quid ſit palpitatio,Platonis,Ariſtotelis,& omniũ veterũ philoſophorũ ſecutus conſilium,qui in omni de quacunque re diſputatione à definitione auſpicandũ eſſe cenſuerũt,docet. Neque enim facilè de re quapiam differas,ni priùs quid ea ſit, expoſueris. Palpitationem autem eſſe ait,præter naturam partis dilatationem. Hanc barbaram excolentes medicinam iectigationem,alii ſaltum nominant. Ex qua quidé definitione omnibus palàm fit,palpitationem in iis tantùm fieri partibus quæ dilatari poſſunt. Quapropter oſſa,cartilagines, & id genus alia nunquàm palpitant. neq; enim dilatari poſſunt. In cute autem frequenter incidit, & in ſubiectis illi muſculis, ventriculo,veſica vtero,&,in ſumma,omnibus quæ delatari poſſunt, ita vt etiam arteriis, & ipſi cordi accidat,quemadmodum lib. quinto de laborantibus loc. cap. primo,Galenus fuſiùs monſtrat. Nam præter pulſum,qui natura cordi,& arteriis ineſt,alius interdum in iis deprauatus motus deprehẽditur,quum ſcilicet præter naturam dilatantur, qui Græcis παλμὸς Latinis palpitatio dicitur. Vnde etiam perſpicuũ fit palpitationem non eſſe voluntariæ facultatis,neque voluntariorum inſtrumentorum proprium pathos,vt tremorem & conuulſionem,quorum hoc, propter læſa voluntaria inſtrumenta,illud verò,propter imbecillam,vt dictum eſt,facultatem voluntariam accidit: non enim in muſculis tantùm,vt Herophilus cenſuit,ſed in omnibus corporibus quæ dilatari poſſunt,fit palpitatio, Talia verò eſſe dicit Galenus omnia mollia, quæ ob ſuam mollitiem dilatari,& in altum tolli,& rurſum conſidere,ac locum ſuum repetere poſſunt.

Palpitatio quid? In quibus partibus accidit.

Palpitatio voluntariæ facultatis propriũ pathos non eſt.

Cauſa palpitationis vnde petenda.

Cauſam verò huius ſymptomatis ab iis quæ manifeſtiſsimè apparent venari oportet: nempe palpitationibus quæ in palpebris,ſupercilijs,fronte,& malis eueniunt. Videtur enim in iis cutis & attolli,& dilatari,ad eum quo arteriæ dilatantur modum. Quòd igitur de iis quæſitum eſt, num a ſeipſis dilatatæ, id quod

eas

eas implet vnà cum dilatatione ad ſe cõuellant, quemadmodum fabrorum folles, an vtrium ritu quum implentur, dilatentur, hoc primùm quoque in ijs quæ palpitant partibus definire oportet. Videtur autem quæſtio genere eſſe ſimilis ei quæ de arterijs inquirit, facilitate verò inuentionis diſſimilis, ac diſtans. Neque enim ſicut arterijs, quæ ſemper, & ſecundum naturam pulſant, conſentaneum eſt facultatem quandam eſſe inſitam, ita etiam partibus quæ palpitant. Quippe ſemper ipſis ineſſet, & præſertim quum ſanæ eſſent. Quum itaque neque ſemper, neque quum ſanæ ſunt, perſpicuum eſt quòd illæ à ſeipſis non dilatãtur. At verò ſi non a ſeipſis, omnino ab aliqua quæ in ipſas influat ſubſtantia. Conſentaneum autem hanc eſſe duplicem, nempe vel humorem, aut aëream aliquam naturam. Atqui humorem eſſe, negat palpitationis tum generationis, tum ſolutionis celeritas. Nam & de repente fit, & confeſtim deſinit. Nullus autem humor, ita celeriter vel influit, aut recedit, potiſsimùm in iis quæ modo memoraui faciei partibus, vbi nudis propemodum oſsibus cutis ſupertenditur. Proinde neceſſe eſt cauſam quæ palpitationem efficit, eſſe aëream quandam ſubſtantiam. Verùm ſi ipſa pauca fuerit, & tenuium partium, ilico à corpore defluet. Conſentaneum igitur eſt ſubſtantiam quandam craſſam ac vaporoſam eſſe & quantitate, pro captu ſpatij in quo ſemper continetur, ſatis multam. Dilatat igitur, vt veriſimile eſt, attollitque, & inflat partem, quòd truſa & vi compulſa, in cognatum ſibi aërem perſpiret. Ac ſimile quidpiam accidit, vt in bullis quæ in decoctis humoribus oriuntur, niſi quòd bullæ rumpuntur, corpus verò quod palpitat, propter robur, non rumpitur, ſed tantiſper attollitur, quoad per ipſum ſpiritus explodatur, & exeat.

Partes ex ſeſe nõ dilatantur.
A qua ſubſtantia dilatantur.

COMMENTARIVS.

Docet hoc loco cauſam palpitationum, ab iis quæ manifeſtiſsimè apparent venandam, & inquirendam eſſe, quales ſunt quæ in palpebris, vtpote partibus iis quæ citra omnem voluntatem ſæpiùs omnibus intuentibus attolluntur, accidũt palpitationes. Item quæ in ſuperciliis, quæ ſunt partes in fronte eminentes, & pilis conſitæ, & malis eueniunt. In omnibus enim iis palpitationibus, cutis manifeſtiſsimè attollitur & dilatatur, in eum quo arteriæ modum. Cæterùm priuſquàm ad cauſæ palpitationis explanationem venit Galenus, num arteriæ, & aliæ partes corporis à ſeipſis dilatentur, & dilatatæ, id quod eas implet vnà cum dilatatione ad ſe cõuellant, veluti fabrorum folles, quos conſtat non ob id dilatari quòd ſpiritu pleni ſunt, ſed quia diſtẽduntur, ideò ſpiritu implentur: an vtrium ritu quia plenæ ſunt dilatentur, inquirit. Atq; hoc quidem loco ad diſſentionem veterum medicorum de arteriis reſpicit Galenus, de qua libro quarto de pulſuum differentia capite ſecundo, ita ſcriptum reliquit. Alia, inquit, maior diſſentio medicis iam olim de arteriis fuit. Nam eas quidam à ſeipſis pulſare putabant, innatam habentes, perinde ac cor, eiuſmodi facultatem. E quorum numero eſt Praxagoras. Alii quidem pulſare tunica ipſarũ dilatata & contracta, non ſecùs ac cor, ſed facultatem qua hoc agunt innatam non habere, ſed illam à corde accipere. Cuius ſententiæ fuit Herophilus. Eraſiſtratus uentrum probat. Contẽdit enim cõtrà ac cor, pulſare arterias. Illud, quum dilatatur impleri ſequela quæ fit ad id quod vacuatũ eſt. Arterias autem, vbi replentur dilatari. Repleri verò ipſas à corde immiſſo ſpiritu ait. Simul igitur fieri vtranque eſt neceſſe, dilatationem nimirum, & impletionem eorũ. Antecedere verò alteram alteri, rationem cauſæ obtinentem. In corde quidem dilatationem

Cauſa palpitationis vnde venanda.
Supercilia.
Quæſtionẽ de arteriarũ dilatatione à veteribus agitatã explicat

„ tationem,in arteriis autem impletionem,vt cernitur etiam in externis. Nam fabro-
„ rum folles,quia dilatantur ac diſtenduntur,ideò implentur. Sacci,culei, & vtres, quia
„ implentur,ideò dilatantur. Hactenus Galenus. Et rurſus libro ſexto,de placitis Hippo
„ cratis & Platonis,vbi ita ſcriptum reliquit. At non iam,ait,mihi ſermo eſt cum Eraſi-
„ ſtrato,aut Eraſiſtrateis,ſed cum illis,qui opinantur non quia implẽtur ſpiritu arterię,
„ ideò dilatari & pulſare eas,ſed quia dilatantur & pulſant,ideò impleri. Communis igi-
„ tur multorum excellentium hominum hæc eſt ſententia. Quemadmodum etiã, quòd
„ tunicæ arteriarum facultatem illam qua dilatantur & contrahuntur à corde accipiãt.
„ A quibus tamen neſcio quomodo diſcrepant Praxagoras & Philotimus,qui quum in
„ aliis conſentiant,hoc peculiare ſibi vendicarunt,vt ex ſeipſis omnino pulſare arterias
„ dicant. Hæc ille. Quæ ſanè Galeni verba producenda eſſe ideò duxi, quòd præſenti loco magnam afferant lucem, & veterum de pulſatione arteriarum opiniones prorſus ob oculos ponant. Quanquàm verè quæſtio de dilatatione partium palpitantium genere ſimilis quæſtioni iam expoſitæ de arteriis exiſtit, nam vtrobique quæritur cur pulſent,tamen facilitate inuẽtionis ei que de arteriis inquirit, diſſimilis eſt. Neq; enim conſentaneum eſt partibus quæ palpitant, perinde atque arteriis,quæ nullo non tempore,& ſecundum naturam pulſant,facultatatem quandam eſſe inſitam. Si enim illis inſita eſſet,ſemper,veluti arteriis,ineſſet,& maximæ quum ſanæ eſſent. In ſanis enim omnibus,facultates ſingulas eſſe robuſtiores conſtat. Quum verò prædictis partibus neque ſemper,ſed interdum duntaxat,neque quum ſanæ ſunt,ſed tum potiùs vbi prẽter naturam ſe habent,pulſatio ſiue palpitatio inſit,perſpicuum nulli non fit,quòd illæ à ſeipſis haud dilatantur. Si verò non à ſeipſis dilatantur, igitur ab aliqua omnino quæ in ipſas influit,qualiſcunq; ſit,ſubſtantia dilatẽtur neceſſe eſt. Verùm anteaquam latiùs progrediamur,& qualis hæc ſit quæ palpitantibus partibus influit ſubſtantia exponamus,aliqua hîc nobis commemoranda erunt. Sunt verò eiuſmodi. Galenus hoc in loco vbi diſertè arterias facultatem pulſandi inſitam habere ait, ex Diametro ſibi pugnare videtur,quòd in libro ſexto de placitis Hippo. & Platonis contrarium aſſerat. Ibidem enim multis ac validiſsimis rationibus aduerſus Praxagoram & Philotimum diſputat diſputat,quòd non à ſeipſis,ſed à corde dilatentur,moueantur,& pulſent arteriæ. Si à corde,igitur non à ſeipſis. Sed facilis eſt horum locorum conciliatio, modò quid vtrobique dicatur,quis rectè expẽdat. Nam in libro ſexto,de placitis Hippo.& Platonis,in quo cor eſſe arteriarum principium oſtendit, arterias ex ſeipſo non pulſare rectiſsimè ſtatuit. A corde enim motum ac pulſum illum planè obtinent,vtpote quæ quum fuerint ab animali reciſæ,motu omni ac pulſu prorſus vacẽt. Imo pulſu etiam omni priuantur,quum adhuc iunctę ſunt,ſi laqueo duntaxat intercipiantur. Quòd non accideret,ſi illam facultatem pulſandi propriam ac inſitam,vt Praxagoras & Philotimus opinati ſunt,obtinerent. Quòd verò hîc arteriis inſitam eſſe quandam pulſandi facultatem ſcribit,cum illis quæ iam ex libro ſexto de placitis Hippo. & Platonis produximus,non pugnat. Nam inſitam hoc loco nõ vocat niſi eam, quam deſumptam à corde illis natura inſeuit.& largita eſt,inque eas deriuauit, non eam quæ illis per ſe,& vt cordi non ſunt iunctæ ineſt, aut quàm à proprietate ſuæ ſubſtantiæ habent. Atque idipſum planè Galenum innuere eiuſdem aduerſus Praxagoram & Philotimum verba ſatis conuincunt. Non enim ſimpliciter ibidem dicit:ex ſeipſis pulſare arterias putant: ſed νομίζουσι τὸ πάμπαν ἐξ ἑαυτῶν σφύζειν τὰς ἀρτηρίας : id eſt, omnino ex ſeipſis pulſare arterias putant. Omnino,hoc eſt, etiam ſi à corde ſint ſeparatæ.& citrà id quòd pulſandi facultatem à corde accipiant. Hinc eſt quòd paulò pòſt ſubiiecerit hęc verba. Neque enim vtris inſtar inflati,corde ſpiritum exprimente,ſingulæ arterię implentur:ſed quia cordi connexæ ſunt, & ex eo originem habent, ideò eiuſdem facultatis cum toto viſcere participes efficiuntur. Prætereà hanc quam diximus eſſe Galeni ſententiam,quæ in libro de vſu pulſuũ ab eo ſcribuntur,manifeſtiſsimè

Obiectio.

Cõciliatio duorum Galeni locorũ prima facie pugnantium.

Inſitam facultatẽ Pulſandi quã vocet Galenus.

Omnino.

oſtendunt. Ibidem enim ita ſcriptum reliquit. Duplicis & compoſiti arteriarum motus, quem pulſum appellamus, autor & origo eſt cor: ſicuti tum à nobis, tum aliis ante nos quàmplurimis eſt proditum. Non tamen ad eum modũ quo Eraſiſtratus exiſtimauit, ſed ſicut Herophilus, & Hippocrates, fermeque philoſophorum & veterũ medicorum probatiſsimi quique. Nam ſi in ipſo cordis corpore, vis illa vnde contrahitur ac dilatatur, in omnes arterias per tunicas earum influens, ſic eas cogit, aperitq; quẽadmodum ipſum cor, vtique ſicut illud quum dilatatur, ea quæ oſculis ſuis appropinquant trahit, quum contrahitur, expellit. Et paulò pòſt. Nos verò alibi integro volumine multifariam indicauimus, ſanguinem in arteriis, etiam ſe rectè habente animali, contineri. Quòd ſi eſt, illud cuius patet, quòd non ex eo quòd ſpiritu qui à corde mittatur implentur, vt Eraſiſtratus putauit, idcirco dilatantur, ſed potiùs ex eo quòd dilatantur, implẽtur. Quippe ſi ſanguine eſſent vacuæ, fieri fortaſſe poſſet, vt exiguo tẽpore quod à corde cõfluit, ad fines eorũ peruenirent. Sanguinẽ verò in ſe habentibus, fieri omnino nequit, vt motus celeritas cũ dilatatione cõſentiat, quæ ex iis àcorde implẽdis proueniat. Neq; enim eò quòd implẽtur, idcirco dilatãtur: ex eo quòd dilatãtur, idcirco implentur. Atque hoc quidem & ſæpe & paſsim, tum à nobis ipſis, tum eorum qui nos præceſſerunt plurimis, antè eſt demonſtratum, arterias ita vt cor ſeipſas mouere, viciſsim ſe attollentes, ſummitenteſq;. Idque eadem qua ipſum vi, quam ſcilicet à corde ortam, per tunicas earum tranſmitti diximus. Hæc ille. Quæ ſanè verba nõ tantùm id quod nunc de inſita arteriarum facultate pulſandi affirmamus, ſed priora quoque pulchrè declarãt. Quid multa? Non ex ſeipſis omnino, & vt ſunt à corde ſeparatę mouentur ac pulſant arteriæ, ſed idipſum à corde obtinent. Natura enim in illas à corde hanc facultatem deriuauit, ac iiſdẽ inſeuit. Ei quod iam de arteriis diximus ſimile planè eſt, quod in capite ſeptimo, libri de differentiis morborum de venis diximus. Nam vt venis alicubi facultate ſanguificandi adimit, & alibi cocedit: ita hoc in loco arteriis dilatãdi & pulſandi facultatẽ cõcedit, alibi verò derogat. Cõcedit iis quæ cordi cõnexę ſunt. Derogat, iis quæ à corde reciſę ſunt, aut à corde recipere nequeũt, quales ſunt interceptę laqueo. Proinde hîc, vbi inſitã illisvim pulſandi cõcedit, loquitur de iis vt ſunt cordi cõnexę. Alibi vbi ipſis hãc vim adimit, vt ſunt à corde ſeparatæ. Atq; hæc mihi vtriuſq; loci videtur eſſe legitima explicatio. Iam igitur vnde digreſsi ſumus nobis redeundum erit, nempe vt qualis ſit ſubſtantia quę partibus palpitantibus influit oſtendamus. Conſentaneum verò eſt hanc eſſe vel humorem, vel aëream ſubſtantiam. Non eſſe autẽ humorem, celeritas generationis palpitationis, & ſolutionis abundè mõſtrat. Nam & celeriter fit, & ſtatim deſinit. Nullus autem humor ita celeriter influere poteſt, multoque minùs recedere, potiſsimùm in iis faciei partibus, vbi nudis propemodum oſsibus, propter quæ quum ſint duriſsima, & tranſitu difficilia, haud promptè influunt & recedunt humores, cutis ſupertenditur. Non autem temerè Galeno adiecta eſt vox propemodum, quippe frontis cuti, vtpote quæ voluntario motu prædita eſt, muſculoſa quædam ſubſtantia ſubiecta eſt. Quum itaque ſubſtãtia quæ palpitantibus partibus influit ob cauſas iam dictas, non poſsit eſſe humor, vt aërea ſit ſubſtantia neceſſe eſt. Hæc enim facilè & expeditè omnes partes corporis permeat. Hinc eſt quòd Hippocrati li. 6. aph. 8. Epide. ſect. 8. ſpiritus ἐνεμώνια ſint appellati. Quod diximus etiã copioſiùs Galenus in libello de palpitatione oſtendit, vbi inter alia ſic ſcribit. Vt autem ſubſtantiam hanc eſſe ſpiritum certiùs agnoſcas, motionis ſolutioniſque celeritatem cauſæ adſcripto. Quid nanque præter ſpiritum aliud tam citò congeri poſsit & vacuari? Quæ enim hominem conſtituunt, vt Hippocrates nos docuit, ſunt ſolida, humida, & ſpiritus. Meminit verò horum hoc modo. Continentia, inquiens, contenta, & cum impetu meantia. Continẽtia quidem ſolida appellans, quòd humida complectantur cohibeantque. Contenta verò humores, quòd à ſolidis contineãtur. Cum impetu meantia autem ſpiritus, temporis enim momento vndiquaq; corpus facilè, & expeditè per-

Qualis ſit ſubſtantia quæ partibus palpitãtibus influit.

Spiritus Hippocrati cur ἐνεμώνια dicuntur.

Continentia. Contenta. Cum impetu meantia.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 289 sur 637

©BIUM

„ meant .Celerem igitur vacuationem aut plenitudinem,dilatationem vel contractio-
„ nem,elevationem aut depositionem,aut quemuis alium motum præter spiritum nul-
„ lum aliorum omnium efficiet.Hæc ille. Nihil autem refert quòd hoc loco Galenus κινήσεως pro γενέσεως legit.Nam generatio palpitationis,non est nisi motus.Imò palpi tatio non habet essentiam vllam nisi in fieri.Hactenus quòd causa palpitationis sit spi ritus demonstrauimus,reliquum est vt qualis sit spiritus,tenuis scilicet an crassus oste-
Qualis sit spirit' qui palpitationis causa est. damus.Consentaneum autem est spiritum illum qui palpitationis causa est,crassum ac vaporosum esse,& quantitate, prout est captus eius loci in quo continetur, multus. Si enim tenuis æthereus,& sincerus esset,facilè permeãs minimè replere,aut vacuare par-tes posset.Quum verò crassior sit quàm meatus corporum in quibus coaceruatur, intrà conclusus,si corpus cauitatem habet,hanc implens,dilatat,& attollit. Si verò non habet cauitatem,inter duo corpora congestus.acquisiticiam sibi cauitatem efficiés,alterũ ab altero dirimit.Hic alter quidem modus iam dictus,sæpe in cute palpitationes efficit,nullam in se cute obtinente cauitatem,sed inter cutem & subiecta corpora spiritu coaceruato.Modus autem anteà dictus,in musculis maximè fit.Siquidem in iis ca uitates sunt multæ,& exiguæ.In palpitatione verò tantisper attollitur & inflatur pars, quoad trusa & pulsa,in cognatum sibi aerem transpiret,atque exhalet. Id quod etiam euenire videmus in bullis,quæ in decoctis liquoribus excitantur.Hæ enim etiam tantisper manent,donec in cognatum sibi aërem abeant. Tamen in hoc à partibus quæ palpitant distant,quòd illæ non rumpuntur veluti bullæ,sed integræ manent.

Cur in refrigeratis partibus palpitatio accidat? *Porrò cõsentaneũ videtur vt ijs quibus quomodolibet particula refrigerata-est,palpitationes eueniant.Nam quod,quum secundum naturam se habuerunt, per innatum animalibus calorem att enuatum,& exactè elaboratum defluebat, id nunc ipso propter frigus imbecilliore facto,magis vaporosum,& crassius euadit.Proinde non promptè,vt anteà transpirat,sed sub cute detinetur,& in transitu constipatione impeditum,in via moratur. Quòd si & cutis ipsa densior fuerit,duplum efficietur symptoma, ad fluentis substantiæ crassitudinem, viarum accedẽte angustia.Sic igitur in palpitationibus attollitur,& dilatatur cutis. Sic musculi quoque,quum in ipsis huiusmodi excrementum colligitur,dilatati quandoque totum membrum vnà attollunt.*

COMMENTAR.

Rationem hoc loco reddit cur in refrigeratis quomodolibet partibus palpitatio eueniat.Nam quòd animali,quum secundum naturam se habuit, & sanum erat, per innatum calorem attenuatum, & exactè elaboratum per latentem vocatam transpirationem quotidie è corpore defluebat.id nunc calore,propter frigus,imbecilliore reddito,adeoque non ampliùs attenuare,& exquisitè elaborare potẽte,magis vaporosum, crasiusq; euadit.Quapropter non ita facilè,vt anteà,transpirat,sed sub cute detinetur, & in transitu constipatione à frigore nata impeditum,moratur, & non egreditur. Id quod magis accidit,si cutis ipsa dẽsior fuerit,ad spiritus crassitudinem viarum,& meatuum angustia accedente. Concluso itaque intùs spiritu, cutis attollitur, & dilatatur, adeoque cutis & musculorum,qui nonnunquam palpitantes totum secum membrum attollunt, fit palpitatio. Quæ diximus confirmant ea quæ in libello de palpitatione
“ scribit Galenus,inquiens.Quoniam verò spiritus crassus,& nebulosus,aut caliginosus,
“ aut flatuosus,vel quomodocunque appellare velis,palpitationis causa est, idcirco fri-
“ gidiores ætates facilè palpitatione capiuntur. Præterea natura corporis frigidior,re-
“ gio frigida,& tempus anni hybernum,ociosa vita,& satietati & ebrietati dedita, cibi frigidi & flatuosi,& in summa omnia quæ corpus refrigerant,palpitationem efficiunt.

Quæ

Quæ verò iis ſunt contraria, palpitationes ſtatim abolent. Quippe quę calefaciunt, ſpiritum attenuant, & corpora rara & mollia efficiunt. Quæ verò refrigerant, denſant, cogunt, & meatus corporum occludunt. Spiritũ autem craſsiorem reddunt, compingũt, & turbidum efficiunt. Facilè igitur retinetur, eò quòd propter ſuam craſsitiem, & corporum ipſum continentium denſitatem tranſpirare haud poſsit. Contrà quæ calefaciunt, ſecûs ac frigida quia fundunt, laxant, corporisque meatus recludunt, ipſumque ſpiritum attenuant, & ad motum facilem reddunt, ideò tranſitu etiam faciles vias efficiunt. Hactenus Galeni verba, quę ad præſentis loci pleniorem intellectum plurimùm conducunt, retulimus.

Verùm motus ille à conuulſione manifeſtiſsimè differt, eò quòd membrũ neq; exactè extendit, neq; incuruat. Quippe à palpitationibus, mẽbrum quod effatu dignũ ſit nec extenditur, nec inflectitur. Concutitur autẽ quodãmodo in vtranque partem, quoad muſculus palpitare deſinat: ad eũ ſanè modũ motu facto, quo etiam in tremore. Differt autẽ in eo, quòd per magna fit interualla, tremor verò per minora incidit. Nam palpitans muſculus, vbi effatu digna ei fuerit magnitudo, inter dilatandum, totum ſubinde membrum vnà ſecum attollit: quum verò contrahitur, perinde quaſi inanimatũ deorſum ferri permittit. Proinde vniuerſus motus præter naturam eſt, non mixtus quodãmodo & cõpoſitus, vt in tremore. Porrò vt membrorũ quæ palpitant motus paucus ſimul & tardus, & rarus ſit: ita ijs qui rigore corripiuntur, multus ſimul frequens, & celer. Atqui multum voco, propter motionum numerũ. Celerẽ autem, ob motionis impetũ. Frequẽtem verò, propter breuitatem quietis. Eſt autẽ motus hic non vtiq; ſicut palpitatio & conuulſio, totus præter naturam, ſed alio modo, nempe quo tremor. Mixtus igitur & ipſe quodãmodo motus eſt, ex cauſa præter naturam eſt & animalis facultate: & plus quidem facultatis in eo eſt, quàm in tremoribus. Imo ſi verũ dicere oportet, vniuerſus motus innatæ facultatis eſt, quam nos excretricem, aut expultricem nominare ſolemus. At cauſa quæ facultatem cogit, & vt violenter moueatur vrget, præter naturam eſt.

Palpitatio vt à conuulſione differat.

A tremore vt diſtat.

A rigore.

Rigor qualis motus eſt.

COMMENTARIVS.

Progrediendo Galenus quo pacto palpitatio à cæteris deprauatis motibus, nempe conuulſione tremore, ac rigore differat, oſtendit, inquiens. Conuulſio membrum omnino extendit & inflectit, eò quòd nerui & muſculi contrahantur. In palpitatione autem, membrum quod ſit notatu dignum neque incuruatur, ſed cõcutitur agitatûrve quodammodo huc atq; illuc, quoad muſculus ceſſat polpitare: ad eum quidẽ modum motu facto, quo in tremore: hoc eſt, membro dilatato, & in altum ſublato, rurſum conſidente, & depreſſo. Differt tamen motus palpitationis à tremore etiam, quòd per magna temporis interualla, quæ inter duas palpitationes intercedũt, fiat, tremor autẽ per minora. Minus enim temporis inter duos tremulos motus intercedit, quam inter duas palpitationes: id quod experientia ipſa conſtat. Quòd autem palpitatio haud aliter quàm tremor perficiatur, nẽpe attollendo & deprimendo membrũ, ita Galenus mõſtrare pergit. Videmus enim palpitãtem muſculũ, vbi iuſtæ magnitudinis fuerit, inter dilatandum, totum ſubinde membrum vnà ſecum attollere, & contrà, quum contrahitur ſubſidẽtve, perinde ac inanimatum eſſet membrum, deorſum ferri ſinit. Qua-

Palpitatio vt dif fert ã cõuulſiõe.

A tremore.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 291 sur 637

©BIUM

Quapropter vniuerſus palpitationis motus præter naturam eſt, vtpote à cauſa præter naturam excitatus: nó mixtus quodammodo & compoſitus, quemadmodum tremor, qui ex duobus componitur motibus, vno facultatis, qui ſecundum naturam eſt, & mẽbrum attollit: altero morbi, qui præter naturam eſt, & membrũ deorſum trahit, & deprimit. Porrò à rigore palpitatio in hunc modum differt. Palpitationis motus paucus ſimul & tardus, & rarus eſt. Rigoris contra multus, celer, & denſus. Multus, quia in rigore multus eſt motionum numerus, quum vna alteram ſtatim excipiat. Celer, quia motionum impetus citus eſt, eò quòd breui tempore finiat motũ. Denſus ſeu frequens, quòd in eo breue ſit quietis tempus. Multitudinem autem motionum, multitudo excrementorum, & valida virtus efficit. Celeritatem verò, excrementa quæ celeriter feruntur, Denſitatem frequentiámve, excrementorum quæ rodunt, ac ſtimulant facultatem, vt non diu quieſcat, ſed crebrò quod moleſtat excutiat, acris qualitas efficit. Contrà in palpitatione eſt paucus, quòd cauſa hunc excitans motum, & irritans, non ſit, vt in rigore, tam multa. Tardus, quòd non tanta celeritate feratur. Et rarus, quòd expultrix facultas non admodum ab ea cauſa moleſtetur, atque adeò quòd non acris, ſed mitior ſit. Cæterùm motus rigoris non eſt totus, veluti conuulſio & palpito, præter naturam, ſed mixtus, quemadmodum tremor, ex motu quem cauſa præter naturam, acria nimirum excrementa, & motu quem facultas expultrix, excitat. Differt tamen à tremoris motu, quòd in rigore plus ſit facultatis quàm in tremoribus. Ad excremẽtorũ enim expulſionẽ robuſta requiritur facultas, cuius ſi verum dicere oportet, vniuerſus is motus eſt.

A rigore.

Rigor motus nõ eſt totus præter naturam.

CAPVT V.

QViſquis igitur huius facultatis dum inculpata fruitur animal ſanitate actiones abundè intelligit, eſtque alioqui prudens, huic longiore ſermone non eſt opus. Qui verò nec illas nouit, hebetioríque mente fuerit, huic vtique ſuaſerim, ſi veritatis omnino amans non eſt ab hoc commentario recedat. Quòd ſi autem veritatem ſtudiosè inquirit, & in precio habet, vbi commentarios de naturalibus facultatibus inſcriptos adierit, & in iis ſatis exercitatus fuerit, tum demum ad hunc librum redeat. Quòd niſi fecerit, neque quas dicturi ſumus demonſtrationes aſſequetur, neque eorum quæ priùs dicta ſunt quidpiam quod non eſt demonſtratum, intelliget. Conſtitui autem in hoc opere nullam opinionem redarguere. Licet verò ei qui quartum & vigeſimũ Athenæi librum legere voluerit, cauſas quas veteſtiores illo tam medici, quàm philoſophi de rigore dixerunt, quàm abſurdè fuerint intelligere. Reprehendit enim eas omnes Athenæus, Licebit & ipſam Atænæi opinionem examinare, quæ vt prioribus eſt probabilior, ita nec veritati conſona. Verùm cui veritas eſt curæ, is, ſcio, ad eum quem narraui modũ facere tẽtabit. Ego verò veluti cũ illis qui cõmẽtarios noſtros de naturalibus facult atib⁹ legerũt diſſerã, ſi priùs pauca quædã in memoriã reuocauero, quæ in ipſis demonſtraui de vtero, ventriculo, inteſtinis, & veſica. Quippe demõſtratũ eſt vterũ nõ alio pacto ad fœtus editionẽ inſurgere, quàm per expultricis actionẽ. Quũ enim noue mẽſibus fœtus grauitatem, & ſuã ipſius diſtenſionem ſuſtineat, atq; toto hoc tẽpore oſculum ipſius exquiſitè claudatur, vt ne ſpecilli quidem mucronem admittat, abſoluto in ipſo fœtu, ad eius expulſionem accedit, cõtraria omnino cõſtitutione affect⁹. Nã ceruix ipſius anteà clauſa, adeò aperitur

Nullã opinionẽ in hoc libro redarguit Galen⁹.

Expultrix vteri facultas.

aperitur, vt fœtui expeditus pateat exitus. Tunicæ verò priùs plurimùm extentæ, vndique contrahuntur, ac fœtum extendunt, vt quàm celerrimè ab vteri ceruice excidat, Hæc itaque facultas, quæ sic de fœtu est solicita, vt quanuis grauata, nouem mensibus sustineat, vbi autẽ perfectus est, vt tutò excernatur, prouidet: tertio, aut quarto, aut alio mense corruptum confestim eucit, haud aliter nunc ceruicem adaperiens, quam instante pariẽdi tempore aperuit. Quippe præfinitum clauendi & aperiendi tempus, non est certus temporis circuitus, sed ipsius vsus occasio.

COMMENTAR.

Quum paulò antè dixerit Galenus rigorem esse motum qui vniuersus sit eius facultatis quæ exputrix nominatur, & in sequentibus etiam multa de illa sit dicturus, ideò in hoc capite ab instituto de symptomatum causis sermone nonnihil digrediens, aliquot exemplis, nempe vteri & ventriculi, è tertio de naturalibus facultatibus libro desumptis, item tussis ac sternutationis, aliquam esse in corpore animantis expultricem facultatem demonstrat. Neque id sanè temerè, nisi enim naturalium facultatum munera intellexeris, symptomatum, quæ harũ actionum vitia sunt, causas assequi nequaquam poteris. Initiò autem huius capitis lectorem ad librorum quos de naturalibus scripsit facultatibus lectionem ablegat, eumque vt in iis se se affatim exerceat hortatur, quòd sine horum adminiculo fieri non possit, vt ea quę à Galeno de natur. facul. sunt demõstrata, neque ea etiam quæ citra aliquam demonstrationem ab eodem sunt dicta, intelligere possit. Eum autẽ qui horum nihil tenet, ac hebetiori prẽditus est ingenio, nulloque veritatis studio capitur, ab horum, vt etiam aliorum omnium, librorum lectione arcet. Siquidem duo in eo qui artem discere cum laude conatur hîc & alibi Galenus requirit, nempe prudentiam, & veritatis amorem. Ita enim libro tertio, de natural. facul. scriptum post se reliquit. Quisquis nosse quid supra vulgum debebit, is statim non naturâ modo, verumetiam primis doctrinarum rudimentis multùm cæteris præstet, oportet. Idem vbi adoleuerit, veritatis insano quodam teneatur amore, veluti afflatus. Tum sine vlla diei noctisve intermissione properare ac contendere ea quæ à clarissimis veterũ tradita sunt discere, eadéque vbi didicerit iudicare, multoque tempore explorare ac considerare, quę iis quæ rebus sensui patentibus consentiant, quæ rursus iisdem dissentiant, ac illa quidem suscipere, hæc respuere. Atque huic quidem ad modum vtiles fore libellos nostros spero. Erunt autem huius generis omnino pauci. Reliquis hoc opus perinde futurum est superfluum, ac si quis asino narret fabulam. Hæc ille. Vt autem ad primum exemplum, quo esse aliquam in corpore facultatem expultricem ostendere pergit, veniamus, nemo est ferè qui ignorat, quòd vterus simul atque nouem mensibus fœtus grauitatem, & suã ipsius distentionẽ sustinuit, atq; hoc toto tẽpore oculũ ipsius ita exquisitè clausum fuit, vt ne specilli cuspidẽ seu mucronẽ admiserit, absoluto fœtu, eius ceruicẽ adeò aperiri, vt fœtus expeditè egredi possit. Præterea constat tunicas eiusdem, quæ priùs erant distentæ, contrahi, fœtumq; expellere. Vt in vtero esse expultricẽ facultatem, quę absolutis nouem mensibus, fœtum extrudit, omnibus sit perspicuum. Quanquam verò Hippocratis testimonio sit comprobatum, septimo, octauo, decimoque mensibus, & ad vndecimi etiam mensis initia fieri partum, tamen quia fœtus in vtero maximae parte nouẽ mensium spatio perficitur, ideò noni hîc duntaxat mentio fit. Id quod etiã lib. 3. de naturalibus facultatibus facit, vbi ita scriptum reliquit. Quippe, inquit, nouem mensibus plerisque mulieribus perficitur in vtero fœtus. Quo quidem in loco plura ad præsentis loci explanationem pleniorem conducentia reperiuntur. Cæterùm eadem etiam facultas vbi fœtus corrumpitur, vteri ceruicem haud secus, quàm partus tempore aperit, eorumque

Libri de naturalibus facultatibꝰ inscripti legẽdi.

Duo in medico requiruntur.

Expultrix vteri facultas.

6. Epide. sect. 7. apho. 21. & 27.

Cur noni hoc loco mẽsis facta sit mentio.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 293 sur 637

ſecundo,tertio,quarto,quinto,& ſexto potiſsimùm,Hippocrate lib. ſexto Epide.ſect. ſeptima,apho.27.atteſtante,menſibus eiicit.Neque enim claudendi & aperiendi tempus vteri ita præfinitum eſt,vt habeat certum aliquem temporis circuitum,ſed vtrũque fit,prout vſus occaſio exigit.

Expultrix vẽtriculi facultas.

Ad eundem modum monſtratum eſt,ventriculum quoque inferiùs ipſius oſculum poſt cibi ingeſtionem claudere,ac nihil egredi permittere,priuſquam plenè fuerit concoctum,ſi modò nihil aliud functionem,ſuam interrumpat, quemadmodum vterum,fœtus corruptela.Quippe fit in ventriculo pathos quoddã,quod huic proportione reſpõdet,corruptis in ipſo cibis, aut me hercle ſæpe ſimul atq; ſunt deuorati,ita deprauatis,aut etiã adeò multis, vt eos ferre nequeat.Atq; idcirco quæ quidem in ipſo natant,per vomitus eiicit:quæ verò deorſum repunt, ad exitũ qui illic habetur, propellit. Sed & citra cibos ſubinde ventriculi facultas ad vomitũ inſurgit,idq; ob bilem,vel pituitam prauam vel alium quempiam huiuſmodi humorem,aut ſaniẽ.Singulis enim animalis partibus,inſita facultas eſt, quæ id quod in ipſis præter naturam conſiſtit,expellat,quemadmodum in propriis de hac re libris demonſtratum eſt.Satis nanq; eſt in præſentia,perſpicuitatis gratia, huiuſcemodi facultatis opera in memoriam reuocaſſe,quæ de vtero, & ventriculo dicta ſunt.

COMMENTAR.

Alterum exemplum de ventriculo allatum,itidem vt præcedens de vtero,in corpore eſſe facultatem expultricem euincit.Quippe ventriculus poſt ingeſtum cibum,inferius os ſuũ, quod Græcis πυλωρὸς, Latinis ianitor dicitur,claudit,ac nihil egredi ſinit,priuſquàm abſolutè concoctum fuerit, ſi modo non ſit quòd ſuam actionẽ, hoc eſt,ciborum concoctionem interrumpat.Quemadmodum enim corruptela fœtus,vt comprehenſum eſt,vteri actiones ita interrumpit, vt nouem menſium ſpatio clauſus non permaneat, ſed multò citiùs ſe ſe aperiat:ita etiam ventriculus corruptis in eo cibis,aut ſimul atque ſumpti fuerint vitioſis, aut adeò multis vt eos ferre nequeat exiſtẽtibus,ſtatim ſe aperit,& quicquid eius fuerit quod in illo innatauerit,hoc per vomitũ eiicit,quod verò ad inferiora repit,id per ianitorem expellit.Neq; cibum tantùm ſibi parum aptum & conuenientem,ſed & bilem,aut pituitam,aliósve humores ac ſanies, illum infeſtantes,vel per ſuperius,vel inferius eius orificium eiicit.Quapropter appoſitè admodum vtero ventriculum confert Galenus, vtrobique enim in continendo & propellendo,prout vſus ratio & occaſio exigit,eadem actio. Vt enim vterus prout vſus poſtulat ſe claudit,& rurſus aperit,ita etiam ventriculus congruum ſibi cibum natus ſe claudit,contrà vitioſum quẽ ingeſsit animal,ſe aperiens ſtatim,nec diu,vt eum quem concoquit,retentum,eiicit.

πυλωρὸς.

Per tuſsim quæ thoracem ac pulmonem infeſtãt expelluntur.

Quippe qualis eſt per vomitiones expultricis actionis in ventriculo facultas,talis per tuſſes in thorace & pulmone.Neque vllum animal aut nauſeare, aut vomere,aut tuſsire didicit: ſed complura animalia & homines ſimul atque in lucẽ editi ſunt multò ſæpe tempore inculpata ſanitate degentes,neque vomitum,neque tuſsim experti ſunt.Atqui vbi cauſa quæ moleſtiam affert vel os ventriculi, vel reſpirationis vias occupauerit,protinus animal & vomit & tuſsit. Et in vomitu ſanè vẽtriculus ſic mouetur,vt in partu vterus.In tuſsi vero aliter fit motus.Neq; enim pulmo tali cõcitari motu poteſt,vt id quod moleſtum eſt expellat,ſed natura aliquod

aliquod auxilium ab eximia ſapientia profectum inuenit. Quippe inſpiratio in aſperas arterias externo aëre, quæ cartilagineæ & duræ ſunt, neq; circa id quod in ipſis continetur contrahi poſſunt, vehementem hanc ſpiritus ad exteriora lationem, quam nominant tuſsim, machinata eſt. Atq; huius generis eſt ſternutatio, Sternutatio. *quæ expellit ea quæ in naribus continentur, quæ & ipſæ reſpirationis viæ ſunt à natura inuentæ. Nam ſpiritus violenter ac vehementer delatus ſibiipſi vias, non non aliter quàm tibias & fiſtulas artifices, expurgat. Quis igitur ſit huius motus ratio, vt hoc fiat, in progreſſu ſermonis docebitur.*

COMMENTAR.

Tertium exemplum quo Galenus vnicuique animalis parti inſitam eſſe facultatem expultricem probat, tuſsis exiſtit. Per tuſsim enim ea quę thoraci & pulmoni moleſta ſunt, perinde atque per vomitum quæ ventriculum infeſtant, expurgantur. Eſſe autem hanc facultatem inſitam hinc palam omnibus fit. Nullum enim eſt animal quod ab alio didicerit aut vomere, aut tuſsire. Nam poſtquàm in lucem eſt editum, & longo tẽpore inculpata degit ſanitate, neque vnquam intereà aut vomitum, aut tuſsim expertũ eſt, tamen vbi cauſa aliqua quæ aut ori ventriculi, aut reſpirationis viis moleſtiam adfert, excitatur, confeſtim animal à nullo edoctum vomit, & tuſsit. Id quod etiam non minus doctè, quàm breuiter Hiopocrates lib. 6. Epide. ſect. 5. apho. 2. iis ſignificare voluit verbis. Natura, inquit, ipſa non per rationem ad ſuas actiones inſtinctum impetumque inuenit, vt ſunt nictare. Siquidem à nullo edocta eſt, neq; ea quę conueniunt efficere didicit. Plura ibidem in commentariis noſtris ad præſentis loci pleniorem intelligentiam conferentia ſtudioſi reperient. Cæterùm in vomitu ventriculus perinde mouetur, vt in partu vterus. Nam vt in expellendo fœtu, quemadmodum lib. 3. de naturalibus facul. Galenus fuſiùs mõſtrat, vterus os ipſius nimium diducit, fundum verò vniuerſum quàm poteſt proximè ad os deſcendit: ita etiam ventriculus orificia ſua in expellendis iis quæ in eo continentur aperit, alias autem partes contrahit. Proinde vt in expellendo fœtu vterus valido vtitur motu, ſic etiam vẽtriculus dum pellit ea quæ ſibi ſunt moleſta. In tuſsi verò motus alia eſt ratio. Nam pulmo eiuſmodi motu contractionis concitari nõ poteſt, quòd ſcilicet aſpera arteria, per quam neceſſe eſt ea quæ pulmonẽ infeſtant expelli, cartiliginea & dura exiſtit, nec circa ea quæ cõtinet cõtrahi poteſt, ideò natura ab eximia ſapientia auxiliũ aliquod inuenit, nempe ſpiritus ad exteriora lationem, quam tuſsim nominant. Per hanc igitur tuſsim quæ thoracem & pulmonem moleſtant, vt paulò poſt clariùs docebimus, expelluntur. Eiuſdem ſanè generis eſt ſternutatio, quòd ſcilicet ea quę in naribus continentur expellat, quæ vtiq; nares, viæ etiam ſunt reſpirationis à natura inuentę, iuxta id Hippocratis in libello de alimentis dictum. Principiũ alimenti ſpiritus nares, os, guttur, pulmo, & reliqua tranſpiratio. Quippe ſpiritus per nares violenter delatus ea quæ illic moleſta ſunt extrudit, & ſibiipſi vias expurgat, perinde atque artifices, violenter in tibias ac fiſtulas inſpirantes, illas expurgant.

Tuſsis. Hippocrates. Idem ventriculi in vomitu, qui vteri in partu motus. Motus in tuſsi quæ ſit ratio. Sternutatio.

CAPVT VI.

QVod verò ad ea quæ nobis propoſita ſunt vtile eſt, iã aggrediamur, nempe quòd huiuſmodi motus, naturæ ſunt opera, ſymptomatis tamen præter naturam annumerantur, propter cauſas quæ naturam ſic moueri cogunt. Porrò in inteſtinis, vtero, veſica, ſiue ſecundum naturam, ſiue præter naturam quid expellatur, motus expultricis facultatis ſimiles ſunt, quamobrem ſymptomata manifeſtè diſcreta non ſunt. Atqui ea quæ per

Cur prædicti motus, quũ naturæ ſint opera, ſymptomatis præter naturam annumerentur?

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 295 sur 637

teneſmos, dyſenterias, & lienterias excernuntur, ſymptomata ſunt, veluti, arbitror, & quæ per vrinæ ſtillicidium, tum vrinæ fluorem. Quod ſi quis exquiſitè loqui velit, etiam ſtrepens flatus, & ſtridor, & ructus, & murmurillum, atq; alia huiuſmodi, de quibus in eo qui ſuccedit libro dicetur, prædictis addet. Verùm in ventriculi excretionibus manifeſtius iam eſt id quod in vomitibus cernitur, multiq́ue hos non naturæ opus, ſed ſymptoma eſſe dixerunt. In tuſſi verò & ſternutatione, manifeſtiùs quidem & hîc quoque quod in tuſſibus accidit. Sternutatio autem non ſimiliter videtur eſſe præter naturam. Atqui & hæc, & tuſſis, & vomitus, & profluuium alui, & huiuſmodi omnia ex illo ſunt ſymptomatum genere, in quibus cauſa aliqua præter naturã ad huiuſmodi actiões naturã irritat.

COMMENTAR.

Rationem hoc loco Galenus reddit, cur prædicti motus, vomitus nimirum, tuſsis, & ſternutatio, quum facultatis adminiculo fiant, atque adeò naturæ ſint opera, ſymptomatis, quæ quidem pathemata ſunt, & præter naturam affectus, adnumerentur. Non autem aliam eſſe ait, niſi quôd cauſæ quæ naturam facultatémve ad hunc motum cogunt & impellunt, ſunt prę̃ter naturam. Eſſe autem præter naturam hinc liquet, actionem enim lædunt, adeoq́ue morbi ſunt. Cę̃terùm expultricis facultatis in inteſtinis, vtero, & veſica motus ſimiles ſunt, ſiue quid ſecundum naturam, ſiue̊ præter naturam expellitur. Neque enim inteſtina alio motus genere quum ſecundum naturam ſtercora excernunt vti ſolent, quàm quum id quod eſt prę̃ter naturam, adeoq́; illis eſt moleſtum propulſant. Itidem fit in vtero & veſica. Quare motus qui ſunt ſymptomata à motibus ſecundum naturam manifeſtè diſtincta nõ ſunt. At quum illa quæ per teneſmos, difficultates & leuitates inteſtinorum, item per ſtillicidium vrinæ, & diabetẽ excernuntur, manifeſtè ſint præter naturam, ideò ſymptomata ſunt tertij, generis, è numero ſcilicet eorum quæ immodicè excernuntur, aut retinentur. Pari modo, ſi quis propriè loqui velit, flatus ſeu ſpiritus per ſedem cum ſtrepitu & ſono eiectus, & ſtridor, hoc eſt, Galeno lib. 1. de iudiciis cap. 11. teſte, deiectio ſonum inter egerendum ſtridentẽ excitans, item ructus, & murmurillum, hoc eſt, ſpiritus intro fluctuans nec emiſſus, & id genus alia, de quibus etiam cap. 7. ſequentis libri dicemus, ſymptomatis adnumerabuntur. Verùm in ventriculi excretionibus manifeſtius eſt id quod per vomitum, q̃ inferiora expellitur. Nam per inferiora non ſolùm quæ præter naturam, verumetiam ea quæ ſecundum naturam ſunt ventriculus expellit: quare an ex ſymptomatum ſint genere, manifeſtè ſciri non ita facile poteſt. Per vomitum verò non niſi ea quæ præter naturam ſunt excernit. Quapropter plerique hunc non eſſe naturæ opus ſimpliciter, ſed ſymptoma dixerunt. Deceptos autem eſſe hinc liquet. Neque enim ſequitur, hoc eſt ſymptoma, igitur non eſt naturæ opus. Siquidem multa ſunt ſymptomata, quę tamen naturę, ſed à cauſa præter naturam coactæ, ſunt opera. Sic ſanè vomitus eſt motus ventriculi deprauatus, atque adeò ſymptoma, & tamen naturę, ſeu facultatis expultricis à cauſa aliqua præter naturam coactæ, opus. Ad eundem modũ ſi tuſsim & ſternutationem inter ſe conferas, tuſsis manifeſtiùs apparet eſſe prę̃ter naturam q̃àm ſternutatio. Quod enim per tuſsim eiicitur & expellitur, manifeſtius eſt, quã quod per ſternutationem exploditur. Vtcunque autem ex iam dictis motibus vnus altero manifeſtiùs eſſe præter naturam videatur, tamen omnes ſunt prę̃ter naturam, & ex illo ſymptomatum genere, in quibus cauſa aliqua præter naturam, ad huiuſmodi actiones facultatem impellit, & irritat, quemadmodum iam ſæpe eſt à nobis dictum.

Expultricis facultatis motus ſimiles ſũt, ſiue quid ſecundum naturam, ſiue præter naturam expellitur.

Deiectio ſtridẽs.

Murmurillum.

Vomitus eſt naturæ opus.

Non eſt eadẽ in omnibus iam dictis ſymptomatis motiõis ſpecies.

Modus autem motionis neque in omnibus idem eſt, neque ab eadem facultate efficiuur: ſed quæ ab vtero, vel inteſtinis, vel ventriculo, aut veſica excernuntur,

hæc

hæc quidem particulæ ipſæ complectuntur, ad eum modũ quod in ipſis continetur explodentes, quo manus aliquid exprimunt. Facultas aũt quæ horũ motũ efficit, vna è quatuor naturalibus eſt. Verũ quũ in aſpera arteria cõtinetur corpus, ipſa, vtpote cartilaginea & dura, circa id quod cõtinet cõtrahi nõ poteſt, idcirco natura, ſpiritus vehementẽ ad exteriora lationẽ, tuſsim mouens, excitat. Eà fit per eadẽ inſtrumẽta, per quæ magnæ ſimul & vehemẽtes expirationes, quas exufflationes nominamus, efficiũtur. Vt tuſsis nihil aliud ſit, quàm vehementiſsima exufflatio, qua plurimus ſimul celerrimeque foras latus ſpiritus, ſuo impetu quæ vias ipſius obſtruunt extrahit, explodítque. Quumque prima eiectione quæ moleſtant propellere nequit, bis terque irruere in id non grauatur: atque magna ex parte finem conſequitur, vbi ſpiritus ipſe vehementer fertur, & ea quæ obſtruũt ad propellendum idonea inueniuntur. Huiuſmodi verò ſunt, quæ neque aquoſa, neque ſubſtantia glutinoſa ſunt. Nam aquoſa ob tenuitatẽ à ſpititu potiùs diſſecantur, quàm vltrà feruntur. Glutinoſa autem arteriæ adeò inhærent, vt difficulter ſoluantur. Igitur ſi quando ſpiritus cũ huiuſmodi pugnauerit humoribus, ſæpe admodum violenter irruit, atque vehementiſsimæ, & nõ ſine magno nixu facto tuſſes ab huiuſmodi cauſis oriuntur. Magis verò eos humores qui in arteria hærentes difficulter ſoluuntur reiiciunturque ſternutationes expediunt, vtpote quæ validiorem quàm tuſsis ſpiritus habent impetum, generationis verò cauſam aliam. Quippe propter ea quæ naribus moleſta ſunt, non ea quæ aſperam arteriam infeſtant, ſpiritus vehementer emittitur. Cùm eo autem aliquid etiam ex prioribus cerebri ventriculis emittitur. Idcirco tuſſes capiti nihil cõducunt, ſternutamenta verò, niſi ob deſtillationem aliquam euenerint, maximum præſidium capiti vaporibus oppleto afferunt. Nec mirum, ſpiritum vnico impetu, & ex pulmone, & ex capite emitti. Monſtratum enim eſt in libris de muſculis, cerebrum thoraci motus principium tranſmittere, thoracem autem pulmonem dilatare & contrahere. Quum igitur inſurgit, vt ea quæ nares infeſtant propellat, vtriſque expirationis vis ſimul vtitur: altera quidem, quam ipſum per ſe efficit: altera neruis, veluti longis quibuſdam manibus in thoracem pertingentibus. Per hos enim illum contrahit, per oſſa verò colatoria vocata, ipſum vaporoſum emittit ſpiritum. Atque hæc ſunt voluntariæ facultatis ſymptomata.

Tuſsis qualis ſpecies motus, & à qua facultate oriatur.

Exufflationes. Tuſsis quid?

Quæ ad propellẽdum à ſpiritus foras latione idonea.

Sternutationes magis euellunt eos humores qui in arteria cõtumaciter hærẽt, & qui difficulter reiiciuntur, quã tuſſes.

Sternutamẽta capiti maximum præſidiũ afferũt.

COMMENTARIVS.

Non eſſe eandem in omnibus iam dictis ſymptomatis motionis ſpeciem, neque ab vna & eadem omnino facultate cuncta perfici ac prodire, nũc oſtendere Galenus pergit. Nam quæ ab inteſtinis, ventriculo vtero, & veſica excernuntur, ea à partibus illis circundãtur, ideoque quicquid eſt eius quod in ipſis continetur, ille ſe contrahentes, haud ſecus quàm manus vbi exprimere quidpiam conantur, explodunt. Facultas autẽ hunc motum efficiens, ex naturalium numero vna eſt, expultrix nimirum. Quum verò in aſpera aliquid cõtinetur arteria, alio motus genere ad id excernẽdum opus erit. Siquidem dura & cartilaginea quum ſit, contrahi non poteſt: ideoque natura vehementem ſpiritus ad exteriora lationem excitans, tuſsim mouet. Hæc autem fit per eadem inſtrumenta, per quæ magnæ ſimul & vehementes perficiũtur expirrtiones, quas

Qualis motus ſpecies tuſsis ſit, & à qua facultate oriatur.

©BIUM

exufflationes appellamus. Fiunt verò expirationes omnes per muſculos Græcis μεσοπλθρίους, latinis intercoſtales dictos. Quos quum duplices eſſe conſtat, interiores & exteriores, hi expirationi, illi verò inſpirationi inſeruiunt. Magnas autem, ſimul & vehementes expirationes Græcos vocaſſe ἐκφυσήσεις, latinos autem exufflationes, nó hoc ſolùm loco, ſed alibi etiam Galenus teſtatur. Nam lib. 8. anato. adminiſtra. exufflationem confertam quandam, & vehementem eſſe expirationem tradit. Et lib. 1. de labo. locis, cap. 6. exufflationes fieri ſcribit, quum plurimus ſpiritus confertim per guttur animantis foràs fertur. Libro etiam. 2. de placitis Hippocratis & Platonis eam eſſe expirationem ait, quæ cum ſano, & celeritate fit. Vnde omnibus perſpicuum fit, tuſim non eſſe niſi vehementiſsimam exufflationem, qua plurimus ſimul celerrimeq; foràs latus ſpiritus, ſuo impetu quæ vias aſperę arteriæ obſtruunt, extrudit. Quapropter facultas quæ tuſim excitat animalis eſt, non naturalis, vt quæ muſculorum fiat adminiculo, perinde atque expiratio, cuius tuſis ſpecies eſt. Cæterùm ſi primo impetu ſiue prima expiratione (variat enim hoc loco exemplaria, & aliqua ἐκβολὴ, aliqua ἐκτυσιν nullo ſenſus diſcrimine legũt) quę moleſtant facultas explodere nequit, bis aut ter, imò ſæpiùs in id irruere non grauatur. Et magna quidem ex parte finem ſuum conſequitur, præſertim ſi ſpiritus impetuoſè feratur, & ea quæ obſtruunt aſperæ arteriæ vias, ad propellendum ſint apta. Sunt verò idonea, quæ neque aquoſa, neq; eſſentia lenta exiſtunt. Aquoſa enim propter tenuitatem à ſpiritu diuiduntur ac diſſecantur, ideoque vltrà propelli nequeunt, imò ſciſſa cedunt ſpiritu, & eliſa in aſperam arteriam & pulmonem remeant. Lenta ita tenaciter arteriæ & pulmoni adhærent, vt ab iis non niſi difficulter ſoluantur. Ad eos itaque glutinoſos humores excernendos vehementiſsimis ac validiſsimis tuſibus opus eſt, quæ ſcilicet quadam violentia irruentes quod moleſtum eſt expellere poſſunt. Hactenus qualis ſit motus ſpecies tuſis, & à qua facultate oriatur Galenus monſtrauit. Nunc qualis ſit motus ſternutatio, & à qua perficiatur facultate oſtendere pergit. Inquit autem ſternutationem magis humores quæ difficulter ſoluuntur, & arteriæ tenaciter inhęrent expedire, quam tuſim, quòd ſcilicet validiore ac vehementiore ſpiritus impetu fiat. Sed aliam tamen generationis ſuæ cauſam ſternutatio habet, eam nimirum quę, vt comprehenſum eſt, naribus moleſtiam infert, quum tuſis eam quæ aſperam arteriam pulmonẽ, & thoracem infeſtat obtineat. Sternutatio igitur propter validiorem ſpiritus impetum non ſolum excernit ea quæ in prioribus cerebri ventriculis continentur ſuperuacua, ſed ea etiam, quę aſperam arteriam moleſtãt. Quapropter ſternutatio capiti vaporibus oppleto maximum preſidiũ affert, quod ſcilicet eoſdem excutiat, & caput ab obſtructionibus liberet, niſi ob deſtillationem proueniat, tum enim oppleti humoribus capitis potius indicium eſt: atque quia caput frequenter ac vehementer concutit ac commouet, illud potiùs lædit, quàm iuuat. Tuſis propter eandem cauſam capiti nihil conducit. Nam illud plurimũ concutiendo, efficit, vt ſurſum, & ad caput trahantur ſuperuacua. Nihil autem mirum per ſternutationes vno impetu & ex capite, & ex pulmone emitti ſpiritum. Nam cerebrum thoraci per neruos motum tranſmittit, thorax autem ſubinde pulmonem dilatat & cõtrahit. Proinde quum animalis facultas inſurgit vt ea quæ naribus ſunt moleſta expellat, vtriſque viis expirationis ſimul vtitur. Alterâ, quæ ſcilicet per nares fit, quam cerebrum per ſeipſum efficit: alterà verò per neruos, veluti prælongas manus ad thoracem vſque pertingentes, quibus thoracem dilatat ac contrahit, per oſſa verò Græcis ἠθμοειδῆ, latinis colatoria dicta, vaporoſum ſpiritum emittit. De quibus ſanè oſsibus cap. 4. libri primi, de ſympto. cauſis copioſè diximus, vt nihil opus ſit nunc pluribus de iiſdem agere. Satis ſit ſcire in preſentia, ea eſſe foraminulenta & cauernoſa, atque à cribri coliue ſimilitudine nomen ſuum eſſe nacta. Cęterùm hoc loco etiam monẽdus nobis lector venit, Valleriolam, falſa Copi conuerſione ſeductum locum preſentem non rectè eſſe interpretatum. Nam quum Galenus hîc duntaxat de vnico ſpiritus impetu

Muſculi intercoſtales.

ἐκφυσήσεις. Exufflationes.

Tuſis quid?

Quę facile ex aſpera arteria elidantur.

Sternutatio qualis motus, & à qua facultate.

Cur per ſternutationes vno impetu & ex capite, & ex pulmone emittatur ſpiritus?

Oſſa colatoria.

Valleriola ſeductus.

petu qui in ſternutatione per duas fit vias, nares nimirum & aſperam arteriam, loquitur: id quod non ſolùm græca, ſed & præcedentia & ſequentia ſatis conuincunt, ipſe ad duas ſpiritus lationes, quarum vna in ſternutatione, altera in tuſsi fit transfert. Quod ideò monere placuit, vt hinc intelligerẽt omnes, quàm parum ſit tutum interpreti etiam doctiſsimo fidere, atque adeò ſtimulum aliquem medicinę ſtudioſis ad diſcendam Græcam linguam, ſine qua Galeni, aut aliorum Græcorum ſcripta ad plenum aſſequi non licet, admonerem. Interpreti fidere parum tutum.

Vomitus autem, qui illis proportione quadam reſpondet, naturalis facultatis eſt ſymptoma. Vt autem vomitum nauſea præcedit, ita tuſsim irritamẽtum ad tuſſiendum. Atque vt nonnulli nauſea ſunt affecti, nec tamen vomuerunt: ita quibuſdam irritamentum ad tuſsiendum incidit, tuſsis autem non eſt ſequuta: idque ob cauſæ paruitatem. Nã interdum ob pauxillam faucium aſperitatem, interdũ ob tenuem quendam & omnino paucum humorem, irritamentum ad tuſsiendum accidit. Semper enim quicquid ſpiritum interceperit, id per tuſsim reiicere conatur, ſiue id humor à capite defluens fuerit, veluti in deſtillationibus, ſiue in aſpera arteria aliquid collectum fuerit, vt in peripneumonia, pleuritide, & gibbarũ iecoris partium phlegmone, aut in faucium aſperitatibus. Præterea deſtillationibus à capite proportione reſpondent, quæ inter edendum, & bibendum illabũtur. Eſt & aliud tuſsis genus ex intemperie inſtrumentorum reſpirationi ſeruientiũ ortũ. Id quod in primis agnouerunt viri ex Pneumatica ſecta probatiſsimi, è quorum numero eſt Athenæus. Neceſsitatem tamen ob quam tuſsis ex intemperie oritur, aliqui eorum ne omnino quidem dicere aggreſsi ſunt, alij in ſeipſum impingere ſpiritum aiunt, alij etiam obſcuriore quàm hoc verbo vſi, aliquid ſe ſe dixiſſe arbitrantur. Non tamen quòd cauſam ignorarunt ſunt reprehendendi, ſed quòd pulchrum theorema, & ipſorum ſtudio dignum inuenerunt, laudandi. Fit igitur hæc tuſsis reſpirationis inſtrumentis refrigeratis, & qui ea laborant, nihil expuũt, neque eſt violenta, ſed adeò exigua, & violentia deſtituta, vt ſupprimi, & ne fiat prohiberi, vel magna ex parte, vel omnino poſsit. Atqui violentæ tuſſes, detentione ſpiritus non vincuntur. Cuiuſmodi autem res ſit ſpiritus detentio, iam mihi ſæpe in aliis eſt dictum libris. Tuſſes verò ex intemperie non ſolùm ſpiritus cohibitione aſsiduè fieri prohibentur, ſed etiam ab eaſ anantur, niſi admodum magnæ fuerint. Augetur nanque in reſpirationis inſtrumentis ob cohibitam reſpirationẽ, calor, ſpiritusque ſub thorace violenter preſſus in omnes arctos meatus permeat. Atque vtraque hæc dum fiunt, omnia æquantur, & ad æqualitatem temperamenti perueniunt. Vomitus naturalis facultatis ſymptoma. Tuſsis ex intemperie. Pneumatici. Cohibitio ſpiritus tuſsim ſanat.

COMMENTAR.

Hactenus de ſymptomatis voluntariæ tantũ facultatis egit Galenus. Nunc vtriuſq; facultatis tum naturalis, tum voluntariæ ſymptomata, quòd ſcilicet proportione quadam, vt dictũ eſt capite ſecundo huius libri, ſibi reſpondeant, inter ſe miſcet. Ac principiò quidem vomitum naturalis facultatis, nempe expultricis ventriculi, ſymptoma eſſe ait, neque enim per muſculos fit, ſed per fibras, quemadmodum lib. 3. de naturalibus facultatibus copioſiùs Galenus monſtrat. Deinde vt cõmoda ratione ad tuſsis cauſas explicandas veniat, vomitum & tuſsim inter ſe confert, ac quid tuſsim præcedat Vomitus naturalis facultatis ſymptoma.

©BIUM

κέρχνος. κερχνώδης.

anteà exponit. Vt autem vomitum perpetuô nauſea antecedit, eiuſque veluti nuncia quædam eſt, ita etiam tuſsim præcedit irritamentum ad tuſsim, quod Græcis κέρχνος dicitur. Nam, vt in libello de interpretatione antiquarum dictionũ Hippocratis Galenus teſtatur, κέρχνος, & κερχνώδες, & κερχνάλεον idem ſignificat, quòd κέρχνου πνευμονικὸν. id eſt, quod aſperitatem efficit. Nam ſtatim ſubiicit, ὅτως δὲ ἥτε ξαχύτης ὀνομάζεται τῆς φάρυγγος, καὶ ὁ αὐτῷ πνεύμονι ψόφος: Sic enim vocatur aſperitas faucium, & in pulmone ſtrepitus, quemadmodum in commentariis etiam noſtris in .16. apho. ſectionis ſextæ libri .6. Epide. Hippo. fuſiùs diximus. Phauorinus etiam in ſuo lexico κέρχνει interpretatur, ξαχώσει, & κέρχνωμα, ξάχυσμα. In præſentia verò τὸ κέρχνειν non ſignificare faucium aſperitatem, ſequentia ſatis conuincunt, & demonſtrant. Nam paulò poſt ait, ab exigua faucium aſperitate τὸ κέρχνειν accidere. Quòd ſi pro fauciũ aſperitate interpreteris, non aliud dixiſſe comperies Galenum, quàm ab exigua faucium aſperitate, faucium aſperitatem accidere, quod certè abſurditate haud vacaret. Prætereà Galeno hîc & alibi τὸ κέρχνειν aliud quàm faucium aſperitatem ſignificare libro .2. Simplic. cap. 17. Galenus etiam oſtendit, vbi in eum ſcribit modum. τὰ μὲν δριμυώδη πάντα τῷ ξαχύνειν τὴν φάρυγγα: τὰ δὲ ἐλαιώδη καὶ λιπαρὰ, ὅσῳ πολυπλανέσθαι τὴν ἀνωμαλίαν τε καὶ τὴν κέρχνον ἐργάζεται. Id eſt. Omnia mordacia fauces exaſperando, oleoſa vero & pinguia illinendo inæqualitatem, & cerchnon efficiunt. E quibus ſanè Galeni verbis omnibus perſpicuò apparet τὴν κέρχνην non eſſe niſi inæqualitatem quandam præter naturam in faucibus: quæ ad tuſsiendum animal irritat. Id quod alius quoque Galeni locus confirmat, qui eſt initio iam citati capitis, vbi in eum ſcribit modũ, συμβαίνει δὲ τὸ κέρχνειν, ἀνωμαλίας τινὸς αὐτῇ φάρυγγι σωμισαμένης παρὰ φύσιν: εἰθισμένον γὰρ τὸ πνεῦμα διὰ καθαρᾶς καὶ λείας ἀεὶ φέρεσθαι τὴν ὁδὸν, ἐπειδὰν περιπέσῃ τισὶν ἐξοχαῖς κατ' αὐτὴν, κλόνοντές τινα καὶ οἷον ἀνώμαλον σεισμὸν ἐργάζεται κατὰ τὴν φάρυγγα, ᾗ ὅτως ἐρεθίζεται πρὸς βῆχα τὸ ζῷον. Quippe ſpiritus qui per puram leuemq; ferri viã ſemper conſueuit, ſi quando in eminentias quaſdam quę in ea ſunt impingat, turbam ſeu quaſſationem tumultũmve, & veluti inæqualem concuſsionem in faucibus efficit, & ita ad tuſsiendum animal irritat. Vt ex iis omnibus palàm ſit, κέρχνον non eſſe Galeno, niſi ἐρέθισμα πρὸς βῆχα, id eſt, irritamẽtum ad tuſsiendum. Hoc itaque ſæpe tuſsim, vt nauſea vomitum præcedit. Vt autẽ non omnem nauſeam ſequitur vomitus, ita neque omne irritamentum ad tuſsiendum comitari ſolet tuſsis. Nam ſæpe ob exiguam admodum faucium aſperitatem, aut tenuem quendam & hunc quidem paucum humorem, irritamentum ad tuſsiendum accidit, non tamen ſequitur tuſsis. Cæterùm Galenus tandem ad cauſarum tuſsis explicationẽ accedens, quicquid ſpiritum intercipere poteſt, tuſsis eſſe cauſam docet. Spiritum autem primùm intercipere, adeoque tuſsim excitare poteſt, humor à capite deſtillans, potiſsimùm vbi craſſus, ac plurimus fuerit. Secundò, vbi aliquid in aſpera arteria collectum fuerit, vt in pleuritide, peripneumonia, gibbarumque iecoris partium phlegmone, accidit. Non autem ab re gibbarum dixit partium, phlegmone enim quæ in cauo iecoris fit, tuſsim nequaquam concitat. ſed ea tantùm quæ in gibbo eiuſdem oritur. In hac ſiquidem, vt etiam lib .5. de labo. locis, cap .6. Galenus atteſtatur, dolor ad iugulum vſque nonnunquam extenditur, exigua quoque tuſsis, propter compreſsionem tranſuerſi ſepti, & quòd interdum aliquid per ſeptum, veluti in pleuritide per membranam coſtas ſuccingẽtem, in thoracem, & ſubinde in aſperam arteriam reſudet, euenit. Tertiò, fit tuſsis propter faucium, & eam quidem magnam, aſperitatem. Deſtillationibus à capite proportione reſpondent ea, quæ inter edendum & bibendum in aſperam arteriam illabuntur. Nam ſi panis micula, vt lib .2. de ſimpl. medica. facul. cap .17. Galenus inquit, aut alterius cuiuſpiam edulij, nobis inuitis in ſpiritus meatum decidit, tuſsire adigimur: aut ſi bibentibus affatim ipſius potus quidpiam eo influat, ſimiliter irritamur, atque ad tuſsim compellimur. Quartum genus tuſsis eſt quod ex intemperie inſtrumenturum reſpirationi ſeruientium naſcitur. Id quod imprimis cognouerunt.

κέρχνη quid?

κέρχνον.

Tuſsis cauſæ.

Tuſsis ex intemperie.

Pneuma-

Pneumaticæ ſectæ,quorum vnus etiam Athenæus fuit,autores. Vt autem qui fuerint Pneumatici rectiùs intelligamus, animaduertendum quòd quemadmodum Hippocrates elementa hominis in continentia,vt ſuprà diximus,contenta, & impetum facientia digeſsit:ita medici qui illum ſunt ſecuti in tres ſciſsi ſunt ſectas. Alij enim tum ſanitatis,tum morborum cauſas humidis tribuerũt. vt pithagoras & Herophilus. Alij ſolidis corporibus,vt Eraſiſtratus & Aſclepiades. Athenæi autem,& Archigenis imitatores, ſpiritum tantùm corpora penetrare, eoque tum naturalem habitum conſiſtere ac gubernari,tum vniuerſos morbos,hoc priùs offenſo creari,dixerunt. Vnde Pneumatici,id eſt,ſpiritales,veluti qui omnia ſpiritibus attribuebant,nuncupati ſunt. Horum meminit Galenus libro tertio, de differ. pul. capite primo,vbi duobus iam nominatis,Athenæo nimirum & Archigeni, Agathinum & Magnum coniungit. Porrò vtcunque Pneumatici vocati medici tuſsis genus quod ex intemperie naſcitur cognouerunt,tamen cauſam eius ignorauerunt. Quo tamen nomine reprehendẽdi non ſunt,ſed potiùs,quòd theorema ſuo ſtudio dignum inuenerunt,laudandi. Quæ ſanè Galeni ſententia planè cum ea conuenit quæ eſt apud Hippocratem libro primo de victus ratione, vbi is ita ſcriptum reliquit. Immeritò autem aliquis ipſorum reprehenditur, propterea quòd inuenire haud potuerunt. Imò laudandi potiùs omnes quòd veſtigare conati ſunt. Hæc illæ. Hippocratem & Galenum ſequentes nos etiam eos omnes laudemus potiùs quam reprehendamus, qui veſtigandæ veritatis ſtudio tenentur,quanquam quod conantur inuenire nõ poſſunt. In magnis enim,vt illæ ait, voluiſſe ſat erit. Fit autem quartum tuſsis genus refrigeratis inſtrumentis reſpirationi ſeruientibus. Et cognoſcitur aliquot ſignis. Primò enim nihil in ea expuitur, quòd ſcilicet à nuda,ſit frigida citra humoris affluxum, intemperie procreata. Secundò,non eſt violenta,ſed exigua,vt omnino, vel magna ex parte,ne fiat, prohiberi queat. Quæ Hippocrates libro ſexto Epide,ſectio.2. aphoriſ. duodecimo breuiter ita eſt complexus. Tuſſes ſiccæ, inquit,leuiter irritantes in ardentibus febribus non admodum ſiticuloſæ,neque linguæ aridæ:ſiquidem non à maligno,ſed à vento accidũt. Id verò hinc fit manifeſtum,quando loquuntur,aut os aperiunt,tunc tuſsiunt, quum verò non,minimè. Plura in noſtris ſuper hanc Hippocratis ſententiam commentariis. Violentæ autem tuſſes,detentione ſpiritus non vincuntur,ſed maiores ſunt ac validiores,quàm vt hac ratione ſupprimi poſsint. Quid verò ſit detentio ſpiritus in aliis libris ſæpe eſt Galeno dictum. Nempe libro ſeptimo,de uſu partium, capite decimotertio,vbi in eum ſcribit modum. Spiritum,inquit, cohibemus non ſolum quando omnino non reſpiramus, ſed quando præterquàm quòd thoracem omni ex parte contrahimus,muſculos etiam omnes,qui tum ad hypochondria,tum ad coſtas ſunt, vehementer intendimus. Et libro tertio,de tuenda ſanitate, capite ſecundo, ait. Non exigua portio apotherapiæ eſt ſpiritus detentio ac cohibitio. Appellant verò ita, vbi omnibus thoracis muſculis, qui circa coſtas habentur intentis coactisque,expirationem continemus. Hac itaque ſpiritus detentione, tuſſes ab intemperie frigida natæ, non ſolùm aſsiduè fieri prohibentur, niſi admodum magnæ fuerint, harum enim maior vis atque impetus eſt,quàm vt ſpiritum cohiberi patiantur:ſed etiam ſanantur. Quippe propter cohibitam reſpirationem in ſpirandi inſtrumentis calor augetur, ſpiritusque ſub thorace violenter preſſus in omnes anguſtos meatus penetrat, adeoq; calefactis omnibus inſtrumentis,frigida eorundem intemperies corrigitur,& ſanatur, omniaque ad æqualitatem prioris temperamenti perueniunt. Qua etiam ratione fit, vt detentio ſpiritus crebras oſcitationes, Hippocrate quoque libro ſexto Epide.ſectio. ſecundæ,aphoriſmo ſexto,dum ait,Medetur continuis oſcitationibus prolixa ſpiratio,teſte,ſanet. Calor nanque craſſum ac vaporoſum ſpiritum in muſculis detentum extenuat ac diſſoluit, vt copioſiùs libro tertio de difficultate ſpirandi Galenus docet.

Pneumatici.

„ „ „

Laudandum ſemper, nunquã reprehendendum ſtudiũ inquirendæ veritatis.

Signa tuſsis ex intemperie.

„ „ „ „

Detentio ſpiritꝰ.

Cur cohibita reſpiratio tuſsim ſanet?

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 301 sur 637

Cur propter inæquales intemperies tuſſes excitentur?

Cur autem propter inæquales intemperies inſtrumentorum reſpirationi ſeruientium tuſſes excitentur (id enim dicebam non ſatis à Pneumaticis medicis elaboratum eſſe) ipſe explicare tentabo, à rei ipſius eſſentia, ſicuti decet eos qui cum demonſtratione quidpiam dicturi ſunt, exorſus. Intemperies igitur interdum ex nudis prouenit qualitatibus, ipſis corporibus vel calidioribus, vel frigidioribus, vel ſiccioribus, vel humidioribus redditis: aut per conuigationem quandam ita laborantibus. Interdum verò vnà etiam in ipſis veluti ros, id quod intemperatum eſt diſpergitur. Aequalis igitur intemperies omnino ſine dolore eſt, veluti hecticæ indicant febres, & complures frigidi affectus, vbi æqualiter particulas occupãt. Fit enim huiuſmodi intemperies cuilibet ita affecto, veluti acquiſiticia quædam natura. Nullum enim corpus à ſua natura infeſtatur, quemadmodum Hippocrates dicebat: iis quibus natura mutatur, & corrumpitur dolores fiunt, non quibus corrupta iam eſt & mutata. Dum enim mutantur, & à ſua natura recedunt corpora, dolent, quemadmodum in priore libro eſt demonſtratum. Quum igitur in aliquo corpore ſentiẽdi vi prædito inæqualis gignitur intemperies, quanta intemperiei magnitudo, tanta etiam moleſtiæ. In acutiſſimis itaque & validiſſimis febribus ſolidæ animalis particulæ infeſtantur, dum à calore præter naturam mutantur, & alterantur.

Intemperies duplex.

Aequalis intemperies ſine dolore eſt.

COMMENTARIVS.

Cauſam cur per inæquales inſtrumentorum ſpirandi intemperies tuſsis excitetur, Galenus explicare volens, à rei eſſentiã, quod facere eos qui cum demonſtratione aliquid ſunt dicturi, veluti in poſterioribus analyticis Ariſtoteles diffuſè admodum monſtrat, decet, orditur: atque quod duplex ſit intemperies oſtendit. Vnam enim eſſe ait, quæ è nuda qualitate calida, frigida, humida, vel ſicca naſcitur, eaque vel ſimplici, vel compoſita. Alteram, quæ cum affluxu alicuius humoris prædictis qualitatibus pręditi fit: Quam Galenus per hæc verba innuere voluit: in ipſis veluti ros id quod intemperatum eſt diſpergitur. Quare eſſentia intemperiei non eſt, niſi nuda qualitas, aut qualitas cum affluxu humoris. Eſt verò vtraque harum intemperierum duplex, vna æqualis, altera inæqualis. Aequalis eſt, quæ æqualiter partes corporis intemperanter affectas occupat. Inæqualis contrà, quæ non æqualiter particulis ineſt. Per æquales autem intemperies nullus incidit dolor, quemadmodum hecticæ febres, in quibus eſt calida totum corpus æqualiter occupans intemperies, ſatis indicant, vt copioſiùs cap. 8. libri de inæquali intemperie Galenus oſtendit, vbi inter cætera ita ſcriptum reliquit. Neque, inquit, citra alterationem, eſt ſenſus, neq; in iis quæ iam ad perfectionem ſunt alterata, dolor. Itaque hecticæ febres omnes tum ſine dolore ſunt, tum nec ſenſu prorſus ab iis qui illis laborant percepræ. Non enim ex eorum particulis hæc agit, hæc patitur: quum omnes inter ſe iam ſimiles ſint redditæ, ac vnicam conſentientem habeant intemperiem. Fit itaque huiuſmodi intemperies cuilibet particulæ ita affectæ veluti acquiſitia quædam natura. Nullum autem corpus à ſua natura infeſtatur, ſed potiùs dolet, quum mutatur, & à ſua natura recedit, quemadmodum Hippocrates in libro de homine confirmat, & capite ſexto libri de ſymptomatum cauſis, vbi iam dicta etiã Hippocratis ſententia citatur, demonſtratũ eſt. In inæquali aũt intẽperie vna pars agit, altera verò patitur, adeoq; alteratio & mutatio fit, quare moleſtiã tũ ſenſum quoq; fieri neceſſe eſt. Qui certè tãtus eſſe ſolet, quãta eſt intẽperiei magnitudo. In acutiſsimis igitur ac vehemẽtiſsimis febribus ſolidę corporis partes dolore afficiũtur, dũ à calore

Duplex intemperies.

Aequalis. inæqualis. Per æquales intemperies nullus dolor incidit.

calore præter naturam mutantur atque alterantur, & inæquali intemperie laborant. Ex iis itaque abundè patet, cur inæqualis intemperies tuſsim excitet. Hæc enim moleſtiæ ſenſum, eò quòd partium reſpirationi ſeruientium natiuum temperamentum mutat, alterat, & corrumpit, infert, ideoque id quod moleſtiam hanc inducit natura expellere cupiens, tuſsim excitat.

CAPVT VII.

QVum incipientibus morbis priuſquam febricitant plerique homines per vniuerſam corporis molem nonnunquam inæqualitatem quandam ſentiunt, ſed qualis ea ſit, enarrare non poſſunt. Ac pro miraculo ducam, ſi quis in his libris verſatus ita fortunatus fuit, vt nunquam fuerit huiuſmodi ſymptomate correptus. Quippe profundus quidã in tota corporis mole, ceu diſperſæ per eam rei cuiuſdam à natura noſtra alienæ, ſenſus oritur. Id verò quod ſparſum eſt, interim veluti ſubcalidum eſſe videtur, interim citra calorem mordax, nonnunquam verò vtroque modo affectum, aut ſine iis omnes carnes leuiter diſtendens. In omnibus vtique huiuſmodi ſymptomatis, & inæqualitatem quandam ſentire ſe aiunt, & pandiculantur, omnéſque partes naturali quodam inſtinctu, qualem paulò antè omnibus animalis partibus quo ſeruentur permanentque à natura datum diximus, diſtenduntur. Maximè verò à ſomno diſtenduntur, vtpote vaporoſa in carnibus excrementa ſentientes, tum propter alimenti concoctionem, tum propter huiuſmodi motionum quietem, congeſta. Atque hoc etiam minimi pueruli à nullo planè edocti faciunt. Quippe natura ad huiuſmodi motum animalia excitat, quum vaporoſis excremẽtis perſpiratum molitur. Inæqualitas

COMMENTAR.

Poſtquàm tuſsis cauſas abundè explicauit Galenus, iamque proximum ſit vt horroris, & rigoris enarret cauſas, priùs duas moleſti ſenſus ſpecies horrorem & rigorem antecedentes, inæqualitatem nimirum & laſsitudinem, enarrare incipit. Eſt autem inæqualitas, ἀνωμαλίαν ſua lingua appellat Galenus, moleſtæ cuiuſpiam rei in nobis ſenſus, quo à noſtra natura nos excidiſſe, & auerſos eſſe coniicere poſſumus. Quippe tum quidpiam in corpore noſtro ſentimus quod à natura noſtra prorſus eſt alienum, quod tamen, vt hîc etiam Galenus teſtatur, ſatis explicare, verbisque exprimere non valemus. Hanc verò inæqualitatem homines incipientibus iam morbis, priuſquam febricitent, per vniuerſam corporis molem ſentiunt. Neque eſt vllus ita fortunatus repertus, qui non aliquando ſymptomate illo ſit correptus. Cæterùm id quod per corporis molem diſpergitur, ac cuiuſdam rei à natura noſtra alienę ſenſum excitet, interdum veluti modicè calidum eſſe videtur, aliquando etiam citra calorem mordax, ſiquidem frigida quoque, Hippocrate, ſectionis quintæ, aphoriſmo vigeſimo & Galeno lib. 4. de ſimplici. medi. faculta. cap. 1. autoribus, ac teſtibus, mordacia ſunt. Quibus illud etiam Virgilianum in Roſis: Ver erat & blando mordentia frigore ſenſu, conſonat. Nonnunquam vtroque modo affectum, id eſt, calidum & mordax, quale eſt, quod vehementi calore præditum exiſtit. Interdum etiam citra calorem & mordacitatem carnes omnes diſtendit, vt ſi humor qui per corporis molem diſpergitur eſt crudus ac pituitoſus, aut ſpiritus flatulentus hæc loca occupat. In omnibus aũt huiuſmodi ſymptomatis, quandam inæqualitatem ſe ſentire aiunt ægrotantes, & pandiculantur, omneſq; partes diſtendũt: neq; enim pãdiculatio σκοῤδισμὸν Græci vocãt eſt niſi omniũ σκοῤδισμὸς. Pandiculatio.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 303 sur 637

©BIUM

musculorum violenta distentio: idque naturali quodam expultricis facultatis, quæ ea quæ corpori molesta sunt expurgare conatur, instinctu, quem præcedenti capite omnibus animalis partibus, quò seruetur & permaneat, à natura datum esse diximus. Nisi enim expultrix facultas corpus ad excrementis purgaret, non diu superstes homo esse posset. Atque huc etiam respexit Hippocrates, qui lib. 6. Epid. sect. 5. apho. 2. in eum scribit modum. Natura nõ per rationem ad suas actiones instinctum inuenit, vt sunt

Cur à somno maxime pãdiculantur.

nictare, pandiculari, & huiusmodi. Distenduntur verò & pandiculantur maximè à somno duplici de causa. Vna quidem, propter nutrimenti concoctionem, qua perfecta, excremẽta à bonis separantur humoribus. Altera, quòd per somnum facultate animali quiescente, nullę pandiculationes fiant. Quare tum multa vaporosa excrementa in carnibus congeruntur, quæ calor per somnum ad interiora vergens in musculos transfert. Proinde experrecti à somno hanc excrementorum copiam sentiẽtes, pandiculatione à se illam excutere conantur. Et quò maior fit in carnosis partibus talium excrementorum congestio, eò validiorem excitari pandiculationem necesse est. Non sunt autem ista excrementa, Galeno hîc, & lib. 7. apho. commen. 57. teste, nisi flatuosus spiritus, aut humor in musculis contentus. Cęterùm minimi etiam pueruli, naturali quodam omnibus animalibus insito instinctu, citra vllum doctorem, pandiculantur, vt scilicet natura, hoc est, facultas expultrix vaporosis excrementis perspiratum moliatur.

Lasitudo.

Tres lasitudinis species.

Altera huius molesti sensus species est, qui in lasitudinum affectibus, siue à pluribus laboribus, siue sua sponte eueniant, sentitur. Ac triplex quidem in lasitudinibus sensus est. Putatur enim corpus vel conquassatum & contusum esse, vel corporis moles vndequaque distenta, aut pluribus veluti vlceribus quum moueatur, consperſum. Quum igitur tendi putatur corporis moles, idque citra exercitationem incidit, lasitudo tensiua spontanea nominatur. Fit autem potissimùm à plenitudine quæ partes à quibus continetur ita distendit, vt ab ipsis tolerari non possit. Vbi verò vlcerosus sensus per ipsas transcurrit: id quod motis magis quàm quiescentibus accidit, nisi admodum magna lasitudo est: pungi sibi, ac si complures sint ipsis spinæ infixæ, videntur, quod à mordaci humore symptoma nascitur. Tertia autem lasitudo, in qua se ossium lasitudine detineri aiunt, ne minimum quidem motum sustinet: manifestus verò iis qui ea laborant caloris sensus, simul & mordicationis, & tensionis, vitioso humore in totã animalis molem largè transmisso. Nullus tamen ita laborantium pandiculari tentat, vt qui omnem motum formidant. In reliquis duabus lasitudinibus, quarum alteram vlcerosam, alteram tẽsiuam nominare solent, huiusmodi quoque motus interdum fit, quum scilicet vel exiguæ omnino fuerint, vel ex flatuosis, ac vaporosis excrementis proueniunt.

Tensiua.

Vlcerosa.

Phlegmonosa.

COMMENTARIVS.

Lasitudo.

Spontanea.

Alteram molesti sensus speciem, lasitudinem videlicet aggreditur nunc Galenus, eamque initio duplicem esse ostendit. Vnam quidem spontaneam, & alteram non spontaneam. Spontanea est, quæ absq; motu corporis, & citra exercitia euenit. De qua Hippocrates sectionis secundæ, aphorismo quinto, ita loquitur. Spontanea lasitudo

Non spontanea.

morbos prænunciat. Non spontanea verò est, quæ motus & exercitia comitatur. Vtraq; harum triplex est. Prima est in qua vniuersa corporis moles tendi putatur, hęcq; tensiua dicitur. Hęc à plenitudine nascitur, quæ partes à quibus ipsa continetur sic distendit, vt ab iis sine molesto sensu tolerari nequeat. Secunda est in qua corpus, quũ mouetur, veluti vlceribus consperſum esse putatur. Fit à mordaci humore, ideoque

Tensiua.

Vlcerosa.

motis

motis magis quàm quieſcentibus accidit. Per quietem enim mordaces humores minùs ſunt moleſti, quàm in motu, qui illos agitat acrioresq; reddit. Hinc ſe pungi, quaſi ſpinæ ipſis complures infixę eſſent, putantur. Quod etiam confirmant ea quæ lib. 4. de tuenda ſanitate, cap. 1. in eum modum ſcribit Galenus. Quę vlceris ſenſum facit laſſitudo, motus quidem grauem excitat ſenſum, ceu corpus vlceretur: idq; vel circa cutim tantùm, vtiq; quum eſt moderatior: vel circa ſubiectam illi carnem, quum eſt valentior, vel circa vtranque: quum eſt adhuc atrocior. Quare illa quæ magna admodũ eſt, quieſcentibus quoque eſſe moleſta ſolet. quum exigua motis tãtùm moleſtiam inferat. Tertia laſſitudo, in qua corpus conquaſſatum & contuſum eſſe putatur, eſt phlegmonoſa, quemadmodum libro tertio, capite quarto, Galenus diſertè atteſtatur, ita ſcribens. Phlegmonoſa laſſitudo eſt, in qua partes ceu contuſas, & phlegmone obſeſſas ſentimus. Ea laborantes ſe oſſium laſſitudine, quam Græci ὀστεόπονον vocant, detineri aiunt. Id quod accidit, Galeno loco iam citato teſte, vbi tendonibus, & neruis laſſitudo incidit. Hanc itaque ob penitiorem ſenſum, quem in partibus (quæ in alto corporis ſunt poſitę) excitat, ὀστεόπονον appellant. Nam ſummum locum cutis occupat, ſecundum ab ea muſculi habent, vtique circum oſſa poſiti, at tendines ipſis oſſibus adhærent. Quocirca nihil mirum eſt, quum hi quicquam prædictorum patiuntur, videri in imo, & circa oſſa malum hęrere. Qui igitur hac laſſitudinis ſpecie laborant, ne minimum quidem motum ſuſtinere poſſunt, ideoque nemo illorum pandiculari tentat, vt qui omnem motum formident. In reliquis autem duabus laſſitudinibus, vlceroſa nimirum, & tenſiua, pandiculationis motus fit. In vlceroſa, vbi ſcilicet exigua fuerit, tum enim motum tolerare poteſt. In tenſiua, vbi ex flatuoſis excrementis generatur. Ad pandiculationis enim motum, vbi halituoſis excrementis tranſpirationem molitur, natura expultrix impellit. Cæterùm de omnibus laſſitudinum ſpeciebus Galenus fuſiſsimè lib. 3. de tuenda ſanita. cap. 4. Et lib. 4. cap. 1. agit.

Phlegmonoſa.

ὀστεόπονος.

Vbi igitur vlceroſa laſſitudo maior euaſerit, nec qui ea laborant vllum motũ ſuſtinent, ſed dolorem veluti vlceris per corpus ſentiunt, & horrent. Si verò increuerit ſymptoma, ad horroris affectum proximè accedunt: quippe in eo horrent priuſquàm etiam moueantur. Quemadmodum autem quum vlceroſus fit ſenſus, vbi mouentur horrent, magisque ſi validior fuerit motus: ita horroris affectus, vbi motus acceſſerit, rigorem efficit. Siquidem hæc omnia à mordacibus oriuntur excrementis.

Vlceroſa quãdo in horroris affectum tranſit.

COMMENTAR.

Abſolutis tribus laſſitudinum generibus, quòd vlceroſa, vbi magna fuerit, in horroris affectum tranſire poſsit, & hic rurſus in rigorem, atque quod hæc omnia ſymptomata ab vna & eadem cauſa, nempe mordacibus excrementis naſcuntur, atq; adeò hac ratione inter ſe conueniant, nunc, oſtendere pergit. Quæ vt rectiùs aſſequamur animaduertendum erit, inter rigorem, horrorem, & frigefactionem eſſe differentiam. Nam ęgrotantium rigor, vt cap. vltimo prioris libri diximus, non eſt niſi inæqualis vniuerſi corporis concuſsio, quaſſatioq;. Non autem temerè adiectum à nobis eſt ęgrotantium, quòd ſcilicet etiam rigor ſit ſanorum, & probè valentium, qui nihil aliud eſt, niſi omnis refrigeratio dolorem inferens: vel breuiùs, ſenſus frigoris. Quę enim non ſentiunt, vt ſunt ſtupida & reſoluta, hæc etiam rigore haud corripiuntur. Horror autem cutis tantùm malum eſt, adeoque non eſt niſi ſuperficiei cutis inæqualis motus, ſeu concuſsio conturbatióve, reliquo corpore non moto, φρίκλω Græci nominãt. Frigefactio verò, quam κατάψυξιν Græci vocant, ſuperficiei cutis citra inæqualem motũ, ac concuſsionem refrigeratio exiſtit, quemadmodum Galenus in libello de rigore latiùs docet. Quæ ſanè diſtinctio, non tantùm propter ea quæ ſequuntur, ſed etiam

Rigor ægrotantium.

Rigor ſanorum.

Horror.

Frigefactio.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 305 sur 637

©BIUM

vt error Auicennæ,qui fen.1.quarti tract.2.cap.6 has voces minùs rectè distinguit, & explicat,diligenter tenenda erit.Cæterùm si vlcerosa lassitudo increscit,facilè in horrorem transit.Nam in vehementi lassitudine vlcerosa horrent,priusquàm mouentur. Nam horroris causam, nempe acrium humorum copiam, paratam iam habent, nec opus est vt motus accedat qui eos agitet,& acriores reddat. Horroris autem affectus, accedente motu,in rigorem mutatur,vt paulò post fusiùs docebimus.

Quomodo inter se inæqualitas, vlcerosa lassitudo,horror,& rigor differant.

Differunt verò inter se,tum excrementorum multitudine,tum motu,præterea quòd alia magis,alia minus mordacia sunt:& quòd corpus laborans aut difficulter patiatur,aut facilè,vel robustum,vel imbecillum sit,aut natura facile sentiat,aut hebetis sit sensus.Quod enim facilè sentit,ac imbecillum est, à leuissima causa infestatur.Robustum autem,& quod difficulter sentit,ad huiusmodi symptomatis generationem magnam requirit causam.Nunquid igitur in iis solis, an etiam in eo quòd causa mouetur,vel non mouetur?Et si mouetur,in eo quòd vel citiùs mouetur plurima est in symptomatis differẽtia?Mihi quidem sic videtur, eò quòd idem homo dum quiescit,sola interdum inæqualitate corripiatur:dum verò mouetur,horrore,dum autem exercitatur,rigore. Quamobrem medici experiẽtia edocti sic laborantibus consulunt, vt ab omni motu abstineant. Sed & aliquos: ex iis qui cruditate laborauerunt nouimus, quum quieuissent nihil perpessos: quum verò balneum fuissent ingressi, vel in Sole stetissent, horruisse idque multo magis,si exercitassent.Nam & Sol,& balneum,& exercitatio,ad motum excitant excrementa alioqui quiescentia, quemadmodum ex animi perturbationibus ira. Porrò à seipsis ad motum concitantur excrementa quæ alioqui quiescũt, si vel calefiant,vel tenuentur,vel in spiritum vertantur.

COMMENTAR.

Quadrifariã inter se prædicta symptomata differunt.

Hactenus qua ratione inter se inæqualitas,vlcerosa lassitudo,horror,& rigor conueniant monstratum est.Nunc quo pacto inuicem distent exponemus.Differunt autem inter se quadrifariam.Primùm quidem excrementorum multitudine, quæ enim multa sunt,paucis magis rodunt.Secundò motu,magis enim quę mouẽtur quàm quę quiescunt excrementa molestant. Tertiò acrimonia, quãto enim acriora, tãto magis mordent.Quartò diuersitate corporis laborantis φ vel facilè, aut difficulter patitur, vel robustum aut imbecillum est,vel facilis,aut hebetis sensus.Nam quod facile sentit & patitur,imbecillumque est à leuissima causa molestari solet. Contrà quod difficulter sentit ac patitur,robustumque est,non nisi à vehementi causa infestatur.Animaduertendum verò hoc loco erit perperam in Aldino Græco codice ita scriptum esse.

Aldini codex emendatus.

σ' σῶμα κάμνον ἢ δυσπαθὲς,ἢ θῦπαθὲς,ἢ ἀσθενὲς,ἢ θῦαισθητόν. Nã inter ἀσθενὲς & θῦαισθητόν inserendum erit ἰσχυρόν,ac ita sanè legendum.ἢ ἀσθενὲς,ἢ ἰσχυρὸν,ἢ θῦαισθητὸν ἢ δυσαισθητόν. Quod sequentia luculenter ostendunt,statim enim subiicit:τὸ δ' ἰσχυρὸν καὶ δυσαισθητόν. Vtriusq; igitur & robusti,& imbecilli corporis mentionem facit Galenus.Nam vires, vt lib.decimo therap.method.capite quarto, vbi idem tractat argumẽtum,ait,quum violentes sunt,omnia contemnunt ac tolerant: vbi autem infirmæ sunt redditæ, abs quouis offenduntur.Per infirmas autem vires in præsentia non intelligas eas quæ tales sunt, vt excrementorum copiam prorsus vincere nequeant, sed eas potiùs quæ excrementorum multitudine & acrimonia grauantur, nec sine magno conatu superiores euadere possunt.Id quod rigoris maximè nomine adiiciendum fuit. Quippe is,vt etiam in libello de rigore inscripto testatur Galenus, fit vbi natiuus calor

Infirmæ vires quæ.

Rigor quomodo fit.

à no-

©BIUM

à nocente excremento repulſus, intrò ſe veluti in arcem recipit, illicque ſe ſe colligens, fortiorque factus, & quaſi vinculis ſolutus, ad expellendum excrementum inſurgit, ac rurſus in extima fertur, valideque noxium humorem agitans, fermè & ipſe colliditur, liberè nimirum ob excrementi copiam ac moleſtiam permeare non potens, à quo ſæpe repulſus ad profundum redire cogitur. Tantiſper autē inæqualis hic in corpore motus perſtat & durat, quoad cum excremento calor pugnauerit. Cuius ſanè pugnæ tunc finis adeſt, quum natiuus calor excrementa & noxia tandem omnia expugnauerit. Atque hæc quidem exquiſita eſt rigoris ratio. Cæterùm quum tn prædictis quatuor, & in eo etiam quòd cauſa vel celeriùs vel tardiùs mouetur, plurima ſit in ſymptomatis differentia, nihil mirū eſt, ſi dictarū cauſarum quælibet vel per ſe, vel cū aliis iuncta, alii inęqualitatem, alii vlceris quempiam ſenſum, aut horrorem, aut rigorē adferre videatur. Imò eundem etiam hominem, dum quieſcit, ſola inæqualitate corripi, dum verò mouetur horrore, dum autem exercitatur rigore haud mirum videri debet. Nam pone vires imbecilles eſſe, corpus ipſum admodum ſenſile, habitum autem corporis gracilem, & temperamentum biliоſum, tum iis omnibus accedere peregrinationem, quæ ex vrgente quapiam cauſa ſit neceſſaria: poſteà iis propoſitis, det ſedulò operam vt plùs itineris, re ita poſtulante, peragat, quò citò domum redeat, nunquid huic ex eo qui excitatus eſt mordacium excrementorum motu, primùm quidem inæqualitas quædam, mox verò etiam horror promptè incidet? Quòd ſi motum quoque continuet, niſi priùs cibum ſumat, protinùs etiam febris, adeoque rigor? Quapropter medici experientia edocti, ſic laborantibus vt ab omni abſtineāt motu, conſulunt. Quāquam idipſum etiam faciendum ſectione ſecunda, apho .48. præcipit Hippocrates dū inquit. In omni corporis motu, quum fatigari quis cœperit, ſtatim quieſcere laſſitudini remedio eſt. Vt ex hoc etiā Galeni loco ſatis liqueat, quàm parum rectè fecerit Donatusquòd hanc Hippocratis ſententiam ſecus atque Galenus enarrare voluerit. Porrò motum plurimum in prædictis ſymptomatis habere momenti, balneum quoque abundè monſtrat. Nam qui cruditate laborant, ii certè interim dum quieſcunt nihil moleſtiæ ſentiunt, vbi verò balneum ingreſsi fuerint, aut in Sole ſteterint, ſtatim horrore corripiuntur, idque magis ſi ſe exercitant. Cuius rei cauſam Galenus ſtatim ſubiicit, inquiens. Nam Sol, balneum & exercitatio, excrementa alioqui quieſcētia ad motum excitant, perinde atq; ex animi perturbationibus ira. De qua infrà, capite nimirū nono fuſiùs agemus. Suprà quoque capite ſecundo, libri de morborum cauſis dictum eſt, iram eſſe feruorem caloris circa cor. Feruor autē ſanguinis, nō fit ſine motu. Quæ hîc de Sole, balneo, & exercitio dicta ſunt, eadem etiam libro decimo, therapeuticæ methodi, capite decimo, à Galeno traduntur, vbi ab iis omnibus confertum excremētorum impetum fieri ſcribit. Item libro ſecundo, de iudiciis capite tertio, vbi ait. Si ad balnea, atque eiuſmodi alia uentum eſt, humores qui interim quieuerunt, vehemētiùs mouētur. Et in libello de rigore idem teſtatur. Prætereà quum exercitatione crudi humores moueantur, cauendum vnicè erit, quemadmodum etiam libro quarto, de tuē. ſanitate capite quinto, monet, ne qui in primis venis crudorum humorum copiam habent, ſe exercitent, nec omnino moueant, ſed nec lauent. Siquidē omnes id genus motus, humores illos in totum corpus agunt, obſtructionesque & putredines efficiunt. Porrò prædicta excrementa non tantùm ab externis, ſed etiam internis, adeoque à ſeipſis trifariam mouentur. Primò vbi calefiunt, ſecundo vbi extenuantur, & tertiò quū in flatus vertuntur. Si enim calefiunt, vel extenuantur, aut in flatus conuertuntur, neceſſe eſt vt quum priùs quieuerint, iam moueantur. Neurum enim horum trium ſine alteratione, quæ motus eſt ſpecies, perficitur.

Donat⁹ à Mutiis notatur.

Ira.

" Qui in primis venis crudorū humorū copiā habēt, ab omni motu abſtinere debent.

Excremēta à ſeipſis trifariā mouentur.

Nec mirum videri debet corpus quum excrementa quieſcunt minus infeſtari, quum verò mouētur magnopere contriſtari, & concuti horrore, rigore, ac febre

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 307 sur 637

©BIUM

correptum. Nam etiam dura corpora, quæ oculis extrinſecùs incidunt, claudentibus nobis palpebras, & particula quieſcente, aut parum omnino, aut nihil infeſtant: ſi verò moueatur, toleratu difficilem dolorem afferunt. Sed & citra exemplum ex ipſa rerum natura inuenire licet, motam cauſam quieſcente magis infeſtam eſſe, quoties ſcilicet per ſenſibilia corpora defertur, veluti in oculis nũc eſt nobis propoſitum. Neque enim de humoribus qui per venas & arterias fluunt, ſermo eſt, ſed de iis qui & in carne, & in vniuerſo corporis habitu ſunt. Quum igitur quidpiam per hanc violenter agitur, & ad cutem fertur, in ipſo per carnem & cutem tranſitu, neceſſe eſt vt ſtimulet, & pungat, & diuidat, & vulneret eas partes omnes quibus obuium fuerit.

Mota cauſa quieſcente magis infeſtat.

COMMENTARIVS.

Exemplo duorum corporum, quę oculis extrinſecũs incidunt, & ex ipſa rei natura, cauſam motam quieſcẽte eſſe moleſtiorẽ, magisque infeſtare, docet. Nam ſi dura aliqua corpora oculis incidunt, vbi claudimus palpebras, & oculus omnino quieſcit, aut parum moleſtiæ afferunt, aut nihil infeſtare ſolent. Si verò nõ quieſcit oculus, ſed palpebra crebrò mouetur, toleratu difficilem dolorem inferunt. Verum etiam citra exẽplum, ex ipſa quidem rei natura inuenire licet, cauſam motam quieſcente magis infeſtam eſſe. Quippe cauſa dum quieſcit, conſuetudine quadam membro in quo continetur, fit familiaris. Aſſuefacta igitur nullam, aut certè minimam illi moleſtiã infert, propterea quòd huiuſmodi cauſa veluti quędam acquiſiticia natura ſit. Nullum enim corpus, vt ſuprà etiam dictum eſt, à ſua ipſius natura infeſtatur. Mota autem & agitata, inque partes impetu quodam lata, præſertim vbi ſenſiles fuerint, vt ſunt oculi, quorum paulò antè exemplo vſus eſt Galenus, illas moleſtat, adeoque dolore afficit. Hinc eſt quòd humores qui per venas & arterias fluunt, quòd ſenſiles partes non ſint, nullũ rigorem excitent. Vbi verò è venis ad ſenſiles corporis partes, carnem nimirũ, & vniuerſum corporis habitum, effuſi fuerint, perque illas violenter agũtur, & ad cutem feruntur, in ipſo per carnem & cutem tranſitu, eas ſtimulent, pungant, diuidant, & vulnerent, neceſſe eſt. In tertianis itaque & ardentibus febribus, non à flaua bile in vaſorum cauis deliteſcente, ſed per carnes mota, rigor, & horror fit,

Dura corpora oculis incidẽtia.

Humores qui per venas & arterias fluunt, nullũ rigorem excitãt.

Quòd autem omnis mordax & mota cauſa, ſiue calidiſsima, ſiue frigidiſsima fuerit, animanti & horrorem, & rigorem inducat, primùm ex huiuſmodi argumentis cognoſcere licet. Si ſano corpori feruentem aquam derepentè aſpergas, aut ignis ſcintillas incutias, protinus horridum euadet. Quinetiã ſi vlceratis particulis medicamentum adurendi vi præditum imponitur, primùm quidem horrẽt, deinceps horrore corripiuntur, & nonnulli etiam febricitant. Sed etiam tertianæ febres, quæ vt omnium febrium maximè bilioſæ calidæque ſunt, ita ſanè omnium maximè horridæ ſunt. Et quò fuerint exquiſitiores, eò etiam vehementior fit ipſis rigor. Inſuper ei qui ardente febre correptus eſt, ſuperueniente rigore ſolutio fit, ait Hippocrates, quòd bilis quæ interim in venis errabat, à natura per carnes ad cutẽ detruditur. Igitur motº & delationis ipſiº qua per ſentiẽtia corpora defertur, ſimul ſymptoma, & ſignum eſt rigor. Prætereà huiuſmodi rigore affecti ſudant, vacuataque ipſis bile, à febre liberantur. Interdum verò, vbi non ad cutem, ſed ad internas partes impetum facit, vel per vomitiones, vel per ventrem inferiorem vacuatur

A cauſa mordaci & mota excitari rigorem.

Rigor ardentẽ febrem ſanat.

cuatur. Sæpenumero verò & intrò & foràs, eadem die eſt delata, vt ſimul ſudore, & vomitu, & deiectione alui vacuata ſit bilis.

COMMENTAR.

A cauſa mordaci & mota tum calidiſsima, tum frigidiſsima, horrorem & rigorẽ excitari, multis iiſdemque euidentiſsimis argumentis oſtendit Galenus. Neque ab re dixit & mota, vt enim fiat rigor, non modo opus eſt vt quæ mordeat in nobis ſit cauſa, ſed etiam vehementer moueatur. Hinc quòd laborantes morbo regio, & ardẽte febre correpti nullo capiantur rigore. Nam etſi cauſa eſt mordax & acris, tamen quia nõ vehementer in prædictis malis mouetur, ideò nullum rigorem excitare poteſt. Quare omnibus hinc perſpicuum fit, Auicennam plurimùm errare, qui Fen. 1. tract. 2. capite 6. rigorem à viſcidis humoribus naſci ſcribit, inquiens. Et de cauſis vehementiæ rigoris, eſt vehementia virtutis expulſiuæ in lacertis, & propter illud quanto eſt cauſa rigoris viſcoſior, tanto rigor eſt vehemẽtior. Hactenus Auicenna. Sed quid iis verbis ineptius, quid falſius eſſe poſſet? Si enim ſine veheméti motu, quod hîc diſertè aſſerit Galenus, & experientia confirmat, rigor euenire nequit, omni verò impetu, quum in iis partibus, quas occupat, tenaciter hæreat, humor lentus vicidúsve deſtitutus ſit: prætereà quũ omni acrimonia & mordacitate, quæ facultatem ad excretionem irritet, careat, quomodo rogo rigorem excitabit? Sed ad manifeſti erroris confutationem pluribus non eſt opus neque verbis, neque argumentis. Ad Galeni itaque argumenta, quibus à cauſa mordaci & mota horrorem, & rigorẽ excitari probat, redeamus, quorum hoc ſanè primum eſt. Si ſano corpori feruens aqua infunditur, aut ignis ſcintilla iniicitur, ſtatim horrorem excitari videmus, vt hinc palam fiat, calidam etiam cauſam horrorem in ſano corpore inducere poſſe. Alterum argumentum eſt de particulis exulceratis, adeoq; morbo laborantibus, quibus ſi medicamentum adurendi facultate præditum, καυστικὸν Græci appellant, imponitur, primum quidem horrorem, deinceps rigorem, & in nonnullis etiam febrem, quibus ſcilicet calidior fuerit natura, & gracilis corporis habitus, ſenſuſque acrimonia maior, vt paulò antè etiã monſtrauimus, excitabit. Tertium argumentum quo monſtratur cauſam calidam inducere horrorem & rigorem, hoc eſt. Tertianæ febres omnium ſunt maximè horridæ, eò quòd bilioſæ ſunt & calidæ. Intelligit autem tertianas non quidem ſimplices, & ſinceras, ſed compoſitas, hæ nanq; inter horridas rectè nominantur. Horridæ autem, vt libro ſecũdo de differentiis febriũ, capite octauo, & libro primo, Epide. comm. 23. Galenus atteſtatur, vocantur febres, nõ quæ quum horrore inuadunt, ſed in quibus magnam acceſsionis partem horrores occupant. Tales certè ſunt ſemitertianæ dictæ, ex tertiana intermittente, & quotidiana continua compoſitæ. Quum enim ſint partim bilioſæ, partim pituitoſæ, ideò horridæ admodum ſunt, horrorque, vt qui medium inter rigorem & frigefactionem locũ obtinet, magnam acceſsionis partẽ occupat. Tertianæ verò ſincerę & exquiſitæ, vtpote maximè bilioſæ ac calidæ, vehementem excitant rigorem. Et quo fuerint exquiſitiores, eo etiam vehementiorem rigorem afferunt. Quartum argumentum Galeni id eſt. In ardente febre nõ alia de cauſa fit rigor, niſi quòd bilis quæ anteà in venis hinc inde errauit, nunc à natura per carnes, partes maximè ſenſiles, ad cutem detruditur. Igitur bilis motionis & delationis, qua per ſentientes partes defertur, rigor ſimul ſymptoma & ſignum eſt. Symptoma, quia ſcilicet bilis motum & delationem ſequitur. Signũ, eò quòd illam delationem indicat. Nam qui huiuſmodi rigore laborant, ij ſudant, atque bile vacuata, febre ſubinde liberantur. Verùm ſi bilis non ad cutem, ſed ad internas corporis partes impetum facit, tum vel per vomitum, vel aluum vacuatur. Id quod etiam in libello de rigore iis verbis ſignificauit Galenus. Quòd ſi, inquit, calor natiuus profunda petens, deuicta violentia aceruetur, hoc ſanè pacto, inſtrumentum expultricis, quæ in vnoquoque membro eſt, facultatis euadit. Hæc enim & per ſeipſam, læden-

Ad rigorem excitãdum neceſſe eſt cauſam etiã moueri.

Auicennæ error rigorem à viſcidis humoribus naſci dicentis.

Argumenta Galeni quib⁹ à cauſa mordaci & mota horrorem ac rigorem excitari probat.

Horridę febres quæ?

Rigor ſymptoma ſimul & ſignum.

©BIUM

" tia expellere nata,fortiùs cum calore redeunte ab internis eadem propulsabit. Vnde
" quæ lædunt per cutẽ sæpiùs propellit,vomitu atque citata aluo pluries.Hæc Galenus.

Duo in rigore fiunt.

Duo itaque in rigore fiunt,sanguis enim in profunda fertur,eoque corporis exteriora frigefiunt: & partes in quibus bilis est,facultate quæ aliena expellit,illam in proximam quanque reiiciunt,quoad ab omnibus expulsa,vel sudoribus,vel vomitibus,vel citata aluo,expurgetur.Non rarò autem accidit,vt bilis eodem die,& intro,& foras deferatur:quod tum maximè accidit,vbi redundans humor multus fuerit,& expultrix facultas valida:& tum simul sudore acvomitu,aluiq; deiectione vacuatur.Si enim ad cutem ac summum corporis bilios us defertur humor,sudore expellitur.Si verò ad ventriculum,& eius potissimùm superiora tendit,vomitione.Quod si ad imum vẽtrem,& intestina descendit,alui deiectione.

Rigor ardentis febris causa salubris non est.

Qui verò rigorem ardentis febris salubrem esse causam,propter refrigerationem putant:contraria enim cõtrariorum esse remedia:tota errant via.Nam primùm si id verum esset,liceret ipsis rigorẽ excitare,partim frigida aqua vel aspersa,vel affusa:partim ægro ipso nudo in frigidũ aërem delato,aut in frigidæ aquæ solum demisso.Deinde si per mutationẽ ad contrarium habitum iis qui in ardenti febre rigore sunt correpti solutio febris accideret, vt post rigorem febricitare desisterent,oporteret.At non sic se habet veritas.Quippe non simul cum rigore febricitare desinunt,quum multo maiori febre post rigorem quàm anteà corripiantur:sed postquàm largiter sudarunt,aut flauam bilem vomuerunt, aut per intestinum deiecerunt.Consentaneum enim est,ex vehementiore bilis motu, vehementiorem accendi febrem.

COMMENTARIVS.

Reprehendit quorundam erroneam sententiam,qui rigorem ardẽtis febris causam salubrem adeoque remedium esse putant, manifestisque argumentis illum non per se,

Rigor nõ per se sed ex accidenti sanat febrem.

sed ex accidenti,quia nimirum bilem vacuat,sanare febrem ostendit.Si enim rigor veluti suum contrarium ardentem sanaret febrem,certè quacunque fieri posset ratione ipsis rigorem excitare liceret,nempe frigida aqua vel aspersa, vel affusa, aut ægro ipso nudo in frigidum aërem delato , aut in frigidum solum demisso . Sed quanquam ista ratione rigorem inducere licebit, tamen is ardentem febrem nunquam curabit.Non est itaque cur rigor tanquam contrarium febrem sanet, si enim hoc nomine sanaret,illam perpetuò sanaret.Nunc quia non omnis rigor sanat febrem,alia de causa,quàm vt illi sit contrarius,hanc sanet necesse est.Atque hoc primum est Galeni argumentum,quo aduersariorum peruersam opinionem confutat.Alterum est illud.Si rigor ardentem febrem sanaret propterea quòd ad contrarium habitum corpus mutaret,tunc vt protinus post rigorem febricitare desinerent,necesse esset . Non desinũt autem febricitare,igitur sicut contrarium non sanat . Quòd verò non desinant simul cum rigore febricitare manifestissimum est.Nam post rigorem multo quàm anteà vehementiori febre corripiuntur.A rigore enim maior excitatur calor,propterea quòd ex vehementiore bilis motu vehementior accendatur calor. Postquàm verò largè sudarunt,aut flauam bilem vomuerunt,aut per inferna deiecerunt, febricitare desinũt. Vnde omnibus palàm fit,rigorem non quia contrarius , sed quia bilem vacuat sanare

Nõ omnis rigor sanat febrem.

febrem.Præterea quòd non omnis rigor, sed is tantum qui à causa interna excitatur, adeoque morbosus dicitur,& verè rigor est,ardentem febrem sanet.Id quod Galenus

Morbosus rigor.

etiam in libello de rigore iis significare verbis voluit. Morbosum, ait, vocamus rigo-
" rem,vbi à nulla externa violenta causa, sed ex seipso corpus eiusmodi affectũ obtinet.

Sic

Sic enim puto & Hippocrates dixit. Ei qui ardēte febri correptus eſt, rigore ſucceden- »
te ſolutio fit. Non igitur frigidam aquam febricitanti infundēs rigorē facies, ſed quā- »
do ab ipſo affectu qui in corpore eſt, excitatur. Vt Sole nūc meridiano clarius ſit, non »
omnem rigorem, neque enim eum qui ab externa, ſed eum potiùs qui ab externa cau-
ſa excitatur, febrem ſanare.

Quòd igitur non ſolùm à frigidis cauſis, verumetiam à calidis cauſis rigore tententur, iam manifeſtum eſt. Cæterùm quam ob cauſam maximè cōtrariis cau ſis idem ſuccedat ſymptoma, deinceps dicendum eſt, ſi rurſus admonuerimus eorum, quæ expultrici facultati moleſta eſſe demōſtrauimus. Non enim ea dūtaxat quæ in amplis inſtrumentorum ſpatiis continentur excernit, veluti iam oſtenſum eſt in ventriculo, vtero, vtriſque veſicis, inteſtinis, pulmone, & naribus, quæ verò in ipſis corporibus naſcuntur excrementa negligit: ſed ab iis quoque quotidie omne quod redundat excernit, & citra moleſtiam, & per eam quæ ſenſum latet trāſpirationem: vbi ſcilicet lege naturæ animal gubernatur. Vbi verò quidpiam mordens in ipſo conſtiterit, maximè ſi vehementer moueatur, tum & infeſtatur, & expellere, quocunq; maximè licet modo, è membrorum ipſorum corpore quidpiam excernere feſtinat: particulis ſcilicet ipſis ſe ſe cōtrahentibus, ac conſtringentibus, deinceps qualibet excrementum quod in ſe continet propellente. Verùm ſi omnes ſimul hoc motu moueri intelligas, concuſſione quaſſationeque totum corpus corripietur, quali in rigoribus vexari cernitur. Neceſſe enim eſt, opinor, muſculis omnibus concuſſis, cum ipſis & articulos vnà concuti: quibus ſic concuſſis extentiones etiam quaſdam, incuruationéſque inuoluntarias incidere.

COMMENTAR.

Quæſtionem explicatione digniſsimam hoc loco Galenus mouet, cur à contrariis cauſis idem excitetur pathema: neque tamen illam ſtatim explanat, ſed priùs nonnulla de expultrice facultate quę ad præſentem rem rectè intelligendam plurimùm conferunt, recenſet: nempe quòd expultrix facultas non ſolùm ea quæ in amplis inſtrumē torum ſpaciis continētur excremēta, ſed etiam ea quæ in membrorum ſubſtantia hærent & naſcuntur expellit, idque diuerſis rationibus. Nam prioris ordinis excrementa, quæ ſcilicet in ventriculo, vtero, vtriſque veſicis, inteſtinis, pulmone, & naribus continentur, ſenſibili excretione, quæ vel per vomitū, vel alui deiectionem, menſtrua, vrinā, tuſſes, vel ſternutamēta fit, expellit. Alterius autē, modò naturæ lege animal gubernetur, per eam quæ ſenſum latet tranſpirationē. Naturæ verò legibus gubernatur animal, quando expultrix facultas ſatis roboris habet, nec cutis plus æquo denſior eſt, adeoque animal integra ſanitate fruitur. Cæterùm ſi quidpiam quod mordet in ipſo animali conſtiterit, præſertim ſi vehementer moueatur, tum ab eo excremento mordaci infeſtatur, ideoq; idipſum, quocunq; maximè licet modò, è mēbrorū corpore expellere feſtinat, cōtrahentibus ſcilicet ac conſtringentibus ſe particulis, & mox qualibet parte excrementum quod in ſe continet, propellente. Et ſi omnes ſimul hoc motu contractionis mouentur, concuſsione quaſſationeque totum corpus corripitur, quæ non eſt niſi rigor. Atque hæc quidem ratio eſt motus illius, qui verè ac propriè rigor appellatur, qui vtique ſi excrementum, vt diximus, mordax eſt, excitatur. Neque enim tum per latentem trāſpirationem expelli poteſt, quòd ſcilicet tātiſper in parte, propter ſuam acrimoniam, qua illam plurimùm infeſtat ac contriſtat, donec idipſum fiat, hærere non poſsit. Quocirca ſtatim ad ſui expulſionem naturam irritat, ac motum illum

Expultrix facultas nō ſolùm ea quę in amplis inſtrumentorū ſpaciis continentur, ſed ea etiā quę in membrorum ſubſtantia hęrēt, expellit.

Naturæ legibus quando gubernatur animal.

Rigor.

©BIUM

concuſſoriũ rigorẽm ve excitat. In quo quũ omnes muſculi concutiantur, vt vnà etiã omnes articuli cõcutiantur, neceſſe eſt. Quibus ſic concuſsis, quoq; extenſiones quaſdam, neruis nimirum & tentinibus, vtpote quæ partes ſunt omnium maximê ſenſiles, omnium primis huius pathematis vim ſentientibus, & inflexiones inuoluntarias, cõtrahentibus ſcilicet ſe particulis, incidere neceſſe eſt.

Rigor vt differt à conuulſione, & palpitatione.

Eſt tamen huiuſmodi motus diuerſus ab eo qui in conuulſione, palpitationeque viſitur. In conuulſione nanque ſimiliter, non tamẽ ab eadem facultate motus perficitur. In palpitatione verò non ſimiliter, ſed, vt anteà dictũ eſt, attollitur vnà cũ muſculo qui à flatuoſo ſpiritu dilatatur membrum ipſum. In rigore autem, vt paulò antè dictum eſt, omnis muſculi particula mouetur, ſeipſam expurgans. In illarũ verò motu, totus muſculus concuſſus, quaſſatusque, articulum in quem inſeritur vnà ſecum concutit. Huiuſmodi etiam motus in thoracis muſculis, per inæquales intemperies accidit. Eam ob rem leuis & ad tuſsiendum irritans tuſsicula ſequitur. Concutiuntur enim muſculi, ea quæ in carnibus ipſorum moleſta ſunt per pulmonis arterias excernere cupientes. In cæteris autem tuſsibus, eos vehementer pulmoni irruere demonſtratum eſt, & confertam exufflationem excitare. Ac vehementiùs irruunt in ſternutatione, quum confertim ſpiritum qui in naribus continetur expurgare nituntur. Atque hoc intelligentes nonnulli qui infirma erãt virtute, indigentes vt ea quæ in thorace, & pulmone expuerent, ſternutamẽtum ſibi, nares laceſſendo, ciebant, vt violentia huius motionis, quod per tuſsim eiicere non valuerunt, expuerent. Verùm de huiuſmodi tuſsis genere iam anteà abundè dictũ eſt. Quæ verò ex intemperie inſtrumentorum reſpirationi ſeruientium accidit tuſsis, eiuſdem cum rigoribus & horroribus eſt generis. Differt autem eò, quòd citiùs ipſa ſentitur, propterea quòd reſpirationis inſtrumenta nunquam quieſcunt. Mõſtratum nanque priùs eſt, quòd huiuſmodi affectus per totum corpus, motus maximè prodit.

COMMENTAR.

Rigor à conuulſione vt differt?

Quo pacto motus rigoris à conuulſione, palpitatione, & tuſsi qui à nuda intemperie inſtrumentorum reſpirationi ſeruientium accidit, differat, oſtẽdit. Quôd enim ad cõuulſionem attinet, etſi ſimiliter in ea ac in ipſo rigore incuruantur & inflectuntur muſculi, adeoque hac ratione cum rigore illi conueniat, tamen quia conuulſionem conſtat non à facultate expultrice fieri, ſed à morbo, vt dictum eſt capite primo huius libri, ideò à rigore hoc nomine diſtat.

A palpitatione.

A palpitatione verò differt, quia in ea non eſt ſimilis motus. Nam vt dictum eſt, capite ſecundo huius libri, in palpitatione vnà cum muſculo qui à flatuoſo ſpiritu dilatatur, membrum attollitur. In rigore autem, omnis muſculi particula mouetur, ſeipſam expurgans. Intereà verô quum partes muſculi mouentur, totus muſculus concuſſus, vnà etiam ſecum articulum cui inſeritur concutit, vt etiam paulò antè dictum eſt. Animaduertendum autem hoc loco erit, Aldinum Galeni codicem Græcum eſſe deprauatum, ita enim legit. πᾶν μόριον κινεῖται τῷ μυὸς ἐκκαθαίροντος ἑαυτό. Quæ quidem lectio quũ Grammaticè rationi aduerſetur, vera eſſe nequit. Quòd ſi igitur vt regulis Grãmaticorum reſpõdeat efficere cupis, vt pro κινεῖται legas κινεῖ eſt neceſſe. At tum abſurdus erit verborum Galeni ſenſus, is ſcilicet. Omnis particula muſculo expurgante mouet ſeipſam. Quare alia ratione locus ille emendandus erit, ita nimirum, vt ἑαυτὸ in ἑαυτὸν commutes, & is ſit prædictorũ verborũ ſenſus.

Aldinus codex Græcus emẽdat.

Omnis

©BIUM

Omnis particula mouetur,muſculo ſeipſum expurgante. Quam certè lectionem Copus eſt ſecutus. Aut in eum modum: πᾶν μόριον τὸν μῦς κινεῖται, ἐκκαθαίρων ἑαυτό. Quã quidem lectionem nos in noſtrã conuerſione,quòd cæteris eſſe uerior videatur, expreſsimus. Hanc enim vetus interpres etiam ſecutus eſt,qui locum præſentem ita conuertit. In illo autem motu qui fit in rigore,omnes lacerti particulæ mouentur, vt vnam quanque rem noxiam à ſe expellant. Hùic quoque lectioni & quæ præcedunt, & quæ ſequuntur conſentiunt. Paulò enim antè inter reliqua ſic dixit. Particulis ſcilicet ipſis ſe contrahentibus ac conſtringentibus, mox vnaquæque earum, partem excrementi quod in ſe continet propellente. Si itaque ſe contrahunt, moueantur etiam oportet. Contractio nanque ſine motu fieri haud poteſt. Statim etiam poſt hæc verba:omnis muſculi pars mouetur,ſeipſam expurgans:ſubiicit. In illarum verò motu:vt hinc omnibus fiat perſpicuum, lectionem quam nos ſecuti ſumus,cæteris eſſe meliorem. Trifariam igitur palpitatio à rigore differt. Primò quòd illa à morbo,vt dictum eſt capite primo huius libri, excitetur, rigor verò ab expultrice facultate. Secundò,quòd in palpitatione pars non à ſeipſa, ſed à flatuoſo attollatur ac moueatur ſpiritu:in rigore autem à ſeipſa quęuis pars mouetur, quum partem excrementi quod in ſe continet expurgat,&protrudit. Tertiò,in rigore pars mota articulos ſecum concutit,& vnà mouet:in palpitatione ſola pars dilatata mouetur. Pergit deinceps in contextu Galenus,& docet quòd etſi motus qui in thoracis muſculis per inæquales nudas intemperies fit,rigori ſimilis eſt, tamen hinc differre non ſolùm à motu qui fit in tuſsibus aliis ab intemperie cum affluxu humoris natis,ſed etiam à rigore & horrore. Quòd autem motus muſculorum thoracis per inæquales nudas intemperies excitatus rigori ſimilis ſit, inde liquet. Concutiuntur enim thoracis muſculi, perinde atque in rigore & ea quæ in carnibus ipſorum, moleſta ſunt, per aſperam arteriam excernere cupiunt. Ideóque leuis & exigua tuſsicula, imò potiùs ad tuſsiendum irritamentum: idipſum enim per hæc verba βραχυτέρα καὶ κερχνωδεστέρα βῆξ, Galenus innuere voluit: ſequitur. In cæteris autem tuſsibus à confluxu alicuius humoris pronatis, vehementiùs pulmoni irruunt muſculi,& confertam exuffiationem excitant,vt capite ſexto huius libri monſtratum eſt. In ſternutatione adhuc vehemẽtiùs pulmoni irruunt,quum ſpiritum qui eſt in naribus confertim expurgare conãtur. Nam vt loco iam citato dictum eſt,in ſternutationibus vno impulſu tum à pulmone,tum à capite ſpiritus emittitur. Quòd nonnulli, quibus infirma admodum fuit facultas, intelligentes,vt ea quæ in thorace & pulmone continerentur,commodiùs eiicerent, nares laceſcendo,ſternutamentum cierunt. Hac enim ratione effecerunt, vt quod per tuſsim eiicere non valuerunt, per ſternutamentorum violentiorem motum, expuerent,veluti loco iam monſtrato copioſiùs eſt à Galeno expoſitum. Cæterùm vtcunque tuſsis ex nuda intemperie inſtrumentorum reſpirationi famulantium eiuſdem cum horrore & rigore ſit generis, tamen differt abiis,quòd citiùs,propter aſsiduum iam dictorum inſtrumentorum motum, ſentiatur. Nunquam enim quieſcunt, vt ſcilicet in nobis caloris innati ſymmetriam ac commoderationem conſeruent. Quocirca ſi per cauſam quampiam vel minimam à ſua functione impediantur,ſtatim quòd moleſtat explodere nituntur,tuſsimque excitant. Meatus enim ſpiritus liberos & apertos eſſe oportet, ne ſi à ſuo munere impediti deficiant,animanti certum afferant exitium. Cuius quidem rei multa extant apud Plinium,alioſque ſcriptores teſtimonia,quæ libens nunc prætereo. Non eſt igitur mirum quod inſtrumenta reſpirationis,eò quòd in perpetuo ſint motu, ſuos affectus præter naturam citiùs ſentiant. Monſtratum nanque priùs eſt,vbi ſcilicet cauſam motam quieſcente magis eſſe moleſtam diximus,motum huiuſmodi affectus per vniuerſum corpus prodere,ac manifeſtare.

Motus muſculorũ thoracis per nudas inæquales intemperies excitatus rigori ſimilis.

Tuſsis ex nuda intemperie quo pacto ab horrore & rigore differat.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 313 sur 637

©BIUM

Quibus signis ea quæ in tussi & rigore infestãt humida sint an aerea deprehendere liceat.

Igitur si ea quæ molestant suaptè natura humida fuerint, violẽto hoc concussu & quassatione, quæ in tussi ac rigore cernitur, ab expultrice facultate trusa vltrò citroq; ad loca obediẽtia ferũtur, quædam ad superiora, quædã ad imũ ventrẽ, quædã ad cutẽ foràs, ita vt sensibilis eorũ vacuatio fiat. Vbi verò flatuosa tãtùm sine humore substãtia, vel iustò calidior, vel frigidior per corpus transeat, vtiq; horrent tum quoq;, rigore etiã eandẽ ob causam corripiũtur, nihil tamen quod sensus notare queat vel vomunt, vel per sudorẽ excernũt, vel per inferna deiiciũt, quòd aërea sint quæ expultricem facultatẽ irritant. Sic in balneis adurrentibus, si præsertim derepentè confertimque non præcedente calefactione ijs accesserimus, statim horrore corripimur. Pariter si in frigidum aërem confertim transferimur: aut si nõ confertim, cogamur tamẽ in ipso diutiùs immorari, quemadmodum in peregrinationibus aliquãdo accidere cõsueuit. Eiusmodi rigoris calefactio remediũ est, nõ sudor, aut vomitus, aut alui deiectio. Quoniam verò, vt dictũ est, & frigida, & calida causa rigorem excitãt, calidæ quidem, quæ aërea fuerit, refrigeratio satis auxiliatur: Humidam verò febris necessariò sequitur. Sanatur verò vacuatione. Frigidæ autẽ, quæ aërea sit, remedium est calefactio, Humidæ verò, interdum sola concoctio sufficit, interdum vacuatio, nonnunquam ambo competunt.

COMMENTARIVS.

Quibus indiciis num ea quæ in tusi & rigore infestant humida, sint an aërea deprehendere liceat, hoc loco monstrat. Si enim humida fuerint ea quę ab expultrice facultate vltrò citroque protrusa, ad ea quæ obediunt ac cedunt loca feruntur, vacuatio eorum sensibilis planè est, siue ad superiora corporis loca, siue ad imum ventrem fuerint delata. Nam vel per vomitum, vel per sudorem, vel imum ventrem excrementa illavacuantur. Si verò aerea ac flatuosa fuerint, vacuatio illorum sensum latebit. Quòd autem aerea substantia plùs iusto calidior rigorem excitare possit, calidissimorum balneorum exemplo Galenus monstrat. Si enim derepentè, ac confertim sine præcedente aliqua sensim facta calefactione, eiusmodi balnea quis ingressus fuerit, statim horrore corripitur. Quòd verò frigida rigorem excitet, in frigidum aerem confertim facta translatio abundè mõstrat. Siquidem & hæc ipsa horrorem excitat. Id quod accidere etiam solet, vbi in frigido aere diutiùs morari cogimur, quod hyberno tẽpore iter facientes satis experiuntur. Si itaq; externa causa aerea frigida vel calida horrorẽ excitare potest, cur non itidem interna faceret? Porrò quum iam ostensum sit quibus notis, nũ humida, an aerea sint excrementa horrorem & rigorem inducentia, dignoscere liceat, nunc quid conferat, idipsum scire Galenus mõstrat. Confert autẽ plurimùm ad curandi rigoris rationem. Nam rigor ab externa causa frigida excitatus non curatur vomitu, sudore, alui deiectione, aut alia huiusmodi sensibili vacuatione, sed calefactione. Contraria enim contrariorum sunt remedia. Vt igitur à frigida aeris intemperie est procreatus is rigor, ita à calore, qui frigori contrarius est, sanatur. A calida autem interna aerea causa excitatus rigor, refrigeratione, tanquam suo contrario, sanatur. Quòd si non aerea, sed humida fuerit causa rigorem inducens calida, hanc certè necessariò febris sequitur. Quippe humor calidus qualis est flaua bilis, dum putrescit, non tantùm quum per sensiles corporis partes fertur, rigorem excitat, sed quia partes etiam vicinas præter naturam calefacit, febrem quoque succendit. Sanatur itaque vacuatione, quæ fit vel per vomitum, vel sudorem, vel alui deiectionem. Si verò causa interna frigida fuerit aerea, calefactione,

Aerea substantia plus iusto calidior rigorem excitat.

Prædictorum vsus.

Vt

vt dictum eſt,ſanatur.Sin humida, interdum, vbi ſcilicet humor non eſt admodum corruptus,& vitium corrigi poteſt,cõcoctione curatur. Loquitur autem Galenus hoc loco de ea concoctione,qua ea quæ citrà ſanguinem conſiſtunt, exactam elaborationem adipiſcuntur.Nam hac ratione cruda ſunt quę citra ſanguinem ſubſiſtũt,& perfectam concoctionem non attingunt,vt fuſiùs ſectione prima, aphoriſmi commentario viceſimoſecundo,& ſuprà etiam capite ſexto libri primi de ſymptomatum cauſis monſtrauimus.Quòd ſi igitur à pituita,quàm Praxagoras vitream, Philippus autẽ crudum nominat humorem,fit rigor,conandum eſt vt concoctione ſeu alteratione, quæ per calida & incidendi vi prædita medicamenta fit,is humor emẽdetur,& in priſtinum ſtatum reducatur. Atque hinc eſt quòd Galenus libro ſecundo,de naturalibus facultatibus in fine ita ſcriptum reliquerit.Quod pituitam expurget natura nullũ condidit inſtrumentum,propterea quòd frigida & humida eſt,ac veluti ex dimidio coctũ alimentum. Deſiderat igitur talis ſuccus non vtique vacuari,ſed in corpore manens alterari.Cæterùm non tantùm in frigidorum humorum vitio ſæpe alteratio plùs quàm vacuatio confert,ſed etiam in calidorum. Vnde libro primo ad Glauconem Galenus ita ſcriptum reliquit.Semper autem,inquit,coutrarias qualitates illis quæ præter naturam inualuerunt opponere,quum hoc multo plùs iuuet,quàm quomodolibet vacuare. Vnde omnibus perſpicuum fit,plurimùm errare vulgus medicorum,qui in quouis humorum vitio vacuatione eſſe vtendum iudicant, ea præſertim, quæ per purgantia fit medicamenta.Sed horum errorem lib.2.paradox.cap.6.abundè confutauimus, vt non ſit neceſſe nos hîc eſſe longiores. Interdũ autẽ in humida frigida cauſa vacuatio requiritur,vbi nimirum humor alteratione corrigi nequit.Nonnunquam ambo,cõcoctio nimirum & vacuatio,competunt. Vbi ſcilicet humor frigidus citra alterationem,propterea quòd lentus craſſuſque admodum ſit,vacuari nequeat. Tum enim primùm concoquendus,ac ſubinde vacuandus erit.

Concoctio.

Alteratio ſæpe plus confert quàm vacuatio. Medicorũ iunioru error notatur.

Vetus quidem ſermo eſt,rigori ſemper ſuccedere febrem non tamẽ in vniuerſum verus eſt,neque etiam ſi quis ipſum,vt decet,diſtinguat:quemadmodũ vtique decet diſtinguere eos,qui amicè potiùs veterũ dicta interpretãtur, quàm hoſtiliter redaguunt. At ne ſic quidem verus eſt ſermo,ſi diſtinguentes dixerimus, eos qui citra externam occaſionem è corpore noſtro excitantur rigores, febrem neceſſariò ſequi.Quippe non ſolùm nobis,ſed compluribus quoq; qui nos præceſſerũt medicis iam viſi ſunt rigores ſine febre,non tamen adeò validi, quales ſunt qui exquiſitas tertianas,vel quartanas præcedunt,aut qui ardentes & calidas febres iudicant. Solent autẽ huiuſmodi rigores prauam ſequi victus rationem, dum per ocium ſe homines impleuerunt, & ſubinde à cibo lauarunt. Quumverò ciborum ipſorum qualitates ſæpe frigidioris ac pituitoſioris temperaturæ ſint, prõptiſſimè qui ſic ſunt affecti,rigoribus qui ægrè recalefiant,capiuntur.Nihil igitur miri eſt,veteres medicos eiuſmodi rigores nunquã vidiſſe,vt pote minùs tunc, quàm modò, in ſalubri victus ratione peccantibus hominibus, neque etiam tam crebrò balneis vtentibus.Verùm vt paulò antè dictum eſt,huiuſmodi rigores horridi magis ſunt, q̃ cõcuſſoru.Quũ enim praua excremẽta fuerint cõgeſta,in primis inæqualitatem ſentim⁹.Quòd ſi eadẽ acria fuerint,mordicationis ſenſus accedit.Secũdo loco exiguũ horrorem percipimus,deinde maiorem, poſteà adeò magnum, vt iam rigoris aliquatenus particeps ſit.Poſtremò rigorem ipſum ſolum ſentimus,quo partes & quatiũtur & cõcutiũtur.Huiuſmodi rigor à frigidis humorib⁹ nũquã procreatur.

Num rigori ſemper ſuccedat febris.

Cur veteres medici rigores qui ſunt ſine febre haud viderint?

Rigor verus à frigidis humoribus nunquã procreantur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 315 sur 637

©BIUM

Principiò enim eiuſmodi humores ob craſsitudinem vehementer moueri non poſ ſunt. Quòd ſi verò illi aliquando extenuentur, rigorem quidem excitabunt, non ta men vehementem. Neque enim extenuata pituita eandem recipere poteſt tenuita tem, quam attenuata recipit flaua bilis. Atque huiuſmodi quidē rigorem, nō ad-

Rigor lætalis.

modum veteres medici cognouerunt. Qui autem in lætalibus morbis fit, hunc no-
„ *runt. Inquit igitur in aphoriſmis Hippocrates. Si rigor in febre non intermittente*
» *incidit, ægro imbecillo exiſtente, lætalis eſt. In huiuſmodi enim rigoribus, inſurgit quidem natura vt ea quæ moleſta ſunt propellat, ſed victa concidit, atque extin-guitur, eoque pernicioſum eſt ſymptoma. In quartanis autem febribus mixtus ex frigido calidoque rigor eſt. Quippe atra bilis frigidus natura humor eſt: vbi verò putredinem aliquam admiſerit, cuius cauſa febrem accendit, tantū poſsidet calo ris, quātū etiā putredinis. At rigores à calidis quoq; cauſis excitari, iā oſtēdimus.*

COMMENTAR.

Quæſtionem num rigori ſemper febris ſuccedat hoc loco diſcutit Galenus, adeoq; num verus ſit ſermo ille vetus, rigori ſemper ſuccedit febris, luculenter admodum demonſtrat. Nam non eſſe in vniuerſum verum, etiam ſi quis ipſum vt decet diſtinguat: vt certè conuenit diſtinguere eos qui amicè potiùs interpretari quàm hoſtiliter inſectari veterum ſcripta volunt: euidentiſsimum eſt. Atque vtinam plerique hodie hoc Galeni ſequerentur conſilium, nec ita temerè veterum dicta in calumniam raperent, ſed amicè potiùs interpretarentur: ſic enim minus eſſet contentionum & diſsidiorū, ac veritas ipſa magis erueretur. Non reprehendo quorundam ſtudium in detegendis veterum erroribus, modò id fiat moderatione quadam adhibita, & argumentis efficacibus, ac à veritate non abhorrentibus. Illos tantùm damno, qui data opera parum peritis fucum faciunt, & ex iniuſta veterum reprehenſione aliquam ſibi laudem aucupare nituntur. Quod nuper feciſſe Donatum à Mutiis conſtat, dum nonnullis Hippocratis aphoriſmis nouas quaſdam, & à Galeni ſententia, imò à veritate ipſa, alieniſsimas, magna ex parte, interpretationes affingit. Sed ad Galeni explicationē redeamus. Non eſt verus veterum ſermo, ſi etiam illum diſtinguēs dixeris, rigorem omnem qui non ſit à cauſa externa, ſed potiùs corporali ſeu interna, ſequi febrem. A cauſa enim externa, verbi gratia, frigore ambientis nos aēris, excitari rigorem quem nulla comitatur febris, nulli non eſt manifeſtiſsimum. Sæpe verò etiam à cauſa interna excitatū rigorem nulla ſequitur febris, qualis eſt qui ob prauam victus rationem, & vitam planè ocioſam, ac crebra à cibo balnea excitatur. Qui enim praua victus ratione vtitur, & in ocio degit, ſtatimque à cibo ſe lauat, is facilè crudorum humorum copiam congerit, ac rigore corripitur, non tamen vehementi, qualis eſt qui tertianas & quartanas febres præcedit, aut per ardentes ſequitur ac iudicat. De hoc rigore ita capite decimo, libri de inæquali intemperie ſcriptum reliquit Galenus. Quinetiam, ait, iis qui rigent,

Veterum ſcripta amicè magis ſunt interpretanda, quàm hoſtiliter inſectanda.

Donat' à mutiis.

Rigoris quē nulla ſequitur febris cauſa.

» nec tamen febricitant, inæquale temperamentum eſt, rarum tamen id eſt ſymptoma.
» Cæterùm incidit tum mulieribus, tum quibuſdam aliquando viris. Debet autem om-
» nino deſes præceſsiſſe vita: aut certè ciborun copiam longiore ſpatio ſumpſiſſe ho-
» mo, ex quibus tardus, frigidus, crudus & pituitoſus humor naſcatur, qualem Praxa-
» goras vitreū exiſtimat. Hęc ille Et in libello de rigore in hunc modum. Nec ſolùm in-
» quit, ab atra, aut flaua bile rigor fit, ſed etiam à frigida admodum pituita, quem vitreū
» humorem appellat Praxagoras. Atqui eiuſmodi rigor neq; vehemēs eſt etiāſi pluribus
»» diebus deinceps perſeueret. Quum verò quieſcunt, & nequaquam mouentur, quieſcit.
» etiam ipſe. Vbi autem mouentur, confeſtim pro mēſura ac modo motionis ſequitur.

In

©BIUM

In vehementioribus quidem validiſque motionibus, vehementior, in imbecillioribus autem, mitior. Vidi verò iſtud ſymptoma mulieribus magis, quàm viris accidere, & mulieribus quæ in ſummo degebant ocio, & quę balneis à cibo vtebantur. Hactenus Galeni verba in hoc re tulimus, quôd non exiguam lucem iis quę hîc docentur, afferant. Ex iis itaque abundè liquet non eſſe mirum, veteres medicos eiuſmodi rigorem quem nulla ſequitur febris nunquam vidiſſe, vt quorum ætate homines non ita, vt nũc, in ſalubri victus ratione deliquerint, neque etiam tam crebrò ſe lauarint. Nam Galeni temporibus quotidie ſe lauaſſe homines, vel vnus eiuſdem locus, qui eſt in libro tertio de compoſit. medicamen. generalium, capite primo, ſatis teſtatur, vbi ita ſcriptum reliquit. Quoniam verò omnium huius tempeſtatis hominum, & eorum etiam qui ruri degunt, fortitudo periit, qui lauare ſe quotidie conſueuerunt. Hæc Galenus. Atque hæc quidem veterum excuſatione, & amica admodum, interpretatione non hoc ſolum loco, ſed multis etiam aliis vſus eſt Galenus. Quippe in capite decimo libri de inæquali intemperie in eum ſcribit modum. Porrò, ait, antiquitùs nemo, vt conſentaneum eſt, ita eſt affectus, vt qui nec adeò ocioſi, nec in victus ſaturitate viuerent. Indeque factum eſt, ut ſcripſerint antiqui medici, rigori febrem neceſſariò ſuperuenire. Veruntamen tum nos ipſi, tum alij iuniores medici non pauci, ſæpenumero vidimus rigorem quem nulla ſecuta ſit febris. Et in libello de rigore, ita inquit. Nec mireris quôd ſcriptum à veteribus medicis reperias, rigores ſine frigore, ab interno corporis affectu excitatos neceſſariò ſequi febres. Neque enim tot balneis à cibo, neque ocioſa vita vtentibus veteribus aliquid tale accidit. Nunc verò quia vtraq; redundant, is etiam qui ægrè calefactibilis nominatur rigor efficitur, nouum quoddam & peregrinum ſymptoma, ob victus rationis nouitatem. Excuſat quoque eadem ratione veteres, libro ſecundo de differentiis febrium capite quinto, Cæterùm pergit Galenus, & cauſam affert cur rigores quos nulla ſequitur febris non ſint, vt in tertiana validi, & concuſſorij, ſed magis horridi. Quum enim praua excrementa in corpore congeſta fuerint, ſiue calida, ſiue frigida ſint principiò inæqualitatem de qua ſuprà diximus, ſentimus. Quòd ſi eadem excrementa fuerint acria, tum mordicationis ſenſus hoc eſt, vlceroſa laſsitudo, quæ vlceris ſenſum præbet, fit. Inæqualitatem autẽ ſequi vlceroſam laſsitudinem ſuprà commemoratum eſt. Poſt vlceroſam laſsitudinem, horrorem primùm exiguum ſentimus, deinde paulo maiorẽ, poſtremò ita magnum vt iam aliquid rigoris participet. Vltimo loco ſolùm rigorem qui corporis partes concutit, & conquaſſat, percipimus. Eiuſmodi autem rigor vehemens & concuſſorius à frigidis humoribus procreari non poteſt, quòd ſcilicet propter craſsitudinem vehementer moueri non poſsint, ſed in partibus in quibus coaceruati ſunt, hærent. Vnde iterùm elucet Auicennæ error, qui rigorem tanto vehementiorem eſſe, quanto tenacior ac viſcoſior qui hunc procreat humor fuerit, affirmare non eſt veritus. Quòd ſi tamen prædicti humores extenuentur, excitant quidem rigorem, atqui haud vehemẽtem nunquam enim pituita, vtcũq; extenuata, eandẽ quã flaua bilis ſubtilitatẽ recipit. Quapropter celerrimè flaua bilis per corporis partes ſenſiles fertur, pituita autẽ nequaquam: vt nihil mirum ſit hanc exiguum, illam verò vehementem excitare rigorem. Atque hactenùs quòd rigorem à crudis humoribus ortum, veteres medici non cognouerint abundè monſtrauimus. Eum autem rigorem qui fit in lætalibus illos cognouiſſe ex Hippocrate fit manifeſtiſsimum. Is enim ſectione quarta, aphoriſmi quadrageſimiſexti in hunc modum ſcriptum reliquit. Si rigor in febre nõ deſinente incidit, ægro iam imbecillo, lętale eſt. Nam in hoc rigoris genere natura quidẽ inſurgit, vt ea quæ ſunt moleſta propellat, victa tamen à morbo, cõcidit, atq; extinguitur, ideoq; perniciosum vt Hippocrates dixit, eſt ſymptoma. Porrò rigor in quartanis febribus excitat⁹ mixt⁹ eſt, ex calido videlicet vt ſic dicã putredinali, & frigido, hoc eſt, natiua qualitate. Atra enĩ bilis, ex qua febris quartana gignitur, humor naturâ frigidus eſt. Vbi ve-

Galeni temporibus quotidie lauarunt ſe homines.

Vehemẽs rigor à frigidis humoribus haud procreatur.

Auicennæ error

Rigor lætalis.

Rigor quartanarum mixtus.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 317 sur 637

©BIUM

rò putreſcit,calorem aliquem nanciſcitur. Tantum enim caloris quantum putredinis poſsidet. Sed hîc quiſpiam fortè ita ſecum cogitabit, Galenus hîc & alibi in quartana febre fieri rigorem ſcribit, quod videtur pugnare cum eo quod paulò antè dixit, à frigidis humoribus, qualis eſt atra bilis, à qua febris naſcitur quartana, non creari rigorẽ. Facilè autem ex illo hac difficultate emerget, ſi de rigore diſtinxerit. Vnus enim eſt vehemens, & qui corpus concutit & conquaſſat. Qui certè verus, & legitimus eſt rigor, à mordaci enim ac pungente fit humore, Hic in tertiana fit febre. Alter non vehemẽs eſt, qui refrigerationem ſimilem ei quæ per gelu, & hyberno tempore ſentitur refrigeratis, excitat, Hic in quartana accidere ſolet, & à calore, quem putredo accendit, & atræ bilis extenuatione euenit. Id quod hinc colligitur: per quartanarum nanque initia non ſit vehemens rigor, vt libro ſecundo de iudiciis capite tertio, Galenus teſtatur. Et eam quidem ob cauſam, differentiam inter rigorẽ tertianæ, & quartanæ libr. 2. de differentiis febrium capite quinto, & libro primo ad Glauc. capite quinto & loco iam citato, & in libello de rigore, facit.

Obiectio.

Reſponſio.

CAPVT VIII.

Cur à contrariis cauſis idem pathema generetur?

QVòd verò in talibus quoque omnibus perfrigerantur, & ſanguine deſtituuntur maximè quidem extremæ corporis partes, & cum iis vniuerſa quoque cutis, & quæ ſub eius ſunt ſuperficie partes, & quam ob cauſam id accidat, deinceps conſiderandum, Porrò quidá eſt primus, atque, vt ſic dicam, maximè princeps motus, caloris natiui tum intrò, tum foras delatio, in compluribus animi perturbationibus facta. Vnà verò cũ ipſo & ſpiritus ac ſanguis, modò intrò & ad ipſum principium feruntur, contrahunturque, modò ad externa tendunt, atque funduntur. Ipſius nanq; animæ ſubſtantiam, fortè in alio quopiam opere definiſſe audacia ſit, in præſenti verò præter audaciam, etiam ſuperuacaneum videtur. Videtur tamen quæcunque tandem fuerit duorum alterum, aut primis ad omnem actionem inſtrumentis ſpiritu & ſanguine, præterea calore, vel qui in altero, vel qui in vtroque eſt vti, aut in iis ipſis eſſe.

Dubitat de animæ ſubſtantia.

COMMENTARIVS.

Nunc tandem quod ſuprà eſt pollicitus, nempe cur à contrariis cauſis idem pathema generetur, exponere pergit. Per vtranque enim cauſam tàm calidam quàm frigidam accidit, vt extremæ corporis partes algidæ & exangues fiant, & cum iis vniuerſa etiam cutis, & partes illi ſubſtratæ. Quapropter calore ſubinde ad interna reuocato, refrigeratio, ſiue rigor generatim dictus, ſequitur. Vt autem cauſa cur per rigores extremæ corporis partes frigeant ac ſanguine deſtituantur clariùs intelligatur, Galenus ad animi perturbationes, in quibus idẽ planè caloris natiui qui in rigore fit motus, priùs diuertit, inquiẽs. Primus & maximè princeps quidam motus eſt, caloris natiui tum ad interna, tum ad externa delatio, in multis animi perturbationibus facta, Vnà verò cũ ipſo natiuo calore ſpiritus & ſanguis, modò intrò, & ad principiũ, adeoque ipſum cor, feruntur, & contrahuntur, modò foras tendunt & funduntur, vt paulò pòſt luculenter oſtendemus. Cęterùm quum hoc loco Galeno de animi perturbationibus (ſic enim Cicero vocat, quòd auerſæ ſint à recta ratione animi motiones) ſermo ſit futurus, methodi ratio poſtulauit, vt ab animæ definitione rem ordiretur. Quum autem illi non ſatis perſpecta eſſet animæ natura, non ab eius eſſentia, ſed potiùs ab effectibus qui illam ſequuntur, auſpicari rem hanc voluit. Et idipſum quidem tribus potiſsimùm de cauſis. Primò, quòd illi animæ eſſentia, vt metipſe fatetur, prorſus ſit ignota. Vnde ait: ipſius

Animi perturbationes.

Galeno non ſatis perſpecta fuit animi natura.

animæ

animæ eſſentiam in alio quopiam opere definiſſe audacia ſit. Non autem hoc ſolùm in loco, ſed multis etiam aliis ſuorum monumentorum locis de eſſentia animæ planè dubitat Galenus. Nempe in libello de naturalium facultatum ſubſtantia. Item in libro de vſu reſpirationis. De fœtuum formatione, libro quinto, de ſimplici. medica. facul. cap. octauo, libro tertio de Hippocra. & Plato. placitis, & ſeptimo eiuſdem operis. In eo itē quod animi mores ſequantur temperaturam corporis. Secundò, quod temeritate non vacet de eius rei eſſentia diſputare, quæ non modò nullis ſe ſenſibus inſinuat, ſed quæ nec cogitatione, nec quantumuis diligenti mentis perſcrutatione aſſequi poſsit. Hinc eſt quòd tot ueterum de ea philoſophorum diſcrepantes fuiſſe conſtet ſententias. Pythagoras enim numerum eſſe animā dixit. Hippon, aquam. Democritus ignem. Diogenes aërem. Critias ſanguinem. Ariſtoxenus harmoniam. Heraclitus vaporem calidum. Et quis poſſet ſingulas veterum de anima opiniones recenſere? Tertiò, quod ad præſentem tractationem idipſum ſcire inutile planè ſit, & ſuperuacaneum. Cæterùm quæcunque tandem fuerit eſſentia animæ, videtur tamen Galeno, quòd anima ſpiritu & ſanguine, veluti inſtrumentis, & calore, qui vel in altero horum eſt, vel vtroque, ad omnem actionem vti, vel quòd anima ſit in iis tribus. Hinc eſt quòd in libello de rigore animam dicat eſſe innatum calorem. Sed de animæ eſſentia in preſentia ſatis. Qui plura ea de re ſcire cupit locos paulò ante à nobis citatos adeat.

Veterū de animę eſſentia philoſophorum variæ opiniones.

Licet autem motus eius euidenter contemplari, tum in aliis multis, tum maximè in animi perturbationibus, vt ſunt, ira & timor. Hic enim intrò & ad principium tum ſpiritum, tum ſanguinem abducit, & contrahit, atque vnà quæ in ſuperficie ſunt partes refrigerat. Illa autem & intendit, & fundit, & calefacit. Trepidatio verò antè certamen, quæ ex vtriſque compoſita eſt, inæquales obtinet motus. Proinde pulſus tum arteriarum, tum cordis, iis qui timent minimi, ac maximè debiles ſunt: iratis autem maximi ac validiſsimi. His verò qui ante certamen trepidant inæquales. At in verecundia, animalis facultatis motus primū ad interiora fit, deinde rurſum confertim ad exteriora redit. Proinde niſi redierit, timor eſt, non verecundia. Siquidem verecundia de repente fit, animali facultate nihil mali expectante. Euenit autem, vt ita dicam, ob molliciem, & natiuum timorem, quum homo præſtantioris conuerſationem ferre non potens, fugere, & ſi fieri poſsit à conſpectu ſe ſubducere properat. Vnde fit vt recedat duntaxat ad intima, veluti ſubterfugiens, citra refrigerationem, ratione verò patibilem animi partem, id eſt, eam quæ & timet, & verecundatur, excitante atque impellente redit, & ad exteriora fertur, ſimili maximè motionis modo, quo in frigida lauatione calor reuocatur. At in timore, neque planè incitante, neque impellente ratione patibilem animæ partem, magis ſemper ac magis calor extinguitur, vt nonnulli etiam eorum rigore infeſtentur. Quod autem in timore confertim, id in triſtitia paulatim patiuntur, magnitudine & vehementia, non toto genere differentibus inter ſe pathematis. Quinetiam nonnulli ob ſubitum timorem mortui ſunt, vbi debilis naturâ animula, valido pathemate oppreſſa, & extincta, & ſuffocata eſt. Quippe extinctio, propter pathematis ſit, naturam, vt quod ex refrigeratione naſcitur. Suffocatio autem, quòd vniuerſus ſanguis ad principiū cōmeat, deferturque. At ex iratis nemo mortuus eſt, vtpote nec calore refrigerato, nec

Caloris natiui motus in animi perturbationib⁹.

Timor.

Ira.

Trepidatio ante certamen.

Verecundia.

Nōnulli ob ſubitum timorem mortui.

Ex iratis nemo mortuus.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 319 sur 637

©BIUM

robore diſſoluto. Præ ingenti verò gaudio, nõnulli puſillanimes mortui ſunt, haud aliter quàm ex timore. Non enim vnà cum robore ac feruore, veluti in ira, animalis facultas ad exteriora fertur: quum econtrario, ſi quid anteà habuit roboris, id nunc exoluitur, laxaturque. Quum enim plurimum laxata ad exteriora fertur, diſcutitur atque diſſipatur.

COMMENTARIVS.

Quanquam ex multis aliis, caloris natiui motus ad interiora & exteriora corporis deprehendi poteſt, tamen omnium euidentiſsimè in animi perturbationibus illum perſpici, ira potiſsimum & timore, hoc loco Galenus monſtrat. Siquidem timor tum ſpiritum, tum ſanguinem intrò, & ad ipſum cor, natiui caloris principium, abducit, & contrahit, atque vnà quæ in ſuperficie ſunt corporis partes refrigerat. Hinc accidit, quod per timorem corpora palleſcant, exterioresque eius partes exangues fiant, tremorque incidat, & vox interrumpatur. Quæ omnia ſubitam caloris ac ſanguinis ad interiora, metu impendentis mali, motum, ſequuntur. Ira verò intendit calorem, quod eius definitio, quam in libro de morborum cauſis, cap. 2. Galenus profert, iram caloris circa cor feruorem eſſe affirmans, abundè commonſtrat. Fundit, & calefacit præterea, ideoque per iram tandem rubicunda fiunt corpora, concitatiora, confidentia, & ad omne facinus perpetrandum prompta. Hęc itaque omnia concitatiorem caloris motum, & in extimas partes cum impetu factam effuſionem, indicant. Cæterùm animi perturbatio, quam Græci ἀγωνίαν, & τὸ ἀγωνιᾶν, latini trepidationẽ ante certamen commodiſsimè nominant: quippe ἀγωνιάω, vel contractè ἀγωνιῶ, eſt trepido ante certamẽ, & ἀγωνία, vel τὸ ἀγωνιᾶν: infinitiuũ enim ſæpe pro nomine Græci, vt etiã latini vſurpãt: non niſi λύπην, κίνδυνον, φόβον πτώσεως, ἢ ἥττης, Phauorino teſte, hoc eſt, metum ne quis in certamine cadat, aut vincatur, ſignificat: quum ex vtriſq;, id eſt, ira & timore, ſit compoſita, inæquales planè motus obtinet. Iam enim, vbi nimirum aduerſarium ſe poſſe vincere confidit ac ſperat, talem ſanè, qualem in ira motum habet. Iam verò, vbi ſcilicet metuit ne ab aduerſario vincatur, timoris motum obtinet. Et hũc quidem locum nemo quod ſciam, interpretum rectè enarrauit. Cæterùm hos quos iam diximus motus natiui caloris fieri per timorem & iram, pulſus quoque cordis, & arteriarum euidenter admodum oſtendunt. Quum enim in timore caloris & ſpiritus motus fiat ad interiora, ac facultatis robur diſſoluatur, minimos ac maximè debiles fieri pulſus neceſſe eſt. Contrà in ira euenit, in qua quidem calor & ſpiritus per vniuerſum corpus diffunditur, neque virtus diſſoluitur, ſed reſumitur. Ideoque pulſus per iram maximi, ac validiſsimi fiunt. In iis verò qui ante certamen trepidant, inæquales, ob inæqualem nimirum qui in ea accidit caloris motum. Porrò in ea animi perturbatione quę verecundia nominatur, calor primùm ad interiora recedit, dein rurſus ad exteriora redit. Qua ſanè de cauſa fit, vt verecundia affecti, primùm pallore, & mox rubore ſuffundantur. Et niſi calor is qui ad profunda corporis receſsit rurſus redeat, non verecũdia, ſed timor erit. Verecundiæ verò cauſa animi quædam mollicies eſt, & natiuus timor, quũ quis ſcilicet præſtantioris congreſſum veretur, nec eius conſuetudinem ferre poteſt, adeoque à conſpectu illius ſe ſubducit. Nnde fit vt in ea calor ad intima, veluti ſubterfugiens recedat, non tamen quemadmodum in timore fit, illic permaneat: ſed ratione patibilem animæ partem excitante, & impellente redit, & foràs fertur, ſimili modo quo in frigida lauatione calor, vt ſuprà dictum eſt, reuocatur. In timore autem, vt cõprehenſum eſt, calor non redit ad exteriora, ſed magis ſemper ac magis extinguitur, vt nonnulli propter ſubitum timorem mortui ſint, eò quòd debilis natura animula ob refrigerationem, quam timor parit, extincta ſit, vel repentina vniuerſi ſanguinis ad intima delatione ſuffocata. Iratorum verò nemo mortuus, propterea quod in ira calor

Timor.

Ira.

ἀγωνία. τὸ ἀγωνιᾶν. Trepidatio ante certamen.

Pulſus timoris.

Iræ.

Trepidationis ante certamen. Verecundia.

Irati cur nõ moriantur?

©BIUM

lor non refrigeretur, ac extinguatur, nec eius robur diſſoluatur. Præ nimio autem gaudio nonnullos puſillanimes mortuos eſſe variis autorum monumentis proditum eſt. Sic enim Chilonem Lacedæmonium vitam finiſſe, quum victorem ex olympia reuerſum conſpexiſſet filium, Plinius lib. 7. cap. 32. autor eſt. Nec aliter mortuos Sophoclem & Dionyſium Siciliæ tyrannum, eodem Plinio, cap. 53. eiuſdem libri teſte, conſtat, vtroque ſcilicet accepto Tragicæ victoriæ nuncio. Qua de re plura etiam in Compendio noſtro diximus. Rationem autem cur ob ingens gaudium aliqui expirant Galenus ſubiicit, inquiens. Nam calor cum robore & feruore, non perinde atque in ira, foras fertur. Sed contrà, ſi quid anteà habuit roboris, hoc nunc exoluitur ac laxatur. laxatus itaque dum ad exteriora fertur, prorſus diſſipatur. Animaduertendum autem hæc verba, veluti in ira, in Aldino græco codice non haberi, ſed magno ſenſus diſpendio deſiderari. Quare in cõtextum inſerenda ſunt, ac ita locus ille legendus. ὁ γὰρ ἅμα τόνῳ καὶ ζέσει, ὥσπερ ἐν τῷ θυμῷ, κινεῖται πρὸς τὰ ἐκτὸς. &c. Atque hæc ſanè eſſe adiicienda teſtimonio antiqui interpretis euincitur, qui locum hunc ita vertit. Neque adeò ebullit, ſicut in ira. Reliqua omnia Galeni quum ſint per ſe plana, maiorẽ enarrationem haud requirunt.

Præ nimio gaudio mortui.

Aldin⁹ codex ẽmaculatus.

Dolor verò ediuerſo animã mouere cogens, ſimilia maximo timori affert ſymptomata. Quippe eo laborantes, & decolores fiunt, & refrigerantur, & rigore capiuntur: & tremunt, & pulſus minores obtinent, & omnino pulſu priuantur, & tandem moriuntur, ſimiliter iis qui perterrentur. Refugit enim in iis quoque innatus calor ad principium, reſoluiturque ſimul & extinguitur. Quum autem mortem inferant eiuſmodi perturbationes, nihil miri eſt, ſi animi quoque deliquia inducant. Neque mirari oportet, ſi ea quæ ad animi deliquia ſequuntur ſymptomata, tum alia, tum excrementorum præter voluntatem excretionem inuehant. Verùm non eſt præſentis inſtituti, in iis diutiùs immorari, ſed ad id quod propoſitum erat redeundum.

Dolor.

COMMENTARIVS.

Dolorem contraria gaudio afferre ſymptomata, hoc in loco Galenus oſtẽdit. Nam vt gaudium calorem natiuum cogit ad exteriora moueri, ita dolor ad interiora: ideóque ſimilia maximo dolori ſymptomata infert. Siquidem dolore laborantes decolores apparent, refrigerantur, rigent, tremunt, minores pulſus obtinent, imo pulſu prorſus deſtituuntur, tandemque ſimiliter iis qui percelluntur: id enim ἐκπλαγέῖσι Galeno ſignificat, moriuntur. Quippe ἐκπλήσσω Græcis non eſt niſi perterreo, conſternatione afficio, perculſum reddo. Hinc ἔκπληκτος perterrefactus. Vt verborum Galeni is ſit ſenſus. Quemadmodum ex ſubito timore nõnulli moriuntur, vt paulò antè eſt commemoratum: ita etiam ex dolore: quod ſcilicet ſimilia timori afferat ſymptomata. Quare Frãciſcus Valleriola falſam Copi conuerſionẽ, qui veluti ſyderati & attoniti cõcurrit, ſecutus, hunc locum non rectè enarrauit. Cauſam verò cur ex dolore pleriq; moriantur, Galenus hanc affert. Refugit enim in dolore innatus calor ad cor, & reſoluitur ſimul & extinguitur. Reſoluitur autem, quòd nihil æquè vires, ac dolor ipſe deiiciat. Extinguitur, quòd dolor, perinde atque timor calorem refrigeret. Cęterùm, quum dolor mortem inferre poſsit, nihil mirum eſt ſi etiam animi deliquia inducat. Si enim id quod maius eſt efficit, cur non etiam id quod minus eſt? Quod ſi verò animi deliquiũ affert dolor, igitur etiam ea quę animi deliquia ſequuntur ſymptomata inferre poteſt, vt eſt præter alia quæ paulò antè ſunt commemorata, inuita excrementorum excretio. Quid enim mirum ſi deficiente anima, præter voluntatem etiam excrementa prodeant, quum muſculi ſuum iam facere officium deſinant? Quæ ſingula etiam per ti-

Dolor contraria gaudio affert ſymptomata.

ἐκπλήσσω. ἔκπληκτος.

Valleriola notatur.

Dolor animi deliquia inducit.

Excremẽtorum inuita excretio.

©BIUM

morem accidere ſolent, vt ſect.27.proble.1.Ariſtoteles teſtatur. Cæterùm quum hoc loco audis dolorem inferre ſymptomata,non eſt cur ob id morbum eſſe putes. Nam, vt ex ſuperioribus patuit,ſæpe vnum ſymptoma, alterum parere ſymptoma poteſt: imò nonnunq̃ quatuor aut plura etiam numero ſeſe ſymptomata ordine ſequuntur.

Cur per rigores extremæ corporis partes refrigerantur?

Quum igitur rigor à calidis ſimul & mordentibus humoribus fiat, mirum nõ eſt, ſi extremæ partes omnes refrigerantur animali facultate vnà cum ſanguine ad profunda commeante. Quippe frigus hoc tempore externarum, non earum quæ in profundo ſunt partium ſentitur. Nonnulli enim hoc tempore vehementer ſitiunt, vtpote ſeruato ipſis intrinſecùs calore. Quòd verò huiuſmodi ſymptomata non præter rationem rigore affectis eueniant, hinc colligere licet. Si enim in vna aliqua parte dolores vehementiùs hærentes, tum animi deliquia, tum refrigerationes inducunt: mirum non eſt eos qui in vniuerſo ſimul corpore conſiſtũt, etſi non animi deliquia, neque mortem, ſaltem refrigerationem efficere. Nam dolores qui in rigore fiunt, eiuſdem cũ omnibus aliis doloribus generis ſunt. Abſunt verò ab iis qui interimunt magnitudine, & tempore: ſunt enim minores, & breuioris temporis. Colicus vtiq; dolor ſæpenumero duobus diebus cõtinuis occupauit. Rigor verò quanto eſt vehemẽtior, tãtò breuior eſſe ſolet. Ac animæ motus in ipſo, non ei qui in timore, ſed illi potius, qui in verecundia, & frigida lauatione ſimilis videtur. Quippe facultas pugnat ac certat contra ea quæ moleſta ſunt, quoad extirpauerit profligaueritq; omnia. Propter vehementes igitur incurſiones, & quia in profundo corporis eſt coaceruata, cum plurimo calore reuertitur, febremque à rigore ſuccendit, auxiliarem habens ad eius magnitudinem materiam. Quòd ſi aliquando inter certandum ipſa fatigetur priùs quàm ea quæ infeſtant profligauerit: id verò vel ob facultatis imbecillitatem, vel cauſæ magnitudinem fit: neceſſariò mors ſequitur, vt anteà eſt dictum.

Rigor quãto vehemenior, tãto breuior.

COMMENTAR.

Vniuerſa quæ hactenus de animi perturbationibus à Galeno ſunt commemorata, non alia de cauſa ab eo ſunt producta, quàm vt hinc clariùs intelligamus, cur per rigores extremæ corporis partes refrigerentur: nẽpe quòd natiuus calor ſentiens ea quę ſunt corpori moleſta, ad interiora, veluti in timore, refugiat. Quòd autem in rigore ægrotantes externarum duntaxat partiũ frigus ſentiant, hinc palàm fit. Sunt enim nonnulli qui rigoris tempore ſitiant, ſeruato ſcilicet partium internarum calore. Caloris enim abundantia, vt lib.1.de ſimpli.medica.facul.cap.3. Galenus atteſtatur, ſitim procreat, haud ſecùs atque humoris inopia. Auctus enim calor, partim in ventriculo calefacit ſuccos, partim exiccat. Prætereà quòd refrigerationes non præter rationẽ, iis qui rigore laborant, eueniant, hinc colligere licet. Si enim dolores qui in vna aliqua corporis parte, colo nimirum inteſtino, cõſiſtentes, vbi vehementiores fuerint, animi defectiones, & mortem etiam afferre poſſunt: cur non ij dolores qui in vniuerſo conſiſtunt corpore, quales ſunt qui in rigore accidunt: neq; enim totius corporis concuſsio ſine dolore fit: etiamſi non animi deliquia, & mortem, ſaltem refrigerationem extremarum partium efficerẽt? Siquidem dolor qui in rigore fit, eiuſdem cum cæteris omnibus doloribus generis eſt (moleſtus enim ſenſus exiſtit) tamen ab iis qui interficiunt magnitudine, & tempore differt. Maior nanque eſt, & non ita diu durat. Colicus enim dolor, qui interdum, vt comprehenſum eſt, interimit, ſæpenumerò pluribus diebus continuis

In rigore frigus externarum partium duntaxat ſentitur.

Dolor in rigore.

©BIUM

continuis durat. Rigor autem vix per vnius horæ ſpatium ægrum occupat, & quanto is vehementior fuerit, tanto etiam breuior erit. Tum enim mordax humor celeriùs, & maiori impetu fertur, ideoque fit, vt citiùs quoque expellatur. Eo autem expulſo, rigorem etiam deſinere oportet. Cæterùm motus animæ, & caloris in rigore, ſimilis eſt ei qui in verecundia, & frigida fit lauatione. Nam animalis facultas atque calor in primis ad interiora mouetur, ac pugnat certatque contra ea quæ ſunt moleſta. Propter vehementes autem aduerſus ea quæ infeſtant incurſiones, & quia in profundo corporis eſt coaceruatus, rurſus confertim ad exteriora redit, febremque à rigore accendit, coadiutricem habens ad eius magnitudinem materiam mordacem calidam. Vbi verò inter certandum facultas ipſa priuſquàm noxia profligauerit fatigetur, mortem ſequi neceſſe eſt, vt præcedenti diximus capite. fatigari autem ipſam hac ratione bifariam contingit. Primò, quando ipſa facultas fuerit imbecilla, tunc enim à noxiis vincitur. Secundò, quando cauſa fuerit magna. Tum nanque propter ſuam magnitudinem à facultate vinci haud poteſt.

Rigor quo vehementior, eo breuior.

Qualis motus animæ & caloris in rigore.

CAPVT IX.

POſtquàm igitur hucuſque ſermonẽ perduximus, imponamus ei ſummam, breuibus quibuſdam capitibus, omnia quæ dicta ſunt comprehendentes, & quæ reliqua ſunt adiicientes. Tuſsis itaque, ſternutatio, ſingultus, & rigores, expultricis facultatis validi ac violenti motus ſunt. Pandiculationes verò, & oſcitationes, eiuſdem quidem facultatis motus ſunt, ſed mediocres. In horrore autem etiam magis mediocres ſunt motus. Ac multo magis iis mediocres ſunt per inæqualitates motus, vt ipſos propemodum nõ motus, ſed tantùm ſenſus eſſe dixeris: quales vtiq; in vlceroſa laſsitudine ſenſus ſunt, atque iis etiam magis in pruritu. In hoc enim ſymptomate excrementorum duntaxat quæ pruritum excitant ſenſus eſt. Neque enim aliter ea nominare licet, niſi quis illa nitroſa, aut ſalſa, aut amara, appellare voluerit: quòd huiuſmodi ſit ipſorum natura. Licet autem ea diſcere tum ab externis, veluti vrtica, ſcilla, muria, aqua maris, & id genus reliquis: nihiloque minus ab iis quæ in ipſo ſunt corpore. Quippe ſolet pruritus vexare eos qui balneum negligunt, & ſordibus referti ſunt, & cruditatibus laborant, & cibos mali ſucci comedunt: multoque magis in ſcabie, & lepra, quòd in huiuſmodi affectibus & copioſior, & craſsior ſit humor: quo vtique diutiùs & magis pruriunt hi, quàm vlli alij, qui citra talem affectum pruriunt, nihil tamen iuuantur, neque ſi ſeipſos vehementiſsimè ſcabendo excorient, quòd ſcilicet infeſtans humor in iis ſit infixus, atq; vt ita dicam, cuti impactꝰ. Neq; enim adeò exiguus eſt, & tenuis, ſicut in iis qui balneũ neglexerũt, aut ſordibus ſcatent, ſed & plurimus, & craſſus, & nonnunquã lentus quoque.

Epilogus.

Pruritus quos vexat.

COMMENTAR.

Hoc & ſequenti capite quæ fuſiùs antè dicta ſunt, per capita & breuiter repetit, vt ſcilicet ea quæ priùs pluribus docuit nobis in memoriam reuocet. In præſentia verò quales motus ſint tuſsis, ſternutatio, ſingultus, rigor, pandiculatio, oſcitatio, inęqualitas, & pruritus oſtendit. Omnes enim expultricis facultatis motus eſſe conſtat, vtpote per quos ea quæ corpori ſunt moleſta & noxia, expellere ac eiicere conatur. Differunt tamen inter ſe magnitudine. Siquidẽ tuſsis, ſternutatio, ſingultus, & rigor, validi ac violenti ſunt motus. Pandiculatio verò, & oſcitatio magis mediocres. Duobus iis

Quales motus tuſsis, ſternutatio, ſingultus, rigor, pandiculatio, oſcitatio, inęqualitas, & pruritus.

motibus magis mediocris eſt,motus inæqualitas ipſa, vtpote quæ propemodum non meretur dici motus,ſed potiùs moleſtus ſenſus,vt ex iis ſuperioribus abũdè patuit. Inæqualitati ſimiles ſunt ſenſus,vlceroſa dicta laſsitudo,& pruritus. Nam in iis moleſtantium tantùm ſenſus eſt,atque in pruritu magis quam in vlceroſa laſsitudine.In pruritu enim ſolus ixcrementorum quæ pruritum inferunt ſenſus fit, nec vllus planè motus percipitur.Nihil aũt refert ſi eadem excrementa nitroſa,aut ſalſa, aut amara appellaueris.Neque enim pruritus,quem Græci κνησμὸν vocãt, aliud eſt malum, quàm nitroſorum,aut ſalſorum,aut mordacium in cute conſiſtentium humorũ ſenſus. Cæterùm natura eorum quæ pruritum excitãt,bifariam diſci poteſt.Primò à rebus externis,vrtica ſcilicet,ſcilla, muria,& aqua marina.Nam talia omnia vel amaram in ſe qualitatẽ obtinent,adeoque extergunt,veluti vrtica & ſcilla,Galeno lib.5.de ſimpli.medi. facul. cap.6.teſte,vel ſalſam,vt muria,& aqua marina.Qualẽ igitur ſenſum hæc ipſa corpori admota exhibent,talem etiam quæ pruritum excitant excrementa ſenſum mouere ſolent.Secundò ab iis quæ in ipſo ſunt corpore.Nam pruritus vexant eos qui balneũ negligunt,& ſordium copiam coaceruant,item eos qui cruditatibus laborant, & prauo cibo vtuntur,non alio ſanè nomine, niſi quòd excrementa hæc in corpore nata ſint ſalſa,vt nihil referat ſalſa an pruriginoſa,vt ſic dicam,illa nomines.Porro omnib⁹ aliis magis pruriunt,qui ſcabie & lepra laborant,idque duabus de cauſis.Vna,quòd humor in iis pruritum excitans ſit copioſior quàm in iis qui balneum neglexerunt, aut ſordibus ſcatent,Altera,quòd ſit craſsior,adeoque infixus,& cuti impactus. Hincq; adeò nihil iuuantur,etiamſi ſe ipſos plurimùm ſcabendo excoriant.Humor enim ſalſus adhuc cuti infixus manet,ideoque pruritum concitare haud deſinit.Cęterùm Galenum hoc loco,& paſsim alibi per lepram cutis tantùm intelligere vitium, ab eo quod Arabes,& hodie facientes medicinam ita appellant plurimùm diſsidens, notius eſt quàm vt multis à me demonſtrari debeat, præſertim quum idipſum abundè lib. 2. paradoxorum cap.6.fecerim.

Prurítus quid?

Pruritum excitantium natura bifariã diſcitur.

Qui ſcabie & lepra laborãt aliis magis pruriunt.

Omnia igitur eiuſmodi ſymptomata à vitioſo humore originem trahunt. Differunt autem inter ſe ſe,& qualitate,& quantitate cauſæ, præterea etiã quiete,& motu.Eſt enim exigua,tenuis,ſalſa, & immota in pruritu. Exigua verò, tenuis,mordax,& immota in vlceroſa laſsitudine. At multa, craſſa, ſalſa,& immota in lepra & ſcabie.Pauca autem,tenuis,mordax,& exiguum quendam motum obtinens in horrore.Si verò vehementer mouetur,vel copioſior,aut mordacior eſt,rigorem,non horrorem excitat. Maximum quidem,quæ plurima eſt, & vehementiſsima,& mordaciſsima,vehementiſsiméque mota.Minimum verò,vbi in vno aliquo horum mediocriter aucta,ex horrore in rigorem trãſierit. Complures verò aliæ inter hunc minimum, & maximum rigorem ſunt differentiæ, ratione maioris ac minoris inter ſe diſsidentes, prout cauſa magis,minúſue mouetur, item prout magis, minúſue eſt mordicans, adhæc propter eam quæ in quantitate eſt differentiam.Præterea,prout cauſa quæ rigorem excitat, in dictis differentiis vel omnibus,vel quibuſdam,vel earum aliqua fuerit aucta. Atque hæc ſymptomata omnia,tum in cute,tum in ſubditis illi carnibus congeſta cauſa conſiſtere ſolent.Quòd verò ad tuſsim,ſternutationem,& ſingultum attinet,tuſsis quidẽ cauſa in pulmone,& faucibus,& thoracæ conſiſtit:ſternutationis autẽ in naribus, ſingultus verò in ventriculo, & gula.In omnibus autem iam dictis commune eſt,quòd expultrix facultas ſeipſam ad vehementiſsimos motus excitat,

In quo prædicta ſymptomata cõueniant, ac differant.

vt

vt ea quæ contriſtant excutiat, quemadmodum anteà diximus, tum alia quædã de ipſorum generatione, tum etiam quòd ſternutatio ex accidenti aliquando humorum qui in pulmone conſiſtunt, remedium eſt, licet eorum gratia non fiat. Sic etiam ea quæ in ventriculo & gula ſingultus excitant, ſternutamenta ex accidente purgant, atq; hanc ob cauſam ſingultuum remedia fiunt. Quippe abdominis muſculi intenti & contracti ventriculum ſimul impellunt, vt violentior in moleſtas cauſas, quas expellere conatur, fiat incurſio. Diximus iam ferè omnia, tum actionum, tum facultatũ animalium ſymptomata, cũ iis quæ illa procreãt cauſis. Atqui in primo libro nullius naturalis tũ facultatis, tũ functionis mẽtio facta eſt: In hoc verò ſecundo, propter ſermonis cõmunitatem, nonnihil quoq; de iis dictũ eſt. Sed abſolutũ & proprium illis librum dicabimus, nempe tertiũ qui hũc ſequitur.

Sternutatio humorũ qui in pulmone conſiſtũt, & ſingultuũ remedium.

COMMENTARIVS.

Quæ cap.5.&.6.dicta ſunt Galenus hoc loco repetit, nempe ꝙ omnia ſymptomata quæ ſunt è genere deprauatorũ motuũ à vitioſis generentur humoribus, & ꝙ quadrifariam inter ſe differant, nimirum qualitate, quantitate, quiete, & motu cauſæ. Si enim cauſa quantitate fuerit exigua, qualitate tenuis & ſalſa, prętereà nõ moueatur, pruritũ excitat. Si autẽ mordax fuerit, ac reliqua omnia, excepta ſalſedine, affuerint, vlceroſam laſitudinẽ procreabit. Sin quãtitate multa fuerit, craſſa, ſalſa, & immota, leprã ac ſcabiẽ generabit. Quòd ſi pauca, tenuis, mordax, & modicè moueatur, horrorem excitabit. Si copioſior fuerit, mordacior ac vehemẽter moueatur, rigorẽ inducet. Maximũ quidẽ rigorem, ſi plurima eſt, mordaciſsima, & vehementiſsimè mouetur. Minimum, vbi vel in copia, vel mordacitate, vel motu mediocriter aucta cauſa, ex horrore in rigorẽ tranſitũ efficit. Cõplures aũt aliæ ſunt inter eũ qui maximus & minimus eſt rigor differentiæ, ratione maioris & minoris variãtes, prout cauſa vel in quantitate, vel mordacitaee, vel motu variatur, quẽadmodũ locis iã citatis abundè eſt dictũ. Atq; hęc ſunt ſymptomata, quorũ cauſa tũ in cute, tũ in ſubiecta illi carne cõſiſtit. Inter ſymptomata verò quorũ cauſa in profundioribus corporis partibus cõſiſtit, numerãtur, tuſsis, ſternutatio, & ſingultus. Tuſsis enim cauſa in pulmone, faucibus, & thorace hęret. Sternutationis verò in naribus. Singultus in vẽtriculo, & gula. Differũt itaq;, quod cauſas obtinent in diuerſis corporis partibus conſiſtentes. Cõueniunt etiã in eo, quod expultrix facultas in omnibus iam dictis tribus ſymptomatis ſeipſam ad vehemẽtiſsimos excitat motus, idq; nullo alio nomine, niſi vt ea quæ infeſtãt explodat, quemadmodũ locis ſuprà citatis dictũ eſt. Ibidẽ enim multa de horũ generatiõe retulit Galenus, & quòd ſternutatio ex accidenti humorũ qui in pulmone hærẽt, licet horũ gratia nõ fiat, remediũ ſit. Per ſe enim ea quæ in naribus conſiſtunt, cerebrũ expellit. Ex accidente aũt, ea quę in thorace ac pulmone ſunt propulſat, idq; per neruos, veluti per quaſdã lõgas manus in thoracẽ deſcendentes. Per hos enim thoracẽ cõtrahit, ac illic contenta excrementa cõcutit, ac ſubinde foràs pellit, atq; ita horũ ex accidẽte fit remediũ, vt fuſiùs cap. huius lib.6. mõſtratum eſt. Pari modo etſi ſingultus per ſe purget ea quæ ventriculũ & gulam infeſtant, tamen hæc ipſa etiã ex accidenti ſternutamenta purgant, adeoq; ſingultuum remedia fiunt. Nã muſculi abdominis per ſternutamenta intenti & cõtracti ventriculũ ſimul impellunt, vt violentior in cauſas moleſtas, & ſingultũ inducẽtes, quas expellere nititur, fiat incurſio. Reliqua ſunt per ſe clara.

Symptomata è genere deprauatorum motuum quadrifariã inter ſe differunt.

Sternutamenta ſingultuum remedia.

CAPVT X.

NVnc vt in iis duobus libris omnia quæ animalibus facultatibus ſuccedunt ſymptomata compleãtur, de iis etiam quæ principes actiones occupant diſſeremus. Sunt igitur in iis tria prima ſymptomatum genera. Vnum quidem, actionis abolitio: alterum læſio: tertium verò in

Principiũ actionum tria prima ſymptomatum genera.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 325 sur 637

alteram ſpeciẽ degeneratio. Abolitio ſanè in ſtultitia vt vocant, & obliuione fit. Sæpenumero enim viſum eſt, morbos in abſceſſum abeũtes, ſtultitiam, aut obliuionem intuliſſe. Sanè vidimus nõnullos & literarum, & artium omnino oblitos, & qui neq; ſuorum nominum meminiſſent, cuiuſmodi aliquid in peſtilentia euenisſe Thucydides ſcribit. Quoſdam enim ex iis qui euaſerũt, neq; ſeipſos, neq; ſuos neceſſarios agnouiſſe ait. Atq; viſi ſunt aliqui, qui propter extremam ſenectutẽ ſimilibus correpti ſunt ſymptomatis. Vnde manifeſtum eſt, & ſtultitiam, & obliuionem à frigore naſci. Nam & medicamenta quæ huiuſmodi ſymptomata efficiunt, facultate frigida ſunt. Huiuſmodi igitur ſymptomata cerebri corpus refrigeratum eſſe declarant. Quemadmodũ & apoplexia, & epilepſia ob pituoſi humoris in ventriculis cerebri coacernati copiam, gigni videntur. Proinde horũ ſymptomatum tum generatio, tum ſolutio ſubitaria eſt, id quod in corporũ intemperie fieri nullo pacto poteſt. At mediocres noxæ, ac veluti torpores tum rationis, tũ memoriæ, ob minorem eueniũt refrigerationem, aut ob frigidũ aliquod medicamentũ corpori ingeſtum, vel capiti impoſitum, aut frigidũ humorẽ in cerebro congeſtum.

COMMENTAR.

Vt omnia quæ animali facultati ſuccedunt ſymptomata Galenus in hoc libro abſoluit, de iis quæ in principibus actionibus, nempe imaginatione, ratiocinatione, & memoria eueniunt ſymptomatis, hoc capite differere incipit: idq; breuiter admodum, ꝙ ſcilicet pluribus ac multò q̃ hîc fuſiùs, de iis cap. 3. libri de ſympto. diffe. & cap. vlti. libri primi de ſympto. cau. egerit. Tria verò in iis, vt in omnibus aliis actionibus, prima ſymptomatum eſſe genera ait, abolitam, læſam ſeu imbecillam, & in alteram ſpeciem degenerantem, ſiue deprauatam actionem. Degenerat enim actio, adeoq; deprauata eſt, vbi aliter quàm pro naturæ modo fit, vt infrà latiùs dicemus. Abolitio autem actionis principis fit in ſtultitia, & obliuione. Nam per ſtultitiam imaginandi, ac præcipuè ratiocinãdi, intelligendiq; actio aufertur, ac omnino perit. Hinc lib. 3. de labo. lo. cap. 4. ſtultitiam, intellectus, & rationis omiſsionem eſſe definit Galenus. Cæterùm hoc ſymptoma magis propriè ἄνοια, id eſt, amentia, quàm μώρωσις, hoc eſt, ſtultitia, vt cap. 3. libri de ſympto. diffe. oſtenſum eſt, uominatur. Per obliuionem autem, memoria aboletur. Stultitiam verò & obliuionem non rarò inferunt morbi, vbi in abſceſſum finiuntur. Abſceſſus autem, ἀπόστασιν Græci vocant, fit, quando humores qui priùs vnam infeſtarunt partem, nunc ea relicta in alterã abſcedunt, ac tranſferuntur. Sic ſæpe humoribus ab aliis corporis partibus ad cerebrũ impetu quodam tranſlatis, in eo abſceſſum efficiunt, ac ſtultitiam, & obliuionem pariunt, tantam quidem, vt ægrotãtes & literarũ, & omnium artium prorſus obliuiſcantur. Quod Thucydidis ex lib. 2. belli Peloponeſumpto teſtimonio confirmat, cuius etiam cap. 3. libri de ſympto. diffe. facta eſt mentio. Is enim quoſdam qui à peſtilentia ſeruati fuerunt, neq; ſe ipſos, neque ſuos amicos agnouiſſe ſubinde ſcribit. Quod non alio factum eſt nomine, quàm quòd humores qui peſtilentiam procrearunt in cerebrum fuerunt delati, ibidemq; abſceſſum effecerunt. Porrò viſi ſunt quibus propter extremam ſenectutem obliuio, & ſtultitia euenit. Vnde omnibus palàm fit, prædicta ſymptomata à frigore naſci. Eſt enim & ipſa ſenectus frigida, ideoque illis ſymptomatis corripiuntur ſenes. A frigore autem iam dicta ſymptomata prouenire, frigida quoque medicamenta abundè monſtrãt. Siquidem & illa corpori ingeſta, aut admota, ſtultitiam, & obliuionem inducunt. Teſtatur etiam horum ſymptomatum tum generatio, tum ſolutio, ea fieri à nuda frigida intemperie cerebri corpus occupante. Senſim enim & fiunt, & ſoluuntur, quod nequaquam

Degenerans actio quæ? Abolitio actiõis principis. Stultitia quid.

ἄνοια.

Abſceſſus. ἀπόστασις.

Prædicta ſymptomata à frigore naſcuntur.

quam accideret ſi ab humore aliquo procrearentur. Tum enim ſubitô & fierent, & deſinerent, quod apoplexiæ & Epilepſiæ exempla ſatis confirmant. Quippe quum hæc duo mala propter pituitoſos in cerebri vêtriculis coaceruatos humores fiãt, ideò horum tum generatio, tum ſolutio ſubitaria eſt. Atque hactenus de primo genere ſymptomatum diximus. Alterum ſymptomata principis actionis, nempe imagnationis, ratiocinationis, aut memoriæ, eſt læſio, hoc eſt, mediocris noxa. Mediocris enim eſt, quæ nõ omnino iis actionibus priuat, ſed eas dũtaxat imbecillas efficit. Ideò eius ſymptomata ſunt veluti torpores rationis & memoriæ. Ac fiunt à prædictis cauſis, ſed mitioribus, neque ita vehementibus. Læſio principis actionis.

Item deliria, & omnes deprauati motus principis facultatis, à prauis humoribus, aut cerebri intemperie ortum habent. Nominantur verò phrenitides, quæ cũ febre ſunt. Maniæ verò, quæ citra hanc fiunt. Hæ interim mordaces & calidos ſequuntur humores, qualis maximè flaua bilis eſt: ſæpe etiam à calidiore cerebri intemperie naſcuntur. Sola verò melancholica vocata deliria, frigidiorem humorem pro cauſa habent. Nam Phrenitis non ſimpliciter ob calidos accidit humores, ſed cum eo phlegmonen quoq; in cerebro, & ipſius membranis parit. In aliis autẽ febribus deliria fiunt, eiuſmodi humore in cerebro redundante. Et quæ in acutiſſimarum febrium vigore conſiſtunt, mordacem calidumq; vaporem ad cerebrum euaporantem obtinent. Melancholica verò deliria multarum ſunt ſpecierum, propter apparẽtes particulatim imaginationes. In omnibus autem commune eſſe videtur, quod ab Hippocrate dictum eſt. Si timor & mœſtitia multo tempore perſeuerauerit, melãcholicum eiuſmodi eſt. Omnes enim ſine cauſa mœſti ſunt. Neq; ſi roges quamobrem triſtentur, dicere poſſunt. Ac non pauci eorum mortem, atq; alia quædam haudquaquam timenda, metuunt. Sunt verò qui vehementer cupiant mori. Porrò quòd ex atra bile, quum rationalis animæ principium occupauit, timor, mœſtitia, & mortis expectatio fiant, nihil mirum. Siquidem videmus nihil eorum quæ extra corpus ſunt nos ita perterrefacere, ac tenebras. Quum igitur quippiam tenebris ſimile, rationali animæ parti circunfunditur, neceſſe eſt hominem timere, vt qui ſemper cauſam timoris in corpore circumferat. Quod enim nobis extrinſecus accidit, quum ambiens aër ad tempus aliquod vaſtiſſimis tenebris obſcuratus fuerit, id melancholicis ab interno, & ex ipſo corpore excitatur, occupante cerebrum vel ipſa atra bile, vel aliqua melãcholici vaporis exhalatione, veluti in morbo quem flatuoſum, & hypochondriacum vocant. Deliria diuerſa. M. anſæ. Phrenitis. Cur atra bilis timorem & mœſtitiam pariat.

COMMENTAR.

Abſolutis duobus primis principis actionis ſymptomatum generibus, tertium nunc aggreditur, nempe deliria, & omnes iã dictæ actionis deprauatos motus. Tales autem ſunt, qui aliorſum quàm pro naturæ modo fiũt. Naturæ verò modus eſt, ſi animo valemus, mentisq; & rationis compotes ſumus, obiectarum quarumq; rerum notiones integras, delectumq; habemus, ſi deniq; iudicio ac ratione ſingula expendimus, noxia vitamus, vtilia verò & honeſta amplectimur. Qui autem delirio laborant, nihil horum faciunt, ſed præcipites ad omnia ſine præmeditatione ac cõſilio feruntur, apprehenſionem quidem habentes, delectu autem conceptarum rerum deſtituti, vt non rarò noxia pro vtilibus, turpia pro honeſtis arripiant, ac proſequantur. Cæterùm omnes deprauati principis actionis motus, & deliria, vel à vitioſis humoribus, vel Naturę modus. Deliriorũ cauſæ, & varietas.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 327 sur 637

à cerebri intemperie naſcuntur. Verbi gratia phrenitis,& mania. Phrenitis autem delirium cum febre accidit. Mania verò,citra febrem. Vtrunque autem delirij genus à iá dictis cauſis oritur. Mania quidem interdum à calidiore cerebri intemperie. Sæpe etiã à mordacibus,& calidis,qualis eſt flaua bilis,humoribus. Phrenitis non ſimpliciter,vt mania,à calidis naſcitur humoribus, ſed etiam phlegmonen in cerebro, aut eius inuolucris efficit,vt in præcedentibus quoque libris dictum eſt. Deliria verò quæ in aliis febribus,intermittentibus ſcilicet,eueniunt,quòd calidus humor in cerebro redundat, accidere ſolent. Quæ autem in rigore acutiſsimarum febriũ deliria apparent,ob mordacem calidumque vaporem ad cerebrum delatum,naſcuntur. Sola igitur melancholica vocata deliria,frigidum humorem,atram nimirum bilem,pro cauſa habent. Sunt autem horum deliriorum variæ differentiæ, prout in ipſis apparuerint particulatim imaginationes,Siquidem alius teſtam ſeſe factum putat,atque idcirco obuiantibus cedit,ne collidatur. Alter gallos cantare audiens,vt hi alarum,ſic ille brachiorum plauſu latera quatiens, animantium ſonum imitatur,vt copioſiùs libr.3.de labor.locis,capite ſexto Galenus docet. Hinc appoſitiſsima voce hoc loco vſus eſt Galenus ὑπούλοι: hac enim apparentes ac fictas quaſi rerum non verè exiſtentium imagines ſignificare voluit. Commune autem in omnibus melancholicis deliriis eſt ſymptoma, timor & mœſtitia,quemadmodum Hippocrates ſectione ſexta,apho.23.ſignificauit,inquiens. Si timor & mæſtitia diu perſeuerauerit,melancholicum eſt. Omnes enim mœſti ſunt, omnes timẽt mortem,vitam damnãt,odio habent homines,vt loco etiam paulò antè citato Galenus copioſiùs tradit,non tamen omnes mori cupiũt. Quod autem ait, tum alia quædam haudquaquam timenda, metuunt, reſpicit ad eum qui timuit ne Atlas, qui mundum ſuſtinere dicitur,grauatus ſub tanto onere,ipſum à ſe excuteret,atq; hic cum illo collideretur,& nos quoque cum illo periremus. Cur autem melancholici timeant,ac mœſti ſint,Galenus in contextu ita perſpicuè docet, vt nulla opus ſit explicatione. Eandem verò cauſam, etiam loco nunc ſæpiùs citato, iiſdem propemodum verbis tradit. In ſumma timor,& mœſtitia fiunt, vel ipſa atra bile, vel aliqua melancholici vaporis exhalatione, vt fit in morbo flatuoſo & hypochondriaco appellato, cerebrum occupante. Sic autem dictus eſt ab ipſis hypochondriis laborantibus,& inflatis,quæ ſubinde cerebrum propter melancholici vaporis exhalationem in conſenſum rapiunt, vt fuſiùs loco iam ſæpiùs indicato Galenus tradit.

Melancholicorũ variæ imaginationes.

ὑπούλοι.

Morbus hypochondriacus cur dictus?

GALENI DE SYMPTOMATVM CAVſis Libri ſecundi Finis.

Claudii Galeni pergameni, de Sympto-MATVM CAVSIS LIBER TERTIVS,

Leonharto Fuchſio interprete.

CAPVT I.

QVanquam ſymptomata quæ in naturalibus tum actionibus, tum facultatibus euenunt, eãdem quam ea quæ in animalibus fiunt actionibus inuentionis methodum ac rationem habent: præſtiterit tamen fortaſsis in horum quoque particulatim ſpeciebus exercitari, quemadmodũ etiã in iis quæ animaliũ ſunt actionũ exercitati ſumus. Caput itaq; inuentionis omniũ quæ facultatibus noxã inferunt cauſarum eſt, modi quo per ſanitatem actiones ſuas perficiebant cognitio. Si enim atterendo ventriculus cibos concoquit, quum quò minùs atterat impeditur, concoctionis ſymptomata efficiet. Si nihil quidem omnino attriuit, nihil prorſus concoquet. Si verò vitioſè attriuit, vitioſè quoque concoquet. Eadem ratione ſi putrefaciendo concoquit, niſi putrefaciat, haud concoquet. Verùm ſi veluti nos demonſtrauimus, ipſa concoctio alteratio in qualitate eſt, fit autem à ventriculo dum ſibi cibos aſsimilat, omnibus palàm eſt, fruſtratione in alteratione, concoctionis forè ſymptoma. Quòd ſi nulla penitùs fuerit alteratio, hoc ſymptoma cruditas vocatur, haud aliter quàm immobilitas, & ſenſus priuatio in animæ actionibus, ſignificantibus ſcilicet priuatis animæ partis actionis tum abolitionem tum priuationẽ. Si verò alteratio fiat, ſed non vt oportet, cruditas quidem & hoc ſymptoma nominatur: non tamen vt priùs, priuationem, ſed vitium duntaxat ſignificat. Quum autem & ipſum ſit duplex, vel quòd tarde, & nondum conuenientem mutationem cibus ſuſcipiat, vel corrumpatur, vt nullam prorſus à natura perfectionem ornatúmve recipere poſsit: priùs quidem tardam concoctionem nominant, ſecundum verò nullum proprium nomen obtinet. Atq; huiuſmodi ſunt concoctionis noxæ.

Caput inuentionis omnium cauſarum facultatibus noxam inferentium quod.

De concoctione diuerſæ veterum opiniones.

Cruditas.

Tarda cõcoctio.

COMMENTARIVS.

Quum in hoc libro de ſymptomatis quæ in naturalibus tum actionibus, tum facultatibus conſiſtunt ſit acturus Galenus, quanquam illa eandem cum iis quæ in animalibus accidunt actionibus: inuentionis methodum habent, tamen nihilominus nos in horum quoque particulatim ſpeciebus exercitari docet, à concoctione exorſus. Cæterùm quum omnium quæ facultatibus nocẽt inuentionis cauſarum, caput & initium ſit, cognitio modi quo per ſanitatem ſuas perficiũt actiones, ideò primùm quid ſit concoctio monſtrat. Tres autem veterum ea de re opiniones recenſet. Fuerunt enim qui concoctionem ventriculi fieri dicebant, quum ille cibos tereret. Cuius quidem opinionis Eraſiſtratum fuiſſe conſtat, quemadmodum ex iis quæ lib. 2. de naturalibus facultatibus Galenus ſcribit, palàm fit, vbi ita inquit. Id verò Eraſiſtratus quoque ipſe, quanquam nolens fatetur. Nã quum in febribus deteriorem eſſe ciborum cõcoctionem dicat, nec tamen, ſicut priores cenſuerunt, propterea quòd naturalis caloris mediocritas corrumpitur: ſed quia ventriculus hos amplecti, & terere ſimiliter non valet, quòd eius læſa ſit actio, rogari iure poteſt, à quo ſit læſa vẽtriculi actio. Vnde omnibus

Tres veterũ medicorum de concoctiõe opiniones.

Eraſiſtrati.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 329 sur 637

©BIUM

perſpicuum ſit actionem vētriculi Eraſiſtatum circumplexum, & attritionem nominaſſe, vt liquidò patet ex iis quæ lib.2.the.metho.cap.4.idem Galenus ſcribit. Alij putrefaciendo cibū concoquere ventriculum putabant. In qua ſentētia Pliſtonicus fuit.

Pliſtonici. Hippocratis & Galeni,

Hippocrates autem, Galenus, & omnes propemodum alij veteres medici, concoctionem dixerūt eſſe alterationem cibi in propriam ac familiarem nutriti qualitatem. Iam dictas tres de cōcoctione ſententias Cornelius Celſus in proœmio libri.1. iis indicauit verbis. Ex quibus inquit, quàm maximè pertinere ad rem concoctio videtur. Huic potiſsimùm inſiſtunt, & duce alij Eraſiſtrato, atteri cibum in ventriculo cōtendunt. Alij Pliſtonico, Praxagoræ diſcipulo, putreſcere. Alij credunt Hippocrati per calorem cibos concoqui. Hæc ille. Quòd ſi igitur de Eraſiſtrati ſententia concoctio fit atterēdo, impediri ac vitiari ventriculi actio iure dicetur, adeoq; cōcoctionis ſymptomata euenient, ſi cibos non rectè atterat. Verbi gratia, ſi nihil omninò atterit, nihil prorſùs concoquit, eritq; tū cōcoctionis abolitio. Si verò deprauatè cōterit, deprauata concoctio erit. Eodē modo ſi de Pliſtonici ſententia, putrefaciendo fit cōcoctio, niſi rectè putrefaciat ventriculus cibos, ſymptomata abolita vel deprauata ſcilicet concoctio, ſequatur neceſſe eſt. Quòd ſi verò concoctio eſt alteratio nutrimēti in propriam eius quod nutritur qualitatem, vt cap.4.lib. de ſympto.differen.& lib.2.de natur.facul. multisq; aliis locis demōſtrauit Galenus, perſpicuū omnibus fit, fruſtrationē ſeu aberationem in alteratione concoctionis eſſe ſymptoma. Vt Sole iā clarius ſit, cognitionē modi quo per ſanitatem ſuas actiones perficiebant facultates ipſę, caput eſſe & initium inuentionis omnium cauſarum, quæ facultatibus noxā inferunt. Quas ſanè cauſas Franciſcus Valleriola non ſine maximo errore morbificas appellat, dū inquit. Qua in re prēcipuū illud haberi debet, vt ſi morbificas cauſas quæ potentiis naturalibus noxā inferunt noſcere voluerimus &c. Si enim morbificæ eſſent, tunc noxa, quam illę facultatibus inferunt morbus foret, quod ex diametro cum Galeni ſentētia pugnaret, vt qui noxas illas, ſeu vitiatas actiones facultatum, ſymptomata, nō morbos nominat. Cauſæ igitur quæ noxas facultatibus inferunt non ſunt niſi morbi, vt quos conſtat eſſe affectus præter naturam, à quibus actiones vitiantur, vt ſuprà, capite. 2. libri de morborum cauſis, & capite.4. libri de ſymptoma.differen. luculenter admodum eſt demonſtratum. Quod ideò commemorare placuit, vt hinc intelligeres, nihil mirum eſſe Valleriolā in morbis cōtinentem ſtatuere cauſam. Cauſam enim morbi appellat id, quod reuera morbus eſt, & morbū, quod reuera ſymptoma eſt. Morbū autem eſſe ſymptomatis continentem cauſam, nunq; inficias iuimus, & idipſum etiā, vt ex iis quę præceſſerūt abundè patuit, Galenus fatetur. Cæterùm quū priores duæ de cōcoctione opiniones à veritate ſint alienæ, tertia verò nō ſolùm veterū medicorū authoritate ſit cōfirmata, verumetiā rationi cōſona, ideò hāc Galenus ſequitur, & de illius prēſcripto ſymptomata concoctionis inquirit, ac tria eſſe in vniuerſum colligit, abolitā nimirū, imbecillā, & deprauatā cōcoctionem. Si enim abolita eſt, & nulla prorſus cibi in ventriculo fit alteratio, cruditas nominatur hoc ſymptoma, haud ſecus quā immobilitas & inſēſibilitas, ἀναισθησίαν vocat Galenus, in animalibus actionibus. Significant enim iā dictæ voces primatis ſeu præcipuæ animæ partis, hoc eſt, cerebri actionis abolitionē & priuationem. Quēadmodū igitur in iis duobus ſymptomatis animalis facultas ſuis actionibus omnino deſtituta, & priuata eſt, ita etiam naturalis ſiue concoctrix in cruditate. Si verò alteratio cibi in ventriculo fiat, ſed non vt oportet, cruditas quidē & hoc ſymptoma vocatur, ſed impropriè. Nā propriè ita nominatur omnimoda actionis ventriculi priuatio. Alteratio aūt in alienā qualitatē, ſeu vitioſa cōcoctio Græcis rectiùs δυσπεψία, latinis difficilis concoctio nuncupatur. Hinc cruditas impropriè dicta, nō priuationem, & omnimodam abolitionem, ſed duntaxat vitium ſignificat. Porrò vitioſa concoctio κακώσεως enim, & non δυνάμεως legendum: duplex eſt, vel enim tardè longioriq; tēpore, & vix cibus in vētriculo permutatur, & appellatur Grēcis βραδυπεψία, Latinis

Cauſę facultatibus noxam inferentes, vt Valleriola putauit, nō ſunt morbificæ.

Tria concoctionis ſymptomata.

Cruditas propriè dicta.

Cruditas impropriè dicta.

Deprauata concoctio.

βραδυπεψία.

Latinis autem tarda & imbecilla concoctio. Vel omnino cibus corrumpitur & nullū omnino à natura ornatum reciperepotest, sed in alienam planè qualitatem permutatur. Hæc nullum proprium nomen apud Græcos obtinet, tamen cōmodissimè, vt cōprehēsum est, vocari δυσπεψία Græcis, & deprauata concoctio Latinis potest. Atque hæ sunt tres concoctionis noxæ. δυσπεψία.

Cōmunis noxarum seu symptomatum causæ in genera & species diuisio.

Causa verò earum communis quidem est, alteratricis facultatis à scopo aberratio. Hæc autem in genera & species diuiditur. Prima quidem duo genera aberrationis sunt, alterum facultas ipsa laborās, alterum externus quispiam error. Vtrunque horum rursus diuiditur. Facultatis quidem noxa bifariā accidit, aut propter suam essentiam, aut aliquem instrumentalem morbum. Externus verò error & ipse triplex est. Vnus quidem in ventriculi excrementis, alter in cibis, tertius in tempore somni existit. Verum quæ in propria facultatis essentia noxæ eueniunt, intemperies quædam sunt effectricium qualitatum. Quæ verò ab instrumentalibus morbis, oriuntur sunt erysipelata, ædemata, phlegmone, scirrhi, abscessus, carbunculi, & id genus alij tum simplices, tum compositi morbi qui in ventriculo consistunt. Propter hæc verò omnia ventriculus malè concoquit, facultate scilicet eius quæ concoquit læsa: per intemperies quidem in sua ipsius essentia, per alios verò morbos, qui simpliciter instrumentales sunt, duntaxat impedita. Qui verò ex intemperie & instrumentali morbo compositi sunt, vtroque modo noxam afferunt. Atque ob omnes has accasiones ventriculus malè concoquit, etiamsi in nullo aliorum quæ extrinsecùs accidunt peccetur. E contrario autem ventriculo ipso nequaquam laborante animal non concoquit, vel propter ciborum potionúmque immoderatarum quātitatem, vel prauam qualitatem, vel intempestiuā sumptionem, vel incongruum ordinem, vel vitiosum excrementum, vel breuem somnū. Porrò quæ à vitiosis ciborum qualitatibus, & excrementis in ventriculo consistunt, cum corruptione sunt cruda. Accidit autem aliquando etiam propter præposterum ordinem, & intempestiuam sumptionem. Præposterum autem ordinem appello, si cotonea mala, & punica, verbi gratia, primo loco ingerantur, olera ex oleo & garo, vltimo. Intempestiuam verò sumptionem, si mane anteaquàm prior cibus probè descēderit, vel paulò ante exercitationem, prandeat.

Præposterus ordo.

Intēpestiua sumptio.

COMMENTAR.

Hactenus tria esse concoctionis symptomata Galenus demonstrauit. Nunc igitur quæ sint eorundem causæ ostendere pergit, primumque quæ omnium earum quæ facultatibus naturalibus accidunt noxarum causa communis sit exponit, & dein, eādem in genera & species diuidit. Communis noxarum siue symptomatum causa, est alteratricis concoctricisve facultatis à scopo aberratio. Aberrat autem à scopo bifariam. Vno modo, quando facultas ipsa laborat. Altero, vbi externus aliquis error accidit. Vterque horum modorum rursus diuiditur. Quippe facultas ipsa bifariam læditur ac laborat. Vno modo propter intemperiem quæ eius essentiam occupat. Altero, propter morbū aliquem instrumētalem. Externus autem error triplex est. Vnus, in ventriculi excrementis. Talia verò sunt, quæ vel in ipso vētriculo nata sunt, vel abundè in hūc cō fluxerunt. Ntrunque enim accidere solet, quemadmodum libro septimo, therapeuticæ methodi capite vndecimo, Galenus fusiùs docet. Alter, in cibis. Tertius in tempo-

Facultas bifariā à scopo aberrat.

Externus error triplex.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 331 sur 637

©BIUM

re ſomni,quòd ſcilicet plus iuſto breuius ſit. Per ſomnum autem legitima ratione factum,cibos non ſolùm in ventriculo,verumetiam per vniuerſam animalis molem optimè cõcoqui,cap.vltimo lib.primi de ſympto.cauſis monſtratum eſt. Cæterùm per

Proprię facultatis eſſentiæ noxæ quæ?

proprię facultatis eſſentię noxas,Galenus nõ intelligit,niſi cauſas quæ facultatibus nocent. Tales autem ſunt, ipſomet Galeno interprete,intemperies. Non eſt autem intemperies morbi cauſa,ſed ipſe morbus, vtpote quæ actiones naturales lædat. Vt hinc

Valleriola notatus.

etiam perſpicuum fiat, Valleriolam cauſas quæ facultatibus naturalibus noxam inferunt nõ rectè morbificas appellaſſe.Neq; enim morbũ,quũ ipſe morbi ſint,ſed ſymptomata efficiũt.Quod mirũ eſt cur nõ animaduerterit, quũ tamen Galenus in hoc,vt prȩcedẽtibus duobus lib. nõ de morbor .ſed de ſympto.tractet cauſis,Quȩverò ab inſtrumẽtalibus morbis nox eueniũt in facultatibus.i.morbi inſtrumẽtales facultatibus nocentes,ſunt eryſipelata,œdemata,phlegmone,abſceſſus,ſcirrhi,carbunculi,& id genus alii morbi tum ſimplices,tum compoſiti,de quibus capite duodecimo lib.de morborum differentiis dictum eſt,in ventriculo conſiſtentes. Horum verò omnium iam dictorum gratia ventriculus malè concoquit,propterea quòd facultas eius cõcoctrix lædítur,per intemperies quidem nudas effectricium qualitatũ propria facultatis eſſentia,per alios verò morbos qui ſimplices ſunt,id eſt,citrà intemperiem cõſiſtunt in vẽtriculo,facultas duntaxat impeditur.Nam facultas propriè non dicitur lędi,niſi vbi à ſua actione,propterea quòd in propria facultatis eſſentia noxa eſt,prohibetur. Impediri autem dicitur,quando à ſua prohibetur actione nulla in eius eſſentia exiſtente noxa.Quòd oculi exẽplo planum efficiemus. In oculo enim eſt pars aliqua ſimilaris,nẽpe cryſtallinus humor,viſus inſtrumentum.Quoties igitur hæc pars intemperie laborat,adeoque propria facultatis viſoriæ eſſentia noxam contraxit, omnino oculorum functio,id eſt,viſio,lædítur.Sunt verò multæ aliæ partes quæ cum hac ſimilari oculũ perficiunt,quę vſus gratia facta ſunt illius,quę prima erat actionis cauſa.Quòd ſi itaq; alteri cuipiam parti viſioni vſum aliquem præſtanti,morbus acciderit,cuius occaſione viſio ipſa ampliùs nõ fiat,cryſtallino nihil perpeſſo,veluti in pterygio,quod in adhærente vocata membrana,euenire ſolet,tum impediri viſio rectiſsimè dicetur. Idem in ventriculo accidit ſi enim is intemperie laborat,& in ſua eſſentia noxam accipit,actio eius verè lædi dicitur.Si verò phlegmone,aut abſceſſu,alióve inſtrumentali morbo afficitur ventriculus,eſſentia eius nullam ſuſtinet noxã, ideoque actio eius tum nõ lædi,ſed potiùs impediri dicitur. Qui verò ex intemperie & inſtrumentali morbo cõpoſiti ſunt,vtroque modo,lędendo ſcilicet,& impediendo actionem,noxam inferunt.

Facultas propriè quando dicitur lædi. Impediri.

Vt enim ſunt intemperies, lædunt, vt verò ſunt morbi inſtrumentales, impediunt actionem.Atque propter has quidem cauſas omnis ventriculus malè concoquit,etiãſi in nullo aliorum externorum peccetur.Hactenùs itaq; primum diuiſionis primę genus explicauit Galenus, nunc alterum primarium prædictę diuiſionis genus enarrabit,nempe externi erroris ſpecies.Septem autem modis,ventriculo ipſo nequaquam laborante,animal haud concoquit. Primò propter ciborum portionumque immodicã copiam,quam ſcilicet natiuus ventriculi calor vincere nequit,& à qua ipſe potiùs prȩfocatur,& obruitur,haud ſecus,quàm à multis lignis confertim impoſitis,ignis.Secundò,ob prauam qualitatem,calidam,frigidam,craſſam,glutinoſam,acrem,venenatam, qua nimirum fungi,tubera,& id genus alii fructus deprauati prædíti ſunt. Tertiò,propter intempeſtiuam ſumptionẽ. Intempeſtiua autem ſumptio eſt,ſi manè priuſquàm heſternus cibus probè deſcenderit,ac in ventriculo concoctus ſit,vel paulò ante exercitationem,prandeat.Neque enim ante,ſed potiùs poſt exercitia prandendum erit.Iuxta id Hippocratis πάνα σπλίων ὑγιάδωζεν:labores cibos antecedant. Quartò, propter prȩpoſterum ordinem.Præpoſterus autem ordo eſt,ſi adſtringentia,verbi gratia,cotonea mala,& punica,primo loco ſumantur,lubricam verò efficientia aluum,vt ſunt olera ex garo vltimo ingerantur loco.Prȩpoſterus etiam ordo eſt, vbi concoctu difficilia

Septẽ modis vẽtriculo ipſo nequaquã laborãte animal haud cõcoquit.

1

2

3

Intempeſtiua cibi ſumptio.

6.Epide. ſect. 4. apho.vltimo,

4

cilia iis quę facile concoquuntur pręmittantur,& ſi arida humidis antecedant. Cæterùm vbi nos cõuertimus cotonea mala,Galenus ſimpliciter μῆλα habet. Nam Græcis μῆλον ſimpliciter,cotoneum malum ſignificat,adeoque illi generis nomenclatura pro ſpecie,idque per excellentiam,vtuntur.Garum autem hîc pro muria ea, qua veteres in olerum conditura vſi ſunt accipitur. Aliàs Diſcoridi liquidum quod aquæ modo fluens ſupernatat, nõ ſolũ in piſcibus,ſed & in animaliũ etiam carnibus,denotat.Ordo itaq; conueniens ſumendorum ciborũ,Galeno etiam lib.2.de alimẽ. facul. ca.11.& 19. atteſtãte,eſt,vt primo ante omnia loco,quæ celeriter ſubſidũt,& in vẽticulo morata corrumpuntur,ingerantur.Poſtremo autem ordine, quæ tardè commeant ſumenda.Et is profectò ordo in ſano ventriculo,ad quem certè Galenus hoc loco, vt alij etiã autores in ſumendo cibo præſcribentes ordinem, reſpiciunt, perpetuò obſeruandus erit.Quare nihil opus eſt ſcrupuloſa iſta,quam hîc affert valleriola,diſtinctione de laxiore,calidiore,robuſto,& imbecillo ventriculo.Nam iis diſtinctionib. nihil aliud facit,quam vt nodum in ſcirpo quærat,difficultatemq; pariat, vbi planè nulla exiſtit. Omnes enim ventriculi laxiores, calidioresque ſanitatis metas excedũt, ideóq; nõ eã quam ſanus victus rationem,ſed ſibi potiùs contraria requirunt. Præterea nemo eſt qui neſciat imbecilliori ventriculo,valentiora cibaria non eſſe offerenda. Immeritò igitur Hali abbatis.1.pract.ca.6. conuellit ſententiã,vt qui diſertè dicat,bene degente corpore,adeóque ſano exiſtente ventriculo,valentiora imbecillioribus,vel,vt ipſe loquitur,craſſiora tenuibus eſſe præponẽda. Quis enim imbecillam ventriculi facultatem craſſioribus cibis,vtpote quos cõcoquere nõ poſſet,obrueret?In ſano igitur,& in quo concoctio nondum eſt manifeſtè læſa,is ciborum ordo obſeruandus erit.Sed ad inſtitutum redeamus.Sextò animal nulla exiſtente in ventriculo noxa haud cõcoquit, propter vitioſum excrementum in ipſo ventriculo natum,aut in eum confluens.Id in cibum aſſumptum vnà ſecum corrumpit. Septimò, ob exiguum ſomnum, qui cibos ſumptos,vt infrà dicemus,vincere non poteſt.

μῆλα

Garum.

Ordo conueniẽs ſumendorum ciborum.

Valleriolę diſtinctio ſcrupuloſa notatur.

Sextò.

Septimò.

Corruptelæ cauſæ.

Corruptelæ aũt nidorem referẽtes,à calidioribus & bilioſioribus cibis accidũt. Acidæ verò à frigidioribus naturâ, & magis pituitoſis.Similiter in excremẽtis fit. Acidas enim corruptelas pariunt, quæ pituitoſa ſunt & frigida. Nidorem referentes,calida & bilioſa.Nam & ipſe ventriculus in frigidis morbis,acidas in calidioribus autem nidorem referentes mutationes efficit. Tardas autem concoctiones creant,ea quæ quidem ægrè corrumpuntur, facultatem tamen ſuperãt, vel ſomnum.Vbi verò citra corruptelam concoctionis omnino fit priuatio,tum ſcire oportet ventriculum planè victum eſſe,vel ab immodica multitudine,quam facultas imbecilla ferre non potuit, aut à vehementi frigore. Quippe in huiuſmodi conſtitutionibus adeò non concoquit ventriculus,vt ne aggrediatur quidem omnino concoctionem.Hæc igitur tibi eius quoque cruditatis quæ in vaſis accidit exempla ſunto.Siquidem hanc ad eoſdem modos reduces,& ad hos etiam eam quæ in tertia fit concoctione,quam totius molis nutritio ſequitur: eandem proportionẽ habente ad venas alimento quod ex vẽtriculo in ipſas diſtribuitur,ad carnes autem,eò quòd à venis in ipſas deducitur, quam habent ea quæ comeduntur & bibuntur ad ventriculum.Hæc igitur omnia nobis indicauit præcognitus concoctionis modus.Quum enim huiuſmodi quandam temperiem quæ ex quatuor conſtat elementis,& quæ proprietatem corporis ventriculi conſtituit, cauſam alterationis ciborum eſſe ſciuerimus,& quòd ad hanc rem plurimùm confert calidum ele-

mentum, ad inuentionem cauſarum cruditatis quaſi manu ducti ſumus.

COMMENTARIVS.

Expoſitis communibus cauſis ſymptomatum quę in concoctionis facultate eueniũt, nunc proprias explicare aggreditur, à corruptela ſeu deprauata concoctione exorſus.

Duæ corruptelæ. Nidor. Quum verò duæ ſint corruptelæ, vna quæ nidorem, hoc eſt, rei toſtæ & vſtæ odorem refert, altera verò quæ acida eſt. Hæc quidem à frigidis naturâ, & magis pituitoſis, illa verò à calidis, & bilioſis cibis procreatur. Simili modo in excrementis fit. Quæ enim frigida & pituitoſa ſunt, hæc acidas corruptelas pariunt. Quæ verò calida & bilioſa, nidoroſas. Nam itidem etiam in morbis vẽtriculi accidere ſolet, calidi enim nidorem referentes, frigidi verò acidas efficiunt mutationes. Cæterũm tardæ concoctionis cauſæ ſunt, quæ quidem ægrè in ventriculo corrumpuntur. Hæc enim quum facultatem concoctricem ſuperent, & itidem ſomnum, qui non parum, vt dictum eſt, concoctionem iuuat, accidit vt longiori tempore, donec in qualitatẽ animanti familiarem permutentur, illis opus ſit. Cruditatis verò quæ citra corruptelam accidit, adeóque omnimodæ concoctionis priuationis, duæ ſunt cauſæ. Vna, immodica cibi quantitas, quàm imbecilla facultas vincere non poteſt. Altera vehemens ventriculi frigus. In iis enim duabus conſtitutionibus, id eſt, imbecillitate, & frigore ventriculi, is prorſus cõcoquere cibum non tentat. Iam eius etiam quæ in vaſis, & in vniuerſa corporis mole accidit cruditatis exempla dicta ſunt. Nam vt tria ſunt cruditatis ventriculi ſymptomatum genera, ita etiã totidem ſunt eius quæ in vaſis, & toto corpore conſiſtit. Tres enim eſſe concoctiones conſtat, vnam quæ fit in ventriculo, alteram, quæ in vaſis, tertiam quæ in mole totius corporis, vt copioſiùs lib. 3. de naturalib. facul. & in fine libri quarti de tuen. ſani. Galenus teſtatur. Quare hîc ſubiicit Galenus. Cruditates quę in venis & vniuerſi corporis habitu ſunt ad eoſdem modos, nẽpe ad priuationem concoctionis, imbecillitatem, & corruptelã, vt in ſequentibus latiùs oſtẽdetur, reducũtur.

Tardæ concoctionis cauſæ.

Cruditatis duæ cauſæ.

Tres concoctiones.

Aldinus codex emendatus. Emendandus igitur hoc loco Aldinus codex erit, vt qui nõ rectè πρὸς ἑκάτερα legit pro ἑκείνους. Cur autem ad eoſdẽ modos ſint reducendę, Galenus hanc eſſe cauſſam inquit. Quippe quam proportionem ea quæ comeduntur & bibũtur ad ventriculum habẽt, eandem etiam obtinet ad id quod ex ventriculo in ipſas diſtribuitur alimentum, & ad carnes quod ex venis ad ipſas deducitur. Vt enim ciborum ac potionum quæ ingeruntur diuerſa, pro ratione paulo antè expoſita, ſymptomata in ventriculo generant, ita etiam ea quæ ex uentriculo deducuntur in venas, & quæ ex venis in molem totius corporis. Quocirca ſi ventriculus ob læſam in eo alteratricem facultatem, vel externum quempiam errorem à ſua actione ceſſauerit, vt crudus maneat propterea cibus, vtq; is qui ad vaſa crudus mittitur ſuccus, illaboratus permaneat neceſſe eſt. Quòd ſi verò vaſa ſuccos non probè concoxerint, nec partes corporis, ſibi tranſmiſſum alimentum conficere poterunt. Naturâ ſiquidem ita comparatum eſt, vt quæ ſe ſe excipiunt concoctiones, poſterior priorem emẽdare minimè valeat, quemadmodum in fine libri quarti de tuen. ſani. Galenus pulchrè admodum in hunc ſcribens modum confirmat. Ergo, inquit, ſiue panis non ſatis eſt coctus, ſiue caro, leguménve intrà modum elixũ, fieri nequit vt hęc vẽtriculus probè cõcoquat. Eadẽ verò ratione ſe habent & quæ in ventriculo malè ſunt confecta ad ſecundam concoctionẽ quæ agitur in venis, qua malè præparati cibi ad concoctionem quæ fit in ventriculo. Quinetiam quæ in venis malè ſunt cõcocta, ſic ſe habẽt ad concoctionẽ quæ agitur in carne, quemadmodum ſe habebant cibi, ad eã quæ fit in ventriculo, & quæ ex hoc ſubeuntia, ad eam quæ fit in venis. Ergo nec ventriculus externa quæ ſumpſit exactè cõcoquit, nec venę hęc quæ à vẽtriculo excipiũt: ſed nec carnes quæ ex venis, vbi probè anteà non ſunt confecta. Hæc ille. Prædicta autem omnia, concoctionis modus, vt initio huius capitis eſt commemo ratum, nobis indicat. Si enim ſciuerimus cauſam alterationis ciborum non eſſe niſi quandam temperiem quæ exquatuor elementis cõ-

Vna concoctio alterius errorem emendare haud valet.

» bens modum confirmat. Ergo, inquit, ſiue panis non ſatis eſt coctus, ſiue caro, legu-
» ménve intrà modum elixũ, fieri nequit vt hęc vẽtriculus probè cõcoquat. Eadẽ verò
» ratione ſe habent & quæ in ventriculo malè ſunt confecta ad ſecundam concoctionẽ
» quæ agitur in venis, qua malè præparati cibi ad concoctionem quæ fit in ventriculo.
» Quinetiam quæ in venis malè ſunt cõcocta, ſic ſe habẽt ad concoctionẽ quæ agitur
» in carne, quemadmodum ſe habebant cibi, ad eã quæ fit in ventriculo, & quæ ex hoc
» ſubeuntia, ad eam quæ fit in venis. Ergo nec ventriculus externa quæ ſumpſit exactè
» cõcoquit, nec venę hęc quæ à vẽtriculo excipiũt: ſed nec carnes quæ ex venis, vbi pro-
» bè anteà non ſunt confecta. Hæc ille. Prædicta autem omnia, concoctionis modus, vt
initio huius capitis eſt commemo ratum, nobis indicat. Si enim ſciuerimus cauſam alterationis ciborum non eſſe niſi quandam temperiem quæ exquatuor elementis cõ-

ſtat

ſtat,& quæ proprietatem corporis ventriculi conſtituit,& quôd ad hanc rem,nempe ciborum alterationem,calidum plurimùm conferat elementum,facilè eſt cauſas cruditatis inuenire. Quæcunque enim hanc temperiem turbant, adeoque proprietatem ſubſtantiæ,quam propria quædam actio conſequitur,lædunt, hæc cruditatem pariũt.

Atqui non ſolum in cruditatibus, ſed etiam in omni ſymptomatum genere, vnum quidem veluti abolitio,aut priuatio actionis, aut quomodolibet nominare volueris,alterum autem veluti imperfecta,& deficiens actio, tertium verò praua,& erronea.In ventriculo igitur,ceu paulo antè eſt dictũ,priuatio actionis eſt, quãdo ne minimũ quidẽ cibi alterãtur. Cõcoctio autẽ deficiẽs in tarda cõcoctione cõſiſtit ſicuti praua & erronea,in corruptelis.Inuenis autem priuatio actionis eſt, quũ humores omnino ſunt crudi. Dèficiẽs verò actio, vbi ſemicocti ſunt. Erronea autẽ, quũ vitioſi euaſerint.Haud aliter in vniuerſo animalis habitu, quæ veluti priuatio eſt,in crudis qui ibidẽ humoribus conſiſtit. Quæ verò veluti deficiẽs,ſemicoctis.Deprauata autẽ,in vitioſis humoribus.Ex huiuſmodi vitiatis humoribus generãtur eryſipelata, cãcri,gãgrænæ,phagedænæ,carbunculi,herpetes, aliaq; eius generis. In nutriẽdi verò actione,priuatio quædà actionis atrophia eſt. Deficiẽs aũt nutritio,gracilitas.Deprauata in leucis,& elephãtiaſi nominata cõſiſtit. Cauſæ verò omniũ eorũ quæ dicta ſunt ſymptomatũ,eiuſdẽ generis ſunt cũ ijs quæ priùs de ventriculo ſunt dictæ.Nã aliæ ad facultatis imbecillitatẽ,aliæ ad alimẽti vitiũ,& tertiæ ad ſtudia,& ea quæ extrinſecus accidunt animãti referũtur,idq; eadẽ illis ratione. Facultatis quidem imbecillitates quæ propriæ ſunt, ſimilarium partium imbecillitatem,quæ verò non propriæ,inſtrumentales morbos comitãtur. Alimẽti autẽ in vitia, redundantiam,& qualitatem humorum diducuntur.Nam ſecùs arbitror & ſtudiorum,& eorum quæ extrinſecùs occurrũt errores,in præpoſterum ordinem, & intempeſtiuam quandam aſſumptionem. Studia verò voco nunc equitationem,piſcationem,venerea,balnea, deambulationes, nauigationes, venationes, & in ſumma omnia in quibus aliquid corpore agimus.

Tria eſſe in omnibus cruditatibus ſymptomatum genera.

Studia.

COMMENTAR.

Tria eſſe in omnibus tum ventriculi,tum vaſorum,tum totius corporis molis cruditatibus ſymptomatum genera hoc loco Galenus monſtrat, adeoque quod ſuprà dixit obſcuriùs,ad eoſdem modos cruditates vaſorum,& totius corporis, ad quos ventriculi reduci,nunc planiùs explicat. Vnum,abolitio ſeu priuatio actionis. Alterũ imperfecta & deficiens,ſeu imbecilla actio. Tertium,praua & erronea actio. Hæc ſubinde ad omnes tres concoctiones in cõtextu accommodat ita perſpicuè Galenus, vt explicatione nulla ſit opus,præſertim quum eorum quæ anteà dicta ſunt veluti ſummã aut epilogum contineant. Quum autem crudorum & ſemicoctorum hîc fiat mentio humorum,animaduertendum erit crudos humores non eſſe niſi eos qui alterationem nullam in venis perpeſi ſunt. Semicoctos autem, qui ex dimidio, vt libro quarto de tuenda ſanitate capite quarto teſtis eſt Galenus, ad exactum ſanguinem peruenerunt. Quòd verò ex vitioſis humoribus generentur eryſipelata,cancri,gangrænæ, & idgenus alia quę hîc nominatim recenſentur mala nihil mirum. Quum enim propter ſuã prauitatem prædicti humores naturæ vſui eſſe non poſſint, expultrix ſanè facultas iis ſe exonerare cupiens,ad extimam corporis ſuperficiẽ, ceu nutritioni inutiles expellit

Crudi humores qui? Semicocti.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 335 sur 637

©BIUM

adeoque prædicta mala comitantur, de quibus iam sæpe in iis libris, & alibi diximus.

Causæ symptomatũ quę in vasorũ & totius corporis molis cruditatibus accidũt.

Cæterùm causæ symptomatum quæ in vasorum, & totius corporis molis cruditatibus eueniunt, eiusdem cum iis quæ ventriculo accidunt sunt generis. Quippe aliquæ horũ causæ ad facultatis alteratricis imbecillitatem, nonnullæ ad vitiosum alimentum, aliæ verò ad studia vitæ, & ea quæ extrinsecùs occurrunt, eadem illis, quæ ventriculi creant symptomata, ratione referuntur. Facultatis enim imbecillitates quæ propriæ sunt, similarium partium intemperiem sequuntur. Proprię verò sunt imbecillitates, quę fiunt vbi propria facultatis substantia quàm quatuor elementorum temperaturâ, vt suprà est comprehensum, constituit, labefactatur & læditur. Non lædit verò hanc ipsam nisi intemperies. Imbecillitates autem quæ non sunt propriæ, id est, quæ fiunt propria facultatis substantia non læsa, instrumentales sequuntur morbos, qui propriè loquendo,

Propriæ imbecillitates.

Alimentũ duabus de causis est vitiosum.

vt dictum anteà est, facultatis actiones non lædunt, sed impediunt duntaxat. Porrò alimentum ipsum duabus de causis est vitiosum, aut quia copiosius iusto est, aut praua aliqua qualitate præditum. Studiorum autem, & eorum quę extrinsecùs occurrunt vitia & errores accidunt itidem duabus de causis, vel quia præpostero ordine adhibentur, vel quia intempestiuè iis vtimur. Vt si exercitiis à cibis, aut manè anteaquàm prior cibus descenderit vtamur, aut si statim à cibo aliquid meditemur, legamus, scribamus, aut commentemur. Proinde rectissimè Cornelius Celsus libro primo, capite secundo,

A cibo nõ lucubrandum.

Studia.

ἐπιτηδεύματα.

hortatur, à cibo non esse lucubrandum. Porrò studia diximus, quæ Galenus & alii Græci ἐπιτηδεύματα appellant, per ea intelligentes viuendi rationẽ, vel genus, institutionem vitę, hoc est, artem quam quisque exercet, vt ex Galeni verbis fit manifestissimum.

Generationis modus etiã symptomatũ à medico cognoscẽdus.

Oportet autem medicũ non solùm symptomata agnoscere, & generationem ipsorum inuenire, sed & generationis modum, vt inter differentias effectricium causarum collocetur. Neque enim illud tantùm nosse conuenit, num ventriculus nihil omnino concoxerit, sed etiam quamobrem id acciderit, an ob vehementem concoctricis facultatis imbecillitatem, an ab immodicam copiam, an ob prauissimam aliquam ciborum qualitatem. Quòd enim ex cibis oritur symptoma, facilè emendatur. Quòd verò propter extremum facultatis casum: in lienteriam, aut aquam intercutem tympaniam finitur. In venis quoque similiter, non solùm sanguificationis frustrationem considerare oportet, sed etiam qua de causa eueniat, vtrum ob sanguificæ facultatis imbecillitatem: nec enim ineptè ita nominabitur: an ob multitudinem crudorum frigidorumque succorum, qui ex ventriculo distribuũtur. Siquidem hoc facilè sanari potest, illud in aquam intercutem transit. Ad eundem modum in carne. Quippe propter crudos humores, qui à morbis immodicè satiantur, flatulenti, & toto corporis habitu turgidi redduntur. Propter imbecillitatem verò facultatis, anasarca vocata hydrope corripiuntur.

COMMENTARIVS.

Modus generationis symptomatum cognoscẽdus.

In prima concoctione.

Non satis esse Galenus hoc loco docet, vt sola symptomata medicus agnoscat, ipsorumque generationem inueniat, sed vt etiam modum generationis sciat, vt scilicet quẽ is locum in effectricium causarum differẽtia obtineat, vel in quo loco, & numero causarum effectricium habeatur, intelligat. Verbi gratia, non satis est nosse, num ventriculus nihil concoxerit, sed scire etiam oportet, propter quam causam haud concoquat: an videlicet propter vehementem facultatis concoctricis, cibum alterare nequeuntis, imbecillitatem, aut immodicam copiam, aut ob prauam aliquam cibi qualitatem. Has enim omnes causas procreare posse cruditatem diximus. Atque prædictæ causæ hoc potissi-

potiſsimùm nomine ſunt medico cognoſcendæ,vt hinc veram medendi rationem ſibi comparet.Siquidem ſymptoma quod ex cibis oritur multis & prauis, facilè corrigitur,ſi copiam & corruptelam vel vomitu,vel alui ſubductione ademeris,& ſubinde minus quàm anteà ciborum exhibueris. Symptoma verò quod propter ſummum facultatis caſum accidit,in lienteriam,aut aquam intercutem tympaniam vocatã, tranſit.Inſignis enim frigiditas ventriculi, concoctricem eius facultatem ſummê imbecillam reddit,vt ne minimum quidem cibum alterare poſsit. Proinde accidit vt cibi ea qua aſſumpti ſunt forma per aluum deiiciantur.Eandem etiam ventriculi imbecillitatem ſæpe tympania conſequitur,propterea quòd in conſenſum ducatur iecur. Pari ratione in altera concoctione,quæ fit in iecore & venis,non ſolùm ſanguinis fruſtrationem conſiderare conuenit,ſed etiam qua de cauſa accidat,num ſcilicet ob ſanguificæ facultatis,quæ iecori eſt indita,& ab eo venis communicatur, imbecillitatem, an ob crudorum frigidorumque ſuccorum, qui ex ventriculo in iecur & venas ſunt diſtributi,multitudinem eueniat.Hoc enim facilè ſanatur, ſi medicus tantùm curet vt ventriculi vitium emendetur,conuenienti vacuatione,& calefactionibus crebris,quæ frigidam intemperiem abigere poſſunt.His enim peractis medicus cauebit, ne ſubinde ventriculus crudos,& frigidos procreet ſuccos.Illud verò, imbecillitas ſcilicet ſanguificæ facultatis,in aquam intercutem aſciten vocatam,vt omnibus liquet,tranſire ſolet. Similiter in tertia concoctione,quæ in carne,vel totius corporis habitu fit, euenire ſolent ſymptomata.Nam qui ex morbo liberati iam conualuerunt, ſi ſtatim ſe immodicè ſatiant,crudorum ſibi humorum copiam conciliant, quòd facultas adhuc à morbo imbecilla,tantam ciborum multitudinem concoquere nequeat. Quapropter flatulenti,& toto corporis habitu turgidi reddũtur,id eſt,malo corporis habitu,quàm Græci καχεξίαν nominãt,corripiũtur:hos enim per ὑδραλέους hoc loco Galenus intelligit.Propter imbecillitatẽ verò facultatis in carne alteratricis, aqua intercutẽ anaſarca appellata,ꝙ vniuerſas corporis carnes ocupet,vt alibi copioſiùs diximꝰ,generatur.

In altera.

In tertia.

ὑδραλέοι qui Galeno dicantur.

Cæterùm omnes intemperies,ſi magnæ fuerint, facultatem deiiciunt. Verùm quæ ex frigore vincente conſtant,frigida pathemata efficere conſueuerunt. Quæ verò ex calido,contraria.Eodem modo & in reliqua oppoſitione ac coniugatione, ſtatuere oportet.Omnibus autem,vt dictum eſt,commune eſt,vt in iis ſit maxima à naturali conſtitutione mutatio.Si enim in cibos mediocres,& conſuetos nihil omnino egit vẽtriculus,maxima ipſius intẽperies indicatur.Verùm ſi propter exuperantem calorem eiuſmodi quid accidat,protinus cibi corrumpuntur. Communiter quidem corruptela,nidorem refert.Priuatim verò quilibet cibus pro ſua natura.Alij enim quum corrumpuntur,virus,aut cœnum,alij crudos piſces,aut explicatu difficilem,& alienam putredinem olent.Nullum enim eduliumvehemẽter calefactũ ſine putredine permanere poteſt. Confeſtim verò qui ſic affecti ſunt immodicè ſitiunt,atq; interdũ tenuibus & paruis hecticis febribus corripiũtur.Si autẽ propter immodicũ frigus omnino aboletur ciborum concoctio,neq; ſitiũt,neq; febricitant,atque ipſorum ciborum exactas qualitates percipiunt, ſiue ructare, ſiue vomere velint.Quòd ſi exigua quæpiam ipſorum in concoctione ſit actio, ac ciborum natura vel medij temperamẽti,vel frigidioris fuerit,acidi ructus excitabuntur.Si verò calidiore fuerint temperamento, aut natura etiam flatuoſi, vaporoſo ſpiritu ventriculus impletur. Ac in eiuſmodi intemperie ventriculus breui labitur.In humiditate autem & ſiccitate adeò intemperatus, vt actionem ſuam

Omnis vehemẽs intemperies vires deiicit.

Corruptelarum indicia.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 337 sur 637

©BIUM

amittat, nunquam niſi plurimo tempore fieri vẽtriculus poteſt. Et oportet quidem humiditatem præceſsiſſe, aquam inter cutem: ſiccitatem verò, vel ſenectutem, vel maraſmum. Sed huiuſmodi differentiarum explicatio alterius eſt operis.

COMMENTARIVS.

Omnes intemperies, ſi vehementes fuerint, deiicere facultatem hoc in loco Galenus monſtrat. Atque eas quidem quæ ex vincente frigore conſtant, frigida pathemata: eas verò quæ ex vincente calido conſtant, contraria prioribus, id eſt, calida pathemata, efficere ait. Ad eũdem modum in altera oppoſitione ac coniugatione ſtatuendum erit. Si enim intemperies humida fuerit, humida procreabit pathemata. Sin ſicca, talia quoque excitabit pathemata. Cæterùm omnes intemperies ea in re communicant, quòd in iis maxima, ab ea quæ ſecundum naturam eſt conſtitutione, fit mutatio. Vt nihil mirum ſit, eaſdem vires deiicere, quippe naturæ ſiue ſubſtantiæ virium quæ, vt libro vndecimo therapeuticæ methodi, capite primo, autor eſt Galenus, ex ſpiritu, carnoſa ſpecie, & ſolidis conſtat, ſymmetriam turbant, & à iuſto temperaméto recedere cogunt. Hinc eſt quòd in maxima ventriculi intemperie, hoc eſt, frigida, actio eius cõcoctrix prorſus pereat, adeò vt etiã in cibos mediocri quãtitate ſumptos, & ſibi cõſuetos nihil omnino agat. In calidiſsima autem ventriculi intẽperie, mox cibi corrumpuntur, & in alienam qualitatem mutantur. Quæ ſanè ciborum corruptela, communiter nidorem referre ſolet. Priuatim tamen quiuis cibus corruptus pro ſua natura odorem exhibet. Alius enim vbi corrumpitur virulentiam ſiue fœtorem: id enim βρῶμος ſignificat: aut cœnũ lutúmve olet. Alius crudorum piſcium, aut putredinis cuiuſdam explicatu difficilis & alienæ odorem refert. Nullus enim eſt cibus, quin vehementer calefactus putreſcat. Omnia enim quæ putrefiunt, Galeno etiam libro quarto therapeuticæ methodi, capite quinto atteſtãte, à calido externo & humido ſic afficiuntur. Qui verò calidiore ventriculi intemperie laborant, ij confeſtim immodica affliguntur ſiti, propter cauſam in ſuperioribus abundè expoſitam, & tenuibus & exiguis hecticis, id eſt, quæ ægrè diſcuti poſsint, febribus corripiuntur. Febres autem ἑκτικὰς eſſe quæ ægrè diſcutiuntur, vt contrà σχετικὰς quę facilè, Galenus libro octauo therapeuticæ methodi, capite primo teſtatur. Nihil autem mirum febres has à calida ventriculi intemperie natas ægrè diſcuti, vtpote calore præter naturam ventriculi iam corpus occupante. Qui autem frigidiſsimi ventriculi intemperie afficiuntur, illi neque ſitiunt, neq; febricitant, propterea quòd iis malis frigiditas ex diametro pugnet: & ipſorum ciborum, vtpote qui ne minimam quidem alterationem cõ coctionémve, quum hęc prorſus per hanc intemperiẽ aboleatur, ſenſerunt, exactas qualitates ſiue ructẽt, ſiue vomant percipiunt. Quòd ſi tamen aliqua ex parte cibi alterentur & concoquantur, quod accidit ſi nõ ſummè frigida fuerit intemperies, & ciborũ natura medii ſit tẽperamenti, aut frigidioris, acidi ructus excitabuntur. Imperfectas autẽ concoctiones è ventriculi frigiditate prouenientes acidos efficere ructus Galenus ſect. 6. apho. cõm. 1. copioſiùs oſtẽdit. Vt hĩc etiã perſpicuũ fiat, eos tota errare via, qui malũ hoc quod Germanis Der Sot appellatur, Græcorũ ὀξυεγγμίαν eſſe cẽſent, quũ potiùs ſit, id quod Galenus lib. 8. de cõpo. medic. localiũ cap. 3. ἔγκαυσιν τ. στομάχου, hoc eſt ardorẽ ſtomachi, nominat, quẽadmodũ idipſum diffusè admodũ ſectione 6. aphoriſm. commentario triceſimotertio demõſtrauimus. Si verò cibi calidioris fuerint temperamenti, aut naturâ flatuoſi, vaporoſo ſpiritu vẽtriculus impletur, vt capite ſeptimo copioſiùs oſtendemus. Atque in calidam & frigidam intemperiem breui labitur ventriculus. Vt verò in humiditate & ſiccitate eô intemperiei perueniat vt, actionem ſuam amittat, nó niſi multo tempore fieri poteſt: quòd ſcilicet priores duæ qualitates omnium maximè ſint effectrices, poſteriores verò nequaquàm. Tantò enim prioribus minùs ſunt efficaces, vt nonnulli has ipſas planè paſsiuas dixerint. Quare ſi tantam contrahere debet ventri-

Intẽperies qua in re cõueniãt.

Febres ἑκτικαὶ. σχετικαὶ.

Acidus ruct⁹ imperfectæ cõcoctionis ſignum. ὀξυεγγμία quid.

ventriculus humiditatem,aut ſiccitatem,vt hinc ſuam perdat actionem, neceſſe eſt vt illam aqua intercutem præcedat,hanc verò ſenectus,vel maraſmus. Qua de re plura libro ſeptimo therapeuticæ methodi,capite ſexto, & cap. 5.& ſexto libri de maraſmo Galenus ſcribit.

CAPVT II.

NVnc ad retentricem facultatem veniendum eſt. Nam in hac quoq; prima ſymptomatum differentia triplex,ea aut omnino non complectente,vel debiliter,vel deprauatè.Igitur quum nihil penitùs,aut debiliter complectitur,inflationes,& fluctuationes comitantur. Inflationes quidem,vbi cibi flatuoſi ſunt, & ventriculus non admodum frigidus exiſtit.Fluctuationes verò,quum nihil in ipſo cõtinetur,quod in flatum conuerti poſſit,aut vehementer refrigeratus fuerit.Quippe huiuſmodi affectus nullum vaporem gignere ſolet.Conſtat autem quòd ſine potione in ventriculo fluctuatio haud fiat.Quòd extremè infirmus ſit ventriculus,morbus in cauſa eſt:alius quidem vt ſimilaris ventriculi,alius verò vt inſtrumentalis. De motibus autem in eo deprauatis, quòd aliqui vel tremuli vel palpitantes,vel tanquam concuſſorij, vel conuulſorij ſint,prius in libro de ſymptomatum differentia dictum eſt. Qualis verò vnuſquiſque dictorum motuum ſit,& quæ vniuſcuiuſque ipſorum cauſa,proximo libro indicatum eſt.

Retentricis facultatis ſymptomata.

COMMENTARIVS.

Abſolutis quę in concoctrice facultate eueniunt ſymptomatis,& eorundem cauſis, ad retentricem,quæ concoctrici famulatur,progreditur Galenus,& tria eius eſſe prima ſymptomata oſtendit,cauſasque illorum explicat.Primum enim ſymptoma eſt abolita,ſecundum debilis,tertium deprauata retentio.Abolitam aut debilem retentionem,duo alia ſequuntur ſymptomata,nempe fluctuatio & inflatio, quemadmodum capite quarto libri de ſymptomatum differentiis fuſiùs eſt monſtratum. Copus hunc locum ita conuertit,quaſi Galenus contrà innueret inflationem & fluctuationem, abolitæ,aut debilis retentionis eſſe cauſam, at minùs rectè, quum in Græco planè ſit ἀκολουθέσι Quare occaſionem dedit Valleriolæ, vt in duobus locis, quæ ſibi pugnare,ſeductus peruerſa verſione,putauit,conciliandis plurimùm ſudarit, at temerè, quũ nulla prorsùs in iis ſit,niſi interpretis errore, inducta pugnantia. Per fluctuationem autem,vt loco iam citato quoque dictum eſt,Galenus inordinatum,& errantem, vagúmve cibi in ventriculo,inſtar fluctuum in mari excitatorum,motũ intelligit. Hæc excitatur,quando nihil quod in flatum verti poteſt in ventriculo continetur, aut vbi ventriculus vehementer fuerit refrigeratus. Nam vehemens ventriculi refrigeratio nullum flatum,vt infrà,capite nimirum ſeptimo,latiùs dicemus,gignere poteſt.Ad generationem autem fluctuationis,potio etiam accedat neceſſe eſt, ſine qua fluctuatio fieri nequit. Inflationes contrà, vbi cibi flatuoſi ſunt,& ventriculus nõ admodum frigidus fuerit,oriuntur.Quòd autem ventriculus extremè imbecillus ſit: morbus in cauſa eſt,quorum alius vt ſimilaris particulæ ventriculi eſt veluti intemperies,alius vt inſtrumentalis,vt tumores præter naturam,phlegmone,vel eryſipelas. Hinc eſt quòd capite quarto libri de ſymptomatum differentiis,de ventriculo,vt eſt pars inſtrumentalis,in quinto verò,vt eſt pars ſimilaris, & vt nutriri poſtulat, tractauerit. De motibus ſeu retentionibus ventriculi deprauatis, capite quarto libri de ſymptomatum differentia abundè dictum eſt. Sunt verò præcipui quatuor, tremulus ſcilicet, palpitans, concuſſorius,& conuulſorius.Cuiuſmodi autem quiſque horum motuum ſit, & quæ

Retẽtricis facultatis tria ſymptomata.

Copi conuerſio notatur.

Fluctuatio.

Motus deprauati ventriculi.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 339 sur 637

©BIUM

ſingulorum cauſa,in eo qui præcedit libro ſecundo de ſymptomatum cauſis eſt expoſitum.In præſentia verò ſatis ſit hoc dixiſſe, ventriculi motus deprauatos eſſe, qui aliorſum quàm pro naturæ modo fiunt,vbi ſcilicet in retinendo & complectendo cibo tremit,vel palpitat,vel concutitur ac inæquali motu agitatur,vel conuellitur.Horum enim nihil fit,vbi ventriculus cibum probè continet.

Tũ morbi, tum ſymptomata retentricis &excretricis facultatis miſcentur.

Nunc verò tantùm etiam adiiciendum erit,quòd tum morbi,tum ſymptomata retentricis & excretricis facultatis miſcentur, vt vẽtriculi veluti cõuulſorius motus,qui in ſingultu accidit.Neque enim exquiſitè conuulſio eſt,vt quæ ſolis muſculis ineſt:atqui neque ventriculus ipſe, neque eius collum muſculus eſt. Veluti autem conuulſio quædam ambarum commune quoddam ſymptoma eſt: retentricis quidem,quòd ventriculus quum ſingultit,praue, & non ſecundum naturam cibos complectitur:expultricis verò, quòd præcipuè eius deprauatus ille motus eſt, dum aliquid eorum quæ moleſta ſunt propulſare conatur.

Singultus exquiſitè conuulſio non eſt.

COMMENTAR.

Quòd tam expultricis quàm excretricis facultatis tum morbi,tum ſymptomata miſceantur,ſingultus exemplo,Galenus oſtendit.Per ſingultum enim,qui veluti conuulſorius quidam eſt ventriculi motus, neque retentrix probè ſuo fungitur munere, eò quòd cibum conuulſorio quodam modo retineat:neque expultrix, vt quæ non in tẽpore,neque per conuenientia loca,expeliat. Neque temerè dictum eſt ſingultum eſſe veluti conuulſorium quendam motum,neque enim exquiſitè loquendo,ſingultus cõuulſio eſt,vt quæ in ſolis muſculis fiat,atqui neque ventriculus ipſe,neque eius collum muſculus eſt,igitur in iis conuulſio fieri haud poteſt.Non eſſe autem ſingultum conuulſionem,ſectione etiam ſexta aphoriſm. commentario triceſimonono Galenus in
» hunc modum ſcribens innuit.Singultus verò concedatur conuulſio ventriculi nomi
» nari,melius autem fuerit non conuulſionem appellare,ſed quendam motum eiuſdem
» cum vomitu generis,intentum autem,& illo vehementiorem. Hæc ille. Cur autem cõ
» uulſionem,nonnulli dixerint,ſectione ſeptima aphoriſm.commentario tertio Gale-
» nus ita ſcribens monſtrat.Conuulſionem autem quidam ideò nominauerunt, quòd
» quale malum conuulſio eſt muſculis, tale ſingultus ſit ventriculo. Vt enim per con-
» uulſionem,muſculi præter voluntatem contrahuntur, ita ventriculus per ſingultum.
Qua de re nonnihil etiam cap. ſecundo proximi libri,& in noſtris in citatas iam Hippocratis ex aphoriſmis ſententias commentariis,diximus.

Singultus exquiſitè loquẽdo nõ eſt conuulſio.

Singultus cur conuulſio à nõnullis dictus ſit?

Non eſt autem idem motus,quia neque etiam idem affectus, vomentibus & ſingultientibus.In vomitionibus enim ea quæ in amplo ſunt ventriculi ſpatio: in ſingultu verò ea quæ in ventriculi corpore ſunt,excernunt,ſimili ſcilicet tum affectu tum motu,qualem in iis qui ob intemperiem tuſſiunt fieri oſtendimus,omnibus ventriculi partibus,id quod moleſtat exprimentibus. Hanc ob cauſam quibus ventriculus refrigeratus eſt, hoc ſymptoma euenit:itidem iis qui piper confertim deuorarunt,aut calidum perinde aliquod medicamentum,deinde calidam ſuperbiberunt potionem.Atque eo magis vt ſingultiant ipſis acidit, vbi piper in tenues exquiſitè partes fuerit redactum, quippe idipſum altiùs in ventriculi corpus ſubingreditur.Sic reliquis omnibus quæ refrigerant & calefaciunt,ſi in ventriculi corpus penetrant,ſingultus ſuccedit,qui primùm quidẽ expultricis facultatis motus quidã eſt deprauatus:deinde verò retẽtricis,& amplexatricis nominatæ.

Vomentibus & ſingultientibus non eſt idẽ motus, neque idem affectus.

Qui ſingultu potiſsimùm corripiantur.

Commentar

COMMENTARIVS.

Quòd vomentibus ac ſingultientibus non idem ſit motus, neq; etiam idem affectus, adeoque quomodo inter ſe ij duo motus differant, hoc loco Galenus monſtrat. In vomitionibus enim quæ in capacitate ſunt ventriculi laborantes excernunt: in ſingultu verò ea quæ in ventriculi ſunt corpore. Quod etiam ſectione ſexta apho. commẽ. 39. Galenus iis innuit verbis. In vomitibus ea tantùm ventriculus appetit expellere, quæ in eius latiori ſpatio continentur. In ſingultibus autem, & ea quæ ſunt in ipſius corpore penitiora. Quem quidem locum ideò citandum eſſe duxi, quòd cum præſenti planè quadret, adeoque illi nonnihil lucis afferat: & vt hunc eſſe tam in Græcis, quàm Latinis codicibus deprauatum, intelligerẽt ſtudioſi. Aldinus enim codex falsò legit εἰς τὸ στόμα pro σῶμα. Quem ſubinde errorem ſecuti interpretes, in ipſius ore conuerterunt, quum tamen vertendum erat, vt præſens locus euidenter conuincit, in ipſius corpore. Accedit etiam ratio ipſa, quæ ſatis oſtendit, ea quæ in amplo ventriculi ſpatio, & ore eius continentur non ſingultu, ſed vomitu potiùs reiici. Neque enim tam intento ad eorundem expulſionem opus eſt motu, qualis eſt ſingultus, ſed ſufficit is qui in vomitu fit. Similis itaque eſt in ſingultu motus, & affectus, qualem in iis qui ob intemperiẽ tuſsiunt, fieri capite quarto proximi libri demonſtrauimus. Nam vt affectus qui tuſsim excitat propriam inſtrumentorum reſpirationi ſeruientium ſubſtantiam occupat, ita ille qui ſingultum mouet, ventriculi. Præterea vt tuſsis eſt motus quo omnes inſtrumentorum reſpirationi famulantium partes à ſe quod moleſtum eſt excutiunt: ita etiam ſingultus motus eſt ventriculi quo omnes eius partes id quod illas infeſtat, exprimũt. Proinde huiuſmodi ſymptoma iis quibus vẽtriculus eſt perfrigeratus, quod in pueris ſæpenumero videmus, qui refrigerati confeſtim ſingultire incipiunt, accidit. Item iis, qui piper confertim ſumpſerunt, aut ſimile aliquod medicamentum calidum deuorarunt, ac dein calidam ſuperbiberunt potionem. Cuius rei cauſam reddit Galenus ſectione ſexta, aphoriſm. commentario triceſimonono, in eum ſcribens modum. Si ſolũm, inquit, quid acre, veluti piper, deglutierint, ſiue cũ melle, ſiue aliquo alio, poſteà vinum biberint aqua calida temperatum, ſtatim ſingultiunt, calore quidem potus piper ad interiora deuehente, eius verò acrimonia ventriculum moleſtante. Vnde conatur motu violentiore rem infeſtantem expellere. Hactenus Galenus. Cætera quæ in contextu ſunt, ſatis plana eſſe cenſemus, & partim priùs etiam explicata.

Quomodo motus hi duo, vomitus & ſingultus differant.

Similis eſt in ſingultu motus & affectus, qualis in iis qui propter intemperiem tuſsiunt.

Cur ij qui piper confertim ſumpſerunt, ac dein calidã ſuperbiberunt potionẽ, ſingultiant.

Similiter nauſea quoque, & vomitus expultricis facultatis deprauati motus ſunt, vt ea quæ ventriculi os infeſtant, quàm celerrimè per gulam vacuẽtur. Simile huic ſymptoma eſt quod in lienteria apparet, vbi ventriculus à re quapiam mordaci, vel grauante ſic moleſtatur, vt hanc confeſtim expellere cupiat. Quum verò duo ſint ventriculi ora, ſupernum quidem in gula, infernum autem ad ianitorem ad quodcunque horũ id quod infeſtat vergit, eo ad expulſionẽ vtitur. Quòd ſi verò interdum vniuerſo ventriculo eiuſmodi affectus contingat, vtriſque ſimul vtitur oris veluti in choleris.

Nauſea, vomitus, lienteria, & cholera expultricis facultatis deprauati motus ſunt.

COMMENTAR.

Nauſeam, vomitum, liẽteriam, & choleram expultricis facultatis deprauatos eſſe motus, adeoque ſymptoma ventriculi, hoc loco Galenus oſtendit. Nauſea enim irritus eſt expultricis facultatis motus. Nam etſi in ea excrementum quod in ore ventriculi hæret eiicere facultas vnicè conetur, fruſtratur tamen ſuo fine, nec id quod erat aggreſſa perficit, eò quòd humor in ventriculi ore hęrẽs, expultrici facultati haud pareat. In vomitu autem id quod ori ventriculi moleſtum fuit, celerrimè per gulam vacuatur,

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 341 sur 637

atque adeò ſuum planè finem facultas conſequitur. Variant autem hoc loco codices Græci. Nam ſunt qui σόμα τῆς γαστρὸς, & non, vt Aldinus, στῶμα legunt. Atq; hæc lectio mihi magis probatur, quòd ſcilicet nauſea, quæ vomitū præcedit, & vomitus ipſe, non fiant niſi vbi excremēta os vētriculi infeſtant. Si enim corpus eius infeſtatur, ſingultus accidit. Si verò inferius eiuſdem os, liēteria, & alui profluuium accidit. In lienteria igi tur, quod ſimile prioribus ſymptoma eſt, vētriculus à re vel mordaci, vel grauante infeſtatur, ideoq; facultas expultrix inſurgit, & id quod moleſtat ſtatim per inferna expellit. Vnde omnibus perſpicuum fit, quum duo habeat ventriculus ora, vnum ſupernè in gula, quod καρδίαν Græci, Latini cor appellant, & alterū infernè, quod πύλωρον nominant Græci, ianitorem Latini, ad vtrum horum id quod moleſtare ſolet, vergit & inclinat, eo ad expulſionem vti. In vomitu enim ſuperno, in lienteria verò inferno vtitur. Et ex hoc etiam Galeni loco, vbi diſertè ianitorem ventriculi hoſtium eſſe dicit, manifeſtum fit pylorum ventriculi, non inteſtini eſſe partem, quemadmodum nōnullis neotericorum medicorū viſum eſt. Quod libro etiā tertio paradox. capite primo fuſiùs demonſtrauimus. Accidit autem nonnunquàm vt ventriculus in expellendis noxiis ac moleſtis vtroq; ſimul vtatur ore, vt in cholera. In hoc enim morbo ventriculus vno tempore ſuprà, & infrà quæ infeſtant excernit.

Duo ventriculi ora.

Ianitor vētriculi, nō inteſtinorum particula eſt.

CAPVT III.

Attractricis facultatis ſymptomata.

Reliqua verò ac quarta facultas, nempe attractrix, triplici ſymptomatum genere corripitur. Quippe vel omnino trahere cibos nequit, vocaturque huiuſmodi ſymptoma gulæ reſolutio. Vel ægrè trahit, quo tempore incipit quidem reſolui, reſoluta tamen nondum eſt. Tertium præter hæc eſt, vbi deprauatè trahit. Deprauati autem motus iam ſæpe dicti ſunt, quemadmodum & affectus, à quibus oriuntur. Sanè accidit aliquando, vt etiam carnoſum aliquod germen, qualia ſæpe in externis partibus videntur, in gula naſcatur, quod vel omnino viam ciborum obſtruat, vel aliquatenus lædat. Vocantur autem eiuſmodi morbi inſtrumentales. De quibus in libro de morborum differentiis eſt dictum.

COMMENTARIVS.

Reſolutio, euerſio, vel reſolutio gulæ.

Franciſci Valleriolæ error.

Trium facultatum ventriculi naturalium expeditis ſymptomatis, ad quartæ, nimirum attractricis ſymptomata, quæ genere triplicia eſſe dicit, progreditur. Hæc enim facultas vel omnino cibos trahere nequit, vocatúrque huiuſmodi ſymptoma reſolutio gulæ, aut ſi mauis euerſio, vel diſſolutio. Gulæ enim facultas, propter relaxatas iam aut reſolutas eius fibras, euertitur. Græci enim παραλύειν τῆς δυνάμεως dicunt, pro euertere alicuius potentiam. Franciſcus Valleriola, vir alioqui doctiſsimus, cauſam reſolutionis non rectè neruis, qui è ſexta cerebri coniugatione oriuntur, adſcribit, quòd hi ſanè nerui non motus, ſed potiùs exquiſitioris ſenſus gratia, ad ventriculum deferātur. Prætereà conſtat attractionem cibi, non neruorum, ſed rectarum potiùs fibrarum beneficio fieri, ideoque huius actionis læſio parum commodè neruis tribuitur. Non itaque verè παράλυσις dicitur, ſed tantūm ſimilitudine quadam. Vt enim in paralyſi ſeu reſolutione nerui euertuntur, relaxantur, & diſſoluuntur: ita etiam in abolita attractione fibre. Vel difficulter trahit cibos, vocaturq; ſymptoma, debilis tractio. Et hoc quidem tempore incipit reſolui & eneruari gula, nondum tamen planè eſt reſoluta. Tertium ſymptoma eſt deprauata tractio. De motibus verò deprauatis iam ſæpe dictum eſt, proximo nimirum libro, & capite quarto libri de ſymptomatum differentia, quare vt nunc de iis iterum dicamus, non eſt neceſſe. Porrò euenit nonnunquàm vt carnoſum aliquod germen, in gula naſcatur, quod vel omninò viā ciborum obſtruat, vel

vel aliquatenus ſaltem lædat, adeoque eorundem attractio non impediat. Eiuſmodi autem germina morbi ſunt inſtrumentales, in numero ſcilicet, vt capite octauo libri de morbo. diffe. eſt monſtratum. Per germina verò, quæ Galeno βλαστήματα vocantur, vt in prioribus etiã libris à nobis eſt oſtenſum, intelligimus ea quæ ex corpore noſtro progerminant, erumpunt, pallulantque inſtar germinum quæ in arboribus ac ſtirpibus ſunt.

βλαστήματα. Germina.

Porrò quum ventriculus ſecundum naturam ſe habet, è ſupernis per gulam ad ſe trahit, deorſum autem excernit. Quum verò præter naturam affectus eſt, etiã ab infernis aliquid aſſumit. Nã & clyſteres nonnullis adeò aſcenderunt, vt vomitu eiecti ſint, & ſtercus in lætalibus voluulis. Satiùs enim fuerit vt exiſtimem ipſum in huiuſmodi affectibus non trahere, ſed ſuſcipere duntaxat id, quod ab inteſtinis violenter comprimẽtibus ſurſum fertur. Quippe inteſtinis (iam enim de iis agere tempeſtiuum eſt) conſtrictio ſecundum naturam ineſt, quemadmodum alibi eſt demonſtratum: & hac vſa, cibum ab infernas partes propellunt. In quibuſdam verò affectibus, quum conſtrictorius motus ad infernis inceperit, ea quæ in iis continentur ſurſum feruntur. Sic etiam acris quiſpiam humor, qui aliquãdo ad ſedem vſque deſcendit, aut in foro verſatis, aut in alio quopiam loco, aut negotio, quod deſerere non licuit, violenter retẽtus, rurſus ſurſum ductus eſt, & ventriculum momordit, caput q; euaporando impleuit: principio quidem motus à ſphincttere inſtrumento animali ſumpto, ab hinc verò quolibet inteſtino, à ſe ipſo ad id quod ſuprà poſitum eſt pellente, ſimili modo quo priùs deorſum propellebat. Ad eundem verò modum nonnunquam flatus quoq; retentus, recurrit. Itaque mirum non eſt, ſi etiam clyſteris, aut ſtercoris aliquid in tam violentis inteſtinorum conſtrictionibus ad ventriculum præter naturam referatur, deinde ſic ad excretionem excitetur.

Vẽtriculus præter naturam affectus, etiam ab infernis aliquid aſſumit.

COMMENTAR.

Quis ſit naturalis ventriculi motus, itemque quis præter naturam, & vnà cur interdum clyſteres vomitione reiiciãtur, Galenus luculenter admodum oſtendit. Naturalis autem ventriculi motus eſt, vt è ſupernis per gulam ad ſe trahat, & per inferna excernat. Trahit autem ope rectarum fibrarum, quæ ſunt in interna eius tunica, & ciborum attractioni ſubſeruiunt, quemadmodum Galenus lib. 3. de naturalibus facult. mõſtrat, vbi ex profeſſo quòd naturalia inſtrumenta per fibras moueantur, docet. Mirari igitur ſatis nequeo, cur hoc trahendi munus, Valleriola muſculorum ſeu villorum: iis enim planè verbis vtitur: adminiculo fieri ſcribat: quum omnibus anatomes peritis conſtet, nullos in gula eſſe muſculos, villosque à muſculis differre. Nam etſi ſuas etiam fibras muſculi habent, tamen pluribus partibus: quæ muſculis carent, fibræ quoque inſunt. Secutus igitur hac in re eſt vulgarem Auicennæ, & aliorum quorundam recentiũ medicorum errorem, qui gulæ ineſſe muſculos deglutitioni famulantes tradiderũt. Quũ tamen cõſtet hanc traditionem non tãtùm oculorũ inſpectioni, verumetiam rationi aduerſari. Nam ſi attractio ventriculi eſt actio naturalis, quemadmodum vno omnes fatentur ore, quî rogo per muſculos, vt quos voluntariorum motuum eſſe inſtrumẽta conſtat, fieri poteſt? Sed hunc errorem alibi, nempe lib. 3. paradox. cap. 12. abundè confutauimus, vt non ſit opus nos nunc longiùs ea de re diſſerere. Atque hactenus de eo qui ventriculo ſecundum naturam ineſt motu diximus. Porrò vbi ventriculus præter naturam affectus eſt, tantùm abeſt vt per inferna excernat, vt etiam aliquid ab infernis

Naturalis vẽtriculi motus.

Valleriola notatus.

Auicẽnæ & aliorum iuniorum medicorũ error.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 343 sur 637

©BIUM

furſum latum aſſumat. Sunt enim reperti quibus clyſteres iniecti per aluum, adeò aſcenderunt,vt ſubinde vomitu illos eiecerint.In lætalibus quoque voluulis eadem de cauſa ſtercus per vomitum excernitur. Verùm videtur is Galeni locus ex diametro pugnare cum eo qui eſt in lib.13.therap.metho.cap.15.vbi ita ſcriptum reliquit.Quæ infuſa ſunt,inquit, ea omnino ad ieiunum vſque aſcendere non poſſunt,imò ſi admodũ nitaris,fortaſſe tenue tantùm inteſtinum contingent. Hæc Galenus. Si igitur ad ieiunum omnino peruenire non poſſunt, quod inferius multo eſt, quomodo ad ventriculum peruenient?Sed facilis eſt horum duorum locorum, quæ prima videntur pugnare facie,conciliatio,modo quis ad ea quæ vtrobique à Galeno dicuntur, animum intentum habeat.Nam ſi inteſtina ſecundum naturam ſe habent,contractrix eorundem facultas ſuo probè fungitur munere,adeoque conſtrictione vtentia,cibum ad infernas partes propellunt.Quare tum contractio,quæ fit tranuerſarum ſeu orbicularium fibrarum,quas in vtraque tunica,Galeno etiam lib.5.de naturalibus faculta. atteſtante, obtinent adminicula, ſupernè incipit, & ad ima vſque progreditur. Per hanc itaque quicquid ad illa delabitur,ſupernè deorſum propellunt. Siquidem vbi tranſuerſæ fibræ tenduntur, latitudinem contentæ inter ipſas cauitatis minorẽ fieri,adeoq; deorſum propelli quæ illic ſunt,neceſſe eſt. Vbi verò præter naturam ſe habent inteſtina, contractionis motus contrario modo procedit, infernè enim incipit,& ſurſum progreditur:ideoque ea quæ in iis continentur ſurſum feruntur. Quocirca mirum nõ eſt tum clyſteres,propter inteſtina violenter comprimentia, aſcendere, ac vomitu reiici. Nam memoriæ proditum eſt,glandes bene magnas ano ſubditas,& filo validiſsimo ęgrotantis fœmori alligatas,filo diſrupto,ſurſum perlatas, atque ſubinde per os eiectas eſſe,vt videre licet apud Matthæum de Gradi in commentariis ſuis ſuper nonum Razæ ad Almanſorem, capite de vomitu. Pari ratione in lætalibus ileis ſtercus per vomitum eiicitur.Inteſtinum enim quod Phlegmone laborat,nec pondus, nec acrimoniam excrementorum tolerat,ideoque ea longiſsimè excernere,expellereque à ſe nititur. Prohibitũ verò deorſum perſequi,quum ſcilicet hoc loco grauiſsima ſit pars phlegmones,in proxima ſuprà poſitorum inteſtinorum extrudit.Excretricis itaque facultatis momento per continuum inteſtinum ſurſum verſo, excrementa vſque ad os aſcendunt.In ſumma,inteſtina coacta contra naturam mouentur,& ad loca ſuperiora materiam noxiam extrudũt.Cæterùm vbi ſecundum naturam ſe habet contractix inteſtinorum facultas,clyſteres non niſi ad tenue aſcendunt inteſtinum. Nõ autem temerè hîc à Galeno dicitur: ſatiùs autem fuerit vt exiſtimemus ventriculum in huiuſmodi affectibus non trahere,ſed ſuſcipere duntaxat id quod à comprimentibus inteſtinis ſurſum fertur:hoc enim adiectũ eſt propter clyſteres nutrientes. Hi enim à ventriculo trahuntur,& quidem naturaliter,ſicut in magna inedia ex vltima corporis ſuperficie ad ſe etiam trahit alimentum.Ac vbi ad eum modum aliquid à ventriculo trahitur,idipſum naturaliter aſcendit,nec vomitione reiicitur,ſed ventriculo nutrimentum præbet.Clyſteres autem qui contra naturam,& violenter ad ventriculum vſque aſcendunt,ventriculus nõ trahit,ſed potiùs ſuſcipit, ideoq; ſuſceptum hocmodo per vomitum reiicit.Aliud igitur eſt tractione, & naturaliter ſurſum ferri, & aliud violenter, & citra tractionem. Vt autem clyſteres interdum aſcendunt,ſic etiam acris quiſpiam humor,qui ad ſedem vſque deſcendit,violenter,propter cauſas à Galeno hîc expoſitas,retentus,iterum aſcẽdit,& ventriculi mordicationem,doloremque capitis excitat.Principiũ verò motus à ſphinctere ſumit, & per ſingula ſurſum inteſtina, donec ad ventriculum vſq; perueniat,fertur.Eſt autẽ hoc loco σφιγκτὴρ ſeu ſphincter, muſculus qui orbiculatim rectum inteſtinum, aut potius extremam eius partem, ambit. Græcis verò ita, Galeno libro.4.de vſu par.cap.19.& libr.6.de admini.anato. teſte, eò quòd recti inteſtini orificium,ne præter voluntatẽ inteſtina naturali ſuo contractionis motu excrementa aſsiduè egerant,ſtringat,quaſi cõſtrictor,eſt appellatus. Ad eum verò

Nũ clyſteres vomitu reiici poſſint?

Glandes per os eiectæ.

Cur in lætalibus ileis ſtercus per vomitũ eiicitur?

Clyſteres nutriẽtes à ventriculo trahuntur.

Acris humor iterum interdum aſcendit.

σφιγκτὴρ.

©BIUM

verò quem diximus modum, flatus quoque interdum violenter retentus, ſurſum recurrit, vt nihil mirum ſit clyſteres, & ſtercora in tam violentis inteſtinorũ conſtrictionibus ad ventriculum præter naturam aſcendere.

Porrò alij ipſorum motus ex genere eorum ſunt qui ſecundum naturam ſe habent: verùm ſi vel deficientes, vel deprauati fuerint, inter ſymptomata numerari debent. Accipiendi verò ſunt proportione ad eos, qui de ventriculo dicti ſunt. Ita etiam motus ipſorum priuatio, non minimum eſt ſymptoma. Atque hanc ob cauſam fit nonnunquam ileos, quemadmodum etiam tumores præter naturam, qui interdum excrementa deſcendere omnino prohibent, vel non ſatis copioſè. Sed durũ etiam ſtercus in aliquo inteſtinorum anfractu impactum, ſtercus quod in ſuperioribus eſt inteſtinis deorſum labi vetabit. Ac ſeruatur hîc quoque omnium quæ in inteſtinis proueniunt ſymptomatum proportio, ad ea quæ de ventriculo dicta ſunt, ſiue ab intemperie aliqua, ſiue tumore præter naturam, ſiue ab iis quæ in ipſis continentur excrementis, eueniant. Satiùs igitur eſt in horum ſermone non diutiùs morari, ſed tempeſtiuum eſt ad alterum genus ſymptomatum progredi.

Alij inteſtinorũ motus.

COMMENTAR.

Quòd tria ſunt in vniuerſum inteſtinorum ſymptomata, ex motuum, qui illis ſecundum naturam inſunt læſione colligit, inquiens. Alij inteſtinorum motus, præter eum ſcilicet qui ſurſum fit, ex genere eorum ſunt qui ſecundum naturam ſe habent. Sunt verò illi qui deorſum fiunt, ac propulſorij nominantur, hos enim ſolos libro. 4. de vſu par. Galenus inteſtinis ineſſe ſcribit. Qui ſi læduntur, triplicia conſtituunt ſymptomata. Nam ipſorum motus omnimoda priuatio, maximum eſt ſymptoma. Atque hanc quidem ob cauſam, abolitam nimirum inteſtinorum contractionem, nonnunquam ileos fit. Interdum etiam tumores præter naturam in inteſtinis nati, qui excremẽta deſcendere omnino prohibent, ileum excitant. Aut ſi non omnino, prohibent, ſaltem ne copioſè deſcendant in cauſa ſunt. Durum etiam ſtercus quod Græcis ſcybalon dicitur, in aliquo inteſtinorum infarctum, quod in ſe ſuperioribus eſt inteſtinis, deorſum labi vetabit. Siue igitur phlegmone ingens, ſiue tumor aliquis præter naturam, ſiue durum ſtercus, tenuium inteſtinorum exitus viam intercludit, quum iam propulſorius inteſtinorum motus præpeditus ſit, ileum fieri neceſſe eſt. Et ſciendum erit hoc loco Aldinũ exemplar Græcũ deprauatũ eſſe, legit enim κωλύσειεν ἄν ποτε διεξέρχεσθαι κάτω τὰ ςύβαλα κείμενα κόπρον: quum tamen potius legendum ſit, πρὸ ςύβαλα κειμένου, vel, ὑπὸ ςύβαλα κειμένου κόπρου, vt ſit ſenſus, ſtercus ſuprapoſitum, vel ſtercus ſuprapoſiti inteſtini: refert enim αὐτέρως: deſcẽdere prohibebit. Poſtremam lectionem ſecutus eſt antiquus interpres, qui hunc locum ſic conuertit. Non ſinit ſuperioris partis ſtercus ad inferiora deſcẽdere. Priorem autem Copus, qui ita vertit. Prohibet quo minùs ſuperiora excremẽta deorſum labantur. Atq; hactenus de primo ſymptomate, quod in propulſatorio inteſtinorum motu euenit, diximus. Alterum ſymptoma eſt deficiens ſeu imbecillus propulſatorius motus. Tertium verò deprauatus motus. Per omnia enim hi motus, ventriculi motibus, de quibus capite primo dictum eſt, reſpondent. Cæterùm cauſę etiam horum ſymptomatum, proportione cauſis quæ in ventriculo eueniunt, reſpondent, triplices enim ſunt. Aut enim ab intemperie aliqua procreantur, aut tumore præter naturã, vel excrementis quæ in inteſtinis continentur multis, craſsis, & lentis.

Motus propulſorij inteſtinorũ.

Ilei cauſæ.

Aldinus codex emendatus.

Eſt igitur naturale quoddam opus alimenti ex vẽtriculo in iecur, exque iecore in vniuerſum corpus diſtributio. Atq; monſtratum eſt eam perfici, quum ſingulæ partes familiare ſibi alimentum alliciũt. Porrò triplicia quoque huic actioni ſym-

Diſtributiõis in vniuerſum corp. ſymptomata.

ptomata accidunt. Nam aliàs imbecilliter, aliàs deprauatè, nõnunquam omnino non perficitur. Cauſæ verò, quemadmodum in prioribus, triplices ſunt, nempe vel intemperies trahentium, aut inſtrumentales eorundem morbi, aut alimenti quod diſtribuitur prauitas. Ac intemperies quidem facultatem ipſam imbecillam reddunt: inſtrumentales verò morbi, vias anguſtiores efficiũt: Alimenti verò prauitas, eſt craſſities, & lentor. De horum autem dignotione nunc non eſt dicendi tempus.

COMMENTARIVS.

Diſtributio quãdo perficitur.

Abolita diſtributio. Imbecilla. Deprauata.

Cauſæ prædictorum ſymptomatum.

Quòd tria ſint diſtributionis alimenti ex ventriculo in iecur, atque ex hoc in vniuerſum corpus ſymptomata, & quæ eorundem etiam cauſę ſint hoc loco breuiter Galenus exponit. Perficitur autem, vt lib. 3. de naturalibus facult. a. demonſtratum eſt, diſtributio, quum quælibet partium peculiare ſibi alimentum attrahit. Vt neceſſe ſit, diſtributionem præcedere attractioni. Quomodo enim attraheret pars, ſi altera illi quod attraheret non ſuppeditaret? Si itaq; nihil omnino ex prædictis partibus diſtribuitur, primum excitatur ſymptoma, abolita nimirum diſtributio. Si verò aliquid diſtribuitur, atqui non ſatis copioſè, alterũ ſymptoma fit, quod imbecillam ſeu deficientem diſtributionem nominant. Si autem id quod diſtribuitur prauũ ac vitiatum fuerit, tertium eueniet ſymptoma, quod deprauatã vocant diſtributionem. Cęterũm cauſæ prædicta ſymptomata excitantes, quemadmodũ priorum, ſunt tres. Prima eſt intemperies, quæ facultatem imbecillam reddit, vt vel omnino nihil, vel imbecilliter diſtribuat. Altera, eſt inſtrumentalis aliquis morbus, tumor nimirũm præter naturam, vel obſtructio, quorum vtrunque vias per quas alimenta diſtribuuntur anguſtiores reddit, adeoque diſtributionem impedit. Tertia eſt prauitas alimenti, nimirum craſsities aut lentor. Nam ſi craſſum aut viſcidum fuerit quod diſtribuitur alimentum, anguſtiores pertranſire vias nequit, aut in illis tenaciter hæret. Sed de dignotione horum craſſorum & lentorum humorum nunc non eſt dicendi tempus. Diſcernendi enim malorum humorum notas alibi tractauit Galenus, libro ſcilicet .4. de tuen. ſani. cap. 3. vbi illas ex profeſſo tradit.

CAPVT IIII.

Secrétricis facultatis ſymptomata.

Sed ad ſecretionem excrementorum veniendum. Sunt verò etiam in hac triplices cauſæ. Vna quidem, particularum quæ excremẽta expurgant imbecillitas. Secunda, viarum anguſtia. Tertia, excrementi ipſius prauitas. Imbecillitatis igitur cauſa, intemperies eſt. Viarum verò anguſtiæ, obſtructio, vel aliquis inſtrumentorum tumor. Verùm tumorũ cauſa eſt humorum fluxio, in ipſum iuſtrumentorũ corpus procumbens. Obſtructionis aũt, aut craſsities humorũ, aut lentor, aut germina. Excremẽtorum verò prauitas,

Tria in venarum concoctione excrementa.

eſt multitudo, & craſsities, & lentor. Quum aũt tria ſint in venarum cõcoctione excrementa, vnũ quidem amaræ bilis, alterum atræ bilis, & tertium ſeroſum: amaræ bilis veſica quæ iecori ſubeſt expurgat, melancholicum lien, ſeroſum renes. Parum itaque commodè ſingula horum expurgabuntur, vel ob imbecillitatẽ propriorum inſtrumentorum, vel vis quomodolibet anguſtioribus factis. Quum verò hæ duplices ſint, aliæ quidem per quas trahitur excrementum, & aliæ per quas excernitur, in vtriſque anguſtia ſecretionem lædet. Aliquando autẽ horum nullum eſt læſum, ſed excrementi multitudo, vbi immodica fuerit, vt tota expurgari

non

non poſsit, vnà cum ſanguine per vniuerſum corpus defertur. Ipſius verò immoderationis duplex eſt cauſa, nempe alteratrix facultas malè affecta, & ciborũ prauitas. Ac quòd læditur facultas, particularum intemperies in cauſa eſt, veluti ſæpe dictum eſt. Ciborum autẽ prauitas, in ſingulis excrementis eſt propria. Quippe alij naturâ magis melancholici, alij magis aquoſi, alij ſubſtantiâ bilioſi ſunt, veluti in libris quos de ipſis edidimus definitum eſt. Quinetiam alteratricis facultatis intemperies quæ ad calidius degenerat, interdum bilioſum, interdum melancholicum efficit excrementum. Cuiuſmodi verò vtrunque horum ſit, in aliis libris monſtratum eſt. Ad frigidius autem declinans, vel pituitoſius, vel aquoſius parit excrementum.

COMMENTAR.

Quæ ſint ſecreticis facultatis, ſymptomatum, quæ tria eſſe dicit, cauſæ, hoc loco Galenus exponit. Diſtat verò ſecretrix facultas ab expultrice, tanquam id quod præcedit, ab eo quod ſequitur. Secretio enim præcedit expulſionem, atque adeò ſecretrix facultas expultrici famulatur. Hinc eſt quòd Græci diuerſas has facultates, diuerſis nominibus appellauerint Secretricem nanque illi διακριτικὴν, expultricem verò ἀποκριτικὴν καὶ ἐκκριτικὴν nominauerunt. Secretrix igitur facultas non eſt niſi ea, quæ excremẽta ab alimento ſeparat, & ſecernit. Proinde Copus minùs rectè διάκρισιν excrementorũ expulſionem conuertit. Quòd verò ad cauſas ſymptomatum quę in ſecretrice actione eueniunt, attinet, ſciendum has eſſe triplices. Vna eſt particularum quæ excrementa expurgant imbecillitas. Si enim ſecretrix facultas particularum adeò fuerit imbecilla, vt excrementa à bonis & vtilibus ſecernere nequeat, ſymptoma accidit, quod abolitã ſecretionem nominãt. Huius autem imbecillitatis cauſa eſt intemperies, quæ facultatẽ deiicit. Secunda cauſa, eſt viarum anguſtia, quæ propter obſtructionem, aut tumorem aliquem præter naturam fit, vtrunque enim horum vias inſtrumentorum anguſtiores facit. Tumorum verò cauſa, eſt fluxio in corpora inſtrumentorum irruens. Quæ autẽ ſit fluxionis cauſa dictum eſt, cap. 6. libri de morborum cauſis, vbi etiam alia cõplura loca, in quibus eandem rem copioſiùs tractat Galenus, indicauimus, vt non ſit neceſſe hæc iterum hoc loco referri. Porrò excrementorum prauitas, non eſt niſi horũ multitudo, craſsities, & lentor. Quũ enim plura fuerint quàm oportet, aut craſsiora, aut magis lenta, praua iure dicuntur. Sunt autem in ſecunda, ſiue venarum, concoctione, tria excrementa, vnum flauæ bilis, quod veſica quæ iecori ſubeſt expurgat: alterum atrę bilis, quod lien ad ſe trahit: & tertium ſeroſum, quod renes ad ſe alliciunt. Quare ſi ſingula iam dicta excrementa, prout decet, per prædicta inſtrumẽta attracta fuerint, nulla in ſecretione eorundem euenient ſymptomata. Sin minùs, cauſam cur idipſum nõ fiat ſubeſſe oportet. Parum itaque commodè ſingula horum excrementorum expurgabuntur, tribus de cauſis, Primò, propter propriorum inſtrumentorum imbecillitatem, quam ex in intemperie aliqua contraxerunt. Secundô, propter vias per quas excrementa ipſa vel trahuntur, vel excernũtur anguſtiam, quam obſtructio, aut tumor aliquis præter naturam efficit. Tertiò, quando horum duorum nullum eſt læſum, hoc eſt, neque inſtrumentum trahens & expurgans, neque via per quam attrahitur, aut excernitur excrementum: ſed excrementi tanta eſt copia, vt tota expurgari ab inſtrumento non poſsit, vt neceſſe ſit id quod non eſt attractum vnà tum ſanguine, quẽ inficit, per vniuerſum deferri corpus. Copioſi autem huius excrementi duplex cauſa eſſe poteſt. Vna, alteratrix facultas, propter intemperiem aliquam malè affecta, quæ alimentum prout decet alterare, & concoquere haud valet, vt hoc nomine neceſſe ſit ex parum conuenienti alteratione magnam excrementi copiam procreari. Altera cauſa

Secretrix facultas diſtat ab expultrice.

Secretrix facultas quæ?

Copus notatus.

Cauſæ ſymptomatum ſecretricis facultatis.

Cur excrementa non rectè expurgantur?

Copioſi excrementi duæ cauſæ.

©BIUM

eſt ciborum prauitas,quæ in ſingulis excrementis propria exiſtit.Nam cibi ex quibus melancholicum generatur excrementum,naturâ magis ſunt melancholici, vt illi ex quibus ſeroſum,magis aquoſi,ex quibus bilioſum,ſubſtantiâ magis bilioſi, atque adeò praui.In ſingulis itaque excrementis propria eſt ciborum prauitas,ê qua fuerunt procreata.De ciborum autem prauitate copioſè in libris de alimentorum facultate, & libello de boni & mali ſucci cibis Galenus diſſeruit,quos hoc loco innuit,dum ait,veluti in libris quos de iis edidimus definitum eſt.Cæterùm excrementa non tantùm ex prauis cibis,ſed etiã propter alteratricis facultatis intemperiem naſcuntur.Calidior enim huius intemperies,interdum bilioſum,interdum melancholicum parit excremẽtum.

Quomodo calida intemperies frigidũ procreet excrementum.

Quòd verò bilioſum efficiat excrementum, nulli non manifeſtum eſt. Non videtur autem eſſe veriſimile,vt calida intemperies frigidum procreet excrementum,quale eſt melancholicum,quo pacto enim id quod calidum eſt frigidum pareret? Sciẽdum igitur calidam intemperiem primum bilioſum efficere excrementum,dein vbi illa fit vehementior,bilioſum excrementum ab ea ſupra modum calefit,& quaſi aduritur atque aſſatur, inque melancholicum adeoque frigidum tranſit. Neque id ſanè mirum eſt, quum hac ratione,vt ſect.3.apho.comm.22. Galenus etiam atteſtatur, flaua quoque bilis ſuprà modum aſſata in atram mutetur.Cuiuſmodi autem ſit bilioſum, & melancholicum excrementum,in libro primo de tuen.ſani.cap.11.& lib.2.de natura.facul.& libro.5.de vſu par.eſt traditum. Frigidior autem alteratricis facultatis intemperies,vel pituitoſius,vel aquoſius efficit excrementum,vt è ſequentibus clariùs patebit.

Singulis excrementis propria ſymptomatis ſpecies comitatur.

Porrò ſingulis excrementis propria ſymptomatis ſpecies comitatur. Flauam ſiquidem bilem,ſi per vniuerſum habitum redundat, icterus. Si verò in vna duntaxat parte,eryſipelata,& herpetes.Nigram verò,in tota quidem corporis mole,elephantia:in vna autẽ aliqua parte,cancer. Pituitoſo excremento,in toto quidem corpore,aqua inter cutem leucophlegmatia vocata ſuccedit:in vna verò particula,ædema.Sic autem appellant tumorem doloris expertem,& laxum.Seroſa verò excrementa ſi redundant,aqua inter cutem aſcites nominata ſequitur.Præterea puſtulæ,in iis animantis partibus,in quas ſuperuacua incubuerunt. Atque ita quidem accidit,vbi ſingula excremẽta ſincera redundauerint.Vbi verò inter ſe,& cum ſanguine miſcentur,complures tum ſymptomatum, tum morborũ ſpecies conſtituuntur,de quibus non eſt opus hîc producere ſermonem ſed ad propoſitum redeundum.

Oedema.

COMMENTAR.

Quòd ſingulis excrementis propria ſymptomatis ſpecies comitetur hoc in loco Galenus oſtendit.Flauæ nanque bilis excrementum,ſi in vniuerſa corporis mole redundat,icterus regiũsve morbus ſequitur,in quo ſanè totum corpus bilioſo inficitur colore. Si verò in vna duntaxat parte redundat prædictum excremẽtum, eryſipelas aut herpes ſequitur.Herpes,vbi ſyncerum fuerit, Eryſipelas autem, vbi flauæ bilis excremento,calidior ſanguis commixtus fuerit.Nigræ verò bilis excremẽtum,ſi in vniuerſo redundat corpore,elephantia ſequitur.Sid vna duntaxat aliqua parte,cancer.Pituitoſum autem excremẽtum in toto corpore, aqua inter cutẽ Græcis λευκοφλεγμαῖαι vocata,comitatur.Sic autem illi dixerunt,quòd in ea vniuerſa corporis caro inſtar pituitæ flaccidior,mollior,& candidior appareat. Si verò in vna duntaxat aliqua parte redundat,œdema comitatur. Quid autem ſit œdema Galenus in cõtextu monſtrat,& nos alibi copioſè indicauimus.Seroſo verò excremento redundanti in corpore,aqua inter cutem Aſcites vocata,de qua alibi abundè diximus,ſuccedit. Si autẽ ſuperuacua in partes aliquas animantis procumbant,in iis puſtulas quas Græci φλυκταίνας appellant,

λευκοφλεγμαῖαι.

φλυκταίναι.

©BIUM

lant,excitant. Sunt verò φλυκταίναι,& φλυκτίδες pustulæ veluti bullæ, similes iis quæ in corpore à feruida aqua erumpunt. Sic dictę ἀπὸ τοῦ φλύειν, hoc est,à bullitione, & feruore. Talia quidem symptomata accidunt, vbi excrementa quæ redundant syncera fuerint. Vbi autem hæc inter se, aut cum sanguine miscentur varias tum morborum, tum symptomatum species constituunt. Quæ quum facilè ex simplicibus cognoscuntur, non est cur hîc longiùs de iis differamus. φλυκτίδες.

CAPVT V.

Naturalium actionum prima, & propemodum omnium maximè necessaria est nutritio, quæ alteratricis actionis quædam species existit. Est enim & concoctio quæ in ventriculo fit alteratio. Itidem ea quæ in venis, & quæ in qualibet parte. Post quam quarta est alteratio, quam assimilationem vocant, diuersum à nutritione sortita nomen, opus aũt idem. Frustratur autem nutritio, si vel omnino non fiat, vel debiliter, vel deprauatè: idq; ob nutritoriam facultatẽ, cuius alteratrix genus est, & materiæ defectũ, aut prauitatem. Ob defectum quidẽ in atrophiis, quæ & à defectu, & quæ à priuatione nominantur. Ob prauitatẽ verò, in elephantia & leucis, & id genus aliis. Accidit enim vbi alimẽtũ carnibus agglutinatur, si pituitosior sanguis est, carnẽ quoq; magis pituitosam effici. Neq; enim idem est carnẽ esse: & pituitosam carnẽ esse: sicuti neq; idem est carnem esse, & melancholicã carnem esse, neq; hercle bilioſam esse, temperatamque, & intemperatam, & in primis nominatis qualitatibus humidiorem, & sicciorem, & calidiorem, & frigidiorem. Firmiùs autem sermoni credes, si animalium carnes, tum sanguine præditorum, tum exanguium consideraueris, & ad hæc reptilium, quæ vere gigni conspiciuntur, eorum maximè, quæ viridibus herbis similia sunt. Atqui horum caro herbis est similima, aliorum autem alba, & exanguis, veluti locustarum, & polypodum, ac aliorum alia quædam: nẽque enim horum differentias nominare licet, quòd multitudine infinitæ sint. Quum igitur, vt diximus, pituitoso simul & viscoso sanguine caro multo tempore nutritur, caro quidem adhuc manet, mutatur tamen eius differentia, & in aliam speciem conuertitur, sitque media inter eam quæ sanguine prædita est, & eam quæ sanguine caret, carnem. Vbi verò eiusmodi est reddita, accidit ei vt ne quidem deinceps allatum sibi alimentum in rubram carnis speciem magis mutare tentet, quàm polypodes & locustæ. Hac occasione quàm celerrimè tota & alba & pituitosa euadit, quum & ipsa alimentum in ruborem posthac transmutare non possit, & id quod influit pituitosum est. Qualem igitur protinus ab initio locusta, & omnia propemodum testacea habent, talem ex transmutatione obtinent qui leucis corripiuntur. Ita enim carnis vitium nominant, à colore illi nomen imponentes. Nigræ verò & tumidæ carni ab elephante nomen fecerunt. Fit verò eodem quo leuce modo, melancholico alimento longo tempore ad carnem confluente. Alphorum autem generatio cum prædictis vitiis eiusdem est generis: sub iis tamẽ tota caro nõ laborat, sed in cutis supficie veluti squamæ quædã alphi infiguntur. Albi quidẽ ex pituitoso, nigri verò ex melãcholico humore exoriũtur. Nutritionis alteratio Afsimilatio. Elephantia. Alphi.

COMMENTAR.

Nutritiõis, quæ alteratricis actiõis quarta species existit, symptomata, eorundẽq; cau-

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 349 sur 637

©BIUM

Nutritio quid?

ſas initio huius capitis Galenus explicat. Nutritio autem variè à Galeno deſcribitur. Quippe lib.1.de naturalibus facultatibus nutritionem,quę in ſolidis partibus fit,appoſitionem ſine ampliatione eſſe ſcribit.Libro autem tertio de tempera.cap.2. nutritionem,perfectam eſſe aſsimilationem tradit.Neque inter ſe iam dicta loca pugnant, ſed

Nutritio, vt nutrimẽtum, trifariam accipitur.

vt nutrimentum trifariam dicitur,quemadmodum ex Hippocrate Galenus libro.3.de tempera.& lib.1.de naturalibus facul.demonſtrauit, ita etiam nutritio, vt non ſit mirũ hanc etiam à Galeno variè eſſe definitam.In libro enim .1.de naturalibus facul.nõ veram nutritionem,ſed eam potiùs quæ veluti nutritio eſt, & in qua alimentum nondũ nutrit,ſed tantùm agglutinatur, & apponitur, deſcribit.In libro autem de temperamentis veram nutritionem,in qua id quod parti quæ nutriri debet appoſitum eſt & agglutinatum ,ſimile efficitur ,definit: ideò rectiſsimè perfectam aſsimilationem vocat, Tum enim demùm verè alimentum nutrire dicitur,quum parti quam nutriet, ſimile

Aſsimilatio nomine tantùm à nutritiõe differt.

factum fuerit.Quanquã igitur aſsimilatio nomine à nutritione differt,diuerſum enim à nutritione nomen eſt aſsimilatio,opus tamen diuerſum non eſt,quia nutritio etiam nutrimentum aſsimilat.Nihil enim nutrit niſi priùs aſsimilatũ fuerit.Poſtquam enim humor is qui omnem animalis partem nutriturus eſt,à vaſis excidit,in totam eam primùm diſpergitur,mox adiungitur,dein agglutinatur,demùm aſsimilatur, vt in libr.1.

Nutritio naturalium actionũ prima.

naturali. facul. copioſiùs Galenus monſtrat.Eſt autem nutritio naturalium actionum prima,& propemodũ maximè neceſſaria,quòd ſcilicet eius adminiculo animal conſeruatur,& quòd huius gratia tot alterationes,quæ illam præcedunt, fiant. Libro iam citato Galenus generationem & auctionem iungit,& hæc tria prima naturæ operum,

Nutritionis ſymptomata tria.

ac veluti capita eſſe ait. Cæterùm huius actionis tria ſunt ſymptomata. Vnum, quãdo nutritio omnino nõ fit,& vocatur abolita nutritio,vel nutritionis priuatio. Alterum, quando debiliter fit,& appellatur debilis,imbecilla,vel deficiens nutritio. Tertium,vbi

Abolita. Debilis.

fit deprauatè,& dicitur deprauata nutritio.Omnino non fit,propter facultatis nutritoriæ ſeu altricis imbecilliratem,quam intemperies aliqua concitauit. Debiliter fit in atrophia tam illa quæ à defectu,quàm quę à priuatione ita nominatur.Hoc eſt, tã illa quæ propter exiguum excitatur alimentum,quàm quæ propter alimenti omnimodã fit priuationem.Græcè eſt,ἀτρεφῶς ἢ ἀτροφικῶς ὀνομάζεται.Debiliter enim ſeu deficienter vocatur atrophia,quæ à defectu ac diminuto fit alimento.Defectus autem in atrophia nõ ad cibum qui ingeritur, ſed ad materiã in membro nutritioni paratã, hoc loco referendus erit. Priuatiua verò,quæ ab alimenti omnimoda, vt dictum eſt,

Deprauata.

priuatione eueuit.Deprauatè fit,quando materia,hoc eſt,alimentum,eſt prauum,vt in leucis,& elephantia,& id genus aliis ſymptomatis.In vitiligine enim alba,quam Græci

λεύκην.

λεύκην dicunt,quòd in ea color cutis ad albidius mutetur,adhærentia quidem nutrimẽti fit,non tamen aſsimilatio,quòd ſcilicet alimentum ipſum ſit prauum,adeoq; pituitoſum.In elephantia,quæ non eſt niſi Arabum lepra,vt alibi demonſtrauimus,propter melancholicum & prauum alimentum color cutis ad nigrius vergit.Pituitoſior enim ſanguis, carnem etiam magis pituitoſã reddit, quemadmodum melancholicus, car-

Caro ſimpliciter.

nem creat melancholicam. Quare non eſt idem carnem eſſe,& pituitoſam, aut biliоſam, aut melancholicam eſſe. Quæ enim ſimpliciter caro dicitur, temperata eſt, & ex bono procreatur ſanguine. Quæ verò cum adiectione pituitoſa, biliоſa,& melan-

Intemperata.

cholica nominatur, intemperata, hoc eſt, in primis vocatis qualitatibus frigidior, calidior, humidior, & ſiccior exiſtit. Quòd autem alimentum ipſum carnis immutet temperamentum ac colorem, hoc eſt, carnem ſibi ſimilem reddat, animalium tum ſanguine præditorum, tum exanguium, itemque reptilium quæ verno maximè tempore gigni videntur, carnes euidenter demonſtrant. Nam ſanguine prędito-

Locuſta.

rum animantium caro,rubicunda eſt. Exanguium autem, veluti locuſtarum & polypodum, quòd pituitoſo vtantur alimento, alba,& exanguis. Eſt autem locuſta piſcis è cruſtaceorum, quæ Gręcis μαλακόστρακα dicuntur,genere, qui Galeno,& Ariſtoteli

κάραβος

κάραβος nominatur. Sic dictus verò latinis est à similitudine locustæ terréstris, quòd scilicet cornua ante oculos bina, longa, & aspera habeat. De hoc pisce Aristoteles multa tradit lib. 4. historiæ animalium cap. 2. Et post hunc Plinius lib. 9. cap. 30. Paulus denique Iouius in cap. 40. libelli de Romanis piscibus inscripti. Ex mollium contrà genere polypus est, sic à multis brachiis, quibus obuia quæque comprehendit, ligat, atque flagellat dictus. Locustam piscem expauescit adeò, vt coniectus in retia vbi ille fuerit, interdum statim exanimetur. De quo Aristoteles loco iam citato, cap. 1. Et Plinius vbi suprà. Paulus Iouius, cap. 39. plura. Cæterùm reptilium caro viridis est, adeoque herbarum, vnde aluntur, imitatur colorem. Nihil igitur mirum est in leucis ad albidius, contrà in elephantia ad nigrius carnis colorem transmutari, vt copiosè, & perspicuè in contextu Galenus monstrat. In fine Galenus alterius vitiliginis generis, quod ἄλφος Græcis vocatur, mentionem facit, ac qua ratione cum prædictis duobus vitiis conueniat, quaque ab illis distet, docet. Conuenit quidem, quia perinde ac illa, à vitioso generatur alimento. Distat, quod in alpho tota caro non laboret sicuti in elephantia & leucis: sed in cutis tantùm superficie, veluti quædam squama, alphus, infigitur. Estque is duplex, vnus quidem albus, qui ex pituitoso humore oritur, adeoque colore leuci similis est. Alter niger, ex melancholico humore procreatur, & colore elephātię respondet. Sed de hoc genere vitiliginum alibi etiam plura diximus.

κάραβος.

Polypus.

ἄλφος.

Alphos duplex.

Quanta verò sit alimenti vis, & quàm vehementer carnem alteret, Aristoteli quoque dictum est, vbi meminit locorum in quibus pecora tum in colore, tum in aliis differentiis quæ sensui obnoxiæ sunt, trāsmutātur. Qui verò ea quæ aluntur ab alimento alterari negant, quòd victi, non vincentis alimentum sit nomen, ij neque de ea quæ in animalibus fit, multoq; minùs de ea quæ in stirpibus fit transmutatione quicquam sanum dicere possunt: sed de rebus, quæ omnibus manifestè apparent omnino dubitant. Siquidem quæ de Persica stirpe, ex Perside in Aegyptū translata proferuntur, nemo ignorat. Lætalis enim erat in Perside, translata verò in Aegyptum, exitiosam naturam mutauit. Quemadmodum, vt opinor, & quod de vitibus apud nos natis, si loca mutant, diuersum reddunt vinum. De reliquis autem stirpibus, qui de agricultura scripserunt, ostenderunt, quemadmodū qui rem herbariam posteris tradiderunt, de herbis. Transportatæ enim ex aliis in alia loca sæpe minori quam duorum stadiorum interuallo, multis modis alterātur. Oportuit igitur eos qui alimentum esse nomen victi, alterati, & mutati dicunt, non id modo scisse ac dixisse, sed etiam de leuces generatione disserere tentasse. Quippe huius vitij vel caro quæ nutritur, vel alimenti prauitas causa est. Atqui si non alimentum (ita enim ipsi volunt) necesse est carnem dicant. Quid igitur patitur hæc, quòd alimentū in vniuersum sibi non assimulat? Ita igitur natura huius vitij causa fiet. At multo, opinor, melius fuerit, alimento causam imputare.

Magna vis alimenti.

Perfica stirps.

COMMENTARIVS.

Quòd magna sit alimentorum vis in carnium mutatione, Aristotelis testimonio, & stirpium exemplis cōprobat. Siquidē Aristoteles lib. 8. de historia animaliū, cap. 28. & sequenti pro pabuli in diuersis locis varietate, pecora tum in colore, tū in aliis differentiis transmutari scribit. Ad quem sanè locum lectorem ablegamus, quū vix sine fastidio singula hîc cōmemorare liceat. Porrò qui ea quæ nutriuntur ab alimento alterari posse negant, hoc vtuntur argumento. Alimentum est nomen victi, nō vincentis, igitur carnes animaliū non mutat. Siquidē, vt lib. 5. de natu. facul. testatur Galenus, ali-

Magna alimentorum vis in carniū mutatione.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 351 sur 637

©BIUM

mentum est quod à natura nostra vincitur,& alteratur.Si igitur vincitur & alteratur, non est cur corpus nostrum vincere,alterare,& mutare possit. Verùm qui huic rationi acquiescunt,nihil quod rectum sit,neque de mutatione quæ in animalibus, neque de ea etiam quæ in stirpibus fit,dicere possunt,sed dubitant planè de iis rebus quæ omnibus liquidò apparent.Quòd ad animalia spectat,abūdè est ab Aristotele loco paulò antè citato demonstratum.De stirpium transmutatione id Dioscorides lib.1.& Plinius lib.13. cap. 9. aliique multi prodiderunt, quod persica quæ in Perside lętalis erat, translata in Aegyptum,exitiosam suam naturam mutauit,fructumq; qui edendo fuit, produxit.Vites prætereà in Asia natas,quia locum mutarunt,diuersum reddidisse vinum constat.Denique qui de re rustica & herbaria scripserunt herbas transportatas ex aliis in alia loca,sæpe etiam minori quàm duorum stadiorum interuallo, multis modis alterari tradunt.Sua enim cuique loco ac regioni dos attributa,sua soli natura,peculiarisque cœli facies.Hinc fit vt vno in loco herbæ eiusdem etiam speciei candidos, in alio verò purpureos,aut alterius coloris flores producant.Oportet igitur eos qui alimentum esse nomen victi,alterati,& nutriti dixerunt, aliquid etiam de leuces generatione disseruisse,vt saltem hinc in erroris sui agnitionem veniissent. Nam leucès,vel caro quæ alitur, vel alimenti prauitas causa est. Atqui non alimentum, ita enim ipsi volunt,igitur caro. Quærendum itaque est quid hęc ipsa patiatur, cur alimentum in vniuersum sibi non assimilet?Necesse autem est vt huius vitij naturam,hoc est, facultatem,quæ assimilare non potest,causam esse respondeant. Quanquā verò probabile videtur id quod respōdent, tamen melius est vt causam leuces alimento abscribamus, quemadmodum paulò suprà est ostensum.

Persica translata priorem naturā mutauit.

Sua cuique loco ac regioni dos attributa.

Licet verò eius quod alitur munus sit alimentum sibi assimilare,alimenti autē pathos sit assimilari & mutari,nō tamen propterea id quod patitur viciſsim aliquid, etsi minimū est,in id quod agit non potest efficere.Quod enim maximè contrarium est,in disputationibus de iis non nos solum ostendimus, verumetiam ex philosophis qui omnium naturæ actionum & pathematum grauissimi interpretes fuerunt. Apparet enim omnia,tametsi multo iis quibus occurrūt sunt valentiora, aliquid quod sensu percipitur ac manifestum sit pati.Et si non ad primum occursum,temporis tamen progressu.Iam ferrum quod ad secandum efficacissimum est, vbi carnem mollissimam secat, obtunditur. Ac durissimus lapis,à gutta plurimo tempore ictus,cauitatem quandam cōtrahit.Quid verò de iis quæ inter se mixta sunt dicere conueniat,omnes norunt.Siue enim in amphorā aquæ feruētis, frigidæ cotylen iniicias,quod mixtum ex ambobus est, non solum cotylen victam esse declarat,sed etiam vincentis pathos.Siue quis contra in amphoram frigidæ, cotylen calidæ iniecerit,vincetur quidem cotyle, patietur tamen pusillum quid & amphora.Verùm,vt anteà quoque diximus,non institui in hoc opere refellere aduersarios,neque sermonem protrahere.sed quoad eius fieri potest quam celerrimè docere.Igitur leuce maximus alteratricis facultatis error est. Exigui verò alij complures sunt,carne in humiditate,siccitate,frigiditate, & calore immutata.

Id quod patitur viciſsim aliquid in id quod agit efficere solet.

COMMENTAR.

Rationem eorum hoc loco refellit Galenus, qui nutrimentum esse nomen victi, adeoque carnem immutare non posse affirmant.Quanquam enim eius quod nutritur officium ac opus sit, vt alimentum sibi assimilet, alimenti verò pathos, vt assimiletur & immutetur: hoc est, etsi corpus quod alitur nutrimentum vincat, nutrimentum verò à calore eius corporis vincatur & mutetur: tamen viciſsim alimentum

etiam

etiam in corpus quod vincit aliquid agit. Vt hoc nomine alimentum nõ ſit omnino victi, ſed etiam aliqua ex parte vincentis nomen. Conſtat enim omnia, etiamſi multo iis quibus occurrunt fortiora ſunt, aliquid tamen etiam quod ſenſui obnoxium eſt ac manifeſtum pati. Atque hoc ipſum non ſolum Galeno, verumetiam philoſophis, qui omnium naturæ tum actionum tum paſsionum grauiſsimi fuerunt enarratores, demonſtratum eſt. Nam quanquam id quod viciſsim patiuntur non ſtatim ad primum occurſum apparet, tamen progreſſu temporis euidentiſsimè ſe oculis intuentium exponit. Id quod exemplis aliquot oſtendere, pergit. Siquidem, inquit, ferrum quod acutiſsimum eſt, & ad ſecandum idoneum, tamen quum carnem etiam molliſsimam ſecat, obtunditur. Quod certè non accideret, niſi viciſsim aliquid à carne ferrum pateretur. Duriſsimus præterea lapis ab aquæ gutta quæ in eum diu deſtillauit, excauatur. Adeò vt hinc prouerbialis etiam ortus ſit ille verſiculus:

Alimentum viciſsim etiam aliquid in corpus agit.

Exempla quibus oſtendit etiam id quod patitur aliquid agere.

πέτρην κοιλαίνει ὑγρὴ ὕδατος σταλαγμία,
Mollior aſsiduis ſaxum cauat ictibus vnda.

Eraſmus ita extulit in ſuis Chiliadibus. ὑγρὴ σταλαγμὸς κοιλαίνει πέτρην: Stillicidiũ perpetuum ſaxum excauat. Citat hunc verſum veluti etiam alia exẽpla, multis etiã aliis in locis Galenus, præſertim verò libro. 3. de tempera. cap. 5. vbi itidem id quod vincitur, agere in id quod vincit iiſdem quibus hîc exemplis, niſi ꝙ pro molliſsima carne, molliſsimam ceram affert, oſtendit. Porrò quòd omne agens nonnihil & ipſum agendo patiatur, ex horum etiam quæ contrariis prædita ſunt qualitatibus mixtura monſtrare pergit: Si enim in aquæ feruentis amphoram, hoc eſt, vrnas duas, frigidæ cotylen iniicias, id quod mixtum eſt non ſolùm cotylen, tãquam minorem menſuram ab amphora eſſe victam indicat, ſed etiam quod vincens, hoc eſt, amphora, aliquid à cotyle patiatur. Ita ſi quis in amphoram frigidæ aquæ, cotylen, calidæ coniecerit, vincetur ſanè cotyle ab amphora, veluti à maiore menſura, tamen puſillum quid & amphora à coryle patietur. Quid verò ſit cotyle in annotationibus noſtris in quartum de tuenda ſani. librum Galeni copioſè à nobis eſt dictum, & quòd perperam faciãt interpretes, qui illam cum hemina confundunt, quæ tamen cotylen vncia vna excellit. Cæterûm quũ Galenus in hoc libro, vt ſuprà quoq;, cap. nimirũ. 3. lib. primi de ſympto. cau. eſt dictũ, aduerſariorum opiniones refellere non inſtituerit, iam cõmemoratis, exemplis cõtentus eſſe vult, ne ſcilicet contra ſuum inſtitutum prolixior ſit. Vix enim vllis aliis in libris ea qua hîc, vſus eſt breuitate. Proinde reuerſus eò vnde digreſſus eſt, ait. Leuce malum maximus alteratricis facultatis error eſt. Fit enim propterea, quòd nutrix facultas, quæ alteratricis facultatis ſpecies exiſtit, non ampliùs nutrimentum in rubram carnis formam, vt anteà quoque eſt dictum, mutare tentat. Sunt verò & multi alij exigui eiuſdem facultatis errores, vbi caro plus iuſto humidior, ſiccior, frigidior, & calidior fit.

Amphora.

Cotyle.

Hemina cum cotyle non confundenda.

Pars verò alimento priuabitur non ſolùm ob alteratricis facultatis imbecillitatem, ſed etiam vbi attractoria facultas fuerit imbecillior, aut quia expultrix immodicè mouet. Ad immodicum autem motũ excretrix facultas excitatur, vt & anteà diximus, quando retentrix facultas, aut ob excrementorum multitudinem, vel acrimoniam, vel propriam imbecillitatem grauatur. Tum enim neceſſe eſt vt cum eo quod redũdat, ſimul etiam id quod vtile eſt excernatur, vt in liẽteria, dyſenteria, choleráque accidit. Ob imbecillitatem verò expultricis facultatis, neceſſe eſt carnem tum humidiorem, tum magis excrementitiam fieri. Atqui multorum excrementorum procreatio, propter alteratricis facultatis imbecillitatem euenit. Vbi igitur ſimul accidit, vt attractoria facultas multum alliciat humorem, non poſsit autem alteratrix quicquid attractum eſt conficere, & hanc ob rem

Abolitæ nutritionis cauſæ.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 353 sur 637

complura gignantur excremẽta, expultrix autem facultas hoc tempore & deteriùs, & imbecilliùs ſeipſa moueatur, vt ita complura in carne conſiſtant excrementa neceſſe eſt: atque interim pro excrementorum tum ſpecie, tum quantitate, aliàs aliam fieri carnem, modò quidem œdematoſam, modò flatuoſam, nonnunquam aquoſam. Quippe aqua inter cutem, quam anaſarcam vocant, ex hoc eſt genere. Verùm de talibus non arbitror nobis producendum eſſe ſermonem: neque enim omnia in hoc libro particulatim ſymptomata recenſere decreui, ſed in plurimis ſtudioſos exercere. Proinde vt ad aliud ſymptomatum genus quod nõ longè abeſt ab eo quod in læſa conſiſtit actione tranſeam tempeſtiuum eſt.

COMMENTARIVS.

Abolitæ nutritionis tres cauſæ.

Hactenus prolixè admodũ deprauatæ nutritionis cauſas Galenus recenſuit. Nunc igitur ad abolitæ nutritionis cauſas exponendas redit: quas tres eſſe ait, nempe alteratricis facultatis alimentum alterare haud potentis imbecillitatem, attractricem facultatẽ, quæ alteratrici inſeruit, & alimentum attrahit, imbecillitatem, & immodicum expultricis facultatis motum, quæ id etiam quod vtile eſt vt inde pars corporis alatur, expellit. Ad immodicum autẽ motum excretrix facultas, vt capite quoque ſecũdo huius libri eſt commemoratum, trifariam excitatur. Primò, quando retentrix facultas ab immodica excrementorũ copia grauatur. Tum enim excitata facultas expultrix, id quod ſua multitudine moleſtum eſt excernit. Secundò, quando excrementorum acrimoniâ expultrix facultas irritatur ac ſtimulatur ad excretionem. Tertiò, quando retentrix facultas imbecillitate laborat, tum enim neceſſe eſt vt id quod illa retinere nequit, expultrix facultas extrudat. Propter tres itaque cauſas iam expoſitas, vt id quod vtile eſt cũ eo quod ſuperuacaneum eſt expellatur, adeoque alimento ſuo priuetur corpus, vt in lienteria, dyſenteria, & cholera accidere ſolet. In iis enim omnibus vtile cum eo quod redundat, excernitur. Porrò propter expultricis facultatis imbecillitatem, vtpote quæ ſuperuacua expellere nõ poſſit, carnem fieri tum humidiorem, tum magis excrementitiam neceſſe eſt. Propter alteratricis autem facultatis imbecillitatem alimẽtum probè alterare nequeuntis accidit, vt multa procreentur excrementa, quemadmodum dilucidè & copioſè in contextu Galenus docet, vt noſtra explicatione non ſit opus. Ad alterum itaque genus ſymptomatum, quod huic quod in læſa actione conſiſtit proximum eſt, progrediemur.

Excretrix facultas ad immodicũ motum trifariã excitatur.

CAPVT VI.

Symptomata quę in quãtitate & qualitate eorũ quæ excernũtur conſiſtunt.

Hoc igitur genus in quantitate & qualitate eorum quæ excernuntur conſiſtit, ſiue propter facultatis aliquam noxam eueniat, ſiue intempeſtiuam irritationem, ſiue prauum motum facultatem incitantem, ſiue propter apertionem alicuius inſtrumẽti, aut ruptionem, aut eroſionem, quemadmodum ſanguinis quoque excretio accidit. Satiùs enim ab hac cæpiſſe, propterea quòd magna ex parte videtur eſſe præter naturam. Exceptis enim iis quæ mulieribus per vterum emanant, aliæ omnes ſanguinis vacuationes toto genere præter naturam ſunt: illæ verò ſolùm quantitate. Ruptio quidem vaſorum, vel ob plagas aliquas extrinſecus illatas fit, aut aliquo calcitrante, aut percutiente, aut aliàs quomodolibet vehementer feriente homine. Accidit verò & iis qui magnis vtuntur ſaltibus, & ab alto in terram cadentibus, & ob acutum & magnũ clamorẽ: quippe per hunc vocaliũ inſtrumentorũ partes plurimũ tendũtur.

Sanguinis per vterum uacuationes ſolùm quantitate præter naturam ſunt.

Ruptiõis cauſæ.

Tenſionis

Tenſionis aũt ratione rũpuntur, & ea quæ ex ſaltationibus ſunt læſa. Quæ verò ex caſu ab alto, in genere plagarũ ſunt. Nihil enim refert, ſiue à lapide aliquo extrinſecùs incidente pars aliqua contuſa ſit, ſiue ea delapſa, vehementer in ſolum impingat. Atque hæ quidem manifeſtæ ſunt ruptionis cauſæ, & neminem latẽt. Aliæ verò ſunt quæ ex corporis affectibus oriuntur, quum ſcilicet quis vltrò è naribus ſanguinem excernit, aut ipſum vomit, aut extuſsit, aut excreat, aut deorſum deiicit, aut mingit. Atque hæc quidem toto genere præter naturam ſunt. Mulieribus autem, vt dictum eſt, quæ per vterum ſanguinem excernunt, vacuatio non toto genere præter naturam eſt, ſed ſolùm quantitate.

COMMENTARIVS.

Expedito primo ſymptomatum genere, quod in actione læſa conſiſtit, ad alterum eorundem genus, eorum nimirum quæ immodicè excernuntur, & in corpore retinẽtur, progreditur. Exorſus autem ab iis quæ immodicè excernuntur, ea in duabus potiſsimùm rebus, nempe quantitate & qualitate, conſiſtere ait. Nam alia ſola quantitate, quòd ſcilicet iuſto copioſiora ſunt: alia verò qualitate, quia videlicet acria, erodentiaque, præter naturã ſunt, à quacunq; tãdẽ cauſa, quarũ tamen ſex hoc in loco receſſet, eueniãt. Si enim propter facultatis aliquã noxã, nẽpe retentricis imbecillitatẽ, accidant, vt capite vltimo libri de ſymptomatum differentiis eſt dictum, quantitate excedere, & præter naturam eſſe neceſſe eſt. Si verò propter intempeſtiuam acrium excrementorum irritationem eueniant, qualitate eſſe præter naturam oportet. Sin ob prauum motum expultricem facultatem concitantem, quantitate excedent. Quòd ſi propter inſtrumentorum excretioni ſeruientium, id eſt, vaſorum, apertionem & hiatum, fiant, vel quantitate, vel qualitate præter naturam exiſtunt. Quantitate, ſi vaſorũ apertio propter vaſis imbecillitatẽ, aut ſanguinis qui ad os impetu ruat, copiam accidat. Qualitate verò, ſi propter acrem quampiam quę illi extrinſecùs incidit qualitatẽ, eueniat. Si propter ruptionem, quantitate. Si verò propter eroſionem, qualitate præter naturam excretio erit. Porrò quum inter omnes excretiones, ſanguinis excretio maximè ſit præter naturam, ſatiùs eſt ab ea rem auſpicari. Quippe excepta ea quæ mulieribus per vterum fit, cæteræ omnes excretiones ſanguinis, toto genere præter naturam ſunt. Nam qui per illas excernitur humor ſecundum naturam eſt, & aptus vnde corporis partes alantur, ideoque non excerni, ſed in corpore debet retineri, vt etiam capite ſeptimo libri de differentiis ſymptomatum, eſt commemoratum. Mulierbris autem per vterum excretio, quæ ſtatis ac certis menſibus accidit, nõ niſi ſola quãtitate præter naturam eſt. Nam quantiſper id tantũm quod ſuperuacuum & inutile eſt excernit, tantiſper ſecundum naturam eſt, quòd ſcilicet tempeſtiuè fiat, & id quod contriſtat, expellat. Si tamen modum exceſſerit, iam quantitate præter naturam eſt. Sunt autem ruptionis vaſorum, ſiue excretionis ſanguinis duplices cauſæ, externæ ſcilicet & internæ, quas ordine hîc Galenus exponit. Prima externarum cauſarum eſt plaga extrinſecùs illata, vel aliquo, verbi gratia, equo calcitrante, vel percutiente, vel aliàs quomodocunque validè feriente homine. Secunda, eſt magnus ſaltus, qui vehementer tendendo ac concutiendo corpus, rumpit vaſa. Tertia, caſus ab alto in terram, qui plagæ inſtar vaſa lædit. Quarta, acutus & magnus clamor, per illum enim vocaliũ organorum partes tenduntur, atque ſubinde rumpuntur. Id quod non rarò accidit iis qui inter cantores altam, vt vocant, vocem vſurpant. Cauſæ verò internæ ſunt quæ ab affectibus corporis oriuntur, vbi videlicet quis vltrò, hoc eſt, abſque cauſa aliqua manifeſta, ſanguinem vel per nares excernit, vel vomit, vel tuſsiendo, vel excreando reiicit, vel per aluum deiicit, vel mingit, nam omnes hæ excretiones ab aliquo corporis affectu prodeunt. Qui verò tales ſint, ſequenti commentario exponemus.

Quæ immodicè excernũtur alia quantitate, alia qualitate præter naturam ſunt.

Omnes ſanguinis excretiones, excepta ea quæ per vterũ fit, toto genere præter naturam ſunt.

Ruptionis vaſorum cauſæ duplices, Externæ.

Internæ.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 355 sur 637

©BIUM

Talia verò omnia tribus de cauſis incidunt. Quippe vel facultas vas ſanguinis recludit, vt in profluuio ſanguinis è naribus, aut ſanguis ipſe malè affectus eſt, aut vaſorum aliquod. Sanguinem quidem malè affectum dico, & quum adeò eſt vitioſus, vt ea à quibus continetur vaſa erodat, & quum ita eſt auctus, vt cõcludi non poßit. Nam is quoque rumpere, aut recludere vas poteſt. Ipſorum verò vaſorum vitium, in immodica mollitie, & duritia, & tenuitate conſiſtit. Accidunt autem hæc nonnullis naturâ, vbi ſtatim in vtero vitioſè formati ſunt: quanquam etiam mollities à redundante proueniat humiditate, durities autem ab ariditate, tenuitas verò ab atrophia. Quod immodicè molle eſt, promptiùs ob imbecillitatem frangitur: at quod admodum durum eſt, eò quòd nõ facilè ampliùs extenditur. Quod tenue eſt propter vtroſque huiuſmodi venarum affectus, non ſolùm ab internis cauſis, verumetiam ab externis promptè rumpitur. Verùm non omnia vaſa ſimiliter eroduntur. Quod enim durum, craſſúmque eſt, eroſionẽ haud facilè patitur. Pari modo recludi, ei quod imbecillum, & molle, & tenue eſt, prõptè accidit. Non facilè verò ei, quod firmum, craſſum, & durum eſt. Fit autẽ vaſorum apertio, tum ab iis que vaſorum ora irritant, tũ à plenitudine vrgente, nonnunquam etiam à natura quæ excernit ea quæ ſibi moleſta ſunt. Nominant autẽ quendam etiam ſaltum ſanguinis, veluti quartum ſupra ea quæ iam dicta ſunt genus. Eſt verò haudquaquã quartum genus, ſed vel exiguorum vaſorum apertio, vel non eſt excretionis ſanguinis, ſed ſeri ſpecies, quale maximè in iecoris, & renum imbecillitate mingitur, & ſæpe per inferna deiicitur cruentum ſerum. De iis autem paulò pòſt dicetur, ſi priùs de iis quæ vomuntur, diſſeruerimus.

Apertio vaſorum vnde?

Saltus ſanguinis.

COMMENTARIVS.

Excretionis ſanguinis tres cauſæ.

Excretionis ſanguinis, ê quacunque corporis parte fiat, tres eſſe cauſas, nempe facultatis robur, ſanguinis vitium, & vaſorum ſanguinem continentium noxam, hoc loco Galenus oſtendit. Quippe facultas expultrix robuſta, in morborum potiſsimùm iudiciis, id quod contriſtat, ac moleſtum eſt, expellit. Ita nõ rarò ſanguinem è naribus excernit. Sanguis autem bifariam vitioſus erit. Primùm ſua qualitate, acrimonia nimirũ, quæ ſæpe tanta eſt, vt vaſa in quibus continetur erodat. Secundò ſua quantitate, quum ſcilicet ita auctus eſt, vt contineri ampliùs in vaſis non queat, ideoque ea rumpit atque recludit. Atque iis ſanè verbis Galenus duas præcipuas apertionis vaſorum cauſas expreſsit, copiam nimirum ſanguinis ad os vaſis impetu ruentis, & acrem quæ illi extrinſecùs incidit qualitatem, quas etiam libro quinto therapeuticæ methodi capite ſecundo commemorat. Vaſa ſanguinem continentia vitium contraxerunt, vbi immodicè mollia, vel dura, vel tenuia exiſtunt. Id quod nonnunquam in prima ſtatim quæ in vtero fit conformatione accidere ſolet. Prouenit autem nonnunquam in iis qui iam in lucem editi ſunt mollities, à redundante humiditate. Id quod copioſè admodum libr. ſecundo de temperamentis capite quarto, Galenus in hunc ſcribens modum monſtrat.

Sanguis bifariã fit vitioſus.

Vaſorum ruptionis cauſæ.

„ Humiditas, inquit, à molli corpore eſt inſeparabilis, vt ſi quid molle eſt, hoc etiam humidum ſit oporteat. Non tamen ſi quid durum eſt, id ſtatim ſiccũ eſt. Nam & id quod à frigore concretum eſt, durum cernitur, ſicut glacies. Durities autem vaſorum à ſiccitate, vt tenuitas, ab atrophia, hoc eſt alimenti inopia fit. Porrò vas quod immodicè molle eſt, promptiùs propter ſuam imbecillitatem frangitur. At quod admodum durum eſt, facilè frangitur, quòd non poſsit ampliùs extendi. Hinc eſt hoc Hippocratis,

venas

©BIUM

venas frangit aqua frigida. Neque enim frigida per ſe ſanguinis eruptiones facit, ſed ex accidenti, quia ſcilicet venarum tunicas frigiditate ſua duras, & extendi contumaces reddens, vt rumpantur, paratiores efficit. Vas verò quod tenue eſt, propter vtroſque iam dictos venarum affectus, id eſt propter imbecillitatem & difficilem extenſionem, tàm ab internis quàm ab externis cauſis facilè rumpitur. Quod enim tenue ac gracile eſt, hoc etiam imbecillius ſit quàm craſſum, nec ita promptè vt hoc ipſum tendatur, oportet, vt liquidò patet in veſicis iam exiccatis & extenuatis, quas conſtat ad primum ferè contactum frangi. Atque hęc quidem de ruptione vaſorum dixiſſe ſatis ſit. Quod ad eorundem eroſionem attinet, ſciendum non omnia vaſa ſimiliter erodi. Durum nanque & craſſum, eroſionem non facilè admittit. Contrà molle, & tenue prõptiſsimè. Pari ratione quod firmum, craſſum, ac durum eſt, difficilè recluditur. Quod verò imbecillum, tenue, ac molle, facilè. Recluſionis autem ſiue apertionis vaſorũ tres hoc loco recenſet cauſas. Vnam, acrem qualitatem, quæ ora vaſorum ad excretionem irritat. Alteram, plenitudinem ſeu copiam ſanguinis, ad ora vaſorum impetu quodam ruentis, & ad excretionem vrgentis. Atque hæ duæ cauſæ paulò quoque antè expoſitæ ſunt. Tertia, eſt natura, hoc eſt expultrix facultas, quæ ea quæ moleſta ſunt excernit, vt fit in profluuio ſanguinis narium, quòd in morborum iudicationibus accidit. Cæterùm ſunt qui ſupra tria quæ iam dicta ſunt, ſcilicet ruptionem, eroſionem, & recluſionem, quartum genus, quòd διαπόδησιν Gręcè, ſaltũ Latinè nominãt, addere ſolẽt. Eſt autem haudquaquam quartum genus, ſed vel exiguorum vaſorũ apertio: & ita ſub anaſtomoſi ſeu recluſione complectitur: vel non eſt ſpecies excretionis ſanguinis veri & legitimi, ſed cruenti potiùs ſeri, quare in iecoris imbecillitate ſæpe per inferna deiicitur, & in renum imbecillitate mingitur. Nam ita hæc diſtinguenda erunt, vt mictus cruenti ſeri ad renum imbecillitatem, & per infera deiectio ad iecoris imbecillitatem, referatur. Nam vt libro quinto de laborantibus locis, cap. ſeptimo, Galenus autor eſt, quum alui ſedimina aquæ in qua nuper mactatæ caro abluta eſt ſimilia videntur, efficaciſsimum inde laborantis iecoris ſignum elicitendũ. Ac nominant hepatica, ea præcipuè quæ ob imbecillitatem ipſius deiiciuntur. Mictum verò ſanguinis renum imbecillitatẽ portẽdere idem Galenus capite tertio iam citati libri perſpicuè oſtendit. Prædictum autem malum ſaltum medici appellauerunt, quòd in eo ſanguis ſaliendo, excernatur. Eſſe autem vel exiguorum vaſorum apertionem, aut cruenti ſeri, ſeu extenuati ſanguinis excretionem, Galenus etiam libro quinto, therapeuticæ methodi, cap. ſecundo, abundè monſtrat, quum hoc ex rarefacta tunica, ſanguine extenuato, aut ex gracilium vaſorum ore aperto, fieri tradit.

6. Epide. par. 3. apho. 10.

Vaſorum eroſio.

Apertionis vaſorum cauſæ.

διαπήδησις.

Hepatica alui ſedimina.

Excernuntur autem hæc quoque interim ceu immodica, & ventriculum grauantia, quemadmodum aliquando alimenti multitudo: nonnunquam verò ceu ea quæ infeſtant ac mordent, veluti vbi per cruditatem, acidum, vel nidoroſum, vel amarum, vel acre alimẽtum aſſumptum eſt redditum. Huius generis ſunt & biliоſa, & pituitoſa, & ſeroſa excremẽta, tum inibi nata, tum ex vniuerſo animãtis habitu in eum confluentia. Eſt prætereà tertium cauſarum genus, quæ ventriculum ad vomitum concitant, licet neque grauent, neque mordicẽt, ſed ſolùm præter naturam ſint. Eſt autem omnium quæ præter naturam ſunt communis definitio, ſi poſteà quàm cõcocta ſunt, alere non poſſunt. Hac, vt opinor, ratione, non ſolùm acida pituita, & ſalſa, verumetiam dulcis nonnunquam in ventriculo conſiſtens, ipſum ad vomitum prouocare conſueuit. Sed & ſanguis ipſe qui in ventriculum eſt effuſus, hoc pacto ipum vomere cogit.

Vomitus cauſæ.

Vomitus quid? Vomitus,qui deprauatus quidam ventriculi motus eſt,quo ſupernè & per gulam id quod ipſum moleſtat expellere nititur,nunc cauſas exponit. Tres autem potiſsimùm eius cauſas eſſe oſtendit.Prima eſt,ſi in ventriculo continentur quæ illum ſua multitudine grauant,ſiue alimenta,ſiue excrementa fuerint.Hæc enim non ferens, per vomitum expellere conatur.Secunda, vbi propter cruditatem alimentum quod ingeſtũ eſt acidum,vel nidoroſum,vel amarum,vel acre fit,tum enim ſua qualitate ventriculũ infeſtat ac mordicat,atque adeò ad vomitum irritat.Id quod etiam accidit,vbi excrementa,quæ vel in ventriculo nata ſunt, vel in hunc ex vniuerſo ſunt deriuata corpore,fuerint vel bilioſa,aut pituitoſa,aut ſeroſa.Nam & hæc quoque ventriculum infeſtant ac mordicant, hocq; nomine ad vomitũ impellũt.Tertia, quando aliquid quod ſit præter naturam in ventriculo continetur, etiamſi neque grauat, neque mordicat.

Præter naturam quæ? Concoctio. Præter naturam autem eſt quicquid, poſteà quàm eſt concoctum,alere non valet. Concoctionis verò nomen hoc in loco in altera eius ſignificatione vſupatur, pro ea ſcilicet quæ partim naturalis eſt,partim præter naturam: hoc eſt, pro ea quæ quidẽ fit ab innato ventriculi calore,non tamen ab eo qui prorſus vincit: quòd ſcilicet materiaquæ concoquitur non penitùs benigna,& animanti familiaris,neque etiam prorſus aliena ſit.Quare concocta ſunt hac ratione, quæcunque à ventriculo alterata, & euicta ſunt,non autem quæ in qualitatem ei familiarem ac conuenientẽ mutata ſunt. Hæc enim alere ventriculum poſſunt,illa verò nequaquam: ſed tamen quia à ventriculo euicta ſunt,& ita concocta,vt iam illis natura dominari poſsit, ideò ab eodẽ expelluntur.Hac ſanè ratione in iudiciis etiam morborum quæ concocta ſunt, expelli conſtat.Eodem certè modo acida,ſalſa,& dulcis pituita in ventriculo nonnũquã conſiſtens,ipſum ad vomitum concitat. Quum enim omnes hæ pituitæ ſpecies, vt cõſtat ex iis quæ libro ſecundo de differentiis febrium,capite ſexto ſcribit Galenus,ſint non naturales, alere ventriculum non poſſunt. Nutriunt enim ea tantùm quę planè ſecũdum naturam ſunt,& in qualitatem ventriculo familiarem mutantur. Sic vtique ſanguis,humor animanti maximè familiaris,vbi in ventriculum effunditur, ipſum ad vomitum cogit.Nam illic tanquam in loco ſibi à natura non deſtinato, corrumpitur. Atque hoc eſt quod ab Hippocrate dicitur.Si ſanguis præter naturam in ventriculum effunditur,vt corrumpatur neceſſe eſt.

Nihil nutrit niſi ſit ſecũdũ naturã.

6. apho. 20.

Cauſæ excretionis quæ per inferna fit. *Sed etiam ad inferna tranſmittit aliquando celeriùs, aliquando tardiùs, aut minus,aut plus,aut rarò,aut ſæpe,vel vtile alimentum, vel corruptum, aut è ſupernis in ipſum deriuatum,aut in eo genitum. At excretio ſolitum tempus anteuertit,vel quia ventriculus ob multum cibum ingeſtum grauatur, vel à mordente vellicatur ac pungitur,vel vt alienum ac minimè familiarem expellere nititur.*

Celerioris.

Multum trifariã dicitur. *Cæterùm meminiſſe debemus quum multum quid dicimus,id trifariam fieri poſſe,vel quia facultas ſeipſa imbecillior ſit,vel quòd aſſumptum mediocritatem excedat,vel propter vtrunque.Præter iam dicta, humidiorum quoque, ac viſcoſiorum eduliorum oblatio,celerem deiectionem efficit: quæ tum promptiùs delabuntur,ſi leuiter,maximè poſt eorum aſſumptionem inambulent,ita vt ea quidẽ concutiantur,ſed non ante tempus in corpus diſtribuantur.Tale nanque aliquid per concuſsiones accidit.Quippe quum complures ſint inteſtinorum anfractus,neceſſe profectò eſt,vt cibi per ſingulos è ſuperioribus ad inferiora deferantur. Deinde autem vt illic ampliùs maneant præ grauitate fieri nõ poteſt,ſed qui in anfractibus impacti ſunt,ipſorum inteſtinorum actione protruduntur: habent enim ipſa inſi-*

inſitam facultatem qua expellant ea quæ ſibi moleſta ſunt. Humidi verò, & viſcidi cibi facilè per meant, ſiue à ſua grauitate, & corporis concuſſione, ſiue inteſtinorum operâ propellantur. Ac celeris quidem exitus, dictæ ſunt cauſæ. Tardiùs autem quàm pro conſuetudine excernit imus venter, aut ob inteſtinorum vel imbecillitatem, vel difficilem ſenſum, vel ob ciborum paucitatem, aut qualitatẽ. Quippe quæ imbecilla ſunt, protrudere non poſſunt. Quæ verò difficilè ſentiunt, debiliter ea quæ moleſta ſunt percipiunt. Excretio autem, ipſis moleſtiæ ſanatio erat. Iam verò cibi qui iuſto ſunt pauciores, parum habent excrementi, ideóque non ſimiliter grauant. Craſſi verò & acerbi omnes ſunt tardi tranſitus, contrà quàm glutinoſi & humidi. Non ſolùm autem propter inteſtinorum imbecillitatem, ſed etiam muſculorum abdominis, deiectio retardatur, potiſſimùm, ſi excrementa duriora euaſerunt. Tum enim non modò muſculorum qui ſunt in abdomine, ſed etiam eorum qui in thorace habentur, valenti actione eſt opus. At minùs quàm pro portione comeſtorum redditur excrementum, vbi plus ex ipſis in corpus eſt diſtributum. Econtrario plus quàm proportione ſumptorum deiicitur, interdũ ob diſtributionis defectum, nonnũquam propter aliqua quæ è ſupernis ad ventris ſpatia defluunt. Aſſiduæ autem excretiones, vel ob imbecillitatem, vel demorſum eueniunt. Imbecillitas quidem inſtrumentorum ventris, vt ſæpe iam dictũ eſt, propter intemperiem fit. Demorſus verò, ab ijs quæ in ipſis continentur. Porrò quatuor eorum quæ ſic mordent generationis ſunt cauſæ, vel medicamentoſa quæpiã vis, vnà cum cibis, vel per ſeipſam aſſumpta, vel etiam comeſtorum corruptelæ. Prætereà quæ ex corpore in ventrem mordacia excrementa confluunt, & quæ eiuſmodi in ipſo generantur, veluti in dyſenteriis quæ à maligno vlcere cientur. Poteſt autem aliquis eiuſmodi ſymptomatum etiam quintã cauſam adiicere, nimiũ corporum ſenſum, ſiue is à natura contigit, ſiue ab exulceratione. Alius verò aſſiduæ excretionis modus eſt, genere cauſæ ab omnibus iam dictis cauſis diſcretus, qui à reſolutione muſculorum, qui fini per quem excrementa effluunt adiacent, accidit. Quippe inuoluntaria in ijs eſt excretio, propterea̓que intempeſtiua, inordinata, & aſſidua. Verùm de deiectionibus hæc ſufficiunt.

Tardioris excretionis cauſæ.

Aſſiduæ deiectionis cauſæ.

COMMENTARIVS.

Expeditis cauſis eius excretionis quæ per ſuperna fit, hoc eſt, vomitus, ad cauſas eius quæ per inferna fit excretionis, quæ & ipſa vẽtriculi, per infernum eius orificium quæ illum infeſtant expellentis, actio eſt, progreditur, atque quæ ſint celeris, tardæ, multæ, paucæ, & aſsiduæ deiectionis cauſæ exponit. Deiectio autem ſolitum tempus anteuertit quatuor de cauſis. Prima eſt quia ventriculus propter multum ingeſtum cibum gra uatur. Moleſtiam enim hanc quam nimia ſua copia infert cibus, facultas ipſa ſentiens, illum celeriter excernit. Secunda, quia acre aliquid ac mordens in ventriculo eſt, quod illum vellicando & pungendo ad excretionem celeriorem irritat. Tertia, quia cibus aſſumptus alienus, & minimè familiaris eſt ventriculo, ideóque quum ex eo ali non poſſit, hunc celeriter extrudit. Cæterũm quia multi cibi in prima celeris deiectionis cauſa facta eſt mentio, animaduertẽdum aliquid trifariam dici multum. Primò facultatis reſpectu, quæ ſeipſa imbecillior id quod aſſumptum eſt alimentum ſuperare non po-

Deiectio ſolitũ tẽpus anteuertit quatuor de cauſis.

Multum trifariã dicitur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 359 sur 637

©BIUM

test.Nam quicquid facultatẽ vincit ac ſuperat,id etiamſi per ſe exiguum eſt,collatione tamen ad imbecillam facultatem rectiſsimè multum appellatur. Secundò ſimpliciter & abſolutè multum dicitur,quod aſſumptum eſt alimentum , quia mole ſua mediocritatem excedit.Tertiò vtriuſque,hoc eſt,facultatis & molis, occaſione . Id quod fit, vbi aſſumptum alimentum non ſolùm facultatem grauat,verumetiam mole ac quantitate ſua mediocritatem excedit. Quarta celeris deiectionis cauſa , eſt humidiorũ ac viſcoſiorum eduliorum oblatio.Hæc enim ventriculum lubricum reddunt, adeoque vt quæ oblata ſunt citiùs delabantur,efficiunt.Id quod tum maximè accidereſolet,vbi poſt prædictorum aſſumptionem aliquis inambulauerit.Siquidem deambulatio,ſi modo lenisfuerit,leuiter concutiẽdo corpus,vt citiùs cibus deſcendat efficit.Non autem temerè adiectum eſt,ſi lenis fuerit:vehementior nanque ſi fuerit , vt ante tempus cibus in corpus diſtribuatur,præſtat.Quippe tum idem quod exercitium , quod non eſt (Galeno libro ſecundo de tuenda ſanitate,capite ſecundo teſte)niſi vehemens motus,efficere ſolet. Vt enim illud diſtributionem cibi in corpus adiuuat, ita etiamvehementior deambulatio.Atque hinc eſt quòd Galenus loco iam citato ita ſcriptum reliquerit.Quoniam diſtributionem in corpus exercitium adiuuat, non debet,quum adminiſtratur,crudi cibi,aut ſucci multitudo inventriculo contineri,vnde ſit periculum ne priuſquàm per maturam concoctionem vtilis fiat,in omnes animalis partes rapiatur.Cæterùm cur poſt ingeſtum cibum leuis concuſsio vt ipſe nõ diſtribuatur in corpus efficiat,Galenus hanc eſſe cauſam ait . Quum plures ſint inteſtinorum anfractus, neceſſe eſt vt cibus per ſingulos è ſuperioribus inteſtinis ad inferiora delabatur . Verùm ne diutiùs in iis anfractibus hæreat cibus,opus eſt concuſsione ea quæ per deambulationem fit.Hæc enim efficit vt cibus illic diu hærere nequeat.Cõcuſſus enim propter ſuam grauitatem cibus qui in anfractibus impactus eſt,delabitur,adiuuãte ad hoc ipſum propultrice inteſtinorum actione. Habent enim hæc ipſa inſitam facultatem, qua ea quæ illis moleſta ſunt protrudunt & expellunt, vt ſuprà etiam , & libro quarto de vſu partium,Galenus docuit.Humidi verò & viſcoſi cibi facilè inteſtinorum anfractus permeant,ſiue à ſua grauitate ac concuſsione corporis , ſiue inteſtinorum actione propellantur:lubrici enim ſunt,ideoque quacunque cauſa deorſum pellente occurrente facilimè delabuntur.Atque tot quidem ſunt celeris exitus cauſæ Tardiorisautẽ tranſitus itidem quinque ſunt cauſæ.Prima eſt inteſtinorum imbecillitas, qua protrudere cibos non poſſunt.Secunda,difficilis eorundem ſenſus,ob quem debiliter admodum quæ moleſta ſunt,ſentiunt.Excretio autem ipſis inteſtinis moleſtiæ ſanatio erat, ſi ſcilicet non eſſent hebetiori ſenſu prædita.Nunc verò quia diminutè ſentiunt,ideò ea quæ illis moleſta ſunt tardiùs expellunt,atque adeò excretio qua deſtituuntur propter difficilem ſenſum,ipſis moleſtiæ ſanatio eſſe haud poteſt. Tertia,eſt ciborum paucitas.Cibi enim qui iuſto ſunt pauciores,parum obtinent excrementi , ideoque non ſimiliter grauant.Si non grauant,igitur neque celeriter ad excretionem naturam irritant.Quarta,eſt qualitas ciborum. Vt enim humidi & viſcoſi,propter ſuam lubricitatem,vt comprehenſum eſt,promptè permeant:ita cõtrà craſsi & acerbi,eò quòd obſtruant,adſtringant,anguſtioreſque per quos tranſeundum erit,meatus efficiant, tardi ſunt tranſitus.Quinta cauſa eſt muſculorum abdominis imbecillitas.Nam vt libro quarto,& quinto de vſu partium Galenus atteſtatur,muſculi abdominis ad durorũ excrementorum expulſionem ſubſeruiunt. Si igitur iam dictæ expulſioni ſubſeruiunt, nihil certè mirum horum imbecillitatem ad tardiorem,excretionem aliquid momẽti afferre,potiſsimùm,vt Galenus etiam ſubiecit,ſi excrementa duriora euaſerunt. Tum enim non ſolùm muſculorum abdominis, verumetiam thoracis violẽta actione opus eſt.Per thoracis autem muſculos ſeptum intelligit tranſuerſum, qui vnus eſt è numero muſculorum thoracis,& ad propellenda ventris excremẽta,vt locis iam citatis Galenus cõfirmat,in primis cõducit.Porrò minoris excretionis quàm quæ proportioni ingeſto-

Lenis deambulatio facit vt cibus citiùs deſcendat.

Tardioris tranſitus cauſæ.

Minoris excretionis cauſa.

ingeſtorum ciborum reſpondeat cauſa eſt, plurima ex ipſis in corpus diſtributio. Si enim plurimum ciborum in corpus digeritur, quomodo multam excretionem efficiét? Plurimæ verò excretionis duę ſunt cauſæ. Vna, defectus diſtributionis. Quantò enim minùs in corpus digeritur, tantò plus ſubinde excernitur. Altera cauſa, eſt defluxus quorundam è ſupernis corporis ad loca ventris. Aſsiduæ autem, hoc eſt, eius quæ ſæpe multumque vrget, & perpetuò quaſi ad deſidendum cogit, excretionis tres ſunt cauſæ. Vna imbecillitas retentricis facultatis, quæ propter intemperiem naſcitur. Altera acrium demorſus, quæ expultricem aſsiduè irritat. Demorſus autem eorum quæ in inteſtinis continentur quatuor ſunt cauſæ. Prima, eſt medicamentoſa vis, acris nimirum vel ſalſa, quæ vnà cum cibis, quibus commixta fuit, vel per ſeipſam, hoc eſt, citra cibi admixtionem, aſſumpta eſt. Secunda, eſt eorum quæ ſunt comeſta in ventriculo corruptela. Si enim cibi corrumpuntur, non rarò mordacem aliquam qualitatem aſſumunt. Tertia, eſt mordacium excrementorum ex toto corpore in ventrem confluxus. Quarta, excrementa eadem in ipſo ventre nata, vt accidit in dyſenteriis quæ à maligno vlcere procreantur. Malignum autem vlcus, quòd Græcis κακοηθὲς dicitur, eſt, Galeno libro quarto, therapeuticæ methodi capite quinto autore, quod omnibus ritè decenterque factis, tamen non ſanatur. Talia itaque vlcera mordacia quæ in inteſtinis creantur, excrementa conciliant, quæ ſubinde dyſenteria comitatur. Poteſt autem quiſpiam quintam demorſus cauſam adiicere, nimium inteſtinorum ſenſum, ſiue hunc à natura, ſiue ab vlceratione ſint conſecuta. Quæ enim exulcerata, ac cute nudata ſunt, hæc citiùs quæ ipſis moleſta ſunt, ſentiunt. Tertia aſsiduæ excretionis cauſa, eſt muſculorum qui ſini recti inteſtini adiacent reſolutio. Intelligit autem eum muſculum qui Græcis, vt capite tertio huius libri etiam dictum eſt, σφιγκτὴρ, quaſi ſtrictor, dicitur, eò quòd recti inteſtini orificium ſtringat, ne aſsiduè, ac præter voluntatem excernamus. Eo itaque reſoluto, vt inuoluntaria, atq; adeò intempeſtiua, inordinata, & aſsidua ſtercoris excretio fiat, neceſſe eſt.

Aſsiduę. Demorſus cauſæ. κακοηθὲς ἕλκος. σφιγκτὴρ muſculus.

CAPVT VII.

DE vaporantibus ſpiritibus, quos flatus quoque nominant, deinceps dicendum. Generantur autem in locis quæ in ventriculo ſunt, quum humores quidam pituitoſi, ibi contenti, vel cibi à debili calore in vapores reſoluuntur. Quippe abſoluta frigiditas prorſus vaporem non efficit, propterea quòd neque omnino attenuat, neque conficit, neque alimentum diſſoluit. Vehemens autem calor, quum multis modis id quod complectitur ſuperet, plus quàm pro vaporis generatione cibum attenuat, niſi naturâ flatuoſus ſit. Tum autem generatur ſpiritus quidam turbidus, & vt ita dicam, nebuloſus, cæterùm exiguus, & breuiſſimi temporis, adeò vt vno vel altero ructu vacuetur. Calor verò in cibos agens, tamen imbecilliter, eos quodammodo diſſoluit, non tamen exquiſitè conficit, atque hinc flatuoſus procreatur ſpiritus. Et vt vno verbo abſoluamus, quemadmodum extrinſecùs frigidiſſimæ conſtitutiones, maximè ſpirante borea, ſerenæ fiunt, ac calidiſſimæ quæ æſtatis tempore ſunt, ambientem aërem purum reddunt: quæ verò inter has mediæ ſunt, nebulas gignunt: ita in animantibus neque in ſumma caloris imbecillitate, neq; quum is vehementer valet, ſed quum medium obtinet locum, flatuoſum excrementum generatur.

Flatuum generatio.

COMMENTAR.

Initiò huius ſeptimi capitis, vaporoſi ſpiritus, qui Græcis φύσα Latinis verò flatus

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 361 sur 637

©BIUM

Flatuũ generatio.

dicitur generationis cauſas luculenter & copioſè admodum Galenus exponit. Generari enim hunc in ventriculo ex cibis,aut humoribus pituitoſis,à debili calore in vapores reſolutis ait. Neque temerè dicitur à debili calore. Nam abſoluta ſeu vehemés frigiditas prorſus vaporem non efficit, propterea quòd neque omnino attenuat, ſed potiùs incraſſat,neque alimentum conficit,neque diſſoluit,ſed potiùs cõiungit. Quũ itaque ad vaporis generationem tria hæc, nempe attenuatio,confectio, & diſſolutio, requirantur,neque à frigore fieri poſsint, conſequitur frigus vaporem procreare non poſſe. Vt autem vehemens frigus,propter cauſas iam expoſitas,flatus excitare non poteſt: ita etiam vehemens calor,quum multis modis,& longo interuallo id quod complectitur vincat,cibum non in vaporem,hunc attenuando,ac diſſoluendo ſcilicet,reſoluit,ſed diffiando,illum prorſus abſumit ac diſsipat:niſi is naturâ flatuoſus ſit,ac facilè in flatus degeneret,qualia ſunt legumina ferè omnia: tum enim ſpiritus quidam turbidus à calore procreatur,ſed paucus,& qui non diu duret,vno enim aut altero rictu vniuerſus vacuatur. Calor autem imbecillior,qui planè inter frigus abſolutum, & vehementem calorem medius eſt,ad procreandum flatum longè aptiſsimus eſt. Nam cibos quodammodo diſſoluit,non tamen exquiſitè conficit,& omni ex parte ſuperat. Id quod exemplis ab externis rebus deſumptis Galenus planum facit. Siquidem hyberno tempore,& flante Borea,frigidiſsimæ aeris conſtitutiones ſerenæ ſunt,adeoque vaporibus prorſus deſtitutę. Frigus enim vehemens cogendo,denſandoque,vaporem attolli prohibet,adeoque vt caliginoſus ſit tum aer fieri haud poteſt. Ita quoque æſtatis tempore calidiſsimæ conſtitutiones, purum aerem reddunt. Nam vehemens calor tum vaporis omnem materiam diſcutiendo ac diſsipando, funditùs tollit. Proinde vtranque conſtitutionem ſerenam fieri neceſſe eſt. Quę verò inter has duas media eſt, qualis veris maximè initio,& autumno apparet,ad gignendas nebulas eſt maximè idonea. Quippe tum vapor multus ſurſum fertur,nec elatus ab imbecillo calore diſcuti, &diſsipari poteſt. Proinde vt plurimę iis temporibus excitẽtur nebulę,neceſſe eſt. Ita ſanè & in animantibus accidere ſolet. Neque enim in vehementi ventriculi frigore, neque vehementi etiam eiuſdem calore,ſed cùm medium planè temperamentum obtinet,flatuoſum in eo,vt oſtenſum eſt,excrementum naſcitur.

Frigus vehemens flatus haud procreat.

Vehemens calor flatus minimè generat.

Ructus.
Strepens flatus.
Inflatio.

Atque id quum per os excernitur, ructum facit: ſi verò per inferiorem partem aut ſonantem ſtrepentémve, aut ſono carentem flatum: quum verò per neutram defertur,inflationem vocatum ſymptoma efficit, non potente ſcilicet ventriculo excrementicium ac nebuloſum ſpiritum excernere. Atque inteſtinorum aliàs aliæ partes, quum huiuſmodi ſpiritus in iis conſiſtit & mouetur, varios excitant ſtrepitus, qui etſi non omnes ſortiti ſunt nomina,tamen prudenti viro, quale, & quantum ſit excrementum, ac quo maximè circunuoluatur modo, iudicari poſſunt. Si enim huiuſmodi ſpiritus acutum & tenuem ſonum reddiderit, per vacuum, & prorſus anguſtum defertur inteſtinum, ipſeque purior, & magis aereus exiſtit. Flatuoſior autem redditus, exiguum ſimiliter excitat ſtrepitum,dum per tenuia reuoluitur inteſtina,ſed neque exactè acutum,neque tenuem. Atq; eiuſmodi ſtrepitus omnes,in ieiuni inteſtini ſpatiis maximè conſiſtunt. Quantò autem ad alia tenuia inteſtina magis deſcẽdũt,tãtò minùs ſonori fiũt. Porrò alij ſunt qui bombos imitãtur, ſimiles nimirũ ijs qui ex latiſsimis tibijs edũtur,quales habere ſolẽt,Siticines vocati,quæ ob materiam ex qua cõſtant,purum ſonum reddere nõ poſſunt,propter viam autem qua ſpiritus

ſpiritus tranſit, grauiſsimè ſonant. Atque eiuſmodi omnes in craſsis inteſtinis conſiſtunt, vbi excrementis vacua fuerint. Quòd ſi humiditas aliqua in ijs continetur, ab hac quoque prodibit quædam bombi ſpecies, quam homines murmur nominant, humidi excrementi nuncians excretionem. Hæc enim ſoni ſpecies, ambo Murmur. *ſignificat, excretionem quidem, quia à natura quæ hanc mouet fit: humidam verò, quia cum murmure. Porrò eorum flatuum qui extrà feruntur ſtrepitus, alius quidem murmuri cuidam ſimilis eſt, excretionem iam fore ſignificans. Alius verò purus, & vt ſic dicã, reſonans & aëreus, vel vacuum eſſe inteſtinum, vel durum admodum excrementum in ſuperiori eius alicubi parte contineri, indicat. Eſt & alius inter hos medius, veluti bombum referens, à medio quodam, inter iam dictos affectu proueniens. Qui verò veluti ſtridor eſt: quippe Græci τρυσμὸν, aut τρισμὸν* Stridor. *vtroque modò, alij per υ, alij per ι priorem ſyllabam ſcribunt: ex inſtrumentorũ, anguſtia & ſimul flatuoſo ſpiritu cum pauca humiditate efficitur.*

COMMENTARIVS.

Hactenus Galenus flatuum generationis cauſam expoſuit, nunc quàm variæ ſint eorundem appellationes monſtrare pergit. Si enim per os flatus excernitur, Græcis ἐρυγὴ, Latinis ructus appellatur. Si verò per inferiorem partem anúmve excernitur, Græcis φῦσα, Latinis flatus nominatur. Hic verò vel cum ſtrepitu, vel ſine ſtrepitu expellitur. Quum autem per neutram partem, hoc eſt, neque per os, neque per anum excernitur, Græcis ἐμπνευμάτωσις, Latinis inflatio vocatur. Accidit enī hoc ſymptoma, vbi ventriculus excrementicium ac nebuloſum ſpiritum à pituitoſis cibis pronatum, excernere nequit. Cæterùm aliæ atque aliæ inteſtinorum partes, quum flatus in illis continentur, & mouentur, varios excitant ſtrepitus: quibus etſi omnibus non ſint impoſita peculiaria nomina, tamen prudenti viro, & ingenio aliquo prædito, facilè indicari poteſt, quale & quantũ ſit hoc quod in inteſtinis cõſiſtit excremẽtum, & qua maximè in illis circũuoluatur ratione. Oẽm aũt cauſam diſcriminis ac varietatis ſonituum Galenus in excremẽtorũ qualitatẽ, & locũ in quo cadẽ cõtinẽtur ac circũuoluũtur reiicit. Si enim ſpiritus in inteſtinis cõſiſtens acutũ & tenuẽ reddiderit ſonũ, per vacuum & prorſus anguſtũ defertur inteſtinũ. Quia enim per vacuũ fertur, ideò à nullo impeditus & refractus, acutũ edit ſonũ. Quia verò per auguſtũ, ideò tenuem reddit ſonũ, Satis autem perſpicuum eſt ſpiritum hunc etiam eſſe puriorem & magis aëreum, neq; enim ſi craſsior eſſet, per anguſtum locum facilè deferri poſſet. Si verò purus non fuerit, ſed magis flatuoſus, exiguum quidem & tum ſonum vbi per tenuia reuoluuntur inteſtina reddit, ſed neque acutum, neque tenuem, ſed potiùs craſſum, quòd nõ ſit planè aëreus. Cæterùm flatus qui in craſsioribus inteſtinis excrementis vacuis conſiſtunt, bombos Bombi. hoc eſt, ſonos raucos, quales ſunt apum, referunt. Siquidem eos planè imitantur ſonos, qui ex latiſsimis tibiis edũtur, quales Græcis τυμβαῦλαι habent, Latinis Siticines τυμβαῦλαι. Siticines. appellati. Hæ enim tibiæ propter materiam ex qua conſtant impuram, purum ẽdere ſonum haud poſſunt, propter amplam autem viam, per quam ſpiritus tranſit, grauem admodum ſonum reddunt. τυμβαῦλαι autem Græcis ſunt qui ad ſepulchra mortuorum tibiis canunt τύμβος enim illis ſepulchrum, & αὐλὸς tibia. Latinis verò Siticines vocati ſunt, quòd apud ſitos, id eſt vita functos & ſepultos, vt dictũ eſt, canere ſolebant. Mos ille ad ſepulchra tibiis canẽdi, apud Iudæos quoq; inoleuit, vt ex 9. Matt. cap. liquet. Quod ſi craſsiora inteſtina excremẽtis vacua non fuerint, ſed in iis etiã humiditas aliqua cõſiſtat, bõbi ſpecies excitabitur, q̃ Græci βορβορυγμὸν, Latini murmur βορβορυγμὸς. nominant. Sic autem Galenus ſectione quarta, aphoriſm. comment. ſeptugeſimoter- Murmur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 363 sur 637

tio,vocat ſonum neque magnum,neque multum,cum quadam humiditate ad inferiora motum.Hæc autem ſoni ſpecies humidæ excretionis nuncia eſt.Excretionem quidem,quia fit à natura quæ ad expulſionem materiam mouet. Humidam verò, quia cum murmure euenit,quod,vt comprehenſum eſt,non ſine humiditate fit.Porrò flatuum qui extra inteſtina feruntur ſtrepitus ac ſoni varii etiã exiſtũt. Alius enim murmuri ſimilis eſt,& is quidem excretionem iam futuram ſignificat.Præcurſor enim eſt humidæ excretionis iam fermè inſtantis.Alius verò purus, reſonans & aëreus, qui vel vacuum eſſe inteſtinum,nullumque in ſe continere excrementum ſignificat. A nullo enim impeditus,puruſque exiſtens benè ſonans egreditur. Vel durum admodum excrementum in ſuperiore inteſtini parte contineri,quòd infrà ſpiritum detrudens impetum aliquem adiiciat,vniuerſa nimirum ſpiritus vi collecta,& cum ſonitu egrediẽte. Tertius ſonus medius eſt inter eum qui murmuri ſimilis eſt, & eum qui benè ſonat, bombumque refert,& à medio aliquo inter iam dictos affectus prouenit. Neque enim in planè vacuo,neque humiditate referto,neque preduro excremento repleto inteſtino fit,ſed in in eo in quo hæc omnia ſunt mediocria.Stridor autẽ, quẽ Græci τρυσμὸν vel τρισμὸν nominant,de quo in præcedentibus etiam libris aliquoties diximus, duabus de cauſis fit,nempe propter inteſtinorum per quæ egreditur anguſtiam,& flatuoſum ſpiritum adiecta pauca quadam humiditate.His enim de cauſis ſtridorem effici, fiſtulæ etiam anguſtiores pulchrè declarant.

Stridor. τρισμὸς.

CAPVT VIII.

QVoniam verò & de iis,quantùm præſenti inſtituto opus eſt, abundè dictum eſt,ad ea quæ à ſupernis in ventrem confluunt redeamus. Cauſę deflurus à ſupernis in vẽtrẽ. *Quippe diximus hæc quoque humiditatis & multitudinis deiectionum eſſe cauſas.Defertur igitur ſupernè in ventrẽ ſæpenumero excrementum robore expellentis naturæ. Aliquando verò propter eiuſdem imbecillitatem, vt quæ nec id quod vtile eſt ferè valet. Excernitur igitur id quod redundat tũ in iudiciis,tum nõnunquã ſanitatis tẽpore,quẽadmodũ mulieribus ſingulis menſibus.Eiuſmodi verò etiã cruẽtas dyſenterias Hippocrates iis accidere dixit, quibus mẽbrũ aliquod mutilatũ eſt. Atqui vidimus & nos nõ iis ſolùm,ſed etiã aliis quibuſdã per definitos quoſdã circuitus euenire. Omnes autẽ quos ita vacuatos cõſpeximus,à vita priore exercitationibus dedita, ad omnimodã ignauiam ſe trãſtulerunt. Atq; huiuſmodi ſanè excrementũ,ſola quãtitate alienũ eſt. Alterum verò qualitate, & magna ex parte in acutis morbis decretoriè excernitur. Nonnũquã verò liquationis ratione. Inter hoc autẽ quod omnino inutile & prauũ eſt excrementũ,& illud vtile,de quo iã diximus,aliud tertiũ excremẽti genus eſt,quale vtiq; in vẽtriculo ſemicoctus cibus.Excernitur id maximè in hepaticis affectibus. Nominãtur autẽ ita, in quibus morbus eſt iecoris imbecillitas,etiam ſi nulla adeſt phlegmone.Simile enim tum malũ viſceri incidit,iis quæ imbecillo vẽtriculo accidũt,quũ is appetit quidẽ cibos,ſed quos ſibi adaptauit,quũ non concoquat,quia illis grauatur, ſemicoctos ad inteſtina tranſmittit. At ventriculus ipſe ad vomitum quoq; concitatur.Iecur autẽ aliquid quod vomitioni proportione reſpondet pati ſolet,vbi alimentũ quod per ora vaſorũ quæ in meſaræo ſunt attraxit,*

Cruentarũ excretionũ cauſæ.

Cruenta dyſenteria.

Hepatici affectꝰ.

xit,rurſus ſemicoctum per eadem ablegat. Eſt verò eiuſmodi excretionis ſpecies, veluti etiam maiores noſtri hanc aßimilarunt, loturæ carnium maximè ſimilis. At ſatiùs fortaſſe fuerit nõ ita ſimpliciter pronũtiare, ſed vt exactior ſit imago, & cruentæ,& recens mactatæ,ſermoni adieciſſe. Quòd ſi quis etiam quod ita excernitur aquoſum ſanguinem appellauerit, ſic quoq; mihi illud clarè interpretari videtur. Atque hoc ſymptoma ſemicoctorum ciborum vomitionibus proportione reſpondet. Alterũ quod dicturus ſum,humidis ventriculi deiectionibus adſimile eſt,quæ ad exquiſitiſſimam quidem concoctionẽ peruenerunt, diſtributionẽ tamẽ non ſunt conſecutæ. Nã vt has ventriculus ab ipſis omnino grauatus excernere cupit,ita quoq; iecur vbi ex diſtributo ſibi alimento ſatis fructus perceperit, id quod reſiduum eſt ampliùs tolerare nequit. Quũ itaq; ipſum vlteriùs progredi quauis de cauſa nõ poſſit,vt ad vẽtriculũ recurrat neceſſe eſt. Atq; apparet ſanguis tum excretus,& nigrior quàm naturâ ſit, & ſplendens vtpote ex ſanguine, & atra bile cõmixtus. Sanguis enim ipſe per ſe quum propter refrigerationem fit niger,tantùm abeſt vt vllum ſplendorem acquirat,vt etiam eum quem ab initio habuit,amittat. Atra verò bilis,etiam ſanguine ipſo ſplendidior eſt, quemadmodũ & mortui maris bitumen,quod Iudaicũ appellant. Non enim quum perfrigeratur ſanguis atram bilem creat,veluti in grumi generatione accidit: ſed cum immodicè aſſatur. Vnde & ſplendorem ſuum ſeruat. Non enim ſicuti grumus ſanguine fit perfrigerato,ſic etiam atra bilis generatur: imò contrà omnino ex immodicè aſſato & feruente,veluti quidam cinis,atra bilis conſiſtit, frigida quidem, eò quòd terrea,caloris autem particeps,quemadmodum & cinis,& acetũ. Peruenit autem qui ex ventriculo in iecur diſtributus eſt ſuccus ad dictum affectum, vbi diu in iecore manens,hinc in corpus nõ diſtribuitur. Nominatur verò huiuſmodi excretionis ſpecies à nonnullis dyſenteria. Quippe mordentur etiam ſic affecti non rarò,perinde ac dyſenterici, quòd videlicet vnà flaua bilis, dum aſſatur ſanguis,illis acris reddatur. Sed vocet quiſque prout volet.

Atræ bilis ex ſanguine generatio.

COMMENTARIVS.

Relictis flatibus Galenus ad ea quæ è ſupernis in ventrem cõfluunt ſuperuacua redit,eaque cruentarum excretionum cauſas eſſe monſtrat. Quippe capite ſexto huius libri quoque dictum eſt,ea quæ è ſupernis in ventrem fluunt,humiditatis & multitudinis deiectionum eſſe cauſas. Per ventrem verò hîc,vt paſsim etiam alibi,vniuerſam intelligimus cauitatem,in qua ventriculus,inteſtina, & iecur continetur. Duas autem hoc loco delationis excrementi è ſupernis in ventrem cauſas eſſe docet. Vnam,robur expultricis facultatis,quæ quicquid eſt in ſupernis partibus ſuperuacuum ad infernas detrudit. Alteram,naturæ ſupernarum partium imbecillitatem,vt quæ nec id quod vtile eſt,tantùm abeſt vt ſuperuacua,tolerare poteſt. Quare fit vt nihil retineat, ſed omnia deorſum labi ſinit. Cæterùm principiò Galenus eas recenſet excretiones,quę propter robur facultatis fiunt. Ex horum quidem numero ſunt quę in morbis per iudicia excernũtur. Neq; enim fieri poteſt vt imbecilla exiſtẽte facultate, adeoq; à morbo deuicta,iudicia fiãt bona: in qbus ſolis excretiones fiũt. Itẽ ea quę p ſanitatẽ nõnũquã excernũtur,vt ſingulis mẽſibus in mulieribus accidere ſolet. Nã mẽſtruę mulierũ purga-

Venter.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 365 sur 637

©BIUM

tiones nõ eueniũt niſi propter expultricis facultatis robur, quæ id quod redũdat, per vterum expurgat. Eiuſdem quoq; facultatis robore fiunt cruentæ dyſinteriæ, quas Hippocrates dixit euenire iis quibus membrum aliquod amputatum eſt. Locus eſt in libro de articulis quarto, aphoriſmo quadrageſimo, vbi Hippocrates iis quibus os aliquod abſceſsit dyſenteriam, ſuccedere tradit. Dyſenteriæ autem vocem, vt in commẽtariis ibidem Galenus oſtendit, Hippocrates non de exulceratione inteſtinorum, vt plerique medicorum, effert, ſed de cruenta per inteſtina facta excretione. Solent verò iis quibus membrorum aliquod, manus, verbi gratia, aut crus præciſum, aut os aliquod ademptum eſt, ſtatæ & certis temporum interuallis recurrentes ſanguinis excretiones hac quidem de cauſa accidere, quòd alimentum id quod priũs ad partem nunc ſectione ſublatam deferebatur, in venis coaceruatum ſanguinis copiã efficit. Quæ quia ſubinde naturam grauat, per inteſtina expellitur. Quòd autem robore facultatis fiant prædictæ dyſenteriæ Galenus etiam loco iam citato iis docet verbis. Cruentæ dyſenteriæ, inquit, è ſanguinis multitudine natę, propter robur potiũs ſequuntur, non imbecillitatem, natura ad eius excretionem concitante, è contrario quàm in hepaticis accidit affectibus. In illis enim iecoris imbecillitate cruenta per inteſtina deiiciuntur. Non ſolùm verò iis quibus membrum aliquod abſciſſum eſt, ſed etiam iis qui quum priori tempore validis exercitationibus eſſent aſſueti, repentè eas deſeruerunt, cruẽtæ dyſenteriæ acciderunt. Si enim vnà cum exercitationibus, cibi etiam copiam, qua quũ laborabant vtebantur, non imminuerint, nonnulli celeriter plethoricis corripiuntur morbis. Quippe ſanguinem ex alimento collectum, haud abſumunt atque diſsipant, quemadmodum copioſiùs in ſuis commentariis antè citatis Galenus monſtrat, & lib. de laborantibus locis, capite ſeptimo, vbi inter cætera ſic ſcriptum reliquit. Sunt, ait, nonnulli, qui huiuſmodi vacuationes nominent cruentas dyſenterias, quæ euenire ſolent quibuſdam vel mutilato aliquo membro, aut vbi quis in exercitatione educatus, ad ocium ſe conuertit. Cæterùm huiuſmodi excrementũ quòd per ſanitatẽ per prædictas cruentas dyſenterias excernitur, ſola quãtitate alienum eſt. Expellitur enim nõ quia malignum, aut prauum, ſed quia bonum, copioſius tamen quàm oportet. Alterũ autem excrementum, quod ſcilicet per morbos excernitur, magna ex parte in acutis morbis decretoriè, id eſt, per iudicia, expellitur. Nonnũquam verò liquationis ratione, hoc eſt, quia corpus, aut pars eius aliqua abſumitur & tabeſcit, vt contingit iis quibus pinguedo telis araneorum ſimilis vrinæ innatat. Hoc enim, hominem tabe conſumi, veſicæ malum, teſte Hippocrate, ſignificat. Inter hoc autem excrementum, quod per morbos excernitur, & id quod omnino inutile, ac prauum eſt, & alterũ vtile, quod per ſanitatem extruditur, tertium excrementi genus eſt ſimile ſemicocto in ventriculo cibo, quòd in hepaticis maximè affectibus excernitur. Sic autem Galenus hîc, & lib. quinto, de laborantibus locis, capite ſeptimo, vocari tradit eas, quæ in iecore citra phlegmonen conſiſtunt imbecillitates. Hinc hepatici etiam, qui imbecillitate iecoris iam dicta laborant medicis dicuntur. Et hepatica excrementa, quæ tum expelluntur per anum. Per eam itaque imbecillitatem iecur eodem planè malo laborat, quo vẽtriculus vbi propter imbecillitatem cibos quos appetendo ſibi attraxit concoquere, & perfectè ſuperare non poteſt. Nam quemadmodum tum ventriculus à cibis illis quos concoquere non poteſt grauatur, atque hoc quidem nomine ſemicoctos ad inteſtina tranſmittit: ita etiam iecur alimentum quod in legitimum ſanguinem mutare non poteſt, ſemicoctum per anum expellit. Quum verò idipſum fieri non poſsit, quin alimentum quod per ora: σομάτῳ enim legẽdum, non σομάχῳ, vt habet Aldinus codex: venarũ quæ in meſenterio ſunt iecur attraxit, rurſus ſemicoctum à ſe per eadẽ repellat ac ableget, ideò hæc excretio proportione quadam vomitioni reſpondet. Quippe quando ventriculus ad vomitum excitatur, vt cibus per hanc viam per quam attractus eſt expellatur, neceſſe eſt. Porrò eiuſmodi excretionis ſpecies, que ſcilicet per iecoris imbecillitatẽ

Locus Hippocratis indicatus de dyſenteria cruenta.

2. prog. 35.

Hepaticæ excretiones.

Hepatici.

Aldinus codex emendatus.

Exeretionis ſpecies quæ per imbecillitatẽ excernitur.

cillitatem excernitur,loturæ carnium recens mactatarum ſimilis eſt. Hinc eſt, quòd loco paulò antè citato,ita ſcriptum reliquerit Galenus. Si alui deiectiões aquæ in qua nuper mactata caro ablata eſt ſimiles eſſe videntur,efficaciſsimum inde laborantis iecoris ſignum eſt. Atque hactenus de eo ſymptomatis genere, quod per iecoris imbecillitates,ſiue hepaticos affectus excernitur,euenire ſolet,diximus. Alterum, quod itidem ob iecoris,non quidem,vt præcedens,alteratricis ſeu ſanguificæ,ſed potiùs excretricis facultatis imbecillitatem acidit,humidis ventriculi deiectionibus ſimile eſt. Nã quemadmodum ea quæ ad exquiſitiſsimam in ventriculo concoctionẽ peruenerunt, ſi diſtributionem ſubinde non conſequuntur,humidas deiectiones pariunt, quòd ab his grauatus ventriculus illa omnino expellat:ita quoque iecur vbi ex diſtributo ſibi à ventriculo alimento ſatis fructus perceperit,atque id quod reliquum eſt amplius tolerare non poteſt,per ſedem eiicit. Vt enim ad ventriculum recurrat in cauſa eſt,quòd vlterius, quauis de cauſa,nempe propter obſtructionem,aut nimiam ſuccorum copiã, quæ iecur calefacit,aut aliam ob cauſam quæ tranſitum prohibet,progredi haud poſſit. Atque is qui tũ excernitur ſanguis,& nigrior quàm naturâ eſſe conſueuit, & ſplendens , vtpote ex ſanguine, & atra bile commixtus. Id quod non alia de cauſa fit,quàm quòd ſuccus ex ventriculo in iecur diſtributus,diu illic manens nimium calefiat, atq; adeò in corpus haud diſtributus,ſupra modum aſſetur,tandemque in atram abeat bilem. Bifariam nanque,vt ſect.3.apho.cõmen.22. teſtis etiam eſt Galenus, atra bilis naſcitur. Vno modo ex craſſo ſanguine. Altero autem ex flaua bile immodicè aſſata, de quo hîc fit mentio. Proinde Galenus rectè nigredinis & ſplendoris eius qui tum excernitur ſanguinis cauſam , in igneam , ac veluti aſſantem caloris vim, vt ex ſequentibus clariùs apparebit,reiicit. Quod verò ſanguis niger ſplendorem illum ſuũ à calore nanciſcatur,hinc fit manifeſtiſsimum. Si enim ſanguis propter frigus fit niger,tãtùm abeſt vt vllum ſplendorem acquirat, vt etiam eum quem priùs habuit,amittat. Quum igitur ſanguis qui per prædictum affectum excernitur niger ſit & ſplendens , euidentiſsimũ eſt,hunc non aliunde niſi à calore iecoris talem eſſe factum,qui ſanguinem ita aſſauit, & in atram bilem tranſmutauit. Non autem atra bilis ſolùm ſplendorem obtinet , ſed reliqua etiam omnia quæ inſignem nigredinem cum denſiore ſubſtantia ſunt nacta ſplendore quodam nitent . Sic mortui maris bitumen,quod Iudaicum nominant, vt etiam lib.1.cap.83. Dioſcorides atteſtatur,purpuræ modo ſplẽdet. Ex iam igitur dictis ſatis etiam conſtat,atram bilem non quum ſanguis perfrigeratur, veluti nigrum accidit generatione,ſed quum immodicè aſſatur,ac feruet,veluti cineré quendã procreari. Id quod etiam lib.2.de natura.facul.iis planè verbis confirmat Galenus inquiens. Atra bilis ex vſtione non naturalis caloris acrimoniam ſibi adſciuit,ac veluti cinis quidam eſt reddita . Cæterũm ne quis planè omni frigiditate eſſe deſtitutam atram bilem, eò quòd ex immodico calore procreetur , putaret , ideò hoc loco quod ſit eius temperamentum,Galenus breuiter explicat,inquiens. Frigida eſt atra bilis,eò quòd terrea eſt, caloris verò etiam particeps,veluti cinis,& acetum. Nam, vt libr. 4. de ſimpli.medica. facul.cap.2. idem teſtatur Galenus , vinoſæ vini partes, dum ipſum in acetum tranſit, refrigerantur,at aqueum recrementum putreſcens adſcititiũ quendam calorẽ obtinet, veluti cætera omnia quæ putreſcunt : fitq; acetũ quiddam ex contrariæ facultatis partibus cõpoſitum,partim refrigerantibus,partim refrigerantibus,partim calidis, ſicuti etiam vſtorum lignorum omnes cineres . Etenim in illis aliquid velut fomes quidam igneus per exiguas partes diſperſum eſt, quod & valde calidũ eſt,reliquum omne tum terreum eſt,tum frigidum. Idcirco quum cinis aqua maceratur,ac per rariuſcula quædam corpora modicè colatur,fit vt calidę acresque partes vnà ferantur,reliquum quod manet,frigidum eſt,propterea quòd igneas ſuas particulas in aquam depoſuerit. Vt igitur acetum,quod per exuperantiam frigidum eſt,caloris etiam alicuius particeps eſt, ita quoque atra bilis. Porrò cruentę illius,de qua hoc loco fit mentio,excretionis ſpe-

Excretionis ſpecies quæ per iecoris imbecillitatẽ excernitur.

ſãguis cur ſplẽdens?

Duplex atræ bilis generatio.

Atræ bilis temperamentum.

Aceti temperamentum.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 367 sur 637

cies à nonnullis etiam dyſenteria nominatur,quòd ſcilicet qui eam excernunt,perinde atque dyſenterici mordentur,ea ſanè de cauſa,quòd vnà flaua bilis, dũ ſanguis aſſatur,illis acris reddatur.Nam flaua bilis ſupra modũ aſſata in atram tranſit,quæ certè in morem aceti,vt lib.2.de natu.facul.Galenus autor eſt,acris exiſtit,& corpus animantis rodit.

Cruentarum excretionum quatuor differentiæ.

Cæterùm cruentarum excretionũ quatuor in vniuerſum ſunt differentiæ quatuor ſuccedentes affectibus.Vna quidem ipſius ſanguinis,in iis quibus membrum
1. *aliquod amputatum eſt,vel qui exercitationes dimiſerunt,per circuitus quoſdam*
2. *facta. Altera,vbi ob iecoris imbecillitatem aquoſus ſanguis deiicitur, quem lotu-*
3. *ræ carnium aſſimilant. Tertia,quæ nunc eſt dicta, melancholici & ſplendentis ſanguinis. Atque hæ quidem tres, confertam ſimul & multam efficiunt excre-*
4. *tionem.In quarta verò paulatim,& per breuia interualla excretio fieri ſolet,nonnunquam ſynceri exquiſitiue ſanguinis,nonnunqnam verò grumoſi, in qua ſæpe & puris exiguum aliquid excernitur, & ramentorum: præterea membranoſa quædam corpora,quæ inteſtinorum ipſorum ſunt particulæ. Sed & ſæpenumerò ſtercus quod in illis conſiſtit, ſanguinis in ſe guttas habens,excernitur. Affectus verò trium primarum,paulò antè dicti ſunt.Quartæ autem,cuius modò meminimus, affectus inteſtinorum exulceratio eſt:atque hanc ſolam nonnulli dyſenteriæ vocabulo dignantur.Verùm,quod mihi ſubinde dictũ eſt,vt nulla res omittatur, magna ſolicitudo habenda eſt,nomina verò cõtemnenda.Eſt autem ex eodem quo prædicta dyſenteria genere,& qui tenaſmus dicitur,quum in recto inteſtino vlcus eſt factum, Ac cætera ſymptomata dyſenteriæ ſimilia infert, nixus tamen multo vehementiores.*

Tenaſmus.

COMMENTAR.

Hactenus Galenus tres cruentæ dyſenteriæ ſpecies recenſuit,vt igitur iis quartam, quæ reliqua adhuc eſt,& reuera eſt dyſenteria,& propriè ita appellatur,adiiciat,per epilogum quæ anteà dicta ſunt repetit,inquiens. Cruentarum excretionum in vniuerſum quatuor ſunt differentię,à quatuor diuerſis prodeũtes affectibus.Prima eſt,quãdo propter membrum aliquod præciſum, aut ob neglecta exercitia,ſanguis per circuitus quoſdam excenitur.Secũda,vbi propter iecoris imbecillitatem,aquoſus ſanguis, quem veteres commodiſsimè loturæ carnium aſsimilarunt,per aluũ deiicitur.Tertia,quando melancholicus,& ſplendens ſanguis deiicitur.Atque in iis tribus excretionibus ſanguis confertim,ſeu celeriter,& multus excernitur.In quarta,quam ſolam aliqui dyſenteriam nominatam eſſe cenſent, excretio paulatim, & per breuia temporis interualla fit,eò quòd exanguia ſint inteſtina,humorque exulcerationem excitans,acris ac mordax,inteſtina ſtimulando crebrò ad excretionem irritet: nõnunquam quidem ſynceri & exquiſiti ſanguinis:vbi ſcilicet acrium humorum eroſione,ora meſentericarum venarum aperiuntur:interdum verò grumoſi,vbi videlicet nimia in inteſtinis mora cogi cœperit:id quod ſanè quia membranoſa ſunt ſubſtantia,adeoque frigida, facilè fieri poteſt.Sæpe autem aliquid puris,vbi ſcilicet exulceratio altiùs penetrauit, & diu durauit,excernitur,& nonnihil ramentorum.Ramentũ verò, quod Græcis ἐφελκὶς dicitur, cuiuſque rei tenuis eſt particula.Sic auri & argenti appellantur ramenta. Ramentoſæ autem ſunt excretiones, vbi tenuis inteſtinorum tunica ſeu membrana ab acri & erodente humore abraditur. Vbi autem exulceratio vndequaque inteſtina occupauit, ibi vtique membranoſa corpora,quę inteſtinorum ſunt particulę,excernuntur.Nõ rarò etiam

Cruentarum excretionum quatuor differentiæ.

Ramentum.

Ramentoſæ excretiones.

etiam in prædictis excrementis ſtercus,quod guttis ſanguinis reſperſum eſt, conſiſtit. Atq; hæc ſunt quatuor cruentarũ excretionum genera.Porrò affectus vnde illę excretiones prodeũt itidẽ quatuor ſunt. Trium primarũ excretionũ, paulò antè dicti ſunt. Primæ quidem affectus ſunt præciſio mẽbri alicuius,aut plenitudo ex neglectis exercitationibus nata. Secundæ,iecoris imbecillitas ipſius refrigerationem ſequens. Tertiæ,obſtructio,aut tumor aliquis præter naturam ſanguinis diſtributionẽ prohibens. Quartæ exulceratio, ab acribus humoribus nata.Quomodo verò intelligendum veniat id quod hoc loco dicit,ſolicitos nos eſſe debere de rebus,& nomina contemnere, capite primo libri de ſymptomatum differentiis abundè monſtrauimus,vt non ſit opus hîc repetere.Cæterùm ex eodem quo prædicta dyſenteria genere eſt, qui teneſmus nominatur.Nam ſi dyſenteria quarti generis,non eſt niſi inteſtinorum exulceratio,& tenaſmus eſt in recto inteſtino vlcus natum,igitur eſt dyſenteriæ genus, eius ſcilicet quæ in vltimo,quod rectum appellant,fit inteſtino.Id quod etiam ex eius ſymptomatis colligitur, quę ſimilia certè dyſenteriæ infert, niſi quòd nixus & conatus:ita enim vox ἐπτάσεις,qua Galenus hoc loco vſus eſt,conuertenda:vehementiores obtinet.Atq; hinc eſt quòd Græci etiam hoc malum τεινεσμὸν,ἀπὸ τῆ τείνεσθ,id eſt,à conando ſeu contendendo nuncupauerint.Id quod etiã Galenus lib.6.de labo.locis,cap.2.iis cõfirmat verbis. Vlcera,inquit,quæ in recto naſcuntur inteſtino,teneſmum vocant,vehementi » quidem conatu,& prompta deiiciendi cupiditate infeſtant, paucis admodum ſequen- » tibus excrementis,quæ quidem ab initio pituitoſa & pinguia,progreſſu verò temporis » ramentoſa deiiciuntur.Et ſect.7.apho.commen.27. Malum,ait, hoc nomen accepit » ab illo qui fit in eo conatu,propter quem deiicere crebrò appetunt.In quibus ſanè lo- » cis omnibus,vt hoc etiam in loco,Copus & alij interpretes minùs rectè ἐπτάσεις, tenſiones conuerterunt.Neque enim in hoc malo inteſtinum tenditur,ſed eo exulcerato,frequentes fiunt ad deiiciendum conatus.

Affectus vnde cruentæ excretiones prodeunt.

Tenaſmus è genere dyſenteriæ.

ἐπτάσεις.

CAPVT IX.

VRinæ autem tum ſuppreſſiones,tum deprauatæ vacuationes, excrementorum in ventre cùm retentionibus, tum præter naturam excretionibus proportione reſpondent.Supprimitur enim,vel veſica excernere non valente,vel eius ceruice ſtipata. Atq; hi ambo veſicæ morbi,vnum commune habent ſymptoma Iſchuriam: detinetur enim in ipſa vrina. Vocant autem plerique medicorum Iſchuriam, quanquam reuera Iſchuria non ſit,& illud ſymptoma, quum nihil penitus vrinæ in veſicam venit, abolita ſcilicet renum actione.Et permittendum ſanè eis vt ita nominent, quum propria appellatione deſtituantur:affectuum tamen differentiam interim ignorare non oportet.Alius enim affectus eſt,quum oppleta veſica nihil excernitur: & alius quũ vacua,nihil omnino in ſe cõtinet.Siquidẽ in eo affectu in quo veſica plena eſt, aut os ipſius anguſtum eſt,aut ſi hoc ſecundum naturam ſe habet, ipſa vt contrahatur,& foràs pellat vrinam eſt imbecilla.Ceruicis itaque anguſtia fit,vel propter obſtructionem,vel præcluſionem.Obſtructio verò fit,vel à grumo,vel craſſo pure, vel lapide,vel callo, vel aliquo germine quod in ipſo meatu natum eſt, cuiuſmodi etiam in aliis omnibus externis partibus,auribus nimirum,naribus,pudendis, & ſede,fieri videntur.Præcluſio autem, vel propter tumorem aliquem præter naturam,aut ob nimiam ſiccitatem accidit.Tumor quidem in phlegmone,ſcirrhis,& aliis œdematis,quæ veſicæ ceruicem attollentia,in internum meatum tumorem re-

Suppreſſionis cauſæ.

Iſchuria.

fundunt, fieri ſolet. Siccitas autem in ardentiſſimis ac ſqualidiſſimis febribus, in quibus ſubinde laborãtes ne loqui quidẽ poſſe videmus, niſi os priùs madefecerint.

COMMENTARIVS.

Quum tria ſint veſicæ ſymptomata, ſuppreſsionibus, & deprauatis vacuationibus excrementorum in ventre reſpondentia, nempe ſuppreſsio ſeu omnimoda abolitio, imbecilla, & deprauata expulſio vrinæ, initiò huius capitis Galenus quæ ſint ſuppreſſionis vrinæ cauſæ recenſet. Duas autem præcipuas ſuppreſsionis vrinę cauſas eſſe docet. Vnam, veſicæ imbecillitatem, vrinam excernere nequeuntis. Alteram, anguſtiam ceruicis veſicæ. Hos ſanè duos veſicæ morbos vnum commune ſequitur ſymptoma, quod Græci ἰσχουρίαν, latini retentionem vrinę vocant, in eo nanque vrina retinetur. Multi autem medicorum ſymptoma quoque illud, vbi nihil omnino vrinæ in veſica continetur, Iſchuriam appellãt, quum reuera Iſchuria non ſit, quòd ſcilicet vrina, non veſicæ, ſed renum potius vitio tum retineatur. Propter enim abolitam renum qui ſerum ſanguinis haud attrahunt, aut attractum præ imbecillitate expellere à ſe nequeũt, actionem, nihil vrinę in veſicam venit. Quanquam igitur impropriè hoc ſymptoma Iſchuriam nominant, tamen vt ita appellent illis cõcedendum erit, quum propria qua ipſum nominent appellatione careant. Oportet autẽ vt interim hos duos affectus exquiſitè diſcernant. Alius enim affectus exiſtit, quando veſica oppleta eſt vrina, nihil tamen excernit: & alius quum vacua eſt, & nihil omnino in ſe vrinæ continet. In priore nanque affectu, aut os ceruicis veſicę, vt paulò antè expoſitum eſt, anguſtum eſt, aut ſi hoc ipſum ſe ſecundum naturam habet, veſica adeò eſt imbecilla, vt ſe contrahere, & foras vrinam protudere nequeat. In altero, vt comprehenſum eſt, renum actio abolita eſt, & veſica neutiquam laborat. Cęterùm os ceruicis veſicæ, duabus de cauſis anguſtũ fit, nempe, propter obſtructionem & præcluſionem. Obſtructio verò quinque à cauſis fit, grumo, craſſo pure, lapide, callo, & germine aliquo in meatu vrinario nato, qualia ſæpe etiam in aliis externis partibus, vt in prędcedentibus aliquoties oſtenſum eſt libris, emergunt. De iis autem omnibus cauſis copioſiùs lib. 1. de laboran. locis, cap. 1. Galenus tractat. Præcluſionis verò, duæ ſunt cauſæ, tumor ſcilicet aliquis præter naturam, & nimia ſiccitas. Præcluſio verò, quæ μύσις Græcis dicitur, eſt ea in qua margines ceruicis veſicæ coëunt, inuicemque conniuent. Porrò tumores ſunt phlegmone, ſcirrhus, & œdema, qui veſicę ceruicem attollunt, & tumorem in internum meatum refundunt ac traiiciunt. Siccitas autem quæ ceruicem veſicæ denſat ac contrahit, adeoque ſtipat, ab ardentiſsimis & ſicciſsimis fit febribus. Quæ tantam nõnunquam inferunt ſiccitatem, vt laborantes ne loqui quidem, niſi lingua liquore aliquo priùs imbuta fuerit, poſsint. Quod verò ſiccitas ſtipationis cauſa ſit, Galenus plenius lib. 8. therap. method. cap. 2. Et Et lib. 9. cap. 1. docet.

Suppreſsionis vrinæ duæ cauſæ.

ἰσχουρία.

Oris ceruicis veſicæ anguſtię. Obſtructionis.

Præcluſionis.

Præcluſio quid? μύσις.

Cæterùm imbecillitatis veſicæ cauſas nihil opus eſt recẽſere, vt quæ mihi iam ſæpenumerò in multis particulis dictæ ſunt, ſiue illis vt ſimilaribus, ſiue vt inſtrumentalibus incidant. Maius autem quiddam in veſica accidere videtur, quum immodicè eſt impleta: id quod non ſolùm nos vidimus, ſed etiã ab aliis audiuimus. Nam quia ipſa, eò quòd nonnulli à conuiuio ſurgere vt meierent veriti ſunt, impleta fuit, actionem eius aboleri contigit, nec vrinam, quamuis magnopere connixi, ampliùs excernere potuerunt. Atque videtur eiuſmodi quid & in ventriculo, & in inteſtinis accidere, ſed multos latêre: iis qui in ventriculo id patiuntur præfocatione occupatis. In iis verò qui excrementum in omnibus inteſtinis coacerũarunt, medicis propter comitantia ſymptomata ad alia deductis. In ſolis enim purgationibus

Veſicã nimium impleta nihil vrinæ excernitur.

purgationibus,quæ ad inteſtina confluunt, & in illis permaneant,huiuſmodi euenire conſueuit. Atque hi quidem affectus, veluti priuationem excretionis vrinæ inferunt. Qui verò eiuſdem cum illis ſunt generis,magnitudine tamen deficiunt, veluti imbecillas torpidasque actiones efficiunt.

COMMENTAR.

Imbecillæ excretionis vrinæ cauſas hîc minimè Galenus explicat, quòd illæ ſæpe auteà in aliis particulis,in hoc & aliis quæ hunc præcedunt libris, expoſitæ ſint. De eo autem ſymptomate per quod,quia veſica nimiùm impleta eſt,nihil vrinæ excerni poteſt copioſiùs differit.Hoc enim non ſolùm ſe vidiſſe, ſed ab aliis etiam audiuiſſe ait, quòd nonnulli ducti verecundia à conuiuio ſurgere vt meierent noluerint, ideoque factum eſſe vt è diuturno illo conſeſſu veſica illorũ adeò ſit impleta,vt omnem actionem ſuã amiſerit,nec ſubinde,quanuis plurimùm annixi, vrinam ampliùs excernere potuerint.Qua quidem de re lib.etiam ſexto de labo.locis,cap.4.ita ſcriptum reliquit. „ Accidit interdum vt propter laborantes veſicæ neruos inter dormiendum non ſentiat homo impleri veſicam,ipſaque extenſa,nihil excernere valens, vrina ſupprimatur.Quemadmodum ſanis quibuſdam,aut vrgentibus negotiis,vel in cõcionibus,vel ſenatu, vel foro, vel conuiuio vrina ſupprimitur.Tum enim retentâ longo tẽpore vrina,extenditur veſica,atque vrina ſupprimitur,contractrice facultate propter immodicam tenſionem læſa.Hæc ille.Quę verba ideò referenda in præſentiarum eſſe duxi, quòd non ſolùm præſenti loco multum lucis afferant, verumetiam cauſam, quam tamen hîc non exprimit,cur veſica vrinam.quę in ea continetur,multam quidem,& diu retentam excernere nequeat,diſertè exponãt.Contractricem enim veſicæ facultatem, quæ propter partes à ſe nimio interuallo diſtantes ac diductas ſuo fungi munere non poteſt,in cauſa eſſe dicit.Accidit autem aliquando eiuſmodi quid etiam in ventriculo,quemadmodum capite tertio huius libri dictum eſt.Nam fit vt interdum iis qui in foro verſantur,aut in alio quopiam loco,aut negotio quod deſerere non licuit,ſuccus aliquis violenter retentus,ſurſum iterum ad ventriculum reducatur, eumque ſubinde multùm extendat.Prętereà in inteſtinis,vbi purgatorio ſumpto medicamento humores ad inteſtina confluunt,illicque manentes ea plurimùm extendum. Quare contractrix eorundem facultas,propter extenſionem læſa,non poteſt quod in illis continetur expellere.Cæterùm quod iam de ventriculo & inteſtinis diximus, multos medicos latet,Nam qui hoc ipſum in ventriculo patiuntur,priuſquam à medicis ſymptoma animaduertatur,ſuffocatione occupantur,ob immodicam ſcilicet ventriculi extenſionem,quæ ſeptum tranſuerſum, ac ſubinde etiam pulmonem comprimit, atque adeò ſuffocationem accerſit.Sic etiam flatuum retentio non rarò aliquid ſimile ſuffocationi adfert,vt lib.3.de ſanandis morbis cap.10.diximus.Qui verò in omnibus inteſtinis, propter cauſam paulò ante antè expoſitam,excrementa accumularunt, ij quoque medicos latent,propterea quòd propter ſymptomata quæ comitantur, capitis nimirum dolorem,quem ob vapores ſurſum delatos, cap.3. huius libri creari monſtrauimus, & alia quædam,diuerſum eſſe affectũ putauerint,atq; adeò aliò reſpexerint,& curationis conſilia legitima neglexerint. Atq; ij quidem affectus,initio ſcilicet huius capitis dicti, veluti priuationem vrinæ inferunt.Quippe vt omnino nihil excernat veſica,pręſtant. Qui verò cum illis eiuſdem ſunt generis,tamen non adeò vehementes vt omnino excerni vrinam prohibeant,veluti imbecillas atque torpidas actiones veſicæ efficiunt,vt fit in difficultate vrinæ. In ea enim non omnino impeditur vrinæ excretio, attamen difficulter expellitur.

Cur immodicè impletâ veſica nihil vrinæ excernitur?

Aliis autem affectibus tertium ſymptomatũ genus, quod in prauis vacuationibus conſiſtit,ſuccedere conſueuit.Multæ verò ipſarum ſunt ſpecies. Prima

©BIUM

Stillicidiũ vrinę. *quidem ſtillicidium vrinæ vocatur, quæ ob imbecillitatem veſicæ, vel vrinæ acrimoniam incidit. Secunda, ventris fluxionibus haud abſimilis eſt, de qua melius eſt hoc loco copioſiùs dicamus. Fit autem quædam veluti refuſio in principia, ſiue colliquatio, ſiue reſolutio, ſiue quomodocunque quis nominare velit, interim totius corporis, interim eorum duntaxat qui in venis continentur humorum. Quod autem ex ea colliquatione prouenit, modò in ventrem confluit, modò ad vrinæ loca, aliàs ad ſudores pellitur. Venarum itaq; humoribus in ſeroſam ſaniem reſolutis, renes qui huiuſmodi excrementum trahere ſolent, præſertim vbi integra valetudine conſtant, ſerum quidem à venis expurgant, & aſsiduè fluxionem veſicæ tranſmittunt. Quum verò renes trahere non valent, tum venæ eiuſmodi ſerum, vel in ventrem demittunt, vel vniuerſo corpori ipſum tradentes, repentinas hydropicas conſtitutiones inducunt. Si verò id quod eliquatum eſt craſsius fuerit, & quale renes trahere nequeunt, vt vniuerſum in ventrem confluat neceſſe eſt. Carnoſo autem genere ita colliquato, tum venter fluxionem ſuſcipit, ſi craſsius fuerit quod eliquatum eſt: tum ſudores multi ſuccedent, ſi in vapores reſoluatur. Atque hæc quidẽ de colliquatione tũ carnis, tum ſanguinis ad præſens ſatis. Reliquorũ vrinæ ſymptomatum, alia quidem veſicæ, vel renum affectus quoſdam indicant, de quibus in aphoriſmis Hippocrates ſcripſit. Alia verò quouſq; cruditatis, vel cõcoctionis ſanguis peruenerit declarant. Scriptum autem de iis eſt in præfagiis.*

COMMENTAR.

στραγγουρία. Tertij ſymptomatum generis, hoc eſt, deprauatæ excretionis vrinæ cauſas, pro diuerſitate ſpecierum recenſet. Inter has prima eſt quæ Græcis στραγγουρία, latinis ſtillicidium vrinæ dicitur, quòd ſcilicet in ea, vrina guttatim emittatur. Hęc duabus de cauſis accidit, nempe ob veſicæ, vrinam longo tempore retinere haud potentis, imbecillitatem: vel vrinæ acrimoniam, quæ aſsiduè expultricem veſicæ facultatem ad excretionem vrinæ ſtimulat, nec tamen propter dolorem, vt in ceruicis veſicæ exulceratione accidit, qui vrinæ emiſsionem comitatur, vniuerſam eiuſdem copiam expellere audet. Nam facultas tum quaſi perterrita, à ſuo munere ceſſat, & quaſi reſilit. Qua quidem de

Eliquationis varia nomina. ſpecie Galenus plura lib. 6. de laborã. locis. cap. 4. differit. Secunda ſpecies ventris fluxionibus aſsimilis eſt, quam Galenus hîc variis appellat nominibus, tribus ſcilicet.

ἀναστοιχείωσις. σωμπτῶσις. ἀνάλυσις. Vocat enim ἀναστοιχείωσιν, hoc eſt, reſolutionem in elementa, & principia. Itẽ σωμπτῶσιν, id eſt, colliquationem, & ἀνάλυσιν, hoc eſt, compoſiti in partes, & ſua elementa reſolutionem. Eſt autem hęc duplex, totius videlicet corporis, aut humorum eorum duntaxat qui in venis continentur. Quòd verò ex prædicta colliquatione prouenit, aliquando in ventrem, nonnunquam ad loca vrinæ, interdum etiam ad cutem pellitur. Si humores qui in venis habentur, propter alteratricis facultatis imbecillitatem, in ſeroſam ſaniem reſoluuntur, tum renes ipſi, præſertim vbi bene valent, ac ſuo funguntur munere, ſerum hoc à venis attrahunt & expurgant, fluxionemque aſsiduè veſicę trãſmittunt, ac malum hoc creant, quod diabeten nominant. De quo in præcedentibus libris abundè dictum eſt. Quum verò renes ſeroſam hanc ſaniem trahere non poſſunt, tum venæ illam in ventrem demittunt, & hydropis ſpecies generatur quæ aſcites nominatur: aut vniuerſo corpori tradunt, & anaſarcam appellatam efficiunt. In ventrem autem tum fluit, quum id quod eliquatum eſt craſsius fuerit, & propter ſuam craſsitiem à renibus trahi nequit. Cæterùm carnoſo genere eliquato, vẽter etiam fluxionem recipit, vbi quod eliquatum eſt craſsius fuerit. Vbi verò in vapores reſolutũ fuerit, multi

ſudores

ſudores ſuccedent. Atque hactenus de eliquatione. Porro reliquorum ſymptomatum vrinæ, alia quidem veſicæ, alia renum affectus indicant, quemadmodum idipſum luculenter in aphoriſmis, ſectionis ſcilicet quartæ aphoriſmo. 75. & ſequentibus aliquot demonſtrauit. Alia ſymptomata quouſque cruditatis, aut concoctionis ſanguis peruenerit declarant. De quibus copioſè lib. 2. prognoſt. apho. 26. ac ſequentibus aliquot Hippocrates ſcripſit. Quum itaque reliquorum ſympromatum affectus exquiſitè locis iam notatis prodiderit Hippocrates, non eſt cur de iis hic prolixiùs agamus.

Nunc igitur ad ſudores tranſeundi tempus eſt, de quibus tantùm ſaltem dictum eſt, quòd reſoluto interdum corporis habitu prouenιant, vocaturque hoc malum Syncope. Huic autem contrarius ſtatus eſt, qui in iudicatoriis ſudoribus accidit, qui vtique robuſtam naturam indicant, non reſolutam. Huiuſmodi enim ſudores corpus expurgant. His verò ſimiles ſunt, quos mediocres exercitationes, & balnea, & æſtiuus calor euocant. Per immodicas autem exercitationes, etiam vtilis nonnihil humoris effluit. Odorem verò & colorem excremento quod vacuatur ſimilem obtinent. Multi autem ſudores excernuntur, aut ob corporis raritatem, aut propter excrementorum abundantiam, vel propter eius quod vacuatur tenuitatem. A contrariis verò cauſis detineri ſolent, vbi ſcilicet id quod ſuperuacuum eſt, paucum, vel viſcidum, vel craſſum fuerit, vel meatus ſtipentur. Id autem illis accidit propter obſtructionem, aut præcluſionem. Ac obſtruuntur quidem à craſſis ac viſcidis humoribus. Præcluduntur autem ob copioſam nutritionem, aut refrigerationem, aut molliciem. Fit autem ſudoris, vt etiam reliquorũ excrementorum, tum ſuppreſſio, tum excretio, ob facultatis quæ in carne eſt imbecillitatem. Quippe tum veſica, tum venter nonnunquam contenta in ipſis excrementa magis tolerant, eoque expellere cunctantur. Nonnunquam verò contrà, ne breuiſſimo ſuſtinent tempore, ſed grauantur, & confeſtim eiiciunt.

Syncope. Sudores.

Multi ſudoris cauſa.

Præcluſionis cauſæ.

COMMENTARIVS.

Poſtremo huius capitis loco, propterea quòd illius paulò antè, vbi de colliquatione actum eſt, mentio facta ſit, ad aliud immodicæ excretionis genus progreditur Galenus, nempe ſudorem, atque breuiter quæ ſint multi & pauci ſudoris cauſæ exponit. Fit autem interdum ſudor propterea quod habitus totius corporis reſoluitur, vocaturque malum id in quo is ſudor promanat Syncope, quæ non eſt niſi præceps, Galeno libro. 12. therap. method. cap. 5. teſte, virium lapſus. Nihil autem mirum, eò quòd ex corporis habitu eliquatum eſt, per immodicos ſudores vacuato, labi repente vires, ac ſequi ſyncopen. Huic autem ſudori contrarius plane eſt is, qui in iudiciis fit. Nam vt prior non accidit niſi virtute reſoluta, ita poſterior non niſi robuſta virtute euenire ſolet, totumque corpus expurgat. Hinc fit vt noxio humore expulſo, morbus deſinat, & æger leuetur. Vt rectè ab Hippocrate dictum ſit. Sudor optimus eſt omnibus acutis morbis, ſi in diebus oriatur iudicatoriis, febrimque finiat. Bonus etiam eſt, ſi » ex toto corpore prodeat, faciatque vt æger morbum facilius ſuſtineat. Cęterùm non » expellitur niſi id quod concoctum & ſecretum eſt. Concoquere autem & ſecernere, forasque noxia omnia extrudere, robuſtæ & validæ eſt virtutis opus, ideoque ſudores iudicatorij noxia vacuantes non fiunt niſi à valida facultate. Iudicatoriis ſudoribus ſimiles planè ſunt, qui per mediocres exercitationes, balnea, & æſtiuũ calorẽ eliciuntur.

Sudorum diuerſitas.

Syncope.

1 Prog. 29.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 373 sur 637

©BIUM

Quippe hæc tria cutis meatus referant, humores attenuant, calefaciuntque, & ſubinde vacuant. Non autem temerè dixit Galenus mediocres exercitationes, per immodicas enim non tantùm ea quæ ſunt noxij, ſed etiam qui vtiles ſunt corpori humores, effluunt. Sudores quoque odorem & colorem excremento quod vacuatur ſimilem habent, quemadmodum in iis qui ictero laborant liquidò cõſpicitur. Sudor enim qui ex illorum promanat corpore, colore flauus eſt, & odorem etiam flauæ bilis, acrem nimirum & amarum, prę ſe fert. Porrò multi ſudoris tres ſunt cauſæ. Prima corporis raritas, quæ copioſi ſudoris excretioni aptiſſima exiſtit. E multis enim ac patentibus cutis meatibus, copioſus etiam ſudor emanare poteſt. Altera cauſa eſt, excrementorum abundantia. Siquidem multa excrementa, multos etiam, qui eadem vacuant, ſudores efficiũt. Tertia, eius quod vacuatur tenuitas. Nam promptiùs id quod tenue eſt, quàm id quod craſſum vacuatur. Detinentur autem ſudores à totidem cauſis, atque quæ prædictis contrariæ ſunt. Prima enim detenti ſudoris cauſa eſt corporis denſitas, ſeu meatuum cutis ſtipatio. Quopacto nanque ex conſtipatis meatibus promanare ſudor poſſet? Altera cauſa eſt excrementorum paucitas. Tertia, eius quod vacuatur lentor ac craſsities. Porrò meatus ſtipantur duabus de cauſis, nempe propter obſtructionem, & præcluſionem, vt ſuprà etiam monſtratum eſt. Obſtructio autem à craſsis & viſcidis fit humoribus. Præcluſio verò tres ob cauſas fit. Primò propter copioſam nutritionem: ſic enim conuertenda vox εὐξοφίαν, qua hoc loco vſus eſt Galenus. Quod vt moneré cæteri fecerunt interpretes, qui legentes falſò ἀξοφίαν, inediam conuerterunt. Quippe εὐξοφία, hoc eſt, copioſa partis nutritio, efficit vt margines orificiorum coëant, propterea quòd ob hanc ipſam ampliores, craſsiores, ac dẽſiores fiant. Contrà verò ἀξοφία & inedia margines orificiorum ab inuicem diducit, ac lõgiùs ſeparat, eò quòd illas alimentum ſubtrahendo, extenuet. Legendum autem eſſe εὐξοφίαν prętер rationẽ iam productam antiquus etiam interpres confirmat, qui hoc loco ſpiſsitudinem conuertit. Non creat autem ἀξοφία ſpiſsitudinem, ſed potiùs tenuitatem. Præcluſio altero modo fit à refrigeratione, cuius planè opus eſt vt contrahat, adeoque præcludat. Tertia præcluſionis cauſa, eſt mollities. Nam quæ mollia ſunt citiùs quàm dura coëunt, ac inuicem conniuẽt. Cæterùm præter cauſas tres ſuprà expoſitas detinetur etiam ſudor propter facultatis excretricis in carne imbecillitatem, vt certè propter retentricis imbecillitatem excernitur. Sic accidit etiam vt tum veſica vrinam, tum venter ſtercora nonnunquam propter expultricis imbecillitatem diu tolerent, eaque excernere morentur. Nonnunquã contrà propter eiuſdem facultatis robur, illa ne breuiſsimo tempore ſuſtinent, ſed ab eis grauata, non ceſſant, ſed confeſtim illa eiiciunt, & expellunt.

Multi ſudoris tres cauſæ.

1.
2.
3.

Detenti ſudoris cauſæ.

Pręcluſio quibus de cauſis fit.

CAPVT X.

CEterùm ſermonem hunc qui eſt omnibus particulis communis, ad finem vſque vt de vniuerſis diſſeram ſeruaui. Etenim perplexum videtur, vt corpore aliquo læſo, non ex æquo omnes eius facultates ſimul lædantur, ſed aliæ magis, aliæ minùs, aliæ nequaquam. Atque illud quidem neminem latet, quod fieri nõ poſsit vt vllius partis actio impediatur, niſi aliqua ex parte eſſentia eius lædatur. Sæpenumero verò qualibet particula agente, aliàs alia eius læditur actio. Non enim ſimili molitione opus eſt ad alteratrices, atque ad practicas actiones. Siquidem alteratio fit omnibus ſibiinuicem appropinquantibus, neque opus eſt vt locum ex loco mutent, neque aliquid apprehendant, neque teneant, neque fulciantur. At quæ aliquid trahent, aut retinebunt, aut repellent, vt eorum actio cum loci mutatione fiat neceſſe eſt.

Cur corpore aliquo læſo, non ex æquo omnes eius naturales facultates ſimul lædãtur?

COM-

COMMENTAR.

In hoc capite Galenus cauſam cur corpore aliquo læſo non ex æquo omnes eius naturales facultates ſimul lædantur copioſiſsimè exponit. Ad finem autem, hanc tractationem ſeruauit, eò quòd hęc non ad vnam pertineat partem, ſed omnibus communis ſit. Neque etiam temerè in hunc locum incidit, quod perplexum, dubium, & explicatu ſanè difficile videatur, vt corpore aliquo læſo, non ex æquo omnes eius naturales facultates ſimul lædantur, ſed aliæ magis, aliæ minùs, aliæ verò omnino non. Cæterùm illud nemo ignorat, quòd fieri nō poſsit vt vllius partis actio impediatur, niſi aliqua ex parte eſſentia eius lædatur. Quæ quidem Galeni verba, non de omni actione, ſed de naturali duntaxat intelligenda ſunt. Nam naturales facultates omnibus corporibus inſitas & implantatas eſſe conſtat. Quapropter ſi earundem actiones lædūtur, vt eſſentia etiā facultatis lædatur, ac noxam aliquam accipiat, neceſſe eſt. Secùs accidit in animalibus actionibus, vtpote quæ partibus non ſunt inſitæ, ſed aliunde, nimirùm à cerebro, vbi animæ ſedes eſt, in has deriuantur, Proinde ſæpe impediuntur harum facultatū actiones, etiamſi nulla in partium, quarum actiones ſunt, eſſentia, noxa exiſtat. Sic ſanè viſio, quæ cryſtallini humoris actio eſt, pterygio in adhærente membrana excitato, impeditur, nulla prorſus in cryſtallini humoris eſſentia exiſtente noxa. Quæ diximus cō firmant ea quæ lib. 1. de laboran. locis, capite vltimo ſcribit Galenus, inquiens. Plurimùm differunt naturalia ab animalibus inſtrumentis. Siquidem naturalibus cognata actionis vis eſt, animalibus verò inſtrumētis, à principio, veluti lumen à Sole, ipſa defluit. Quapropter accidit vt ipſis interdum haudquaquam læſis, nihilominus eorum actio pereat. Id quod naturalibus inſtrumentis accidere non ſolet: quoties enim horū actio læditur, ſemper ipſa priùs laborant. Hæc ille. Et hæc verba de actionibus tantùm naturalibus eſſe accipienda, hinc etiam fit manifeſtum, quòd Galenus, in hoc libro tertio, quemadmodum initio primi capitis eſt monſtratum, de iis ſolùm ſymptomatis, quæ in naturalibus tum facultatibus, tum actionibus fiunt, agat. Neceſſe igitur eſt vt iuxta hoc præſcriptum, ſingula quæ in hoc capite dicuntur, ad eaſdem tum facultates, tum actiones referamus. Quòd ſi itaque ad eum modum præſentem Galeni locum, quemadmodum decet, accipias, non eſt cur ad læſionem quæ fit per proprietatem, & quæ fit pet conſenſum, quod Valleriola fecit, confugias. Porrò ſępenumero fit, vt quælibet particula agente, aliàs alia eius naturalis actio lædatur. Non enim ſimili molitione & apparatu opus eſt ad alteratrices, atque practicas actiones. Pro cuius quidē loci difficilis admodum pleniore intelligentia, neceſſe eſt ut quid alteratrices, & practicas actiones vocet Galenus, diſertè explicemus. Animaduertendum itaque duplices eſſe in animantibus actiones. Vnam quidem, quæ Græcis φυσικὴ, latinis naturalis, & alteram quæ Græcis ψυχικὴ, latinis verò animalis dicitur, quemadmodum alibi etiam oſtendimus. Apellantur autem iam dictæ actiones aliis etiam hinc inde à Galeno nominibus. Nam quas libro primo de tuenda ſanitate, capite quinquageſimoprimo, multisque aliis locis vocat naturales, eas libro ſexto iam citati operis, capite ſecundo, σωμαλικὰς, hoc eſt, corporales etiam nominat, non aliò ſanè nomine, quàm quòd corpori ſint inſitæ, atque adeò naturales. Quare eædem ſunt naturales & corporales, quod hinc etiā fit manifeſtum. Quippe quemadmodū loco iam indicato operis de tuenda ſanitate, actiones corporales pueros, præcipuas obtinere Galenus ſcribit: ita libro primo eiuſdem operis, capite quinto, naturales in iiſdem robuſtiores eſſe ait. E numero autem naturalium facultatum ſunt etiam quæ hîc peculiari nomine Galeno ἀλλοιωλικαὶ, id eſt, alteratrices dicuntur, concoctio & aſsimilatio alimenti. Nam vt capite primo huius libri dictum eſt, concoctio alteratio in qualitate eſt, quæ fit ventriculo ſibi cibum aſsimilante. Quinetiam metipſe Galenus in præſenti capite, alterationem pro concoctione & aſsimilatione alimenti interpretatur. Hę quidem actiones ſine motu locali fiunt, quemadmodum paulò pòſt fuſiùs dice-

Fieri non poteſt vt vllius partis actio impediatur, niſi aliqua ex parte eſſentia ei lædatur.

Actiones in animantibus duplices.

Naturales.

Corporales.

Alteratrices.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 375 sur 637

©BIUM

πρακτικὰς actiones. Voluntariæ.

mus. Cæterùm πρακτικαὶ actiones, Galeno ſunt omnes quæ cum loci mutatione fiunt. Sic ſanè practicæ fiunt actiones, quæ Græcis alio nomine καθ' ὁρμὴν, nobis voluntariæ nominãtur. Quod hinc palàm fit. Siquidem quemadmodum lib. 1. de tuenda ſani. cap. 5. voluntarias actiones in pueris eſſe imbecilliores ſcribit, ita llbro. 2. de tempera. cap. 3. practicas in iiſdem imbecilliores eſſe tradit. Et ibidem inter practicas actiones ingreſſum, curſum, & id genus alias voluntarias, & motrices actiones recenſet. Vt inde omnibus perſpicuum ſit, practicas etiam dici, quæ alio nomine vocantur voluntarię. Practicæ etiam ſunt è numero naturaliùm, quotquot cum motu locali fiunt, vt ſunt attractio, retentio, diſtributio, & expulſio. Nam quod aliquid trahit, aut retinet, aut diſtribuit, aut repellit, neceſſe eſt vt ſuam actionem cum loci mutatione perficiat. Proinde naturales hi motus, qui fibrarum adminiculo fiunt, & voluntarij, quorũ muſculi ſunt inſtrumenta, conſortium, ſocietatémve, aut cõmunionem quandam inter ſe obtinent, quod ſcilicet vtrique cum loci mutatione fiant, vt etiam cap. 2. libri ſecundi de ſymp. cauſis diximus. His ita diſcuſsis, facilè nunc intelligitur quod à Galeno dicitur. Nõ ſimili molitione ac conatu opus eſſe ad alteratrices, atque ad practicas actiones. Nam alteratrices actiones, hoc eſt, concoctio & aſsimilatio, fiunt omnibus ſibiinuicem appropinquantibus, neque opus eſt vt quæ alterantur locum mutent, quemadmodum fit in attractione alimenti, neque vt aliquid apprehendant, veluti in retentione. Concoctio enim fit vbi calor cibis appropinquat, & coniungitur, ſicuti aſsimilatio, vbi alimentum parti affigitur & aſsimilatur. Vt certè in iis duabus actionibus, perinde atque in aliis non opus ſit loci mutatione, atq; adeò non tanta etiam molitione ac conatu, quum id agit, & in quod agitur ſint ſibi proxima, & iam penitùs cõiuncta. Id quod ex ſequentibus clariùs apparebit.

Naturaliũ actionũ è numero quę practicæ?

Quod corpus obeundis vel alteratricibus, vel practicis naturalibus actionibus ſit magis idoneũ.

Quocirca quod ita eſt molle, vt & humidum, & fluxile, atque infirmum ſit, ipſum neque ſimiliter trahere, neque retinere, neque excernere poteſt. Nam in omnibus eiuſmodi actionibus, vt ius quæ agunt inſit robur ac tenſio oportet. At verò alterare poteſt quæ inter ſe iuncta ſunt, etiam quod humidiſsimum eſt, maximè ſi quoq; calidiſsimum ſit. Nulla enim effectricium qualitatum ita celeriter quod appropinquat alterare videtur, atq; calor. Vnde palàm eſt, quòd corpus calidiſsimum & humidiſsimum quàm celerrimè alterabit, id eſt, cõcoquet ſimul propriũ alimentum, & ſibi aſsimilabit. Quod verò adeò durum eſt, vt nec difficile ſit ad flectendum, firmiter verò ſuffulciatur, id & trahere vehementer, quicquid voluerit, poteſt, & violenter trudere, & fortiter tenere. Neque enim quum tenditur, labefactatur, vt ea quæ ſunt valde mollia, neque ſi vehementer tẽditur, ne frangatur periculum eſt: & quæ ſemel apprehenderit, ea complectens retinet: quum ſic agere nequaquam poſsint ea, quæ vel ob ſiccitatem vix flectuntur, vel ob humorem mollia ſunt. Illa enim non firmiter comprehendunt, hæc autem debili complexu vſa, facilè elabi ſinunt ea, quæ comprehenderunt.

COMMENTAR.

Hoc in loco Galenus quod corpus obeundis vel alteratricibus, vel practicis ſeu motricibus actionibus naturalibus magis ſit idoneum monſtrat. Siquidem corpus molle, vtpote humore nimio flaccidum, fluxile, & infirmum, ad practicas actiones, eò quòd trahere, aut retinere, aut excernere nequeat, planè inabile exiſtit. Robore enim & firmitate prędituꝫ eſſe oportet corpus, quod has functiones edit quãdoquidem vi quadam & impetu, nec ſine locali motu fiant. A nullo igitur, niſi ſolidum & intentum ſit, corpore perfici poſſunt. Quocirca quum molle corpus ſit inualidum atque infirmum,

Corpus molle ad practicas actiones ineptum.

ad

©BIUM

ad practicas actiones planè sit ineptũ necesse est. Ad alteratrices verò actiones quod humidissimum est, potissimum si calidissimum quoque fuerit, aptissimum erit. Quum enim non alterentur nisi quæ sibi proxima sunt, & inter se iuncta, nec opus sit ad id aliquo motu locali, & inter affectrices qualitates nulla sit quæ celeriùs ea quę proxima sunt alterare, atque calor posit: palàm sanè est, humidissimum & calidissimum corpus alterationem, hoc est, concoctionem & assimilationem, celeriter perficere. Quod verò adeò durum est, vt facile flectatur, firmiter autem suffulciatur, idipsum ad practicas actiones est idoneum, vt quod vehementer trahere, & violenter protrudere, ac validè quicquid lubet tenere potest. Nam quum tenditur non labefactatur, vt id quod est valde molle, nec quum vehementiùs tenditur periculum est ne frangatur, eò quòd ad flectendum, vt dictum est, non sit difficile. Prætereà ea quæ semel apprehenderit, ea complectens retinet, propterea quòd nõ omnino molle sit, sed ad suffulciẽdum aptũ. Non autem temerè dixit Galenus, quod durum adeò est, vt facile flectatur: quippe si ita à siccitate est induratum, vt vix flecti posit, ita nequaquã agere potest. In summa, neque admodum dura, neq; valde mollia ad practicas actiones naturales sunt idonea. Quæ enim mollia admodum sunt, eò quòd propter suam mollitiem imbecillo complexu vtantur, quæ comprehenderunt facile elabi sinunt. Quæ contra ita dura sunt, vt ob duritiem vix & difficulter flecti queant, non firmiter comprehendunt. Ad complexum nanque firmum vt aliquid promptè flectatur, necesse est. Porrò animaduertendũ hoc loco, in Aldino codice non rectè legi προσέλκεται, pro προσέλκει actiuè, comprehendunt, vt cuiuis verborum Galeni sensum expendenti patet. Hanc quoq; lectionem esse legitimam vetus confirmat interpres, qui præsentem locũ ita cõuertit. Quia dura causa suæ duritiei bene retinere nequeunt. προσέλκει retinet interpretatus est.

Ad alteratrices actiones quid aptissimum est?

Locus in Aldino codice emẽdatus.

Igitur optimè nutriuntur calida & humida corpora, alterant enim quàm celerrimè, & alimentum in se recipiunt, & agglutinant, & assimilant. Pessimè verò frigida & sicca, vt quæ neque alterare, neque in se recipere, neque agglutinare, neque assimilare possunt. Ac quòd celerrimè alteret quod calidissimum est, anteà dictum est. In hoc enim consistit concoctio. Quòd verò humidissimum molissimumque corpus promptè in sese recipiat id quod alteratum est, admonitione potiùs, quàm probatione indiget. Quemadmodum quod durum & siccum nihil in se ingredi permittat, priusquam aliqua ex parte diuidatur, ac veluti exulceretur. Siquidem & quod facilius, ac celeriùs & agglutinentur, & coalescant humidiora, quæ verò duriora sunt, alia haudquaquã, alia vix, nemo est qui ignorat. Vt enim æs, ferrum, aurum, & lapides silentio transeamus, & de plumbo disseramus, manifestum est id cũ altero plumbo nequaquam coalescere, nisi priùs excalefactum fundatur ac liquetur.

Cur calida & humida corpora optimè nutriãtur?

COMMENTARIVS.

Causam cur calida & humida corpora optimè nutriantur, contrà verò quę frigida & sicca sunt pessimè, hoc loco Galenus exponit. Calida enim & humida ideò optimè nutriuntur, quòd celerrimè alimentum alterent, calore, vtpote qui est, Galeno etiam sect. 1. apho. commen. 15. authore, omnium actionum naturalium causa, alterationem perficiente, & humiditate eius actioni obsequente. Alimentum quoque, quòd partes horum non consistant, sed diffluant, atque à se inuicem recedant, promptè in se recipiunt. Prætereà quum caloris copiâ celerrimè ad se alimentum trahant, tractũ subinde & alteratũ, ac in se receptũ agglutinant, atq; assimilant. Contrà frigida & sicca, vtpote calore naturaliũ actionũ authore destituta, neq; alterãt, neq; etiã, eò quòd solida sint ac cõsistant, nec diffluãt, sed sibi cõiunctas partes habeãt, in se recipere alimentũ, neq; ag-

Calida & humida corpora cur optimè nutriantur?

Frigida contra.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 377 sur 637

©BIUM

glutinare, neque aſsimilare poſſunt. Quòd verò faciliùs ac celeriùs agglutinentur, & coaleſcant quæ humida ſunt, quàm ea quæ dura, metallorum, plumbi præſertim exemplo, quod cætera omnia Mollitie & humore ſuperat, monſtrat. Vtcunque enim reliquis metallis mollius ac humidius ſit, tamen cum altero plumbo nō coaleſcit, niſi prius caloris vi liquatum fuerit. Humiditas igitur, calore potiſsimū accedente, in cauſa eſt, vt alimentum citiùs ac faciliùs partibus agglutinetur & coaleſcat.

Quæ facultates in ſingulis ætatibus robuſtiores aut imbecilliores.

Appoſitio.

Adhæſio.

Pueris igitur, & aliis quibus calidius eſt & humidius corporis temperamentum, optima tum cōcoctio eſt, tum appoſitio, tum agglutinatio, tū nutritio. Quippe concoctio & nutritio alterationes ſunt. Appoſitio verò fit, quū id nutritur, quod alimentum roris ſpecie in ſe recipit. Adhæſio autem, agglutinatio quædam, & vnitio eſt alimenti. In iis omnibus non mediocre commodum ad aſsimilationem præbet, corporis quod nutritur humiditas: vt quæ ei quod nutrit conſiſtentia ſimilis ſit. Diſtributionis autem inſtrumenta in pueris, etſi non admodum valida ad agendum ſunt, tamen ſatis idonea ſunt, nihilque ipſis deeſt. Nam mediocrem iam duritiem ac robur venæ eorum habent. Retētrix autem facultas iis imbecillior eſt, ideoque celeriter excernunt, ſiue ab aliquo grauentur, ſiue aliàs infeſtentur. Similiter huic etiam excretrix facultas mediocriter imbecilla eſt. Quanquam non pueris modo, verumetiam reliquis omnibus retentrix facultas expultrice eſſe imbecillior videtur, etiamſi ſe ſimiliter habent, propter actionis imbecillitatem. Longiori enim tempore retentrix facultas agit, vt quæ tenendo opus ſuum perficiat. Expultrix verò breui tempore actionem ſuam complet, vtpote quæ vno impetu id quod contriſtat propellere, & abiicere poteſt. Quemadmodum enim in externis rebus idem homo ad proiiciendum à ſe onus maximè fortis eſt, portare tamen ipſum tota die nequit: ita internis quoque inſtrumentis facilius eſt vt id quod moleſtum eſt, à ſe propellant, quàm multo tempore retineant. Igitur pueri, de quibus ſermo eſt, alteratricem facultatem robuſtiorem iis qui in vigente ſunt ætate, & valentiorē obtinent: trahendi vero facultatē iiſdem imbecilliorem, non tamen ad ſuum vſum deficientem. Reliquas vero duas iuuenibus imbecilliores habēt. Cæterùm expultricis imbecillitas, propter breuitatē ſuæ functionis, non deprehenditur. Quippe crebriùs & vomunt & deiiciunt quàm iuuenes, non ob expultricis robur, ſed ob retentricis imbecillitatem. In vētriculi verò cōcoctione, quæcunq; humida & mollia ſunt, perinde ac ætate florentes concoquunt: quæ autem dura, deteriùs conficiunt. Pueris enim magis ad vaporis naturam declinans calor eſt, florentibus ætate ſiccior. Iam verò quibus humidius eſt corpus, humidioribus egent alimentis, quibus ſiccius, ſiccioribus. Igitur ſi concoctio eſt alteratio in propriam eius quod nutritur qualitatē, pueris quidē, quæ humidiora molliora q; ſunt edulia magis congruunt: florentibus verò ætate aridiora. Senes autē ad omnes fermè actiones, corpus male affectum habent: quippe multo ſiccius eſt, quàm eorum qui ætate florent, ſolisq; ſenibus frigidum. Neque igitur probè concoquunt, ob caloris penuriam, neque nutriuntur, tum propter ſiccitatem, tum alteratricis facultatis imbecibitatem. Iam diſtributio ipſis, veluti torpentibus ob frigiditatem inſtrumentis, & tarda, &

Retentrix facultas expultrice imbecillior eſt.

imbecilla

imbecilla eſt. Expulſiones præterea, quæ quidem breuibus interuallis fiunt, facultatis imbecillitatem non arguunt: quæ verò longiori ſpatio, malè perficiuntur.

COMMENTARIVS.

Quæ hactenus de naturalibus facultatibus dicta ſunt, nũc ætatum exemplo demõſtrat. In pueris enim, quòd corporis temperamentum ſortiti ſint calidius & humidius, alteratrices facultates, concoctio nimirum & aſsimilatio, quæ tum appoſitionem, tum agglutinationem in ſe complectitur, quòd nihil niſi quod iam appoſitum & agglutinatum eſt aſsimilari quæat, optimæ ſunt. Nihil autem refert aſsimilationem dicas an nutritionem, quòd nutritio, vt ſuprà capite quinto eſt demonſtratũ, non ſit niſi perfecta aſsimilatio. Concoctionem verò & nutritionem eſſe alterationes, quæ caloris adminiculo fiunt, notius eſt quàm vt demonſtrari longiùs debeat. Cæterùm appoſitio, quæ Græcis πρόθεσις dicitur, fit quũ alimentum in roris aut vaporis ſpeciem mutatũ, & per partes diſseminatum ab illis recipitur. Adhæſio autem, quam Græci πρόσφυσιν appellant, fit vbi alimentum appoſitum agglutinatur, & vnitur partibus. In iis omnibus, pueris nimirum & aliis calidis & humidis corporibus, non leuem etiam vſum ad aſsimilationem præbet, corporis quod alitur humiditas, vt quæ conſiſtentiâ alimento ſimilis ſit. Prõptiùs enim id quod humidum eſt, humido aſsimilatur, & quemadmodum Ariſtoteles dixit. Quæ ſymbolum inter ſe habent, horũ celeris eſt migratio. Practicæ autem actiones, vt diſtributio alimenti, retentio, & excretio, in pueris imbecilliores ſunt, quã alteratrices. Etſi autem diſtributionis alimenti inſtrumenta, hoc eſt, venę (nã per has in vniuerſum corpus ex iecore diſtribuitur ſanguis) nõ ita valida ſunt ad agendum in pueris vt in adultis, tamen nihilominùs ad ſuam functionem in pueris obeundam ſatis idonea ſunt, nihilque ipſis deeſt, quo minùs in illis ſanguinẽ diſtribuere poſsint. Mediocrem enim duritiem, ac robur quod illi ętati par eſt, venæ puerorum obtinent. Retentrix verò facultas, vt quæ maius requirit robur, pueris imbecillior eſt. Hinc eſt quòd celeriter excernant quicquid illos grauat, aut iiſdem infeſtum eſt. Retentricici facultati ſimiliter etiam excretrix mediocriter imbecilla eſt, hoc eſt, nonrita valida vt in adultis ac iuuenibus, attamen ita comparata vt in pueris functionem ſuã rectè obire poſsit. Eſt autem non tantùm in pueris, verumetiam reliquis omnibus ætatibus retentrix facultas expultrice imbecillior, propterea quòd retentrix facultas longiori tempore ad perficiendam ſuam actionem indigeat adeoque maiori robore: excretrix autem breuiori temporis ſpatio functionem ſuam compleat, vt quæ vno impetu id quod contriſtat propulſare, & abiicere poteſt. Id quod eleganti ſimili, à rebus externis deſumpto, Galenus oſtendit. Quemadmodũ enim idem homo ſatis validus eſt vt à ſe proiiciat onus aliquod, tamen vt tota die geſtet nequaquam: ita internis quoq; inſtrumentis faciliùs eſt vt à ſe repellant quod moleſtum eſt, quàm vt multo tempore retineãt. Atque hactenus ſimpliciter quo pacto facultates ſeſe habeant in pueris Galenus expoſuit. Nunc eoſdem cum iuuenibus ſeu ætate vigentibus cõfert, inquiẽs. Pueri alteratricem, hoc eſt, concoctricem & aſsimilatricem facultatem, iis qui ætate vigẽt valentiorem habent, quòd ſcilicet calori in iis iuncta ſit humiditas. Tractricem autem facultatem iuuenibus imbecilliorem obtinent. Tractio enim plurimùm & vehementem motum, qui ſecundum locum dicitur, requirit, quo ſanè pueri, propter nimiũ humorem, & mollitiem deſtituuntur, iuuenes autem contrà, quia ſicciores, eo dein ſunt præditi. Vtcunq; verò imbecillior ſit in pueris tractio, quàm in iuuenibus, tamẽ quòd ad puerorũ vſum attinet in nullo deficit. Reliquas autem duas, retentricem ſcilicet & expultricem facultates, iuuenibus itidem imbecilliores habent. Tamen expultricis imcillitas, propter ſuæ actionis breuitatem, non ita facilè deprehenditur, & animaduertitur. Nam pueri crebriùs & vomunt, & deiiciunt per aluum, quàm iuuenes, ideoque ab imperitis iudicantur habere facultatem expultricem admodum robuſtam. Tamen

In pueris quæ facultates optimę.

Appoſitio. πρόθεσις.

Adhæſio.

2. gener. cap. 4.

Cur pueri illud quod eos moleſtat celeriter excernant.

Simile.

Puerorũ cum iuuenibus collatio

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 379 sur 637

©BIUM

Cur pueri per breuia interualla & vomunt, & deiiciunt?

quòd ita per breuia interualla, & vomunt, & deiiciunt, hoc non accidit propter expultricis facultatis robur, ſed retentricis imbecillitatem, quæ, vt dictum eſt, id quod graue eſt, ac moleſtum, diu retinere nequit. Cæterùm quòd ad ad conſiſtentiam alimenti attinet, pueri in ventriculo quæcunque humida ſunt & mollia, eò quòd corpori illorũ familiaria ſint, perinde atque ætate florentes concoquunt. Quæ autem durâ ſunt, vtpote ipſis non familiaria, deteriùs quàm iuuenes conficiunt. Quod Galenus iis verbis ſignificare voluit. Pueris enim magis ad vaporis naturã, hoc eſt, humidius (vapor enim, Ariſtotele teſte, non eſt niſi aquę ſecretio) calor declinat, florentibus autem ætate ad ſicciùs. Qua de re copioſiùs libro ſecundo, de temperamentis, capite tertio: & ſectione prima aphoriſ. commentario decimoquarto, Galenus tractat, vt nihil opus ſit eam hîc prolixiùs tractare. Breuiter tamen id dixiſſe ſufficiat. Puerorum calorem qualitate vaporoſum eſſe, multum, ac ſuauem. Aetate autem florẽtium exiguum, ſiccum, moleſtũ, & tangenti triſtem. Quum igitur conſtet puerorum corpora eſſe humida, iuuenũ verò ſicca, illa humidioribus, hæc verò ſiccioribus egent alimentis. Quippe ætas quum ſit ex eorum numero quæ nobis naturâ inſunt, vt libro octauo, therapeuticæ methodi, capite nono atteſtatur Galenus, ſimilem planè ſibi victum poſtulat. Hinc eſt quòd ſectione prima, aphoriſ. 16. Hippocrates ita ſcriptum reliquerit. Victus humidus maximè pueris confert, & aliis qui tali victu vti conſueuerunt. Sed animaduertendũ hoc loco erit, Galenum non temerè dixiſſe, humidioribus egent alimentis. Si enim non eſt conſilium nutrire, ſed alterare, tum contraria potiùs exhibenda erunt. Quod luculenter admodum libro ſexto, de tuenda ſanitate, capite tertio, Galenus in eũ ſcribens modum, oſtendit. Porrò alimenti ſpecies, ſi quis horum temperamentum vertere in melius ſtudet, contrarij temperamenti eſſe debet. Senſim verò id fiet citra noxã, ſi & præſit medicus, & qui ita curatur ſit à negotiis liber, vt omnia ſuo tempore peragat. Nam qui in rebus ciuilibus verſatur, & multis negotiis diſtringitur, huic tutiùs eſt, vt nec tẽtet ſuum temperamentum mutare, ſed accommoda ſibi nutrimenta ſumat. Porrò apta ſunt humidis quidem humida, & ſiccis ſicca. Nutritio enim fit, quum is qui nutrit cibus, corpori quod alit, aſſimilatur. Citiùs autem aſſimilantur ſicca ſiccis, & humida humidis. Et paulò pòſt. Si ſeruare temperamentum ſtudes humidis naturis, humectãs cibus maximè quadrat. Siccis verò, is qui ſiccat. Sin alterare placet, contrarius. Hæc ille. Proin quum ſeruare temperamentum conſilium eſt, ſimilia: ſin mutare, cõtraria exhibenda alimenta erunt. Quod Galenus capite octuageſimoſexto, artis medicæ iis confirmat verbis. Similia ſimilibus afferenda, ſiquidem propoſitum eſt in eodẽ in quo accepit, medicus corporis ſeruare temperaturam voluerit. Calidiora nanque corpora, calidioris victus rationem expoſcunt. Frigidiora verò frigidioris, & ſicciora ſiccioris, & humidiora humidioris. Quòd ſi permutare, atque ad melius mutare ſtatuerit, contrarium faciendum. Hæc diſtinctio diligenter notanda venit, vt ſciamus cur Galenus intemperatis corporibus, nondum tamen ęgrotantibus, nunc ſimilia, nunc contraria exhibenda docuerit. Senes autem ad omnes propemodum actiones corpus malè cõparatum habent, quòd inter omnes ætates ſiccius ſit, & ſolum frigidum. Nam etſi iuuenes etiam ſicci ſunt, ſenes tamen iis multò ſicciores eſſe conſtat. Quantò enim propiùs ad ſenectutem accedit corpus, tantò etiam quotidie ſiccius euadit, vt copioſè libro primo, de tuenda ſanitate Galenus oſtendit. Inter omnes autẽ ætates ſola ſenectus frigida eſt. Reliquæ autẽm quæ antecedunt ætates in vniuerſum omnes calidæ ſunt, vt alibi fuſiùs docuimus. Senes igitur, neque probè concoquunt, propterea quòd calore deſtituuntur, neque nutriuntur, propter ſiccitatem, quæ ægrè id quod eſt alteratum in ſe recipit, & alteratricis facultatis imbecillitatem. Humiditatem autem, & facultatis alteratricis robur ad nutritionem requiri, ſuprà eſt oſtenſum. Diſtributio præterea in ſenibus tarda, vel vt alij codices legunt βραχεία, id eſt, pauca, & imbecilla, quòd venæ in illis propter frigiditatẽ veluti torpeant. Expulſiones autem imbecillæ, quę breuibus in-

1. meteor. cap. 4.

Puerorum calor. Aetate florẽtium. Quãdo itẽperatis corporibus ſimilia, & quãdo cõtraria exhibẽda.

Inter omnes ætates ſola ſenectus frigida.

interuallis fiunt expultricis facultatis imbecillitatem non produnt ſiue detegunt, ſed potiùs retentricis, vt quæ id quod moleſtum eſt, diu retinere nequeat. Quæ verò longiori ſpatio fiunt in ſenibus expulſiones, hæ imbecilliter ac malè in illis perficiũtur, adeoque manifeſtè expultricis imbecillitatem indicant.

Cæterùm ad practicas actiones durum & calidum inſtrumentum, magis idoneum eſt. Humidum verò & frigidum magis imbecillum. Reliquæ duæ coniugationes, inter has medium locum obtinent. In ætatibus quidem humidum & frigidum corpus haud inuenies. Senum enim corpus frigidum & ſiccum eſſe demonſtratum eſt. In prauis autem temperamentis, tum quæ ſecũdum propriam naturã vniuſcuiuſcunq; ſunt, tũ quæ in acquiſitis affectibus fiunt, inuenies. Veluti, exempli cauſa, phrenitis calidus & ſiccus eſt morbus, ideoque in actionibus practicis robuſtiſſimus eſt. Lethargus autem imbecillus, vt qui particulas largo frigidoque humore irrigat. Atque huiuſmodi eſt quædã aquæ inter cutem ſpecies, maximè ea quæ leucophlegmatia, & Anaſarca nominatur. Vbique autem frigidum imbecillius & torpidum eſt, ſiue cum ſiccitate coniunctum ſit, ſiue cum humiditate. Ad eundem modum inter naturales facultates, retentrix in aridioribus & calidioribus inſtrumentis robuſtior eſt, in humidioribus verò & frigidioribus, ſiue à prima ſtatim generatione talia ſunt, ſiue aliter acquiſita, imbecillior. Porrò in ſingulis particulis animaduertere oportet quantitatem immoderationis, ſicut verbi gratia, neruos, tendones, muſculos, & ligamenta, quantò ſunt ſicciora, tantò etiã valentiora eſſe neceſſe eſt, niſi adeò exceſſerint moderationem, vt propter duritiẽ vix flexibilia fiant, & propter ſiccitatem veluti friabilia: cõuulſionibus enim ita corripiũtur. Contrà naturalia inſtrumenta quo ſunt humidiora, eo ſunt ad nutritionem magis idonea, etiam ſi temperamento ſummè humida ſint. Ad concoctiones verò nec ſeipſis meliora, nec ſiccioribus, modò ſimiliter ſint calida: niſi ſiccum alimentum, ſicco & ſqualenti inſtrumento, largo humore nõ admiſto, exhibueris. Ad diſtributiones verò alimenti, & ad excretiones, corpora admodũ dura, ſunt inepta, quòd haud facilè vel dilatantur, vel contrahuntur, quorum alterum attractionem, alterum excretionẽ efficit. Vt autẽ ad paucos reſpiciat quis ſcopos, ſummatim rem totam diſtinguam. Calor auctus abundè alterat, niſi ad tantam vehementiam perueniat, vt iam colliquet: tum enim primùm omnino inutilis eſt. Frigus nulli actioni vtile eſt. Siccitas ad robur, & firmitudinem confert, niſi adeò fuerit aucta, vt difficulter mobilia, & friabilia efficiat. Humiditas ad nutritionẽ aptiſſima eſt, ad alias verò actiones maximè contraria, auctione tamen excepta, ad quam magis vtique quàm ad nutritionem vtilis eſt, vtpote ijs quæ promptè augebuntur requirentibus, vt vndiquaque extendantur ac dilatentur.

In ætatibus humidum & frigidum corpus haud inuenitur.

Epilogus.

COMMENTARIVS.

Quod hactenus ætatum exemplo de facultatibus docuit Galenus, idipſum etiam pranorum temperamentorum exemplis nunc demonſtrare pergit, inquiens, Calidum & ſiccum inſtrumentum ad practicas actiones eſſe idoneum. Frigidum contrà & humidum minùs aptum. Reliquæ autem duæ coniugationes, hoc eſt, calidum & humidum, frigidum & ſiccum inſtrumentum, inter ambas iam dictas inſtrumentorum intempe-

©BIUM

ries,medium obtinét locum. Nam calidum & humidum ad alteratrices eſt idoneum. Frigidũ autẽ & ſiccũ,ad nullas prorſus eſt aptũ actiones.Cæterùm ſi ætates ſpectes,nullũ planè corpus frigidũ & humidũ erit.Puerorũ enim corpus calidũ& humidũ,iuuenũ calidũ& ſiccũ, ſenũ verò frigidũ & ſiccum. Quòd autem in ætatibus non reperitur,id in prauis tẽperamentis,ſiue ſint naturalia,ſiue acquiſiticia,inuenitur. Sunt enim qui ſtatim in prima formatione frigidum & humidum ſortiuntur temperamentum.Sunt etiam qui idipſum ſubinde atque in lucem editi ſunt nanciſcuntur, quales ſunt qui lethargo corripiuntur: is enim largo frigidoque humore irrigat cerebri partes. Tales etiam ſunt qui anaſarca vocata,& leucophlegmatia laborant. In calidis autem & ſiccis morbis practicæ actiones animales,hoc eſt voluntariæ actiones ſunt robuſtiſsimę.Siquidem qui phrenitide,morbo quidem calido & ſicco, laborant, ij certè vigilant, exiliunt,exurgunt,& ſine ordine ſe mouent. Vt hinc etiam omnibus perſpicuũ ſit, practicas actiones eſſe duplices,practicas nimirum animales,quę non ſunt,vt dictum eſt,niſi alio nomine vocatæ voluntariæ,ſeu motrices,& practicas naturales, quæ ſunt attractio,retentio,diſtributio,& excretio.Practicę itaque animales in phreneticis ſunt robuſtæ,practicę autem naturales,contrà imbecillæ.Porrò frigidum,ſiue cum ſiccitate, ſiue cum humiditate coniunctum ſit,imbecillum ſanè eſt,& torporiferũ.Quapropter neque ad naturales, neque ad animales practicas actiones idoneum eſt. Ad eas enim omnes motus localis neceſſarius eſt,quem à frigore impediri conſtat. Quòd verò retentrix facultas in ſiccioribus & calidioribus inſtrumentis robuſtior, & contrà in humidioribus & frigidioribus imbecillior ſit,ſatis ex iis quæ dicta ſunt apparet.Porrô in ſingulis particulis quæ ſunt actionum inſtrumenta,magnitudo immoderationis attẽdenda eſt.Quòd enim ad inſtrumenta animalia,adeoque motus voluntarij,attinet,vt ſunt muſculi,nerui,tendines,& ligamenta,quantò hæc ſunt ſicciora, tantò etiã ad ſuas obeundas actiones magis valida ſint neceſſe eſt,niſi ad eam vſq; ſiccitatem perueniãt, vt iam propter duritiem difficulter flectantur,& propter ſiccitatem fiant veluti friabilia,tum enim conuulſionibus tentantur,& iis quidem lętalibus. Naturalia cõtra inſtrumẽta quãtô ſunt humidiora, tãtô ad nutriendũ magis idonea, etiã ſi ſummè ſint humida,veluti in pueris eſſe conſtat.Hi enim vt libro ſecundo de temperamentis capite ſecundo,Galenus atteſtatur,in ſummo ſeu extremè humidi ſunt,nempe veluti mu ſcus:idque non in ſanguinis modò vaſis,& viſceribus,ac carne, ſed etiam ipſis oſsibus, quæ ſcilicet ſiccisſima ſunt omnium quæ in nobis ſunt partium. Verùm tum hæc,tum reliqua tota vnà cum iis membra quaſi cerea ſint,infantiũ nutrices fingunt,formãtq;. Tanta quum ſit in toto puerorum corpore humiditas,tamen illis,vt anteà etiam dictũ eſt,optima eſt tum concoctio,tum appoſitio,tum agglutinatio,tum nutritio. Ad cõcoctiones autem naturalia inſtrumenta humidiora, nec ſeipſis, id eſt, humidis, ſunt meliora, nec iis quæ ſunt ſicciora,modò ſimiliter ſint calida,vt in iuuenibus ſeu ætate florentibus.Hi enim ad concoctiones,perinde atque pueri, optimè ſeſe habent,neq; vlla eſt, quatenus ad hanc ipſam rem ſpectat, inter vtroſque differentia, niſi quòd pueri mollia, iuuenes verò duriora edulia magis concoquant. Atque id quidem veritati conſonum eſt,niſi omnino ſiccum alimentum ſicco & ſqualenti inſtrumento,largo humore non admiſto,exhibeatur.Quippe neceſſe eſt aliquem extraneum humorẽ accedere qui calori obſequatur, & nimiam inſtrumenti ſiccitatem corrigat. Ad diſtributionem verò alimenti,& ſuperuacuorum excretiones, corpora admodũ dura ſunt inepta,eò quòd difficilè dilatẽtur,quòd tamen ad attractionem, ſine qua diſtributio fieri nequit,requiritur:& quòd non ita promptè contrahantur, quod tamen ad excretionem ſummè neceſſarium eſt.Poſt hæc Galenus epilogum omnium eorum quæ in hoc capite dicta ſunt breuem admodum ſubiicit. Hic quum per ſe ſatis perſpicuus ſit, prolixiori enarratione non eget.

In ætatibus nullũ corpus frigidum & humidum.

Practicę actiones duplices.
Animales.
Naturales.

Animalia inſtrumẽta quãtò ſunt ſicciora,tãtò ad obeũdas ſuas functiones ſunt validiora.

Naturalia cõtrà quãtò humidiora,tãtò ad nutriendum magis idonea.

Pueri extremè humidi.

Caput

CAPVT XI.

LIcebat quidem hoc loci finem huic operi imponere: neque enim, vt antea dictum est, quo omnia particulatim persequerer, sed vt studiosos in multis exemplis exercitarem, ad complures symptomatũ tum species, tum genera sermonem deduxi. Libri autẽ magnitudine adhuc permittente, dicemus aliquid & de iis quæ fuerunt prætermissa. Siue enim è naribus, siue auribus, siue palato, siue oculis, siue faucibus, siue vtero, siue ex reliquarum partium quacunque aliquid excernatur, eius tum quantitatem, tum qualitatem considerare, itemque excretionis modum ad iam dictas causas reducere oportet. Quippe omnia symptomata ex intemperie similarium, & instrumentaliũ morbis, insuper ex materiæ ipsius tum quantitate, tum qualitate prouenire, deprehendentur. Veluti, exempli causa, destillationis, & grauedinis causa est cerebrũ, in perfrigerationibus quidem vt pars similaris ad intemperiem reductum: similiter etiam in Solis ardoribus: vt instrumentalis autem, impletũ. Quale igitur diarrhœa in ventre per cruditatem malum fit, tale est in cerebro iam dictorum vtrunque. Destillationem verò nominamus, vbi ad os excrementum defluxerit. Grauedinem autem, quum ad nares. Raucitas verò in destillationibus fit, faucibus humore imbutis. Quòd si in gurgulionem fluxio decubuerit, aut staphylen, hoc est, vuam vocatam, in ea gignit, aut aliàs in tumorem ipsum attollit. At si in glandulis vtrinque sibi in fine oris ex aduerso positas, antiadas efficit. Si verò in partes illas proximas, paristhmia. Defertur etiam à capite in ventriculum, & in asperã arteriam, vtrisque mirificè nocens. Verùm huiusmodi fluxionum noxas, tum alij antè nos diligentiùs exposuerunt, & nos in medendi libris de ipsis copiosiùs dicemus. De ijs verò quæ ex pulmone, & thorace expuuntur, in libris de iudiciis disseruimus.

Omnium excretionũ tũ quãtitas tũ qualitas, tũ excretionis modus considerandus.

Destillatio.
Grauedo.
Raucitas.
Staphyle.

Antiades.
Paristhmia.

COMMENTARIVS.

Quum in hoc libro reliquum adhuc sit, vt vniuersum quem de excretionibus cap. huius libri octauo sermonẽ cepit Galenus nunc tandem absoluat, principiò tria in omnibus quæ excernuntur consideranda esse docet, nempe quantitatem, qualitatem, & modum excretionis, quòd ista ratione facilè omnes symptomatum causæ inueniãtur. Nam, vt Galeni exemplis vtamur, excretionis modum in destillatione & grauedine considerantes, facilè eius causas inueniemus. Vel enim ideò humor excernitur è cerebro, quia à frigore in vnum coacto, & compresso quodammodo capite, expressa materia inutilis ad loca capite inferiora descendit. Frigus enim veluti manus quædã extrinseca capiens, ac premens, quãdam vti spõgiam cerebrum, exprimit illã quæ in ipso continetur humiditatem. Modus itaque ille excretionis, à frigida fit intemperie, atque tum cerebrum vt pars similaris laborat. Si autem ideò à capite destillat humor, quòd à Solis ardore humores in cerebro fundantur, & eliquentur: à calida intemperie is excretionis modus natus est. Atque tum similiter cerebrum vt pars similaris laborat. Vbiverò excernitur à capite humor quia cerebrum impletum est &, plenitudine affectum, tum vt pars instrumentalis laborat, quemadmodum ex iis quæ in præcedentibus libris dicta sunt patet. Vtrunque autem malum nũc commemoratum simile est diarrhœæ. Vt enim diarrhœa, id est, alui profluuium, nascitur ob ventris cruditatem, ita destilla-

Tria in omnibus excretionibus considerandã.

Destillationis mala diarrhœæ similia sunt.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 383 sur 637

©BIUM

tiones & grauedines ex capite, eò quòd cerebrum minùs rectè concoquit, proueniũt. Habent autem quæ ex capite defluunt certas quaſdam appellationes. Nam quod ex capite in os defluit excremẽtum, κατάῤῥους Græcis, Latinis deſtillatio nominatur. Quod verò ad nares defluit, κόρυζα Græcis, grauedo Latinis dicitur. Vbi autem ob deſtillationes fauces humore imbuuntur, βράγχος Græcis, raucitas Latinis nominatur, quemadmodum alibi fuſiùs docuimus, præſertim ſectione ſecunda aphoriſm. cõmentario triceſimonono. Quòd ſi in columellã fluxio deriuetur, malũ parit, quod Græcis σταφυλὴ, Latinis vua appellatur, aut aliàs in tumorem ipſam attollit. Eſt autem σταφυλὴ, vt libro ſexto de compo. medica. localium capite tertio, atteſtatur Galenus, malum, in quo tota columella laxata, extrema ſui parte maior eſt, ſupernaverò tenuis, in ſimilitudinem acini vuæ, vnde nomen ſumpſit. At ſi fluxio in glandulas, quæ in fine oris vtrinque ex aduerſo poſitæ ſunt, decumbit, malum efficit, quod Græci ἀντιάδας vocant. Glandulas autem has Latini Tonſillas, barbari amygdalas nuncupant. Si in partes illi proximas, hoc eſt, iſthmum appellatum, id eſt, partes quæ os & gulam interiacent, fluxio ferat, παρίδημα malum procreant, vt copioſè admodum libro ſecundo de meden. morbis capite tertio diximus. Cætera patent. Locus autem quem in fine citat eſt in libro primo de iudiciis, capite quinto, & decimooctauo.

Deſtillatio. Grauedo. Raucitas. σταφυλὴ. ἀντιάδες. Iſthmus. παρίδημα.

Sed nec quæ ad menſium ſuppreſsionem, nec deprauatam omnium quæ ex vtero manant expulſionem pertinent, difficilè fuerit inuenire, ſi ad ſimiles ſcopos retuleris. Aut enim vteri ipſius corpus quum denſum & durum fuerit, ſuppreſsionis cauſa erit, tale ſcilicet naturâ factum, vt omnino nunquam purgetur, niſi quis ipſum medicamentis, longoque tempore ad meliorem habitum transferat: aut tractu temporis per illum affectum, qui vtique crebrò vteros occupauerit, Venarum etiam anguſtia protinùs ob initio connaſcitur, muliere illic malè formata. Huic proportione reſpondet ea quæ ex iis quæ circumiacent vaſis fit compreſsio, quum videlicet corpus immodicè craſſum euadet. Vteri verò intemperies, & natura, & per affectus quoſdam fit, quemadmodum & denſitas. Detinentur nonnunquã etiam menſes ob materiam ipſam, quando id quod vacuatur vel craſſum, vel glutinoſum fuerit. Quinetiam ſi ipſum quidem vtile fuerit, obſtructio verò quæpiam in vaſis quæ ad vterum peruenunt, ex huiuſmodi humoribus priùs facta eſt, ſic quoque menſes ſupprimentur. Sed & totius corporis culpâ, interdum mulier nihil prorſus purgabitur, interdum parciùs, aut plus, aut deprauatè. Nihil omnino purgabitur, ob multas exercitationes, & tenuem victum, & humorum ad alias partes inclinationem. Propter hæc ipſa verò, quum mediocria ſunt, minùs quàm pro naturali conſuetudine purgabitur. Plus autem propter diuturnum otium, & liberaliorem victũ. Cæterùm deprauatæ per vterum fluxiones, vocatur verò id ſymptoma fluxus muliebris, expurgato per hanc partem vniuerſo corpore fiunt. Eſt autem perpetuò id quod vacuatur ſpecie tale, quale eſt id quod in animante redundat. Rubrum quidem ſanguinis ſanies, alterum autem album, à pituita fit. Pallidum verò biliоſum. Aquoſum autem ſeroſum. Præter hæc deprauata ex vtero fit vacuatio, propter malum aliquod in ipſo factum. Præter has autem & huiuſmodi menſium ſuppreſsio, in qua neq; propter ſanguinis penuriam, vt in pluribus exercitiis dictum eſt, & tenui victu, neque propter malum quod in vtero factum eſt,

Suppreſsionis menſiũ, & deprauatè manãtium cauſæ. Fluxus muliebris

eſt,ſed propter robuſtas vires ſanguine ad alias partes irruente, purgationes per vterum detinentur. Verùm,vt paulò antè dixi, haud difficilè arbitror, ſingulos in iis commentariis verſatos,quum in multis iam ſint excercitati, huiuſmodi per ſeipſos inuenturos. Quippe quòd & propter vteri proprios morbos, tum qui in cornibus conſiſtunt,tum qui in ceruice,tum etiam qui in tota amplitudine,aliquãdo quidem vel plura quàm priùs,vel pauciora ferantur menſtrua, aliquando verò prorſus non,vel deprauata,omnino eſt manifeſtum. Sub huius quoque loci genere in ſermonis diuiſione fœminæ,quarum vterus peruius non eſt,cõprehendũtur.

COMMENTARIVS.

Pari methodo qua reliquorum ſymptomatum & excretionum, nunc quoque ſuppreſſorum menſium,& deprauatè promanantium cauſas exponit Galenus, easque vel in vteri,aut menſtrui ſanguinis,aut totius corporis vitium reiicit. Quòd ad primum attinet,nempe vteri vitium,ſupprimuntur quidem menſes,vbi ipſius vteri corpus dẽſum,& durum fuerit.Quùm enim denſitas frigiditatis comes ſit, quid mirum contracto ac denſato iam à frigore vtero non promanare menſes?Itidem de duritia, quæ ſiccitatem comitatur,ſentiendum.Nam & hæc ipſa vteri vaſa conſtipat & anguſtat, atque adeò menſium expurgationem impedit. Vtraq; igitur, tam denſitas ſcilicet quàm duritia,ſiue à natura,hoc eſt,in prima quæ in vtero facta eſt formatione,ſiue dein tractu temporis,& poſtquàm in lucem editæ ſunt mulieres, per illum affectum qui crebrò vterum occupat, & denſitatem ac duritiem efficit, in vtero contracta fuerit, cur omnino non purgetur,niſi quis vterum per medicamenta,aut longo tempore ad meliorem habitum tranſtulerit,in cauſa ſunt. Altera ſuppreſsionis menſium cauſa eſt venarum vteri anguſtia,illi protinus ab initio cõnata. Tertia,eſt compreſsio corporum quæ vaſis circumiacent,quæ tum accidit,vbi corpus craſſum euadit.Quarta cauſa ſuppreſsionis menſium,eſt intemperies tum naturalis, tum aduenticia. Atque hactenus vteri vitia recenſuimus. Menſtrui autem ſanguinis,ſeu materię ipſius ex vtero emanãtis vitio & occaſione menſes ſupprimuntur,primò,eò quôd craſsior ac glutinoſior eſt, adeoque venas per quas illi tranſeundum eſt, obſtruit. Secundò quando ſanguis qui vacuatur vtilis eſt,tamen obſtructio in vaſis quæ ad vterum perueniunt anteà ex craſſis & lentis humoribus facta,impedit ne promanare commodè poſsit.Sed & totius corporis vitio menſes quatuor de cauſis detinentur. Primò, quia interdum prorſus non purgatur per menſes mulier.Secundò,quia parciùs quàm conueniat. Tertiò,quia plus quàm oportet.Quartò quia deprauatè purgatur. Nihil autem prorſus purgatur, propter tres cauſas,nempe multas exercitationes, quæ quicquid eſt excrementi in muliebri corpore abſumũt,& tenuem victus ratio nem,quę parum,aut nihil excremẽti procreat:& humorum ad alias partes inclinationem,veluti ſi ad nares inclinent excremẽta.Hinc eſt hoc Hippocraticum. Menſtruis deficientibus ſanguis ex naribus fluens bonum.Quod ſi verò tria hæc mediocria ſunt,minùs quàm natura conſueuit,purgabitur mulier.Hactenus ſuppreſſorum menſium cauſas expoſuit Galenus.Porrò deprauata per vterum fluxio,fit quandoquidem totum corpus per eũ purgatur. Vocaturq; ſymptoma Græcis ἔκρυσις γυναικεία, Latinis muliebris fluxio. Quia igitur ſymptoma eſt, vt hoc loco Galenus affirmat,ideò à menſtrua purgatione diſtat, vt quæ mulieribus ſecundũ naturam ſe habentibus accidat,atq; adeò ſymptoma,id eſt affectus præter naturam nõ eſt Siquidẽ ſymptoma generatim vt cap.1.de ſympto.diffe.dictũ eſt,quicquid animãti præter naturã accidit,appellatur. Non erit itaque menſtrua purgatio ſymptoma, ſed potiùs accidens,quòd Græcis,vt libro primo,therap.methodi,capite vltimo,atteſtatur idem Galenus, συμβεβηκὸς propriè vocatur. Ambarum autem iam dictarum purgationum diſcrimen Actius libro 16, cap.65.in eum ſcribẽs modũ diſertè innuit. Fluxus

Denſitas & duricies vteri.

Venarũ vteri anguſtia.

Compreſsio corporum quę vaſis circũiacent.

Menſtrui ſanguinis vitium.

Totius corporis vitium.

5.aphor.

Deprauata per vterum fluxio.

ἔκρυσις γυναικεῖος.

Fluxus muliebris vt à menſtruis diſtat.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 385 sur 637

muliebris eſt vteri deſtillatio diuturna,à ſanguinis eruptione differens,eò quòd in illa ſincerus emanat.Hîc verò,fluxus deprauatus apparet.Cęterùm quod in fluxu muliebri vacuatur,perpetuò ſpecie tale eſt,quale eſt id quod in animante redundat.Si enim rubrum fuerit,ſanguinis ſanies in corpore animantis redũdat.Sin albũ,pituitæ.Quod ſi pallidum,bilis.Si verò aquoſum,ſeroſa in animante redundare excrementa certum eſt.Quid autem ſit ſanies,alibi,nępe lib.6.Epide.ſect.2.cõm.25.expoſitũ eſt.Animaduertendum autem hunc locum in Græco Aldino codice eſſe deprauatum. Ibidem enim ita legitur.ὠχρὸν δὲ τ' ἄλλο,πικρόχολον δὲ ἄλλο,quum ad eũ potiùs modum legendum eſſet. ὠχρὸν δὲ ἄλλο,τὸ πικρόχολον.ἄλλο δὲ ὑδατῶδες. Id quod in primis cõfirmãt ea quæ lib. 6.de labrant.loc.cap.5.in hunc ſcribuntur modum: ἔστιν δὲ τὸ κενούμενον ἐνίοτε μὲν ἐρυθρὸς ἰχὼρ.ἔστιν ὅτε δὲ ὑδατώδης,ἢ ὑποχρὸς. Clariùs verò Paulus lib.3.capit.ſexageſimotertio,qui vniuerſum hunc Galeni locum in ſua tranſtulit,ita ſcribens.τὸ μὲν ἐρυθρὸν,οἷον ἰχὼρ αἵματος.ἕτερον δὲ λευκὸν,ἀπὸ φλέγματος.ὠχρὸν δὲ ἄλλο,τὸ πικρόχολον.ἄλλο δὲ ὑδατῶδες.Præterea Aëtius loco paulò antè citato,vbi ait.Hic fluxus interdum ruber eſt,veluti ſanguinis ſanies.Interdum albus,à pituitoſo videlicet ſanguine. Interdũ pallidus,vbi bilis amara redundat.Interdum aquoſus, à ſeroſorum humorum excremento.Quare poſt ὑδατώδες in Paulo videtur eſſe adiiciendum,τὸ ὀρῶδες. Præteriã dicta,deprauata vteri vacuatio fit,propter pathema aliquod in eo natum,ſiue eryſipelas,aut id genus aliud fuerit.Nonnunquam etiam propter robuſtas vires ſanguinẽ ad alias corporis partes quàm vterum detrudentes. Reliqua nota ſunt quæ de propriis vteri morbis affert Galenus,quorum aliqui in cornibus conſiſtunt, aliqui in ceruice, & nonnulli in ampla vteri capacitate.Cornua verò eſſe ſuperiores vteri partes,quę vtrobique veluti in duos obtuſos deſinunt angulos, qui enaſcentibus iam boum cornibus aſsimilantur ex anatome abundè conſtat.Propter iam dictos proprios vteri morbos, menſes prorſus non emanant,vbi hæc loca obſtructa fuerint.Plura verò,quum laxiora,deprauata,quado qualitate praua affecta ſunt.Sub huius loci,ſeu partis,hoc eſt, vteri,genere,in ſermonis diuiſione etiam è quibus vterus imperforatus eſt deprehendũtur. ἄτρητοι nanque,quarum hîc Galenus meminit, dicuntur mulieres, quibus vterus concretus & imperforatus eſt,idque natura,vel morbo . De quibus plura Aëtius libro decimoſexto,capite nonageſimooctauo.Copus ἀτρήτους impropriè ſteriles conuertit.

Locus in Aldino codice reſtitutꝰ.

Cornua vteri.

ἄτρητοι.

Copi error.

Priapiſmus.

Gonorrhœa.

Similiter & qui priapiſmus nominatur,tumor & inflatio inuoluntaria maſculini pudendi exiſtens,ſymptoma eſt à flatuoſo ſpiritu natum . Quinetiam gonorrhœa,quæ abſque pudendi tenſione eſt, ex imbecillitate retentricis facultatis quæ in ſeminariis vaſis eſt,prouenit.Si verò intento pudendo acciderit, conuulſioni quid ſimile patiũtur.Non eſt igitur quòd de eiuſmodi ampliùs diſſeramus, ſed tranſeuntes ad reliquum genus ſymptomatum,quod nec ipſum quidem multo ſermone indiget,propter ea quæ iam de ſuccedentibus ſibiinuicem ſymptomatis dicta ſunt iam opus hoc loco finiemus.

COMMENTAR.

Priapiſmus.

Gonorrhœa?

Priapiſmi & gonorrhœæ cauſas hoc loco non temerè exponit.Priapiſmus enim colis ſeu pudendi maſculini & in longitudine,& latitudine,nullo ſtimulante ad libidiné aut deſiderio,aut acquiſititio calore , tenſio eſt. Gonorrhœa verò inuita ſeminis genitalis excretio exiſtit.Quum itaque primum malum ſit flatuum retentio,alterum verò ſeminis excretio,meritò hîc de iis Galenum verba feciſſe conſtat . Priapiſmi verò vna duntaxat eſt cauſa,nempe flatuoſus ſpiritus . Quippe penis duobus è corporibus intus ſpógię inſtar cauis efformatur,quę flatibus impleta tẽdũtur, & inſigniter turgẽt.

Gonor-

Gonorrhœa verò è duabus prodit cauſis. Vna eſt, retentricis facultatis ſeminalium vaſorum imbecillitas, quæ ſemen longo tempore retinere nequit. Atque tum ſemen citra pudendi tenſionem profluit. Altera eſt, prædictorum vaſorum veluti conuulſorius aliquis affectus, qui haud ſecus atque naturalis ipſa excretiora facultas ſeminalia vaſa mouere poteſt, quemadmodum fuſiùs libro ſexto de laborantibus locis, capite ſexto, Galenus monſtrat. Et quum de imbecillitate partium, & conuulſione in prioribus libris abundè dictum ſit, nō eſt cur de iis ampliùs ſit differēdum, ſed tranſeundū ad reliquum genus ſymptomatū, hoc eſt, ad ſymptomata, quæ corporis noſtri ſunt affectus. Quanquam de iis etiam cap. 4. lib. de ſympt. differ. dictū ſit, neq; hæc ipſa plurimo ſermone indigent. Gonorrhœę duæ cauſæ.

CAPVT XII.

COlores igitur mutabuntur, vt ſummatim dicam, ob humores qui à naturali ſua ſpecie aberrant, aut in profundum ſubeunt, aut cutē veluti alluūt. Particulatim verò propter cauſas quæ humores ad huiuſmodi tum motus, tum affectus peruenire impellunt. Sunt porrò hæ animi perturbationes, & aëris nos ambientis in calorem & frigus permutationes, & ipſius corporis, quod vel calidiorem, vel frigidiorem, vel parciorem, vel vberiorē, vel foras protruſum vel intrò retractū ſanguinē obtinet, affectus. Huius quoq; generis eſt omnis vitioſus ſuccus, qui ſua ſpecie vniuerſi corporis colorem alterat, vt in ictero, aqua inter cutem, elephantia, & lienis iecoriſque imbecillitatibus. Proportione autem & in qualibet parte colores vitioſi conſiſtunt. Figuræ verò naturales mutabuntur, particulis vel immodicè repletis, vel vacuatis, vel propriis ſedibus trāſlatis, vel conuulſis. Cauſæ autem ſingulorum plures ſunt, quas etiam inuenire haud difficilè eſt ei, qui priora non oſcitanter perlegit. Eodem modo nec graueolentiæ, aut mollitiei, aut durtiei, aut aliorum quæ iis proportione reſpōdent, cauſas inuenire eſt operoſum ei, qui prædictis fundamentis nititur. Quinimò iam dictæ à me ſunt in fine libri qui de ſymptomatum differentiis inſcriptus eſt. Quare non oportet de iis producere ſermonem. Vitiliū affectuū cauſæ.

COMMENTARIVS.

Symptomatū quæ corporis noſtri affectus ſunt viſiles, cauſas principe huius poſtremi capitis loco Galenus exponit. Siquidem colores corporis tribus de cauſis mutātur. Primò, quādo à ſua narurali ſpecie humores declināt. Humores aūt quoſdā naturales, quoſdā verò nō naturales eſſe in cōpendio noſtro medicinę abūdè mōſtratū eſt. Quū igitur à naturali ſpecie recedūt, vnà cū ſpecie, colores etiā mutant, quòd flauæ bilis exemplo oībus liquet. Hęc enim flaua aut pallida quū ſit, naturalē ſuā ſpeciē obtinens, ſi in nō naturalē trāſit, vitelli oui, aut porri, aut eruginis, aut Iſatidis colorē accipit. Secū dò, quum humores in profundum ſubeunt. Sic in animi defectu, ſanguine ad profunda corporis ſubeunte, vniuerſi corporis color immutatur. Tertiò quādo cutem veluti alluunt, tum enim eorundem quoque colorem cutis accipit. Id quod in vitiliginum ſpeciebus maximè apparet, in quibus cutis vel candida, vel nigra fit. Atque hæ ſanè gerales ſunt mutationis coloris cauſæ. Particulatim autem huius mutationis cauſæ ſunt, quæcunque humores ad huiuſmodi tum motus, tum affectus impellunt. Hæ verò ſunt animi perturbationes, de quibus multa capite quinto libri ſecundi de ſymptomatum cauſis diximus, item aeris in calorem & frigus permutationes, & corporis affectus, cui ſanè corpori vel calidior, vel frigidior, vel parcior, vel copioſior, vel foràs protruſus, vel intrò retractꝰ ſanguis eſt. Id qđ clariùs tamē, li. 4. de tuē. ſani. ca. 3. docet, Colores tribus de cauſis mutantur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 387 sur 637

» vbi ita ſcriptum reliquit. Siquidem color ab humore prouenit, ſolidis animalis parti-
» tibus, vtique quum ſe humores in altum non receperunt. Accidit verò illis propter
» frigora, rigores, vel animi perturbationes: veluti timorem, vel ingentem triſtitiam, vel
» incipientem verecundiam: quorum nullum ſi adſit, nunquàm ſe in altum recipient
» humores. Aequè nec in cutem violentiùs irruentes, hanc adurẽt vnquam, niſi animus
» aliquo modo affectus ſit, aut æſtu immodico animal extrinſecùs obſeſſum. Ergo vehe-
» menter commotis, aut iratis, aut in pudore, veluti reciprocantibus ſe humoribus, inſpi
» cere coloré non oportet. At ſi nec ambiẽtis violentia calidi, frigidive, nec vlius animi
» affectus ſubſit, certiſsima animalis humoris cognitio ex colore datur. Hactenus Gale-
ni verba retulimus, nõ aliã ob cauſam, quam quòd præſenti loco plurimùm afferãt lu-
cis. Huius ſanè generis eſt vitioſus humor, κακοχυμίαν Græci nominãt, nã & is vniuerſi
corporis coloré pro ſua ſpecie alterat. Si enim eſt cacochymia bilioſa, vt in ictero, v-
niuerſus corporis color auriginoſus redditur. Si verò eſt pituitoſa, vt in anaſarca, & leu
cophlegmatia, totius corporis color albus fit. Quòd ſi melãcholica fuerit, vt in elephã
tia, niger efficitur. Sic per imbecillitates iecoris, fit ad pallidius coloris mutatio, quem-
admodũ per lienis, ad nigrius. Sic in qualibet corporis parte colores proportione to-
tius corporis cõſiſtunt. Si enim bilis ad vnam aliquam partẽ cõfluit, color eius palli-
dus euadet. Sic de reliquis iudicandum humoribus erit. Cęterùm figurę naturales mu
tabuntur quatuor potiſsimùm modis, nempe particulis immodicè impletis, vel vacua-
tis, vel à propria ſede motis, vel conuulſis, quemadmodum capite ſeptimo libri de mor
borum cauſis eſt copioſiſsimè expoſitum, vt non ſit opus hoc loco de iis pluribus diſ-
ſerere. Cauſas etiam omnium quæ iam dicta ſunt, & aliorum quoque quæ affectus no-
ſtri corporis ſunt ſymptomatum, olfactilium ſcilicet, guſtatiliũ, & tactilium, quòd illas
quiuis, modò ea quæ præcedunt non oſcitanter perlegerit, inuenire poſsit; cõſulto o-
mittit, præſertim quum cap. quinto libri de ſymptomatũ cauſis abundè ſint expoſitæ.

Figurę naturales quatuor modis mutantur.

*Sed hoc loco operis de ſymptomatũ cauſis finis eſto, ſi vnũ adhuc ſolũ addide-
rimus, quòd in libro de ſymptomatũ differẽtiis demõſtrandum, in hunc locum di-
ſtulimus, nempe quæ ſymptomata ſeinuicem neceſſariò ſequantur, & quæ non
neceſſariò. Quod ipſum quoque mihi non videtur lõgo egere ſermone, ſed ſatis erit
vnico exemplo huius rei methodum oſtendere, multitudinem particularium abii-
ciendo. Conſiderato igitur num ab vna cauſa id quod fit, an à pluribus perficia-
tur? Si enim ab vna, neceſſariũ eſt vt efficienti ſuccedat. Atque hæc quidem me-
thodus in omni re communis eſt. Ad hunc verò modum de ſymptomatis quoque
tibi conſiderandum eſt. Si enim vnum ab vnico fiat, neceſſariò conſequitur. Sin
ad ſecũdi ſymptomatis generationẽ aliæ quædã cauſæ accedũt, ipſum nõ neceſſa-
riò ad primũ cõſequitur. Nõ enim ſi quis nihil cõcoxit, neceſſariò ſequitur inflatio,
ſicuti neq; mordicatio, neq; liquida, aut multa deiectio, neq; nauſea, aut inappetẽ
tia, aut appetẽtia intẽſa, aut ignauia ad actiones, aut mẽtis torpor, aut capitis gra
uitas, vel vigilia, vel cordis dolor. Multo verò magis neq; epilepſia, vel deliriũ vel
mentis emotio, vel coma quemadmodum neque mœſticia, neque alia quælibet, ne-
que multo magis melancholica: neque ſanè omnino coli, aut renum, aut lienis, aut
iecoris, aut thoracis, aut articulorum dolor: æquè vt neque inæqualitas, aut hor-
ror aut rigor, aut febris. Quanquam tum horum, tum reliquorum ferè om-
nium nullum eſt, quod non aliquando in iis qui nihil concoxerunt appareat.*

Quæ ſymptoma ta ſe neceſſariò ſequuntur.

Verùm

Verùm pro cruditatis magnitudine, & differentia, & hominis naturâ, præterea facili difficiliq; ſenſu, ac ſingularum corporis partium robore, vel imbecillitate, aliàs aliud ſymptoma gignetur. Magna enim cruditas, tum maiora, tum plura inducit ſymptomata. Minor verò contrà pauciora, minoraque. Quinetiam cruditatũ differentiæ, quæ quidẽ ad frigidũ, & pituitoſum ſunt cõuerſæ, alia poſſunt inferre ſymptomata. Quæ verò ad nidoroſum & calidum, alia. Sic & mordaces, aut non mordaces, & in halituoſum ſpiritũ ſolutæ ſunt, & non ſolutæ. Sed & hominis natura, vt dictũ eſt. vel cõfert, vel reluctatur ſymptomatũ generationi: vt exẽpli cauſa, quibus abtuſo ſenſu fuerit vẽtriculus, ij neq; vehemẽter mordẽtur, neq; dolent, neq; excernũt multa. Ad eundẽ verò modũ, neq; cordis dolore laborãt, neq; facilè caput dolẽt. Quibus verò facili ſenſu vẽtriculus præditus eſt, ijs oĩa prõptè ſequũtur, ſuperno principio ſymptomata immittẽte. Quid opus eſt verbis? ſingulis qui cruditate laborãt, ea pars potiſſimùm noxã ſentit, quæ maximè eſt imbecilla. Proinde dicẽdũ nõ eſt, ſymptoma vllũ neceſſariò ſequi crũditatẽ. At verò alimẽti in corpus diſtribuẽdi actionis ſiue priuatio, ſiue imbecillitas, atrophiam neceſſariò inducit: ſicuti etiam alteratricis in ſingulis particulis facultatis noxa. Præterea quæ in ſeparatione excremẽtorũ ſanguinis fit fruſtratio, quæ & ipſa ſeparatricis actionis eſt ſymptoma, neceſſariò praui coloris inducit ſymptomata: vocaturq; alterũ eorũ ictterus, quod verò melãcholico excremẽto ſuccedit, nomine caret. Simili modo in omni ſymptomatis genere, & quæ ſemper ſe inuicẽ ſequũtur inuenies, & quæ non ſemper. Ego verò prolixitati parcens, hîc libro finem imponam.

COMMENTAR.

Quod capite quarto libri de ſymptomatum differentiis eſt pollicitus, id in extremo huius capitis loco docet: nempe quæ ſit ſymptomatum ſeſe conſequentiũ ratio. Quippe quidam illorum ſe inuicem neceſſario ſequuntur, quædam non neceſſariò. Quòd verò neceſſariò, & quod non neceſſariò ſequatur, hac ſanè methodo, quæ in omni re communis eſt, deprehendemus. Conſiderandum num id quod fit ab vna duntaxat cauſa, an à pluribus perficiatur? Si itaque ſymptoma aliquod ab vnico tantùm fiat ſymptomate, neceſſariò illud ſequitur. Ab vnico autem tantùm fit, quando primum ſymptoma ita alterius quod ſequitur cauſa fuerit, vt à nullo alio fieri poſsit, adeoque illius vnica duntaxat cauſa fuerit. Si verò ad ſecundi ſymptomatis generationem aliæ quædam cauſæ accedunt, ipſum non neceſſariò id quod præcedit ſequitur. Quod vnico cruditatis exemplo Galenus pulchrè monſtrat. Nam etſi ad hanc nonnunquam inflatio, mordicatio, liquida, multaque deiectio, nauſea, & alia quæ hoc loco à Galeno recẽſentur (neq; enim omnia repetere opus eſt) ſequantur, vt dictum eſt loco paulò antè citato, tamen quia hæc ſymptomata ſæpe etiam citra cruditatem accidunt, ideò eam non neceſſariò ſequuntur. Cæterùm de inappetentiæ, mentis torporis, vigiliæ, cordis doloris, emotioniſque mentis cauſis, dictum abundè eſt capite ſeptimo libri primi de ſymptomatum cauſis. De inæqualitatis, horroris, & rigoris, capite ſecundo libri ſecundi de ſymptomatum cauſis verba fecimus. Porrò mentis emotionem, vt hoc etiam obiter moneamus, diximus, quàm Galenus & alij Græci ἔκτασιν appellãt, vbi ſcilicet ex repẽtino aliquo pauore aut admiratione quadã ſubita, mẽs quaſi rapitur, & loco mouetur, ac capitur. Hîc qui ad inſperatũ ſubitũq; amici cõſpectũ mẽte veluti ca-

Quæ ſit ſymptomatũ ſeſe conſequentium ratio.

Mentis emotio. ἔκτασις.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 389 sur 637

©BIUM

piũtur ἐκσατικοὶ nominãtur. Germani cõmodiſsima apellatione ita affectos verhuckt, quaſi mẽtis emotione laborãtes vocãt. Cur autẽ prædicta ſymptomata cruditatẽ nõ neceſſariò ſequantur, Galenus hanc rationem ſubiungit. Cruditatis magnitudo, & differentia, tum hominis natura, item acutus, vel obtuſus ſenſus, & alia quæ in contextu recenſet, efficiunt, vt aliàs aliud cruditatem ſequatur ſymptoma. Quippe magna cruditas, maiora & plura inducit ſymptomata. Minor, contrà minora, ac pauciora. Præterea à frigidam & acidam alia, ad nidoroſam & calidam cruditatem, vt capite primo huius libri monſtratum eſt, alia ſequuntur ſymptomata. Sic mordaces, hoc eſt, mordicationem in ventriculo excitantes, vel non mordaces, & in vaporoſum ſpiritum, ſiue flatum ſolutæ, & non ſolutæ cruditates, alia atque alia ſymptomata inducunt. Hominis quoque natura vel confert, vel repugnat ſymptomatum generationi. Quibus enim naturâ ventriculus obtuſo ac hebeti ſenſu preditus fuerit, ij propter ſenſus hebetudinem ab excrementis neque mordentur, neque dolent, neque aliis ſymptomatis à Galeno commemoratis laborant: quòd ſcilicet hæc omnia exquiſitiorem in ventriculo ſenſum requirant. Quibus contrà ventriculus naturâ facilè ſentit, iis prædicta omnia ſymptomata promptè ſequuntur, ſupremo principio, hoc eſt, cerebro quod in capite reſidet, ſymptomata immittente. Nam idipſum ventriculo per neruos ab eo ortos facilẽ ſenſum prębet, adeoque ſymptomata, quæ facilem & exquiſitum ſenſum ſequuntur, immittit. Atque hactenus Galenus exemplo cruditatis, quæ ſymptomata ſe inuicẽ ſequuntur, monſtrauit. Nunc pergit in commemorandis ſymptomatis quæ ſibi mutuò ſuccedunt, quorum primum eſt atrophia. Hæc nanque neceſſariò priuationem diſtributionis, aut eiuſdem imbecillitatem ſequitur. Si enim nihil prorſus alimenti diſtribuitur partibus, vt atrophia laborent oportet. Si autem debilis eſt diſtributio, hoc eſt, ſi parum alimenti, & minùs quàm requirant ad eaſdem diſtribuitur, extenuari, ac atrophia corripi eſt neceſſe. Pari ratione alteratricis, ſeu concoctricis facultatis ſingularũ partium noxas, atrophiam ſequi neceſſarium eſt. Si enim alimentum haud concoquitur, quî rogo ex eo alerentur partes? Alterum eſt deprauatus color, hic enim neceſſariò ſegregatricis excrementorum ſanguinis fruſtrationem ſequitur. Si enim flauæ bilis excrementum à ſanguine non ſeparatur, vniuerſum corpus vitioſo inficitur colore, auriginoſo nimirum: vocaturque illud ſymptoma icterus, ſiue morbus regius, vt capite quarto huius libri eſt dictum. Si verò melancholicum excrementum à ſanguine non fuerit ſeparatum, nigro planè colore vniuerſum inficitur corpus, caretque hoc ſymptoma peculiari nomine. Hodie tamen plerique nigrum icterum appellant. De hoc quidem ſymptomate copioſè admodum diſputat libro quinto de laborantibus locis, capite ſeptimo Galenus. Ad horum itaque ſymptomatum modum, omnia reliqua ſymptomata quæ neceſſariò ſequuntur, & quæ non neceſſariò, inueniri poſſunt.

Supremum principium.

Icterus.

Niger icterus.

τέλος

Claudii Galeni pergameni, de Iudiciis

LIBER PRIMVS, LEONHARTO Fuchsio interprete.

CAPVT I.

Siue repentinam in morbo mutationem, siue in melius inclinationem solam, siue eam quæ antecedit turbationem, siue omnem morbi solutionem, siue eam tantùm quæ bona sit, iudicium quis nominare velit, non est nunc mihi propositum distinguere: quòd potiùs quo pacto quis hæc omnia non obiter, sed optimè præsciat narrare constitui. Optimum autem prænotionis eorum principium, quod etiam futuri vigoris. Sic verò vocatur vehementissima vniuersi morbi pars.

Iudicij vox ambigua.

Galeni institutũ.

Vigor quid?

COMMENTARIVS.

De iudiciis tractaturus Galenus, rectissimè ab ipsius vocis seu nominis explicatione exorditur: idque non temerè. Nam κρίσις seu iudicium variè ab autoribus sumitur. Primò pro repentina ac subita in morbo mutatione. Sic sanè à Galeno lib. 3. præfag. commen. 1. & sect. 2. apho. commen. 13. & 23. & lib. 1. Epid. commẽ. 3. vsurpatur. Siquidem in omnibus iam citatis locis crisin seu iudicium, subitam & præcipitem in morbo mutationem esse tradit. Secundò iudicium nonnulli accipiunt pro inclinatione in melius, quæ tamen propriè loquendo non simpliciter iudicium, sed cum adiectione deficiens iudicium (vt in explicatione libri tertij copiosiùs ostendemus) dicitur. Tertiò pro turbatione quæ excretiones & abscessus antecedit. Nã priusquam morbus per excretiones aut abscessus finiatur, nõ mediocris in corpore ægri fit turbatio. Hic nanque subitò spiritum difficiliùs trahit, vel delirat, vel caliginem, vel splendores ob oculos sibi versari putat, vel lachrymas fundit, vel oculos rubentes habet, vel tempora grauia, vel in ceruice dolores percipit, interim vel caput dolet, vel nigra quædam oculis offundi quæritur, vel stomacho laborat, vel inferius labrum quasi tremulum ac introcontractum obtinet, vel rigore vehementi conquassatur. Hanc itaque subitam turbationem sunt qui iudicium seu crisin appellant, quod Galenus, lib. 1. de diebus iudicatoriis, cap. 2 facit. Quarto crisis pro omni morbi solutione, siue subitò, siue paulatim fiat, sumitur. Quintò, pro solutione quæ ad bonũ terminatur. Etsi aũt variis modis iudicium accipiatur, Galeno tamen, vt ex capite vltimo huius libri patebit, pro subita in morbo mutatione, & multo magis pro ea quæ huic antecedit turbatione vsurpatur. Translata vero vox κρίσις est, eodem Galeno lib. 3. de iudiciis, capite. 2. teste, à iudiciali foro. Nam vt in illo inter eum qui accusat, & alterum qui accusatur atrocissima existit pugna, vnusque tandem vincit, alter verò vincitur: sic etiam in iudicio morbus & natura corporis acerrimè inter se pugnant, vt ægro nihil aliud, quàm illis qui in iudicio de morte aut vita audiunt sententiam, sit expectandum. Quanquam itaq; multis modis crisis siue iudicium à medicis accipitur, tamen Galeno hoc in loco consilium non est, de iis velle distinguere: quôd hoc potius eius sit institutum, vt in iis quos de iudiciis inscripsit libris ostendat, quo pacto quis, non quidem obiter, frigidè, negligenter, oscitabundè, & vt Iurisconsulti dicunt, incidẽter: id enim παρεργον hîc Galeno, & aliis veteribus significat: sed optimè & exquisitè prædicta omnia nempe subitam in morbo mutationem, aut in melius nutritionem, aut eam quæ antecedit turbationẽ, aut morbi solutionem, prædicere queat. Optimum verò horum omnium prænotionis initiũ,

Turbatio excretiones & abscessus præcedens.

Crisis siue iudicium Galeno quid vocetur?

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 391 sur 637

quod etiam futuri vigoris. Niſi eim quis futurum morbi vigorem prænoſcat, nunquã quando ſit futurum indicium ſcire poterit. Quòd autem vigoris prænotio ad futuram criſim ſit neceſſaria, Galenus infrà lib. 3. cap. 5. copioſè admodum monſtrabit. Quare non eſt cur hanc rem hoc loco fuſiùs perſequamur. Cæterùm vigor morbi nõ eſt niſi vehementiſsima totius morbi pars. Quod Hippocrates etiam in aphoriſmis iis ſignificare verbis voluit. Omnia, inquiens, ſymptomata, quum incipiunt & finiunt morbi, leuiſsima ſunt: in vigore verò vehementiſsima.

Vigor quid?

2. aphoriſmo. 30.

CAPVT II.

Quatuor morborum partes, ſiue vniuerſalia tempora.

QVatuor enim omnes ſunt morborum partes, principium, incrementũ, vigor, & inclinatio: Quidam verò morbi ob ipſorum malitiam, & ægrotantis imbecillitatem, tempore incrementi hominem interimunt, ſicut & quidam alij in ipſo vigore. Num verò etiam in tempore declinationis aliquis morbus occidere queat, meritò quæſitum eſt. Sed de eo in progreſſu ſermonis decernetur. Has autem quatuor partes, aliqui etiam totius morbi tempora vocant. Eandem verò ob cauſam vniuerſalia nominant tempora, vt quæ ſcilicet à particularibus differant, in quæ ſingulæ acceſsiones diuidũtur. De-

Tempora morbi.

Singulis acceſsionibus ſua ſunt tẽpora.

finiuntur autem non numero dierum, quemadmodum quiſpiam vtique putauerit: fieri enim haud poteſt vt morbus qui in quatuor diebus ſoluitur, æquales habeat partes cum eo qui vſque ad quadrageſimum protenditur. Et hucuſq; ſanè omnes propemodum conſentiunt. Quo autem pacto iudicare ac diſtinguere iam dicta tempora oporteat, etiam in eo non omnes inuicem conſentiunt: ſed nonnulli quidem num anteuertant, aut poſteriùs occupent acceſsiones conſiderant. Aliqui verò ad earundem longitudinem reſpiciunt: alij autem ad magnitudinem, quam etiam vehementiam appellant, Quidam verò hæc ipſa, & præterea remiſsiones contemplantur. Deinceps inter ſe altercantur, quum liceat quæ dicta ſunt omnia, & adhæc alia quæ dicẽtur coniungere. Ita enim vix quiſpiam conſtituti temporis exquiſitam faceret coniecturam. Quodcunque verò ex iis nõ fuerit conſideratum, tantùm præcognitioni nocebit, quantum vel magnitudinis, vel virium quod prætermittitur obtinebit.

Quo pacto anni tempora ſint iudicanda ac diſtinguenda.

COMMENTARIVS.

Quum in fine præcedentis capitis Galenus vigorem dixerit eſſe vehementiſsimam totius morbi partem: ideò initiò huius ſecundi capitis, quot ſint in vniuerſum omnes morbi partes exponit. Sunt enim quatuor omnes morborum partes, princpium, incrementum ſiue augmentum, quod Græci ἄυξησιν, & ἐπίδοσιν, & ἀκμάδοσιν appellant vigor, vel, vt hodie loquuntur, ſtatus, & declinatio. Accidit tamen interdum, vt morbus aliquis prædictas partes omnes non habeat, eò quòd ſcilicet hominem incrementi tempore, vel propter ſuam malitiam, vel propter ægrotãtis imbecillas vires, quæ morbo reſiſtere nequeant, interimat. Sunt igitur ij morbi ex eorum numero qui duas tantùm obtinent partes, principium nimirum & incremẽtum. Sicut quidam alij ſunt, qui tres tantùm partes habent, vt qui in vigore interficiunt. Num autem in declinatione aliquis morbus occidere queat, meritò à nonnullis quęſitum eſt. De qua quidem quæſtione ac dubitatione infrà, nempe libro 3. cap. 3. copioſè differet, & ſuam diſertè exponet ſententiam Galenus. Quatuor iam dictas partes aliqui totius morbi tempora nominant. Vt tempus non ſit aliud, quam ætas morborum. Qualis enim res ętatum differentia animantibus eſt, talis certè morbus ipſis tempus, Græcis καιρὸς vocatur. Neque enim

Quatuor morbi partes.

Non omnes morbi prędictas quatuor partes obtinent.

Qui duas tantũ.

Qui tres.

Tempora morbi

enim tempus ſimpliciter hoc vocabulo ſignificatur, neque conueniens tempus in quo præſidia conſideramus, ſed tantùm morborum, vt diximus, ætas, quæ ſucceſſionis viciſſitudine immutatur, vt animal ætatibus. Quemadmodum itaque nos geniti ad vigorem vſque augeſcimus, inde iam contabeſcere incipientes, ad extremam vſque corruptionem declinamus, ſi omnes ætates pertranſituri ſumus: pari modo ſinguli morbi à prima eorum conſtitutione ad vigorem vſque increſcunt, dum pro augmenti prioris portione decreſcentes in totum diſſoluantur. Dicuntur etiam prædicta tempora alio nomine vniuerſalia, vt ſcilicet hac ratione à particularibus differant, in quæ ſingulæ acceſsiones diuiduntur. Acceſsio autem, quę Græcis παροξυσμὸς dicitur, hoc loco pro eo tempore accipitur, quod à prima inuaſione uſque ad remiſsionem exiſtit, quatuor partibus, ſeu temporibus particularibus, principio, incremento vigore, & delinatione, definitum. Verbi gratia febrilis acceſsionis principium eſt, quod extremis partibus refrigerationis ſenſum præbet. Incrementum, vbi frigus deſinit, corpus verò incaleſcit; non tamen exquiſito calore. Vigor, vbi calor æqualiter in vniuerſum corpus diffunditur, minimasque eius particulas obſidet. Declinatio, vbi calor imminuitur. Porrò tempora morborum vniuerſalia nullo certo dierum numero definiũtur, quòd non æquales ſeu æquè longas habeant morbi omnes partes. Sunt enim qui quarto ſoluuntur die, ſunt etiam qui ſeptimo, aut quadrageſimo. Fieri igitur nequit vt morbus qui in quatuor diebus ſoluitur, æquales habeat partes cum eo qui vſque ad quadrageſimum protenditur. Et hucuſque omnes propemodum medici conſentiunt, nempe quòd pro morborum diuerſitate, tempora quoque horum vniuerſalia varient. Cęterùm quomodo iudicare & diſtinguere huiuſmodi tempora oporteat, in eo certè non cõueniunt. Sunt enim qui ſeorſim conſiderandũ eſſe putent nũ acceſsiones morborũ anteuertant, aut poſterius occupent. Alij ad longitudinem acceſsionum reſpiciẽdum eſſe iudicant. Quidam ad magnitudinem earundem. Magnitudinem alio nomine vehementiam appellantes, quod hæc duo nomina ſæpius apud medicos de eadem re efferantur. Nonnulli verò hæc ipſa, hoc eſt, longitudinem ac vehementiam vnà cum remiſsione acceſsionis contemplantur. Quapropter quum varia in diiudicandis & diſtinguendis morborum vniuerſalibus temporibus reſpicienda eſſe exiſtiment, nihil mirum quòd ſubinde temerè inter ſe altercentur. quum liceret imò neceſſe eſſet illis omnia ea quę dicta ſunt, ſcilicet acceſsionum anticipationem, poſteriores occupationes, longitudinem, magnitudinem, remiſsionem, & alia etiam quæ ſequenti capite dicentur, coniungere. Nam niſi coniungant hęc omnia, exquiſitam de tempore conſtituto facere coniecturam nequeunt. Quod Galenus iis ſignificauit verbis, inquiens: Ita, hoc eſt, vbi prædicta ſeorſim conſiderauerit, & non coniunxerit, vix exquiſitam conſtituti temporis quiſpiam coniecturam faciet. Conſtitutum autem tempus dicimus id quod Galenus vocauit καθεστῶτα καιρὸν, hoc eſt, ὡρισμένον, id eſt, definitum, ſtatutum, & quod nobis cognoſcere decretũ eſt, ſiue principiũ, ſiue incremẽtum, ſiue vigor fuerit. Quapropter interpres prior non rectè καθεστῶτος preſentis reddidit. Proinde quum omnium prædictorum notitia ad præcognoſcenda morborum vniuerſalia tempora ſit admodum neceſſaria, quodcunque ex illis non fuerit à medico conſideratum & omiſſum, tantùm præcognitioni nocebit, quantùm magnitudinis aut virium obtinebit. Quo autem pacto hæc omnia ſint coniungenda, ſequenti dicetur capite.

Simile.

Vniuerſalia tempora.

Acceſsio quid?

Febrilis acceſsionis partes.

Tẽpora morborum nullo certo dierum numero definiuntur.

Quomodo vniuerſalia morborum tempora diſtinguenda?

Magnitudo quid?

Conſtitutũ tempus.

Interpretis prioris lapſus.

CAPVT III.

NVnquid igitur morbus increſcat, non ſolùm ex eo quod acceſsiones anteuertunt coniectari conuenit: ſed & longitudinem earundem conſiderare oportet, & magnitudinem, & morem qui cum ſymptomatis, ſi ita contingat, vel ſine illis eſt: quemadmodum etiam in in-

©BIUM

Intermiſsio quid? Declinatio.

termiſsione & declinatione, hæc eadem eſſe conſideranda puto. Voco autem intermiſsionem, vbi in quietem febre vacantem acceſsio deſierit. Declinationem verò, omnem eius quæ vigorem ipſum ſubſequitur partem vſque ad ſecundæ acceſsionis initium. Nam anticipatio ſola per ſe ipſam, non eſt ſufficiens incrementi ſignum: quod ſæpe morbi magis proprietatem ſequãtur, quàm vt propter eius incrementum fiat: quippe & quartani aliqui, & tertiani, & quotidiani circuitus vſque ad integram ſolutionem ita inuadere exacerbaréve iam viſi ſunt. Conſueuerunt autem medici tales typos, vocare anticipantes, ſeu anteuertentes, ſicuti alios, poſteriùs occupantes, qui vtique ſtatim ab initio aliquid futuri temporis aſſumunt. Atqui ſanè & in his plus quàm proportio exigit aſſumere, vel anteuertere, hoc quidem incrementi, illud verò declinationis indicium eſſe videtur. Simpliciter verò anteuertere, aut poſterius occupari, neutrius. Non ſolùm autem conſiderare oportet nunquid ſecunda acceſsio cõſuetam anteuerterit horam, ſed nunquid etiam longitudo ipſi temporis eadem, aut magnitudo eadem, aut ſi nunc malignior, aut ſimplicior fuit. Hæc ipſa verò etiam in intermiſsionibus, & declinationibus ſunt inſpicienda. Longitudo quidem temporis, cognitu facilis eſt. Magnitudo verò, quam & vehementiam vocant, & morem, quem etiam modum nominant, tum ex propria morbi ſpecie, tum ex ſymptomatis ei ſuperuenientibus, ſpeculatur. Ex propria quidem morbi ſpecie, ſi ea quæ propriam ipſius naturam complent reſpiciamus, veluti, ſi ita res fert, in pleuritide ad punctoriũ lateris dolorem, & acutam febrem, & tuſsim, & difficultatem ſpirandi. Ex ipſis autem quæ ſuperueniunt ſymptomatis, ſi multa & diuturna, & valida, & maligna: aut contrà, pauca & breuioris temporis, & parua, & ſimplicia fuerint. Et ſanè intermiſsionis ac declinationis tempus ſi priori longius, aut breuius, aut toleratu difficilius, vel facilius, aut ſi quod ex acceſsione ſymptoma remanet, aut omnia deſierunt. Si enim iis quæ dicta ſunt peiora inueniantur, morbus manifeſtè increſcit: ſin meliora, declinat. Quippe ſi acceſsio conſuetam anteuertat horam, & longior ſit, & vehementior, & malignior, atque cum multis ac prauis ſymptomatis moleſtet: ſi etiam declinationis tempus breue, ſimul & non omnino toleratu facile, neque ab omnibus ex acceſsione ſymptomatis liberum ſit, nemo vtique, arbitror, de iis qui ſic laborant quæret, nunquid morbus eis in magnitudinem abeat. Contrà verò ſi his omnia contraria fiant, acceſsionis nimirum iuuaſio poſteriùs occupet, longitudo & magnitudo acceſsionis imminuantur, malignitas mitigetur, ſymptomata quæ ſuccedunt minora ac ſimpliciora fiant, aut omnino non compareant, intermiſsio etiam, aut declinatio toleratu facilis, & longa fiat, & omnia acceſsionis ſymptomata aboleant, hæc vtique manifeſtiſsima declinationis indicia ſunt, ſicuti priora incrementi. Quando autem ea quæ ad vtraſque acceſsiones pertinent æqualia quodammodo fuerint, morbum in vigore eſſe ſignificant.

Typi anteuertentes. Poſterius occupantes.

Magnitudo. Mos.

Propria morbi ſpecies vt cognoſcenda. Pleuritidis ſymptomata.

COMMENTARIVS.

Hoc in loco Galenus docet quo pacto morbi augmentum, declinatio, ac vigor cognoſci

©BIUM

gnoſci poſſunt. Cognoſcitur autem morbi incrementum non ſolùm ex eo quòd acceſsiones anticipant, ſed etiam ex longitudine, magnitudine, & more, qui cum ſymptomatis, vel ſine ſymptomatis exiſtit. Anticipant autem, quæ ſolito citiùs inuadunt. Coniungenda itaque hæc omnia, & nullum eorum ſeparatim conſiderandum. Non eſſe autem anticipationem ſolam per ſe ipſam ſufficientem incrementi notam, hinc perſpicuum fit, quòd ſæpe morbi magis proprietatem ſequatur, quàm vt propter eius incrementum fiat. Nam viſi ſunt iam quartani aliqui, tertiani, & quotidiani circuitus anticipando inuadere vſque ad integram morbi ſolutionem. Eſt autem circuitus, περίοδος Græci vocant, ſimilis ad idem reditus, hoc eſt, vniuerſum ſpacium à primo inſultu vnius acceſsionis, vſque ad inſultum alterius. Et conſueuerunt medici alios typos Græcè προλημπτικοὺς vocare anticipantes ſeu anteuertentes, eos videlicet, qui ſtatim à morbi initio aliquid præcedentis temporis aſſumunt, alios verò, qui ſcilicet ſtatim ab initio morbi aliquid futuri temporis aſſumunt, ὑστερικοὺς, id eſt, poſteriùs occupantes. In ſumma, typi anticipantes ſunt, qui vna aut pluribus horis citiùs quàm priùs, inuadunt. Poſteriùs autem occupantes, qui vna aut pluribus horis tardiùs. Typus itaq; nihil eſt, niſi intenſionum ac remiſsionum per ſtatas ac conſtitutas vices reuerſio. Vel eſt tempus mali, in quo & acceſsio & intermiſsio ſtatis vicibus accidunt. Sciẽdum autem ſi acceſsiones plus quàm proportio exigit anteuertunt, incrementi indicium eſſe. Sin verò aliquid de futuro tempore aſſumunt, hoc eſt poſteriùs occupant, declinationis. Simpliciter autem, id eſt, iuxta debitam proportionem, anteuertere, aut poſteriùs occupari, neutrius, id eſt, neque incrementi, neque declinationis, indicium erit. Porrò non ſolùm conſiderare oportet nunquid ſecunda acceſsio conſuetam inuadendi horã anteuerterit, ſed etiam nunquid eadem acceſsionis longitudo, aut magnitudo eadẽ fuerit, aut ſi nũc malignior, aut ſimplicior, hoc eſt, placidior, aut minùs mala ſit. Nam Hippocrati & Galeno, ἁπλοῦς & ἄπλους, hoc eſt, ſimplex, interdum idem quod βλαβὴς ſignificat. Quæ ſanè dictio, vt libr. 3. prognoſt. commen. 2. Galenus atteſtatur, duo ſignificat. Primò eum qui laudabilibus ac bonis moribus præditus eſt. Secũdò, eum qui minimè malus eſt. Simplex itaque hoc loco maligno contrarium eſt, idemq; quod placidum, modeſtum, & nihil malitię habens denotat. Sic Hippocrates febres ſimpliciſsimas, vocat placidiſsimas, mitiſsimas, & haudquaquam malignas. Sunt autem prædicta etiam in intermiſsionibus & declinationibus conſideranda. Intermiſsionem verò, διάλειμμα Græci nominant, vbi in quietem febre vacantem, ἀπυρεξίαν iidem vocãt, acceſsio deſiit, appellamus. Declinationem autem, παρακμὴν Græci dicunt, omnem acceſsionis partem, quæ vigorem vſque ad ſecundæ acceſsionis initium ſequitur. Cæterùm longitudo temporis, cognitu facilis eſt. Promptè enim quiuis num vna ſit alia longior acceſsio animaduertit, Magnitudo verò & mos morbi bifariam cognoſcũtur, ex propria ſcilicet morbi ſpecie, & ſymptomatis quæ morbo ſuperueniũt. Ex propria quidem morbi ſpecie, ſi quæ propriam ipſius naturam cõplent, contẽplemur. Verbi gratia, pleuritim per punctorium lateris dolorem, febrem acutam, tuſsim, & difficultatẽ ſpirandi. Hæc enim quatuor naturam ipſius complent, adeoq; ab ea inſeparabilia ſunt. Quod Galenus etiam lib. 5. de labor. locis, cap. 2. teſtatur, ita ſcribens. Pleuritidis ſymptomata inſeparabilia ſunt, febris acuta, dolor perinde ac ſi locus vel intendatur, vel » pungatur, ſpiratio frequens, & exigua, tuſsis magna ex parte cum ſputis coloratis, non- » nunquam verò ſine his. Hæc ille. Cauſas autem iam dictorum ſymptomatum infrà » cap. 10. libri ſecundi copioſè admodum enarrabit Galenus. Ex ipſis autem ſymptomatisquæ ſuperueniunt magnitudo & mos morbi ita cognoſcuntur. Siquidem multa, & diuturna, ſi valida atque maligna extiterint, maior & malignior morbus erit. Contrà, ſi pauca & breuis temporis, ſi parua & ſimplicia fuerint, minùs vehemens, & placidior morbus erit. Magnitudo enim idem quòd vehementiam ſignificat. Quod diſertè admodum Galenus ſect. 1. apho. commẽ. 12. docet, in eum ſcribens modum. Nihil differt

Incrementũ morbi quomodo cognoſcitur.

Anticipatio per ſe incrementi nõ eſt ſufficiens ſignum.

Circuitus quid? περίοδος.

Typi anticipãtes. Poſteriùs occupantes.

Typus quid?

Simpliciter anteuertere.

Simplex quid? βλαβὴς.

Febres ſimpliciſsimæ.

Intermiſsio. διάλειμμα.

Declinatio. παρακμή.

Magnitudo & mos morbi bifariam cognoſcuntur.

Ex propria morbi ſpecie.

Ex ſymptomatis quę ſuperueniũt

Magnitudo quid?

©BIUM

ſiue magnitudinem,ſiue vehementiam dixeris, quia hæc duo nomina ſunt apud medicos vſitata,& ſæpius de eadem re pronunciantur,quum aliquando dicunt maiorem fuiſſe febrem,ea quæ præceſsit, aliquando vehementiorem. Mos ſiue modus, vel vt Græcè dicam ἦθος καὶ τρόπος,veteribus medicis, præſertim Hippocrati in libris Epide. duo ſignificat,nempe nunc animi mores, quo in ſignificatu hic non accipitur: nunc verò eſſentiam,differentiam,aut ſpeciem,vt hoc in loco,vbi Galenus morem ſeu modum,acceſsionis differentiã ſeu ſpeciem,hoc eſt,malignã aut placidam, vocat. Eius rei teſtis eſt Gal.lib.1.Epid.com.3. Huic ἠθικὸς vt paulò antè diximus,idẽ Græcis eſt quòd mitis,placidus,& minimè malignus.Sunt autẽ longitudo,magnitudo,& mos etiam in intermiſsionibus & declinationibus vt ſuprà quoq; monuimus conſideranda.Nam ſi intermiſsionis ac declinationis tẽpus priori longius,& toleratu difficilius fuerit, & aliquod ex acceſsione ſymptoma remãſerit,morbus manifeſtè increſcet.Si verò breuius, & toleratu facilius intermiſsionis ac declinationis tẽpus fuerit, & ſymptomata acceſsionis deſierunt, morbus manifeſtè declinat. Quapropter ſi acceſsio ſolitam anteuertat horam,longior,vehementior,malignioráque ſit, & cum multis prauisque ſymptomatis infeſtet:declinationis quoq; tempus breue,ac ſimul nõ omnino facile, neq; ab omnibus acceſsionis ſymptomatis liberum, morbum abire in magnitudinem, ac creſcere euidentiſsimum erit.Quòd ſi verò omnia contraria fuerint,nempe acceſsionis inuaſio poſteriùs occupet,longitudo & magnitudo acceſsionis imminuatur, malitia deſinat,ſymptomata quæ ſuperueniunt minora & ſimpliciora ſeu mitiora fiãt, aut omnino non appareant:intermiſsio quoq; vel declinatio toleratu facilis, ac longa fiat,omniaque acceſsionis ſymptomata aboleat, manifeſtè hinc declinare morbum coniicimus. Vbi verò hæc in vtriſq; acceſsionibus æqualia fuerint,morbum in vigore eſſe inde omnibus palàm fit. Atq; his quidem rationibus incrementum,declinationem, & vigorem morbi deprehendere licet.

Mos & modus quid?

ἠθικὸς.

Nunquid igitur plus quàm conuenit à nobis dictum,aut aliquid ab Hippocrate in iis vbi docet quomodo quiſpiam ex circuitibus inueniat incrementũ morbi omiſſum eſt? Aut enim acceſsiones inuicem eſſe conferendas, ſi maturiùs fiant, vel non,& ſi longiori tempore durent,vel nõ: & ſi magis aut minus afflixerint. Hoc nanque,ſi maturiùs fiant,vel non:tale quid ſignificat, nunquid acceſsio conſueta hora citiùs aut tardiùs inuaſerit. Illud verò, ſi longiori tempore, vel non: nunquid longiori tempore,aut breuiori durauerit.Hoc autem, magis aut minùs: reliqua quæ à nobis anteà ſunt dicta in ſe complectitur. Nam magnitudinem, & morem ipſius morbi,& quæ illi ſuccedunt ſymptomata,adhæc eorum numerum in eo quod dicitur magis & minùs, complecti exiſtimandum eſt. Pari ratione & ipſius declinationis,vt quæ totius acceſsionis pars eſt, magis & minùs, ex iiſdem conſiderationibus inuenire oportet.Incrementi verò, & aſcenſus, & augmenti) iis enim omnibus nominibus alterum morbi tempus appellant (tum maturiùs exacerbari,& longiori tempore,& magis, indicia ſunt.Sicut declinationis contraria, nempe tardiùs inuadere,& breuiori durare tempore, & omnino priori eſſe debiliorem acceſsionem. Vigoris verò ſignum, manſio & perſeuerantia.

Maturiùs fieri aut non.
Longiori tempore aut non.
Magis aut minº.
Augmenti ſigna.
Declinationis.
Vigoris.

COMMENTARIVS.

Hippocrates.

Quæ hactenus copiosè admodum dicta ſunt, ea omnia Hippocratem breuiſsima complexum eſſe ſententia monſtrat Galenus, vbi ita lib.2.Epide.ſect.1.ſcriptum reliquit:

quit. δεῖ δὲ πρὸς ἀλλήλοις παραξυσμοὺς ἀλλήλοις καὶ παραβάλλειν. εἰ πρωιαίτερον, ἢ ὕστερον, καὶ εἰ πλείονα χρόνον, ἢ ἔλαττον, καὶ εἰ μᾶλλον, ἢ ἧττον. Id est. Oportet vt in circuitibus acceſsiones inuicem conferantur, ſi maturiùs fiant, vel non, & ſi longiori tempore durent, vel non: & ſi magis aut minus afflixerint. Nam Galeno noſtro interprete, per hæc verba, ſi maturiùs fiant, vel non, nihil aliud ſignificare voluit Hippocrates, quàm eſſe conſiderandum nunquid acceſsio conſueta hora citiùs aut tardiùs inuaſerit. Per hæc autem, ſi longiori tempore, aut non: innuere id voluit, eſſe conſiderandum, nunquid longiore, aut breuiori tempore durauerit acceſsio. Per magis verò aut minus, omnia quorum paulò ſuprà facta eſt mentio, hoc eſt, magnitudinem, & morem morbi, item quæ huic ſuccedunt ſymptomata, & eorundem numerum, complectitur. Pari quidem lege & ipſius declinationis, quæ quarta acceſsionis pars eſt, magis & minùs, ex iis conſiderationibus, nempe magnitudinis, moris, & ſymptomatum reperire oportet. Prædicta verò omnia ideò ſunt medico conſideranda, quia maturiùs & citiùs acceſsionem inuadere, & longiori tempore durare, & maiorem ſiue vehementiorem eſſe, & maligniorem, maioraque habere ſymptomata, incrementi, aſcenſus, ſiue augmenti: nam iis omnibus appellationibus alterum morbi tempus nominatur: certiſsima indicia ſunt, ſicuti declinationis tardiùs quàm anteà inuadere, breuiori durare tempore, & omnino priore acceſsione eſſe debiliorem ac mitiorem. Quòd ſi verò hæc omnia in eodem tenore manſerint ac perſeuerarint, vigoris ſigna erunt.

Maturiùs fiant, aut non.

Si longiori tempore.

Magis & minus.

Incrementi certiſsima indicia.

Declinationis.

Vigoris.

Sæpe vtique in morbis nullum tale quod ſenſu deprehendatur tempus inuenitur, ſed quartam, verbi gratia, acceſsionem augmenti adhuc ſigna habentem, quinta acceſsio declinationem præ ſe ferens excipit, quòd videlicet vigor celeriter abierit, adeò vt nemo ipſum præſentem agnouerit, ſed ad exquiſitam cognitionem primo declinationis tempore opus fuerit. Simile verò quid etiam in morborum augmentis accidit. Nam interdum prima acceſsio principium ſimul & augmentum, & vigorem in ſe complectitur, in prima ſcilicet ſui parte principium, in altera quæ hanc excipit augmentum, poſtrema verò vigorem. Secunda verò deinceps acceſsio euidenter declinatoria eſſe apparet. Verùm tunc demum quum altera inſtat acceſsio cognoſcere qualis prima fuerit, præter id quod vniuſcuiuſque opus & officium eſt medici, etiam prænotionis maximi momenti vſum perdit, veluti pleniùs in libris de medendi ratione oſtenſum eſt. Cæterùm generoſi medici, & Hippocratis arte digni eſt, vt futurum vigorem prænoſcat: ſiquidem ad hunc reſpiciens vniuerſam victus rationem inſtituet. Quocirca & augmentum & principium morbi, non vtique vbi iam completa ſunt cognoſcere, ſed multo antè tempore prænoſcere præſtabit.

Vigoris tempus ſæpe in morbis ſenſu non deprehenditur, adeoq; breuiſsimum eſt.

Generoſi & docti medici eſt vt futurum vigorẽ prænoſcat.

COMMENTARIVS.

Quòd interdum vigoris tempus in morbis ſenſu deprehendi nequeat, niſi declinationis tempus ſuccedat, hoc in loco Galenus oſtendit, inquiens. Sæpe vtique in morbis nullum tale tempus, vigorem intelligit, quod ſenſile ſit, aut ſenſibus apprehendi queat inuenitur. Nam euenit vt quartam

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 397 sur 637

©BIUM

acceſsionem,quæ augmenti ſigna habet, quinta excipiat acceſsio declinatoria, hoc eſt, declinationis indicia obtinens: quod ſcilicet vigor ὀξύρροπος fuerit, & celeriter abierit, adeò vt nemo ipſum quum præſens eſſet cognoſceret, ſed ad exquiſitam eius notitiam primo declinationis tempore opus fuerit. Simile verò quiddam etiam in morborum augmentis euenire ſolet. Interdum enim prima acceſsio principium ſimul & augmentum & vigorem morbi in ſe complectitur, in prima nimirum ſui parte principium, in altera quæ primam excipit augmentum, in poſtrema verò vigorem, adeò vt neque tum facilè augmentum deprehendi queat, niſi ex ſecunda acceſsione, quæ euidenter admodum apparet eſſe declinatoria. Verùm ſecunda tandem inſtante ac præſente acceſsione, cognoſcere qualis prima fuerit, vt ad vnumquenque medicum etiam non admodum peritum ſpectat, ita ſanè præcognitionis vſum, qui maximi eſt momenti, perdit. Generoſi autem medici, & arte Hippocratis digni eſt, vt futurum vigorem prænoſcat, quòd ſine huius noticia victus rationem inſtituere non queat. Duo enim ſunt, Galeno libro decimo, de curandi ratione, capite quinto teſte, in omni ægro ſpectanda, à quibus cibandi conſilia petuntur, morbi ſummus vigor, & ægrotantis vires. Hinc eſt quòd Hippocrates etiam ſectione prima, aphoriſmo nono

» dixerit. Coniicere autem oportet num æger poſsit cum victu ad vigorem vſque mor-
» bi perdurare, & nunquid ille priùs deficiat, nec cum illo victu durare queat, aut mor-
» bus anteà deficiat, & retundatur. Proinde & principium, & augmentum morborum, non vbi iam completa ſunt, ſed multo antè tempore cognoſcere præſtat, ad eum quidem modum quem in ſequentibus capitibus exponet Galenus.

Augmentum interdum in morbis ſenſum latet.

Cur vigor morbi à medico prænoſcendus.

Duo ſunt à quibus cibandi conſilia petuntur.

CAPVT IIII.

Multi medici, Theſſali exéplo, ne præſens quidem principium cognoſcunt.

QVanquam video plurimos medicos ne præſens quidem principium morbi cognoſcere, quemadmodum maximè admirabilem Theſſalũ, qui in principio quidem contrahere iubet, etiamſi morbus eſt adſtrictus, & pro ſui natura relaxatione indiget. Quo verò pacto quiſpiam ipſum cognoſcat, tanquam aliquid quod ſit notiſsimum, dicere haudquaquam ſtuduit: habet verò dubitationem non exiguam. Nam ſi primùm quidem exquiſitè inſultum principium totius morbi ſtatuere conuenit, indiuiſibile ipſum & ſine tempore eſt. Si verò primam acceſsionem ſcimus hanc aliquando & vniuerſum incrementum, & vigorem in ſe complecti, præter id quod abſurdiſsimum ſit morbum qui ad ſummum in ſeptem diebus ſoluitur, & eum qui in ſex vſque menſes extrahitur, & omnes qui in horum medio ſunt, primam tantùm acceſsionem pro principio habere. Quemadmodum enim neque augmentum, neque vigorem, neque declinationem æqualis temporis omnes obtinent morbi: eodem arbitror modo neque principium. Neque tamen ſi quiſpiam primam tranſilierit acceſsionem, poterit deinceps principium circunſcribere. Si enim ſecunda incrementi obtinens indicia ſtatim ſuccedat, & poſt ipſam tertia, & quarta, aliáque deinceps omnes, qui primam præteriit acceſsionem, tanquam non eſſet principium, vel vniuerſum quod in medio eſt vſque ad vigorem tempus, principium eſſe dicet: atque ita omnino periret augmentum: aut vbi primò deſineret principium, haud deinceps oſtendere poſſet.

Quid ſit principium morbi multam habet dubitationem.

COM-

COMMENTARIVS.

Quum præcedenti capite Galenus monſtraſſet generoſi medici eſſe, vt principium & alia morbi tempora antequam præſentia eſſent cognoſceret: nunc ſe plurimos ſcire medicos refert, qui ne præſens quidem morbi principium agnoſcant, tantùm abeſt vt hoc ipſum multo antè tempore præcognoſcere queant. Atque ex eorum numero im primis impudentiſsimum, atq; ob id maximè admirabilem Theſſalum eſſe ait. Is enim eò temeritatis peruenit, vt quum ignoraret quid principium morbi eſſet, tamen magna impudentia quid in morbi principio eſſet faciendum præcipere auſus eſt. Quippe in eo contrahendum eſſe: id enim σέλλειν hoc loco propriè ſignificat: etiamſi morbus adſtrictus, & pro ſui natura relaxatione eget, iuſsit. Quod vt rectiùs intelligatur, animaduertendum Theſſalum, vt teſtis eſt lib. 1. ther. method. cap. 5. & in libello de ſectis Galenus, duos tantùm ex victus ratione prouenientes morbos ſtatuiſſe, nempe fluxũ & adſtrictum: quos Græcè ῥῶσιν καὶ σφιγξιν appellauit. Fluxum verò nominauit, quum naturalis corporum vacuatio iuſto magis fiebat. Adſtrictum contrà, quum plus æquo retinebatur. Vbi itaq; corpus fluidum erat, hîc contrahẽdum ac conſtringendum: ſin adſtrictum, relaxãdum eſſe præcipiebat: atq; id quidem rectè, contraria enim contrariorum ſunt remedia. Proinde meritò illum erroris inſimulat Galenus, duplici nimirum de cauſa. Primùm quòd in morbo adſtricto, contra ſuam planè naturam, contrahentibus in principio vtendum eſſe doceat, quum magis contrariis, nempe relaxantibus, vtendum eſſet. Secundò, quod dicere prætermiſit, tanquam omnibus notiſsimum eſſet, quo pacto principium agnoſceretur: quum tamen hęc res non exiguã habeat dubitationem. Sunt enim qui primũ exquiſitè inſultum, totius morbi principiũ eſſe ſtatuunt. Alij primam acceſsionem totius morbi eſſe principium affirmãt. Sed neutrum rectè dicitur. De priorum enim ſententia, principium planè eſt indiuiſibile, latitudine carens, & ſine tempore, quòd non ſit niſi primus, vt ita dicam, articulus, ſeu primum morbi momentum. Aliorum verò opinionem eſſe falſam hinc ſatis liquet, quòd prima acceſsio ſæpe non ſolùm principium, ſed & vniuerſum incrementum, atque vigorem in ſe complectitur, veluti in ſynochis ſeu continentibus febribus accidit, quę vnicam duntaxat acceſsionem ab initio ad finem vſque durantem habent. Neceſſe igitur eſt vt in ſe non ſolùm principium, ſed & augmentum, & vigorem complectatur, aliàs nanque ad declinationem & finem vſque non duraret. Prætereà abſurdiſsimum eſt vt morbus is qui ad ſummum ſeptem diebus finitur, & is qui in ſex vſque menſes extrahitur, & omnes qui in horum duorum medio ſunt, primam tantum acceſsionẽ pro principio habeant. Quantò enim longiùs extrahitur morbus, tantò etiam plures acceſsiones pro principio habebit. Quemadmodum igitur neque incrementum, neque vigorem, neque declinationem æqualis temporis, omnes morbi habent, ſed vnus breuiora, alius longiora: ita quoque non æqualiter longum aut breue obtinent principium. Neque tamen ſi quiſpiam primam acceſsionem tranſgrediatur, iam poterit principiũ circumſcribere. Quipppe ſi ſecunda acceſsio incrementi obtinens indicia, ſtatim ſuccedat, & poſthanc tertia, & quarta, aliæque deinceps omnes incrementi ſigna habebũt, certè qui primam præteriit acceſsionem, tanquam non eſſet principium, is vel vniuerſum tempus quod in medio eſt à principio vſque ad vigorem, principium eſſe, falſò quidem dicet: atque ita planè omnino periret augmentum: aut vbi primò deſineret principium haud deinceps oſtendere poſſet, quod primam acceſsionem, in qua principij finis fuit, omnino tranſilierit. Quapropter quantò hæc res maiorem dubitationẽ habet, tantò etiam magis Theſſalus reprehendẽdus ac negligentiæ accuſandus erit.

Theſſali temeritas ac impudẽtia.

Duo tantùm de Theſſali ſententia morbi.

Fluxum.

Adſtrictum.

Theſſalus meritò à Galeno reprehenſus.

Principium variè intelligitur.

Omnes morbi æqualis temporis principium nequaquam obtinent.

Prima acceſsio non tranſiliẽda.

Quænam igitur huius dubitationis medela? ſiquidẽ vellent quæ ſunt ab Hippocrate ſcripta indicia perdiſcere, expedita vtiq; eſſet doctrina. Nunc verò præter id quod non volunt quæ ab Hippocrate rectè ſunt ſcripta addiſcere, adhuc

Quæ dubitationis de principio ſit medela?

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 399 sur 637

©BIUM

etiam ea quæ ignorant calũniari conantur. Atq; illis nulla prorſus ſuppetit ignorantiæ medela, nobis verò expedita & facilis eſt. Acceſsiones enim inquit, & cõſtitutiones, morbi indicant: & anni tempora, & circuituum inter ſe incrementa.

Conſtitutiones morborum quid appellet.

Quòd quidem morborum conſtitutiones veluti eorundem ſpecies nominat, per quas ex talibus & tantis conſtant vniuerſalibus temporibus, minimo vtiq; quis hoc argumento addiſcet. Quum enim in primo Epidemiorum libro prædixiſſet. Sunt verò modi, & conſtitutiones, & acceſsiones ſingularum harum febrium, tũ continuarum, tum intermittentium: deinceps ait: Verbi gratia, cõtinua enim quibuſdam incipiens floreſcit & maximè viget, & ad deterius procedit. Citra verò iudicium, & vnà cum iudicio, imminuitur. Nonnullis autem incipit mollis, ac veluti ſubmerſa, increſcit autem & exacerbatur ſingulis diebus, circa iudicium verò abunde elucet: manifeſtè oſtendit, quod aliquã ex vniuerſalibus morbi temporibus compoſitionem, nominat conſtitutionem. Quomodo igitur morbi, & anni tempora, & circuituum inter ſe incrementa vniuerſalia morbi tempora demonſtrabunt? in ea ſiquidem quæſtione verſamur. Quippe quartana aliqua febris

Morbi vt vniuerſalia tẽpora morborum demonſtrent?

inuadens, non ſolùm primam acceſsionem pro principio habet: ſicuti neque exquiſita tertiana vſque ad ſeptimum diem principium extrahere poteſt. Eodem verò modo, etiam de aliis morbis iudicandum. Ardens enim febris & pleuritis, & peripneumonia, breuis temporis principium habẽt. Morbus aũt comitialis, iſchiades, & articulorum dolores, & nephritides, longi temporis. Sic quidem à morbis ipſis. A tẽporibus verò anni hoc modo. Aeſtiuæ quartanæ, magna ex parte, breues ſunt: autumnales verò longæ, præſertim quæ hyemem attingunt. Sic verò & omnis alius morbus æſtate quidem ocyùs, hyeme verò tardiùs iudicatur. Manifeſtum quoq; eſt, quod principium quidem æſtate breuius, hyeme verò longius habebit. Huius autem proportione, reliqua etiam morbi tempora. Sic quidem anni

Anni tempora.

tempora morborum conſtitutionem prænunciant. Acceſsionum verò incrementa hoc pacto. Acceſsiones, inquit, per circuitus inuicem conferre oportet, num maturiùs fiant, aut non: & num longiùs durant, aut non: aut ſi magis, vel non. Si enim hæc omnia coniunxeris propiùs ad exquiſitam cognitionem perueneris. Si verò nihil horum conſiderans principium morbi poſſe cognoſcere, aut ab incremento diſcernere putas, nunquam ad veritatem propè accedes.

Acceſsionum incrementa.

COMMENTARIVS.

Quum initiò huius capitis de principio morbi magnam apud medicos eſſe dubitationem docuiſſet, nunc quæ illius dubitationis ſit medela oſtendit. Nullam verò aliam eſſe ait, quàm vt indicia principij ab Hippocrate tradita perdiſcantur. Quũ verò Theſſalus & eius ſectatores extra id quod nolũt quæ ab Hippocrate rectè ſcripta ſunt addiſcere, etiam ea quæ ignorant calumniari pergunt, quid mirum illis nullam prorſus ignorantiæ medelam ſuppetere? Contrà verò iis qui Hippocratis ſcripta diligenter legere, & quæ ignorant, non quidem calumniari, ſed diſcere potiùs cupiunt, expedita & facilis admodum medela eſt. Quippe ſectione aphoriſmorum prima, aphoriſmo duodecimo Hippocrates principij indicia diſertè admodum tradidit, acceſsiones, & vniuerſalia morborum tempora tribus modis dignoſci poſſe inquiens.

Acceſsiones, & vniuerſalia morborum tempora tribus cognoſcũtur modis.

Primò

©BIUM

Primò ex conſtitutionibus morbi. Quid verò appellat conſtitutiones morborum, Galenus in contextu exponit dicens, Hippocratem morborũ conſtitutiones non niſi eorundé nominare ſpecies, per quas ex talibus & tantis cõſtant vniuerſalibus tẽporibus. Nam ſi ſpecies morbi eiuſmodi eſt vt acutus ſit, alia adeoq; breuiora habet vniuerſalia tempora, quàm ſi diuturnus eſſet. Proinde conſiderare conſtitutionem morbi, nõ eſt niſi conſiderare num morbus peracutus, vel acutus, vel diuturnus ſit, quemadmodum in explicatione iam citatæ Hippocratis ſententiæ Galenus teſtatur. Vt palàm ſit omnibus conſtitutionem idem quod ſpeciem ſignificare Hippocrati, vt fuſiùs in noſtris etiam in hanc ſententiam euulgatis commentariis oſtẽdimus. Quòd autem Hippocrates conſtitutionem non niſi quandam ex vniuerſalibus morbi temporibus compoſitionem nominauerit, fui ipſius cõprobat teſtimonio Galenus, quod ex lib. Epide. primo, ſectione tertia deſumptum eſt. Ibidem enim τρόπους & καταστάσεις, hoc eſt, modos & conſtitutiones pro vno & eodem accipit. τρόπους verò, id eſt modos idem quòd εἴδη, hoc eſt, ſpecies ſignificare in cõmentariis diſertè teſtatur Galenus, inquiens Hippocratem hîc ſingularum febrium ſpecies deſcribere. Citat autem hoc loco Galenus non integram Hippocratis ſententiam, ſed eius tantùm partem aliquam, quòd ſatis illi fuerit, paucis admodum verbis oſtendere conſtitutionem apud Hippocratem idem quòd ſpeciem denotare. Quomodo autem ex conſtitutionibus, morborum tempora vniuerſalia cognoſcantur, in contextu Galenus aliquot exemplis commonſtrat. Si enim quiſpiam febrem quæ inuaſit ſpecie eſſe quartanam agnoſcit, ſtatim vnà cognoſcet hanc primam acceſsionem pro principio haud habituram, vt quæ longè ſit diuturnior futura, quàm vt eius principium prima acceſsione ſit deſiturum. Quartana enim, vt teſtis eſt lib. 6. Epid. ſect. 6. apho. 22. Hippocrates, ante annum vix deſinit. Sin alterius ſpeciei eſſe febrem, nempe exquiſitam tertianam, deprehenderit, ſuum principium ad ſeptimum vſque diem extrahere non poſſe ſciet. Breuius enim multo erit, quum Hippocrate etiam atteſtante, tertiana exquiſita in ſeptem circuitibus, quum tardiſsimè, iudicatur. Species itaque febris, qualia ſint futura eius tempora, hoc eſt, num breuis aut longa futura ſit, demonſtrabit. Quod de prædictis febribus diximus, de aliis quoque morbis intelligendũ venit. Nam ardens febris, καῦσος Græcis vocatur, pleuritis, & peripneumonia, quum ſint acuti morbi, breuis etiam temporis principiũ obtinebunt. Contrà comitalis morbus, Iſchias, articulorum dolor, & nephritis, quum ſint longi morbi, longi quoque temporis principium habebunt. Atque hoc quidem modo à morbis ipſis primùm vniuerſalia cognoſcuntur tempora. Secundò ex anni temporibus, quòd ſcilicet omnis morbus æſtate quidem citiùs, hyeme verò tardiùs iudicatur. Quippe æſtate humores facilè diſcuti, & vires diſſolui contingit. Hyeme verò contrà accidit. Tum enim humores intus & in profundo corporis manent. Hincque palam omnibus fit, quòd principium æſtate breuius, hyeme uerò tardius morbi obtinebunt. Principij autem proportione, reliqua etiam tempora breuiora habebit. Quod Hippocrates breuiter admodum ea ſententia quæ à Galeno in contextu citatur ſignificare voluit, inquiens. Aeſtiuæ quartanæ magna ex parte breues ſunt, &c. Eſt in ſecunda ſectione aphoriſmus. 25. Sic quidem anni tempora conſtitutionem morborum, hoc eſt, vniuerſalia tempora prænunciant. Tertiô ex incrementis acceſsionum tempora prædicta dignoſcuntur. Quod quomodo fiat Hippocrates lib. 2. Epide. ſectio. prima, vbi ita ſcriptum reliquit, luculenter docet, inquiens ἀλλήλοις χρὴ παραβάλλειν οὗ οἱ τῆσι πολλῇσι παροξυσμοὺς, εἰ πρωϊαίτερον, ἢ ὄψ. καὶ εἰ πλείονα χρόνον, ἢ ὄψ. καὶ εἰ μᾶλλον, ἢ ὄψ. Quorum verborum is eſt ſenſus, quem in noſtra paulò antè conuerſione expreſsimus. Græca autem Hippocratis verba ideò produximus, quòd in omnibus ferè codicibus deprauata ſint. Ita enim habẽt: καὶ πῖσι οἱ τῆσι πολλῇσι παροξυσμοῖσιν εἰ πρωϊαίτερον. Noſtra aũt lectionẽ eſſe veriorẽ Galenus in cõtextu huius capitis docet. Quanquam & hæc lectio, ſi repetitur vox ἄλλον quæ præcedit, tolerari queat, priori tamen obſcurior

Ex conſtitutionibus morbi. Conſtitutiones morbi.

τρόποι. Modi.

Ex morbis.

4. apho. 59.

Ex anni temporibus.

Ex incrementis acceſsionum.

Locus Hippocratis reſtitutus.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 401 sur 637

©BIUM

eſt.Ex incrementis itaque acceſsionum tempora morbi cognoſcemus, ſi ea inter ſe conferemus,conſiderando num accelerent,vel non:num longiùs durent,vel non: nũ vehementiora ſint,aut non.Nam, vt præcedenti capite eſt dictum,ſi acceſsiones maturiùs & citiùs inuadunt,& longiori tempore durant,vehementioresque ſunt,iam eius morbi abiiſſe principium, eumque in augmento eſſe certum eſt. Sin contra tardiùs quàm antè inuadit,& breuiori tempore durat, & priori minor mitiorque eſt, morbũ iam eſſe in declinatione, adeoque abiiſſe iam principium, augmentum, & vigorem, hinc manifeſtè colligimus.Proinde,vt rectiſsimè hoc loco monet Galenus, hæc omnia, ſi modo ad exquiſitam horum temporum cognitionem peruenire voluerimus, coniungere oportet. Quòd ſi verò nihil horum conſiderando,aliquis ſe principium morbi cognoſcete,aut ab augmento diſcernere poſſe putat,is nunquam ad veritatem propè accedet. Danda igitur opera, vt hæc omnia ad præſcriptam nobis ab Hippocrate rationem cognoſcamus.

CAPVT V.

Quæ priore capite dicta ſunt,ad exquiſitam temporum morbi cognitionem haud ſufficiunt.

NVnquid igitur hæc ad exquiſitam temporum morbi cognitionem ſufficiunt? Nequaquam,ſed habent ſanè aliquam artificioſam coniecturam, tantùm verò ab exquiſita deficiunt ratione, quantùm eo quod omnino nihil eſt ſuperiora ſunt. Quid verò illis additũ exquiſitam efficiet cognitionem, ſcies, ſi vniuerſum aphoriſmum legas, qui ſic habet.

„ *Acceſsiones & conſtitutiones indicant morbi, & anni tempora, & circuituum*
„ *inter ſe incrementa,ſiue quotidie,ſiue alternis diebus,ſiue per maiora temporis in-*
„ *terualla fiant.Sed etiam ex iis quæ ſuperueniunt coniicere oportet, veluti in pleu-*
„ *ritide laborantibus,ſi ſputũ ſtatim appareat morbo incipiẽte,ipſum abbreuiat: ſin*
„ *poſteà appareat,producit. Quinetiam vrinæ, & alui excrementa, & ſudores,*
„ *vbi ſuperuenerint,aut iudicatu difficiles, aut faciles, vel breues,vel longos morbos forè oſtendunt.Hæc quidem in aphoriſmis ſcribuntur.*

COMMENTARIVS.

Hoc in loco Galenus docet ea quæ in priore capite dicta ſunt ad exquiſitam temporum morbi cognitionem non ſufficere, niſi quis illa etiam quæ in citata ex aphoriſmis Hippocratis ſententia ſequuntur,ſimul adiecerit.Habent quidem ea quæ ſunt commemorata aliquam artificioſam coniecturam, è morbis,anni temporibus, & circuituum inter ſe incrementis deſumptam,tantùm verò ab exquiſita cognitione deficiunt,quantùm iis quæ nihil omnino ſunt,hoc eſt,nequaquam ad temporum morbi cognitionem conferunt,præſtant,ac ſuperiora ſunt.Quæ verò addita exquiſitam cognitionem efficiunt,ſunt quæ Hippocrati ἐπιφαινόμενα latinis ſuperueniẽtia,aut poſt apparentia nominantur.Hæc verò non ſunt niſi ſymptomata,quæ non vnà cũ morbo inuadunt ac incipiunt,ſed tandem poſtquam morbus cœpit apparent, & ſuperueniunt,vt paulò pòſt fuſiùs docebimus.Hæc autem morbi tempora vniuerſalia, exquiſita quadam ratione indicare,Hippocrates in citato aphoriſmo monſtrat,dum ait.Sed

ἐπιφαινόμενα quæ?

„ etiam acceſsiones & conſtitutiones morborum ex iis quæ ſuperueniunt indicantur, vt
„ verbi gratia,in pleuritide correptis, ſi ſputum ſtatim incipiẽte morbo appareat,ipſum
„ abbreuiat:ſin poſteriùs appareat,producit,vt infrà, cap.18. Anaxionis exemplo luculenter admodum oſtẽdet. Sic vrinæ,alui excrementa,& ſudores, vbi in morbis ſuperuenerint,aut iudicatu difficiles,aut faciles,vel breues,aut lõgos morbos fore monſtrãt. Quod ſi verum eſt,vt certè nemo inficias ibit, conſequitur ſuperuenientia num morbus breuis,aut diuturnus ſit,adeoque qualia habeat tempora vniuerſalia,exquiſitè demonſtrare.

In primo autem Epidemiorum ait, omnes excremenorũ concoctiones vndiquaque tempestiuas, aut bonas, & iudicatorios abscessus considerãdos esse. Dein subinferens, inquit. Concoctiones celeritatem iudicij, & sanitatis securitatem ostendunt. Sed concoctiones vtique hæ omnes, in iis quæ concocta sunt, existere solent. Quænam igitur hæc sunt? Non alia sanè quàm quæ nominauit superuenientia. Quæ enim propria sunt ipsorum morborum symptomata, vnà inuadunt atque incipiunt: alia verò omnia superueniunt. Inuadunt igitur vnà cum pleuritide, & febris acuta, & lateris punctorius dolor, & spirandi difficultas, & tussis. Superueniunt verò quædam vt ipsius morbi propria, quædam autem vt omnium febriũ communia. Vt propria quidem ipsius morbi, primùm vtique si nihil omnino cum tussi educatur, quod est sufficiens crudi morbi indicium. Secundò autem, si educatur quidem, atqui haud bonum. Est verò etiam hoc duplex, vnum quidem quod solùm crudum est: alterum verò quod etiam prauum existit. Ab ijs verò omnibus separatur id quod coctum est, quod vtique iam sputum propriè vocant. Neque enim quod cruentum, & biliosum, & spumosum est ita nominamus. Sed has potiùs excreationes appellamus. Quum verò neque sanguinis, neque flauæ, aut atræ bilis commercio inquinatum fuerit, eiusmodi sanè sputum vocamus. Quando igitur hoc statim superuenit, morbum abbreuiat. Quum verò omnino non educitur aut crudum, morbum in longius tempus produci significat. Si verò quod prauum, est excreatur, periculum imminere indicat. Sin etiam malignum fuerit, mortem. Quid igitur sit sputum, nunc exponere haud opus est. Quæ verò propriæ excreationes nominantur, harum quæcunque subflauæ, & subrubræ, & subpallidæ, & spumosæ, & tenues sunt, solius cruditatis indicia existunt: insigne verò nullum malum demonstrant. Quæ autem syncerè flauæ, & subrubræ, & crassæ, & spumosæ, & pallidæ, & lentæ, & rotundæ, & harum etiã magis nigræ, prauæ sunt. Considerandus verò etiam eorundem eductionis modus. Si enim promptè excreentur, manifestum est quòd hæc quidem bona sint. Contraria autem mala. Et quid opus est nos multa dicere, quum liceat è prædictionibus adscribere sententiam? Sputum verò in omnibus doloribus pulmonis & costarum, celeriter & facilè cõuenit, flauumque sputo vehementer commixtum apparere. Manifestum verò hinc est, quòd sputum propriè nominat id quod secundum naturam se habet, cui etiam flauum admixtum esse debere ait. Vocem autem vehementer, aliqui neque omnino adscribunt. Qui verò hãc adscribũt, horũ aliqui ad flauũ, alij verò ad cõmixtum referũt, vt vterq; sermo talis sit. Cõmixtũq; vehemẽter sputo apparere flauũ, vel cõtrà vehemẽter flauũ cõmixtũ apparet sputo. Atqui prius est magis artificiosum. Siquidẽ inæquales omniũ motiones, & eorũ quæ plurimùm distant cõplicationes, Hippocrates semper damnat, atque ipsa experientia ita se habere cõprobat. Quinetiam ratio minimè perplexa ac dubia est, tamen nunc eam explicare non erit oportunum. Quòd autem dictio vehementer, ad commixtum sit referenda, ex iis quæ subiiciuntur palàm fit. Si enim, inquit, multò pòst, doloris princi-

Propria morborũ symptomata quæ?

Sputum propriè quid? Excreatio.

Excreationũ significationes.

Eductionis excreationum modus.

,,
,,

Inæquales motus & eorũ quæ plurimùm differunt cõplexus ab Hippocrate dãnãtur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 403 sur 637

©BIUM

pium expuerit quod flauum eſt aut rufum, aut quod multam excitat tuſsim, & non vehementer commixtum eſt, deterius efficitur. Perſpicuum enim eſt Hippocratem hîc omnia in ſecunda ſententia opponere iis quæ ſunt in prima. Dictioni quidem celeriter, id quod ait, multò poſt doloris principium. Verbo autem facilè, hoc quod inquit, multam tuſsim excitans. His verò verbis, flauumque apparere vehementer commixtum ſputo, ſimpliciter immixtum, & duntaxat flauum, tùm quod ex vtriſque, ſputi ſcilicet naturalis, & flaui, aut rufi colore, non tamen vehemẽter commixtum eſt. Sed & poſt hæc, manifeſtiùs etiam hanc ſententiam enarrans, ſubiungit dicens. Quippe flauum ſyncerum, periculoſum eſt. Syncerũ autem eſt id quod ſputo non commiſcetur. Album verò ac viſcoſum & rotundũ, inutile. Deinde rurſus ad difficiliora ſermone paulatim procedens, ait. Malum eſt & quod viride valde, & ſpumoſum exiſtit. Et deinceps. Si verò, inquit, ita ſit ſyncerum, vt etiam nigrum appareat, hoc ipſum aliis deterius eſt. Ex proprius itaque pleuritidis ſymptomatis, ita definire oportet.

Syncerum.

COMMENTAR.

Ea quæ ſuccedũt ad exquiſitã temporum morbi cognitionem plurimùm cõferũt.

Alia quadam Hippocratis ſententia ex libro primo Epidemiorum ſectione ſecunda, conſti. ſecunda, deſumpta monſtrat Galenus, quòd ea quæ morbis ſuperueniunt ad exquiſitam temporum morbi cognitionem plurimùm conferant. In ea enim ſententia Hippocrates omnes excrementorum concoctiones vndiquaque tempeſtiuas aut bonas, item iudicatorios etiam abſceſſus conſiderandos eſſe hortatur. Eiuſque rei rationem ſtatim ſubiungit, inquiẽs. Cõcoctiones enim celeritatẽ iudicii, & ſanitatis ſecuritatem oſtendunt. Loquitur autem hîc Hippocrates, vt id etiam obiter moneamus non de ea concoctione quæ naturalis eſt, ac propriè Græcis πέψις dicitur: ſed potiùs de ea quæ partim naturalis, partim præter naturam eſt, quòd ſcilicet ab innato fiat calore, non tamen ab eo qui planè vincit: quòd nimirum non ex materia quæ prorſus benigna ſit, & animanti familiaris, neque tamen etiam omnino aliena peragitur. Vt hac ratione concocta dicantur omnia ea, quæ à natura ipſa euicta ſunt, quemadmodũ copioſiùs ſectione prima, aphoriſm. commentario viceſimoſecundo, docuimus. Rectiſsimè igitur hoc loco Galenus inquit, has concoctiones omnes his adeſſe quæ concocta ſunt, id eſt, à natura deuicta. Talia verò ſunt quæ ab Hippocrate in Paulò antè citato aphoriſmo ſuperuenientia appellantur. Quippe fieri non poteſt vt ea quæ ſtatim cum morbo inuadunt ac incipiunt, concocta ſint, quum, vt infrà capite octauo demonſtrabitur, principium morbi concoctionis ſignis apparentibus finiatur. Superueniunt itaque adeoque concoquũtur & à natura deuincuntur, vrinæ, alui excremẽta, ſputa, & id genus alia excrementa: quare à medico etiã conſideranda erunt. Nam ſi concocta ſunt, iudicii celeritatem, adeóque morbi breuitatem portendunt, Cruda verò ſi fuerint, iudicii extractionem, morbique diuturnitatem demonſtrant. Vt enim in corporibus ſecundum naturam ſe habentibus vel concoctionem vel cruditatem ſignificant: ita quoque in ægrotantibus. Porrò differunt ſuperuenientia, ab iis quę propria ſunt morbi ſymptomata. Propria enim ſunt ſymptomata, quę morbi ſpeciem conſtituunt, quemadmodum pleuritidis exemplo in contextu Galenus docet. Cũ pleuritide enim inuadunt, adeoque propria illius ſunt ſymptomata, febris acuta, pũctorius lateris dolor, ſpirandi difficultas, & tuſsis. Febris autem ſequitur, quòd laborans locus parum à corde diſtat, & cum inuolucro ipſum inuoluente, ac ſepto tranſuerſo cognationem habet. Punctorius verò dolor, quod phlegmone ſit in membrana coſtas ſuccingente. Hoc enim doloris genus fieri membranis laborantibus, Galenus libro ſecũdo,

Concocta quę?

Superuenientia quæ?

Pleuritidis propria ſymptomata.

Febris.

Pũctorius dolor.

©BIUM

do,de laborantibus locis,capite primo monſtrat.Difficultas autem ſpirandi, quòd locus affectus ſit reſpirationis organis,pulmoni potiſsimùm,&ſepto tranſuerſo,vicinus. Tuſsis,quòd aliquid ſemper à laborante loco ad pulmonem reſudet.Cęterùm pleuritidi quædam veluti huius morbi propria,quædam verò vt omnium morborum communia,ſuperueniunt.Propria quidem, de quibus initiò Galenus differit ſymptomata, vt in quadruplici ſint differentia,ita etiam quatuor portēdūt . Vel enim cōcocta ſunt, & tum morbi haud ita multò pòſt ſolutionem oſtendunt. Vel cruda,tum quidem diu turnum neceſſariò fore morbum ſignificant. Vel praua, & tum periculum imminere monſtrant. Vel maligna,& tum mortem minantur.Id quod ſputi in pleuritide exemplo Galenus clariſsimè docet . Pleuritidis enim proprium eſt . primò quidem ſi nihil omnino cum tuſsi educitur:id quod accidit, vbi humor morbum efficiens adhuc crudus eſt:quod ſufficiēs crudi morbi eſt indicium.Secundò, ſi aliquid educatur cum tuſsi,atqui tale quidem quod non ſit bonum.Id verò quòd bonum non eſt duplex eſſe ſolet. Vel enim eſt crudum duntaxat,vel non ſolùm crudum,ſed etiam prauum. Ab iis autem omnibus differt id quod coctum eſt,quòdquidem propriè loquendo Græcis πτύελον,Latinis ſputum appellatur. Quod autem cruentū ſanguineum , bilioſum, & ſpumoſum,rectiùs Grȩcè πτύσμα,Latinis excreatio dicitur . Quapropter veriſsimè dixit Hippocrates ſi ſputum celeriter in pleuritide ſuperuenit, morbū abbreuiat. Hoc enim coctum,vt modo diximus,exiſtit,ideoque iudicii celeritatem,& morbi breuitatē indicat. Si verò omnino nihil educitur in pleuritide,aut quod educitur crudū eſt,morbum in longius produci tempus portendit. Quòd ſi id quod in pleuritide excreatur prauum eſt,ægrotanti aliquod ex hoc morbo periculum imminere ſignificat.Si verò quod excreatur malignum etiam fuerit, mortem. Cæterùm quum iam expoſitum ſit quid ſputum propriè vocatum ſignificet , pergit Galenus etiam explicare quid excreatio propriè appellatā portendat,inquiens.Excreationes ſubflauæ,ſubrubræ,ſubpallidæ,ſpumoſæ, & tenues,ſolius ſunt cruditatis inditia,adeoque neque periculum,neque mortem ſignificare,breuiter nullū inſigne malū demōſtrant.Quęcunque autem excreationum ſynceræ flauæ,& ſubrubræ,craſſę,ſpumoſę,pallidę,lentæ,& rotundę fuerint, prauæ ſunt,& iis etiam magis nigræ.Synceras autem excreationes nominat,quę per ſe tantummodo, & impermixtæ alienæ materiæ ſunt.Et hæ quidem omnes prauæ,præter enim ſanguinem,Galeno libro ſecundo,prog. commētario quadrageſimoſeptimo atteſtante,quiuis alius humor ſi ſyncerus fuerit,prauum indicat affectum , à flammeo calore generationem obtinens.Flauæ itaq; & rufæ excreationes prauæ ſunt , quòd flauam bilem vehementer eſſe aſſatam portendant.Craſſæ verò, quòd ægrè educantur, & longiore temporis tractu malè affici cogant , & quòd in anguſtioribus meatibus ac viis impingantur,vnde vt nonnulli ſuffocentur,accidit.Spumoſæ, quòd pituitā quodammodo craſſam ac viſcidam aeriæ ſubſtantiæ permixtam ſignificent.Pallidæ, quia bilis vehementem aſſationem præ ſe ferunt.Pallidas autem diximus , quas Hippocrates χλωρὰ πτύσματα vocare ſolet.χλωρὸν enim illi idem φ ὠχρὸν vel ἰώδες,hoc eſt pallidū aut eruginoſum,vt loco citato,& libro ſecundo vict.acut.commentario viceſimotertio Galenus eſt autor,ſignificat.Lentę & rotundæ,quòd pituitam admodum aſſatā portendant,Immodicus enim calor pituitam aſſans,efficit vt excreatio rotunda fiat. Hinc non temerè libro ſexto Epide.ſectione teriia aphoriſm.28.ſputum rotundū delirium portendere,Hippocrates affirmauit . Nigræ omnium excreationū prauiſsimę ſunt,quòd atræ bilis,quæ deterrima & quàm maximè erodens eſt,aut craſsi ſanguinis aſſationem,aut extremam refrigerationem,ac natiui caloris extinctionē,demōſtrent. Porrò non tantùm ſubſtantiam & colorem ſputorum & excreationum à medico eſſe conſideranda,ſed earundem etiam eductionis modum,Hippocratis teſtimonio, ex libro ſecundo prog.45.producto,comprobat. Conſiderandum itaque num facilè aut ęgrè ipſa procedant.Si enim celeriter,hoc eſt,inter morbi initia,& promptè ſiue facilè

πτύελον.

πτύσμα.

Excreationū ſignificatio.

Syncerę excreationes quæ?

Quiuis ſyncerus humor,dempto ſanguine, prauū.
Flauę.
Craſſæ.
Spumoſæ.
Pallidæ.

Lentę acrotūdæ.

Nigræ.

Excreationum modus.

©BIUM

in doloribus pulmonis & coſtarum exeant ſputa, flauumque ſputis vehementer commixtum ſit, bonum eſt. Contrà autem ſi acciderit, malum. Quippe ſputum quod citò & facilé educitur, nec vehementem in thorace dolorem eſſe, adeoque hunc ſuo validè fungi officio, nec humorem craſſum, ac glutinoſum in pulmonis fiſtulis conditum eſſe, ſignificat. Quòd ſi verò contrarium euenerit, contraria etiam portendere manifeſtum eſt. Bonum prætereà eſt, ſi flauum ſputo ſit vehementer commixtum. Syncerè enim flauum, propter cauſam paulò antè expoſitam, damnatur. Liquet autem ex citata iam Hippocratis ſententia, quòd ille ſputum non nominet niſi id quod ſecundum naturam ſe habet, hoc eſt, quod concoctum, & minimè crudũ, aut prauum eſt. Deinde quòd dictio vehementer cum voce commixtum, & non cum flauum verbo ſit coniungenda. Neque obſtat quòd aliqui hanc vocem vehementer, omnino non adſcripſerint: id enim præter omnem rationem ab illis factum eſt. Aut quòd nõnulli ex iis qui hanc adſcribunt ad flauum referunt, non enim Hippocrate digna dicunt, vt qui omnium inæquales motus, & eorum quæ plurimùm diſtant complicationes ſemper damnet. Et experientiâ quoque ipſa ita ſe habere comprobat. Si itaque inæquales omnium motus damnauit Hippocrates, fieri non poteſt vt ſputum vehementer flauum probauerit. Quòd tantò minus etiam fieri potuit, quo ſputum vehementer flauum à ſputo naturali, de quo hoc loco loquutus eſt, vt diximus, Hippocrates, diſtat. Vehemẽter autem flauum ſputum, vtpote prauum, plurimùm diſtare ab eo quòd naturale eſt, omnibus conſtat, quocirca complicari de Hippocratis ſententia, vt qui eas complicationes ſemper damnet, nequeunt. Porrò quòd dictio vehementer, ad commixtum ſit referenda, ex ſequentibus verbis, contra prædictorum medicorum ſententiam, manifeſtè comprobatur. In aphoriſmo enim 45. libri ſecundi prognoſt. vbi omnia primę ſententiæ opponuntur, euidentiſsimis verbis flauum quod non vehemẽter commixtum, hoc eſt, ſyncerum exiſtit, deterius eſſe ait. In citata itaque iam Hippocratis ſententia dictioni celeriter, opponitur illud, multò pòſt doloris principium. Ei verò dictioni faciliè, illud, multam excitans tuſsim. Si quid enim multam infert tuſsim, hoc certè ægrè educitur. His autem verbis, flauumque ſputo vehementer commixtum apparere, oppoſuit, non vehementer commixtum, ſeu ſimpliciter immixtũ, & duntaxat flauũ, & quòd ex vtriſq; nẽpe colore naturalis ſputi, & flaui aut ruſi, nõ tamẽ vehemẽter cõmixtũ eſt. Sed dãnare Hippocratẽ vehemẽter flauũ, ea ſentẽtia quę paulò antè citatã cõfeſtim ſequitur, nẽpe 46. manifeſtiùs cõprobat. Inquit, enim, flauũ ſyncerũ periculoſum. Quid autem per ſyncerum veniat intelligendũ, in cõtextu Galenus oſtẽdit, nimirũ id quod ſputo naturali non eſt commixtum. Quę deinceps in Galeni cõtextu ſequuntur, ſunt duo Hippocratis aphoriſmi ex citato iam libr. ſecundo, prog. producti, nempe. 47. & 48. Qui paulò antẽ abundè à nobis, & à Galeno in cõmentariis enarrati ſunt. Proinde prolixiori horum verborum enarratione minimè opus eſt.

Sputum quid?

Hippocrates omnium inæquales motus damnat.

Vehemẽter vox ad commixtum referenda.

Syncerum.

Cæterùm ſimul etiam conſideranda ſunt ſuperuenientia quæ omnium acutorum morborum ſunt communia. Connumerat autem ea deinceps in eum modũ
„ *ſcribens. Sunt autem hæc bona facilè perferre morbum, facilè ſpirare, à dolore li-*
„ *beratũ eſſe, ſputũ facilè tuſſiendo eiicere, corpusque æqualiter calidum & molle*
„ *eſſe, ſitim non habere, vrinas & alui excrementa, & ſomnos, & ſudores, velut*
„ *ſcriptum eſt, ſingula quòd ſint bona ſcire conuenit. Hæc itaque bona ſigna ſunt. Quæ verò inſtrumentorũ quæ reſpirationi inſeruiunt ſunt propria, & quæ prætereà omnium aliorum acutorum morborum communia exiſtunt, cõtinenter inuicem ſcripta ſunt. Adiungens verò ipſis ſubinfert. Mala verò ſigna iis contraria ſunt, ægrè ferre morbũ, ſpiritum magnum & denſum eſſe, dolorem non ſedari,*

ſpu-

ſputum vix tuſsiendo eiicere, vehementer ſitire, corpus inæqualiter calore affici, ventrem & latera vehementer calida eſſe, frontem verò & manus ac pedes frigidos. Vrinas autem, & alui excrementa, & ſomnos, & ſudores, quemadmodũ ſcriptũ eſt, hæc ſingula noſſe oportet mala eſſe. Scriptum verò etiam de iis in libro prognoſticorũ, vbi ſimilẽ huic in ſingulis horũ quidẽ nũc in ſputis et excreationib⁹ doctrinã tradit. Quẽadmodũ enim in iis hoc quidẽ concoctionis eſt ſignũ, hoc verò cruditatis, illud autẽ interitus: & quòd vtiq; cõcoctionis eſt ſignũ, ſi ſtatim in principio apparet, celeriter ſeruari hominem ſignificat, cruditatis autem, longiori tempore, pernitioſum verò, mori: & quòd vehementer exitioſum eſt, celeriter, quòd verò illo minùs eſt pernitioſum, longiori tempore: ita etiam de vrinis ipſis, & alui excrementis & aliis omnibus de quibus deinceps nobis ſermo erit, definitum eſt. Ex iis enim omnibus hæc quidem concoctionis, hæc autem cruditatis, illa verò interitus ſigna ſunt. Nigra enim excreatio præter id quod cruda eſt, pernicioſa quoque exiſtit. Sic & vrina nigra, non ſolùm cruda, ſed etiam exitioſa eſt. Simpliciter autem cruda, quæ alba & tenuis eſt, quam aquoſam nominamus.

Nigra vrina. Simpliciter cruda.

COMMENTAR.

Poſtquàm Galenus quid ex propriis pleuritidis ſymptomatis ſuperuenientibus definiendum ſit, expoſuit, nunc quid ex iis quæ omnium acutorum morborum communia ſunt ſit definiendum, docet. Sunt autem ea quæ non tantùm pleuritidi, ſed & reliquis omnibus morbis acutis ſuperueniunt. Atque hæc quidem duplicia ſunt, bona nimirum & mala. Bona ſunt, facilè perferre morbum, promptè ſpirare, à dolore eſſe liberatum, ſputum tuſsiendo facilè eiicere &c. quemadmodum in contextu ex Hippocratis libro ſecundo, prognoſt. aphoriſm. 56. à Galeno ordine recenſentur. Quippe facilè perferre morbum, inditio eſt illum eſſe moderatiorem. Facilè autem ſpirare, neq; thoracem, neque cor, neque pulmonem, neque ſeptum tranſuerſum dolorificum habere affectum, ſignificat. Quod etiam Hippocrates iis innuere verbis voluit. Facilis ſpiratio perquàm magnam vim obtinet in omnibus morbis acutis, quibus febris copulatur, quiq́ue quadrageſimo die finiri ſolent. A dolore liberari, certiſsimum ſignum eſt affectum dolorificum eſſe ſublatum. Sputum facilè tuſsiendo eiicere, nullum vehemẽtem in thorace dolorem, nec vires deeſſe monſtrat. Corpus autem æqualiter calidum & molle eſſe, ſignificat illud æqualiter eſſe affectum, aut per caliditatem, aut mollitiẽ, adeoq́ue non vna parte calidum, altera frigidum, aut vna parte molle, altera durum. Sitim non habere, neque vehementem vel calorem, vel ſiccitatem ſubeſſe portendit. Denique vrinas eſſe bonas, alui item excrementa bona eſſe, concoctionem eorũ quæ in iecore, & ventriculo ſunt, ſignificat. Quæ autem vrinæ bonæ ſunt, docet Hippocrates in ſecundo prognoſticorum libro, ab aphoriſmo 26. vſque ad 38. De alui autem excrementis ibidem, ab aphoriſmo decimotertio, vſque ad 26. agit. Cæterùm mala ſymptomata quæ quidem inſtrumentis quæ reſpirationi inſeruiunt ſunt propria, & quæ prętereà omnium aliorum morborum acutorum ſunt communia, continenter in citata à Galeno Hippocratis ſententia præſcribuntur, & prædictis planè cõtrari exiſtũt. Sunt autem, morbum ægrè ferre, id enim morbi vehementiam portendit. Spiritũ autem magnum & denſum, ſiue crebrum eſſe, quid mali prænunciet Hippocrates ſati, in eum ſcribens modum ſignificauit. Spiritus denſus crebérve, inquiens, aut doloris, aut phlegmones in partibus tranſuerſo ſepto ſuperioribus, indicium eſt. Magnus verò & ex longis interuallis factus, delirium. Cauſa autem eius rei in libro ſecundo de ſpirãdi

Quę ſymptomata communia.

Bona.

1 prog. 28.

Mala.

1. prog. 27.

©BIUM

difficultate Galenus copioſè admodum expoſuit. Quid verò hæc quatuor doloré non ſedari, ſputum vix eiicere, & vehementer ſitire, corpus inæqualiter calore affici ſignificent, è contrariis bonis abundè conſtat. Porrò frontem, manus, & pedes, adeoq; extremas corporis partes, frigidas eſſe in acutis morbis, ventrem autem & latera, hoc eſt, internas partes calidas, immenſarum viſcerum phlegmonum indicia ſunt. Hinc eſt q̃ Hippocrates in aphoriſmis ita ſcriptum reliquerit. In acutis morbis frigiditas extremarum partium, malum. De vrinis autem, alui excrementis, ſomnis, & ſudoribus malis, locis ſuprà productis in libro prognoſticorum ſcriptũ ab Hippocrare eſt. Ibidem enim ſimilem de ſingulis prædictorum, qualem nunc de excreationibus doctrinam tradit. Quemadmodum enim in ſputorũ & excreationũ genere, hoc quidem concoctionis eſt ſignum, hoc verò cruditatis, hoc autẽ mortis: & quòd vtique concoctionis eſt ſignũ ſi protinus ab initio apparet, celeriter hominẽ à morbo liberari ſignificat: ſi verò cruditatis, lõgiùs pduci morbũ, ſin pnicioſum, mori indicat: & quòd vehemẽter pnicioſum eſt ſignũ, celeriter mori, quod autẽ illo minùs eſt exitioſum, longiori pòſt tẽpore ægrotantẽ mori indicat: ita etiam de vrinis alui excrementis, & aliis omnibus definitum eſt ab Hippocrate. Quòd nimirum ex his hæc quidem concoctionis, hæc cruditatis, hæc verò mortis ſigna ſunt. Vt enim nigra excreatio, verbi gratia, non tãtùm cruda, verumetiam pernitioſa eſt: ſic etiam vrina nigra, non ſolùm cruda, ſed etiã exitioſa eſt. Vrina autẽ ſimpliciter cruda, & nõ ſimul pnitioſa eſt alba & tenuis, quam aquoſam nominamus. Quòd confirmat planè Galenus, qui libro ſecundo prognoſticorum commentario triceſimoſecundo, ita ſcribit. Vrina aquoſa, tenuis quidem conſiſtentia, colore verò candida eſt, ſummamq́ue humorum cruditatem, naturalis verò facultatis imbecillitatem ſignificat.

Partes extremas eſſe frigidas, internas autẽ calidas in acutis morbis malum. 7. apho. 1.

Aquoſa vrina.

CAPVT VI.

RVrſus igitur ad aphoriſmum redeamus, qui ita inquit. Acceſsiones autem & conſtitutiones morbi indicant, & anni tempora, & circuituum inter ſe incremẽta, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per maiora temporis interualla fiant. Sed etiam ex ijs quæ ſuperueniunt, veluti pleuritide laborantibus, ſputum ſi ſtatim quidem morbo incipiente appareat, ipſum abbreuiat: ſin poſteà apparet, producit. Quinetiam vrinæ, & alui excrementa, & ſudores, vbi ſuperuenerint, aut iudicatu difficiles, aut faciles, aut breues, vel longos morbos fore oſtendunt. Quippe hæc manifeſtè omnium eorum quæ in prognoſticis ſcribuntur compendium ſunt, quum ſenex capita duntaxat eorum quæ in hoc libro particulatim dicuntur in aphoriſmos transferre tentauerit. Quæ nam igitur hæc ſunt capita? Sæpiùs enim vt hæc ipſa repetam melius eſſe iudico, vt nunc vtique etiam quiſpiam pudore affectus, & morbi principium cognoſcat, & futurũ vigorem præſciat. Hæc ſunt, vt ipſe inquit, & ſpecies morbi, & natura temporis, & acceſsionum circuitus, & quæ morbis ſuperueniunt. Sermo autem mihi rurſus erit de eodem exemplo, breui quadam de nominibus diſtinctione adhibita, quibus vt par erat veteres ad mentis conceptum explicandũ vtebantur. Summo enim ſtudio in exquiſitam rerum cognitionem incumbebant. Recentiores verò propemodum omnes vitam ſuam in nominibus terunt, de rebus minimè ſoliciti. Principium igitur morbi, & primum quidem inſultum, & indiuiſibilem primæ acceſsionis partem, veluti nunc quòd latitudine caret, vocant.

Capita eorũ quæ in prognoſticis Hippocrates ſcripſit.

Principii acceptiones duæ.

Aliquando

Aliquando verò & tempus aliquod latius, quod rursus in ipso nunc est, quando scilicet vel hyemẽ nũc esse dicimus, vel æstatẽ, vel aliquod aliud tẽpus. Quòd igitur Hippocrates in nullo taliũ sermonũ, qualis est is quẽ anteà commemorauimus aphorismus, & multi alij quos deinceps dicemus, principiũ vocet primũ illũ & indiuisibilẽ insultũ, vnicuiq; liquet. Quomodo enĩ hoc, scilicet: Circa prĩcipia morborũ cõsiderãdũ, an statim florẽt, quispiã sic dictũ esse putare posset? Vel illud: Incipiẽtibus morbis si quid mouẽdũ videtur moue, vigẽtibus aũt quiescere melius est? Vel hoc: Si inter principia morbi facies huiusmodi erit? Siquidẽ facies ista talis, de qua hæc dicũtur, in illo exquisitè primo insultu morborũ nũquã consistere potest. Eodẽ pacto quũ dicitur: In acutis morbis rarò, & in principiis purgantibus medicamẽtis vtẽdũ esse: principiũ quod in tẽporis latitudinẽ extrahitur demõstrat. Et multò magis quum inquit: Circa principia & fines, oĩa imbecilliora sunt, circa vigores verò fortiora. Et hoc quidẽ: In quibuscunq; morbis incipientibus, atra bilis vel suprà vel infrà prodierit, lætale: eodẽ sensu dictũ est. Pari modo in libro de victu acutorũ morborũ, in enumeratione vehemẽtiũ illorũ symptomatum subintulit. Hæ verò si in prĩcipiis apparuerĩt, vehemẽtissimũ deliriũ denũciãt, & magna ex parte moriũtur. Eodẽ iis pacto se habet etiã id quod in proposito nũc nobis aphorismo est, vbi ait: Veluti in pleuriticis si sputũ statim incipiente morbo appareat, illũ abbreuiat. Neq; enim primũ exquisitè insultũ nũc significat, hæc dictio incipiẽte, tũ propter rerũ naturã ipsam, tũ quia talia nõ potuisset dicere superueniẽtia. Quo enim pacto ab iis quæ simul inuadũt differrẽt? Hæc enim manifestè idem inter se, & cũ vniuerso morbo principiũ habẽt. Superueniũt autẽ quædã statim quidẽ prima die, quædam in secunda, quædam verò in tertia, & quarta, nonnulla quoque quum morbus aliquousque progressus est.

Superuenientiũ diuersitas.

COMMENTAR.

Initiò huius capitis Galenus repetit aphorismũ duodecimũ sectionis primæ aphorismorum Hippocratis, vt scilicet ostendat hunc veluti compendium esse omnium eorum quæ in libris prognosticorum scribuntur. Nam Hippocrates, quem hîc, vt alibi etiam sæpiùs, πρεσβύτην, id est, senem nominat, eorum quæ in libro prognosticorum particulatim traduntur capita tantùm in aphorismos transtulit. Quæ verò hæc sint capita, nõ piget Galenũ sæpiùs dicere, quo scilicet hac crebra repetitione efficiat, vt saltẽ quispiã pudore affectus discat principiũ morbi cognoscere, & futurũ vigorem præscire. Sunt enim, vt Hippocrates inquit, hæc quatuor, species morbi, anni natura, accessionum circuitus, & quæ morbis superueniunt. Quæ si singula rectè, & vt præcedentibus duobus capitibus exposuimus, expendãtur, tempora morborũ, principiũ maximè & vigorẽ exquisitè indicant. Deinde iterum de eodem exemplo, hoc est, de anni temporibus, præsertim principio, verba facit Galenus, breui admodũ de noĩbus distinctione adhibita. Bifariã enim principiũ à medicis esse acceptũ, vt paulò pòst dicemus ostẽdit. Laudat autem veteres, vt qui summo studio in exquisitam rerum cognitionẽ incumbebant, nec nominibus, vt par fuit, aliter quàm ad animi conceptum explicandũ vsi sint. Contrà verò recentiores notat, vt qui propemodum omnes vitam in nominibus terunt, parum interim de rebus soliciti. Verum ne linguarum osores, quorum hodie est infinitus adhuc numerus, inter eos potissimũm qui medici sibi titulum temerè vendicant, ex hoc Galeni loco linguarum studium calumniandi ansam accipiãt, animaduertendũ, Galenũ iis verbis nõ damnare diligentem nominum inquisitionem,

Senes quis?

Bifariã principiũ à medicis vsurpatum.

Nũ nominũ inquisitio damnãda sit?

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 409 sur 637

©BIUM

quum conſtet nomina non alia de cauſa tanta curioſitate rebus maximè congruentia eſſe impoſita, quàm vt eas redderent cognobiles, adeoque nobis rerum conceptus ſignificataq; explicarent. Quapropter non ita nominum negligentem eſſe decet, vt non ſeuerè, & multo otio ſit diſquirendum, quę quibus rebus nomina ſint adoptanda. Quippe hoc ad exactam rerum, de quibus tractandum eſt, intelligentiam ac perſpicuitatem plurimùm conducit, præſertim ſi patriis, hoc eſt, receptis & propriis, ac maximè conſuetis vtimur. Redarguit autè eos, qui ocioſam operā in non neceſſariis verbis ponūt, adeoq; omnē vitā de nominibus altercādo, vt cap. 1. de ſymp. diffe. ait, conterunt, nec vnquā ad artis finē peruenire poſſunt. Atq; hanc eſſe Galeni mentē abūdè ſatis teſtantur quæ lib. 3. de diffe. pulſuū cap. 1. ſcriptū reliquit, vbi ita inquit. At de nominibus pugnare, nec vllum hîc modum facere, & multùm elaborare, ſolidoſque implere libros maximos iis præſtigiis, nec neceſſe eſſe, nec par, nec venia dignum iudico. In hunc enim modum de nominibus laborare, vt idem eodem loco ait, eſt operam ludere. Ad hæc ocioſum tantùm & inutile nominum ſtudiū damnaſſe Galenū vel hinc etiam palàm fit, quòd aliàs temerè ipſum feciſſe fatendum erit, quòd libellum de nominibus medicis, quem iniuriâ tamen temporum amiſimus, conſcripſerit. Quid multa? neceſſariam nominum inquiſitionem non eſſe damnandam, ſed inquirenda eatenus nomina, quatenus in rerum nos perducunt cognitionem, & ad illuſtriorem eorū quæ dicimus ſignificationem conducunt, manifeſtè libr. ſecundi prognoſticorum, comm. 39. in eum ſcribens modū teſtatur Galenus, Aſſiduè in animo habeas, inquit, eatenus ſtudendum eſſe nominibus, quatenus ad apertiorem eorum quæ narramus ſignificationem ex illis iuuari poſsis. Reliquum verò tempus ſuperuacuum exiſtimabis, ad ſtudium meliorum rerum accommodans. Vnicè itaque curandum erit omnibus, quemadmodum libro primo thera. meth. cap. 5. Galenus monet, vt ſingulis rebus ſua accōmodentur nomina, ſic enim dilucida doctrina, atque à ſophiſmatis, quę homonymia parit, libera efficitur. Id quod exemplo principii hoc loco Galenus monſtrat, quod bifariam vſurparunt medici. Primùm pro primo inſultu, & indiuiſibili primæ acceſſionis parte. Atque in ea quidem ſignificatione principium non eſt niſi nunc quod caret latitudine. Hoc eſt, præcisè hoc momentum, ſeu ipſe articulus, in quo primùm inuadit morbus. Secundò verò pro aliquo tępore quòd latiùs eſt, hoc eſt, pro principio morbi quod latitudinem obtinet. Et in eo ſignificatu principium ſignificat nunc quod latitudinē habet, hoc eſt, tępus primum morbi quod in certa latitudine cōſiſtit. Quòd Galenus hoc loco iis planè verbis ſignificare voluit: ὅπερ, (ſic enim, & non ὥσπερ legendū eſſe iudico) ἐπ' αὐτῆς πάλιν τὸ νῦν hoc eſt, quod rurſus in ipſo nunc eſt. Non eſt autem in nunc quod indiuiſibile eſt, & latitudine caret, ſed in eo quod latū eſt. Proinde quum dicimus nunc eſt principium morbi, nō aliud ſignificare volumus, quàm quum dicimus nunc eſt hyems, aut æſtas, aut ver, aut autumnus. Per nunc enim non tempus indiuiſibile, ſed id totum ſpatium temporis quod hyemem vocare ſolemus intelligimus. Eodem ſanè modo in morbis ea loquendi ratione ſignificamus totum hoc tempus latum, quod concoctionis ſignis definitur. Et in ea quidem ſignificatione paſsim ab Hippocrate principii vox eſt vſurpata. Nam in nullo ſuorum monumentorum loco Hippocrates principium vocauit primum illum & indiuiſibilem, ſeu latitudine carentem inſultum. Id quod aliquot ex eo autore productis aphoriſmis Galenus hoc loco luculenter oſtendit. Nam in ſecundo Epidemiorum libro, ſectione prima, vbi ait: Circa principia morborum conſiderandum, an ſtatim florēt: manifeſtum eſt eum per principium non intellexiſſe primum illum exquiſitè & latitudine carentem inſultum, aliàs morbus vno & eodem temporis momento vtrunque tempus, principium nimirum & vigorem obtineret, quod tamen fieri non poteſt. Item neque ſectione ſecunda aphoriſ. 29. vbi inquit. Incipiētibus morbis, ſi quid mouēdū videtur moue &c. principium tale intelligere potuit, vtpote in quo propter eius celeritatem quicquam moliri

Principii acceptiones duæ.

Galeni codex Græcus emaculatus.

medico

medico non ſit integrum.Præterea à primo prognoſticorum aphoriſm.vndecimo,vbi dicit:Si inter principia facies huiuſmodi erit: fieri non poteſt vt de primo illo morbi inſultu locutus ſit:quum in eo temporis momento facies talis conſiſtere nequeat, ſed opus eſt aliquo longiore temporis ſpatio in quo talis appareat facies. Eodem ſanè pacto,quum ſectione prima aph.viceſimo quarto,ſcriptum reliquit.In acutis morbis rarò, & in principiis purgantibus medicamentis vtendum:non primum inſultum,vt in quo non liceat ob eius breuitatem porrigere purgans medicamentum, ſed id potiùs principium quod in latitudinem extenditur manifeſtè demonſtrauit. Multò autem magis id principium videtur inſinuaſſe ſectione ſecunda,aphoriſm.30.dum ait.Circa principia & fines omnia imbecilliora ſunt, circa vigores verò fortiora.Nam quomodo aliquid eſſe imbecillum,aut validũ in temporis momento dici poſſet? igitur vt aliquod principiũ quod latitudinem habeat iis intellexerit verbis neceſſum eſt. Hoc denique quod eſt in ſectione quarta aphoriſm.viceſimo ſecundo,In quibuſcunque morbis incipientibus atra bilis vel ſuprà vel infrà prodierit, lętale, & quod eſt in libro ſecundo victus acut.morb.aphoriſm. quadrageſimonono,vbi ita ſcribit.Hæ verò ſi in principiis apparuerint &c.ſatis etiam propter cauſam iam expoſitam confirmant,Hippocratem non de principio in prima ſignificatione,ſed alera potiùs locutum eſſe.Nuſquàm autem clariùs ſe de tali principio non eſſe locutum Hippocrates monſtrauit, quàm in propoſito nunc nobis Hippocratis aphoriſmo primæ ſectionis duodecimo, vbi ait. Veluti in pleuriticis,ſi ſputum ſtatim incipiente morbo ſuperueniat,illum abbreuiat.Nam non intelligere ipſum hoc loci primum exquiſitè inſultum per principium,duplici ratione oſtenditur.Primùm quòd rerum natura nõ permittat vt ſtatim in primo inſultu pleuritidis ſputum appareat,neque enim fieri poteſt vt in hoc temporis momento,quod è morbo reſudaſſet per ſputum eiiceretur. Secundò, quòd ſputum hoc,quod in primo ſtatim inſultu morbi appareret, inter ſuperuenientia connumerare haud potuiſſet,quum ab iis quæ ſimul cum morbo inuadũt nihil differret. Differre autem hæc duo inter ſe hinc fit manifeſtum, quòd illa quæ vnà inuadunt idem inter ſe,& cum vniuerſo morbo principium obtinent. Quæ autem ſuperueniunt,minimè,vtpote quorum quædam ſtatim primo die,atqui non cum morbo ſimul: quædã in ſecunda, quædam verò tertia & quarta, quædam quum iam longiùs progreſſus eſt morbus.E quibus omnibus Sole clarius fit,Hippocratem nuſquam in ſuis monumẽtis principium in prima ſignificatione, hoc eſt, pro primo exquiſitè morbi inſultu, vſurpaſſe.

Quæ vnà cũ morbo inuadunt.
Quæ ſuperueniunt.

CAPVT VII.

PRincipium verò latitudinem obtinens conmuni quadam, & ea quidem prompta imaginatione,quæque nihil artificioſi habet, prima acceßione complectitur.Hinc eſt quòd quædam protinus quum incipiunt, vigorem accepiſſe dicuntur: quemadmodum in primo Epidemiorum teſtatur libro, vbi inquit. Statim enim incipiens continua quibuſdam floret ac viget. Vox enim incipiens nunc non dicta eſt de morbi tempore,alioquin ei pugnaret quod dicit florere & vigere: ſed de tempore videlicet quod à principio exquiſitè primo vſque ad tertium, vt plurimum, diem extenditur. Omnino enim hæc febris vbi principium hoc primum,& latitudine deſtitutum abſoluerit,atque ſubinde hoc pacto increuerit, proprium aſſumit vigorem: hæc quidem in prima protinus die, illa verò in ſecunda. Nequaquàm tamen ſtatim ab inſultu primæ acceßionis aliqua febris in vigore eſſe poteſt. Verùm ſi in prima die, ſiue in ſecunda vigorem nacta,hinc vſque ad

Principiũ latitudinem obtinẽs quod artificio caret.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 411 sur 637

©BIUM

integram ſolutionem extendatur, nullam ſenſilem alterius acceſsionis inuaſionem accipiens, hæc vtique ſtatim ab initio proprium habuiſſe vigorem dicetur. Et hoc eſt quod ab Hippocrate dictum eſt. Continua enim eſt quæ quibuſdam ſtatim incipiens floret, ac viget. Tale igitur etiam eſt hoc: In pleuriticis ſputũ ſi ſtatim quidem incipiente morbo appareat, illum abbreuiat: priuſquàm ſcilicet ſecunda inuaſerit acceſsio. Adhuc enim pleuritis incipere dicetur, non ſolùm quando talis acceſsio eſt in augmento, aut vigore, ſed etiam in vniuerſa declinatione, atque omnino antequàm ſecunda ingruat acceſsio, quæ, vt plurimùm, in pleuritide tertio fit die.

Secũda acceſsio in pleuritide ferè tertia die.

COMMENTAR.

Præcedenti capite Galenus monſtrauit duplex eſſe principium, vnum indiuiſibile ac latitudine omni deſtitutum, de quo Hippocrates nunquam ſit locutus: alterum verò quod latitudinem aliquam obtinet: quod & ipſum planè duplex exiſtit. Vnũ quod Galenus hîc & in ſequenti capite ἄτεχνον, hoc eſt, artificio deſtitutũ vocat, & eſt quod prima acceſsione complectitur, &, magna ex parte, ad tertium vſque diem extenditur. Alterum verò quòd ἴδιον, id eſt, proprium dicitur, eſt id quod concoctionis ſignis finitur, & morbi pars exiſtit. De quo ſequẽti capite dicemus. De vulgari autẽ & eo quod nihil artificioſi habet, & prompta imaginatione prima acceſsione circũſcribitur, nec morbi pars eſt, hoc in capite agit Galenus. Quum in ea quidem ſignificatione accipitur principium, tum quædam morborum genera protinus quum incipiunt, rectè vigorem accpiſſe dicuntur. Prima enim acceſsio, vt capite quarto comprehenſum eſt, aliquando etiam augmentum, & vigorem morbi in ſe complectitur. Atq; hinc eſt quòd Hippocrates libro primo, Epide. ſectione tertia, ſcriptum reliquerit, continuam febrẽ ſtatim incipientem quibuſdam florere & vigere. Neque enim vox incipientem, de eo principio quod morbi tempus eſt intelligi poteſt, alioquin vnus & idem morbus vno & eodem tempore in principio & vigore eſſet, quod fieri nequit, ſunt enim diuerſa & diſtincta tempora, vtpote quæ etiam augmenti interuentu ſeparantur: ſed de eo potiùs tempore, quod prima circunſcribitur acceſsione, adeoque quod, vt plurimùm, ab exquiſitè primo inſultu & principio vſque in tertium protenditur diem. Nam hæc febris continua vbi principium hoc primum, & latitudine deſtitutũ perfecerit, & ſubinde, vt par eſt, increuerit, proprium, hoc eſt, eum qui morbi tẽpus eſt, vigorem aſſumit. Et ex eo febrium genere, hæc quidem in prima protinus die, illa verò in ſecunda vigorem accipit. Nulla tamẽ febris ſtatim à primæ acceſsionis inſultu in vigore eſſe poteſt: quòd hoc ipſum naturæ rerum, atque temporum morbi repugnet. Verùm ſiue in prima, ſiue in ſecunda die vigorem nacta ſit, hinc tamen, hoc eſt, à vigore, ſi ad integram vſque ſolutionem extẽdatur, nec vllam ſenſilem alterius acceſsionis inuaſionem accipiat, ſtatim vtique ab initio proprium morbi vigorem habuiſſe dicetur. Nam nulla alia ſubſecuta eſt acceſsio, ſed in prima planè acceſsione, quæ ad integram vſque febris ſolutionem durauit, vigorem aſſumpſit. Atque hoc omnino eſt quod Hippocrates in paulò antè citata ſententia continuam febrem ſtatim incipientem vigere dixit. De tali quoque principio locutus eſt Hippocrates prima ſectione aphoriſm. 12. vbi inquit. In pleuriticis ſi ſtatim quidem incipiente morbo ſputum appareat, illum abbreuiat. Statim enim, ait, hoc eſt, priuſquàm ſecũda inuaſerit acceſsio. Quippe pleuritis adhuc incipere, hac ratione, dicetur, non ſolùm quando hæc acceſsio in augmento, aut vigore fuerit: ſed etiam per vniuerſam eius declinationem, atque omnino antequàm ſecunda acceſsio, quæ, vt plurimùm, in pleuritide tertio fit die, inuadat. Nam vt iam ſæpe eſt commemoratum, principium in eo Hippocratis loco planè id tempus ſignificat, quod

Principiũ obtinẽs latitudinẽ duplex ἄτεχνον.

ἴδιον.

Quædã morborũ genera protinus quũ incipiũt vigorẽ recte acceptſſe dicũtur.

quod prima acceſsione comprehenditur. Quapropter tantiſper dum illa durat, principium eſſe pleuritidis dicetur.

Concoctionis ſigna quid ſignificant.

Quodcunq; igitur concoctionis ſignum ſuperuenerit, breuem ſimul & ſalubrem fore morbum ſignificat. Tale ſanè etiam eſt in pleuriticis ſputum. Quippe vniuſcuiuſque corporis partis excrementum, eum qui illi ineſt affectum demonſtrat: ſi concoctum quidem fuerit, ſalubrem: ſi verò crudum, morboſum. Sic itaque

Egeſtionum alui indicia.

hæc etiam dicta ſunt. Egeſtio alui optima eſt, mollis & compacta, & quæ eadẽ hora, qua in ſecunda valetudine deiici ſolebat, excreta. Copia verò iis quæ ingeſta ſunt, reſpondeat. Talis enim ſi fuerit exitus, inferior vtique venter rectè valebit. Quinetiam ſputum ſi fuerit exquiſitè ſimile ſanorum ſputo, reſpirationis inſtrumenta exquiſitè ſana eſſe demonſtrabit. Quòd ſi verò aliquo modo impediatur, & à naturali habitu recedat, tantundem illa læſa eſſe oſtendit, quatùm vtique ipſum à naturali ſpecie abeſt. Quod verò illi quod ſecundum naturam ſe habet maximè contrarium eſt, crudum exiſtit, & magnam laborãtium locorum imbecillitatem demonſtrat. Si verò aliquam notam vitioſæ cauſæ habuerit, veluti eſt nigrum, iam tale exitioſiſſimum erit. Pari ratione & in vrinis ſe habet. Nam quæcunque harum, ſanorum vrinis maximè ſimiles ſunt, hæ quidem ſatis robuſtũ eſſe venoſum inſtrumentorum genus oſtendunt. Quæ verò crudiores fuerint, ipſorum imbecillitatem. Quæ verò ſanorum vrinis ſunt maximè contrariæ, hæ quidẽ omnino ſunt crudæ. Magnam autem vniuerſi venoſi generis imbecillitatem indicant. Quæcunque verò exuperantis cauſæ etiam prauitatem oſtẽdunt, veluti quæ nigræ ſunt, hæ extremè exitiales ſunt. Hæc igitur tria ſignorum genera propriam cuiuſque partis concoctionem demonſtrant. Inferioris quidem ventris, quæ ſecundum naturam ſe habeut deiectiones: venoſi autem generis, vrinæ: inſtrumentorum verò reſpirationi inſeruientium tantùm, excreationes. Quemadmodum autem hæc ipſorum locorum à quibus excernuntur indicia præbent, eodem, arbitror, modo etiam vrinæ, renum, vrinatoriorum meatuum, veſicæ, & penis. Atqui vrinas quæ in malis harum partium excernuntur, Hippocrates ſeorſim in aphoriſmis enumerauit. Quæ verò in acutis morbis concurrunt, in prognoſticorum libro ſcripſit. Quoniam verò vniuerſus hic liber, vt iam ſæpius eſt demonſtratum, de ſolis agit acutis morbis: certè toto in eo de vrinis abſoluto ſermone, in fine ſubiecit. Ne autem te decipiat, ſi veſica morbo quopiam laborans, huiuſmodi aliquam vrinam reddiderit: non enim totius corporis ſignum, ſed ipſius per ſe veſicæ. Vt igitur veſicæ meminit, ipſa in ſermone pro exemplo producta, ſic & renes, & vrinatorios meatus, & penem inaudire oportet. Maximè verò idipſum demonſtrant quæ ab ipſo in aphoriſmis ſcripta ſunt. Sicuti enim veſicæ, ita & renũ ægrotantiũ ſignũ deſcribit: Quib⁹ inquiẽs, cũ vrina q̃ craſſa eſt carũculæ exiguæ, aut veluti capilli vnà exeũt, ijs à renib⁹ excernũtur. Hæc igitur, vt dixi, tria ſignorũ genera ſingula propriã cõcoctionẽ demõſtrant: vrinæ quidẽ eius quæ fit in venis: deiectiones verò, eius quæ fit in ventre: excreationes autem, quæ in reſpirationis inſtrumentis.

Sputi ſignificationes.

Crudum. Nigrum.

Vrinarũ iudicia

Tria ſignorũ genera partiũ cõcoctiones demonſtrantia.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 413 sur 637

©BIUM

Cuiuſque partis excremẽta conſideranda.

In altera huius capitis parte Galenus oſtendit diligenter admodũ, à medico cuiuſq; partis excrementa eſſe conſideranda,quòd ſcilicet eum qui illis ineſt affectũ indicent. Nam ſi concocta fuerint,ſolubrem:ſin cruda,morboſum in illis eſſe affectũ liquidò demonſtrant.Id quod trium excrementorum,alui nimirum,ſputi & vrinæ, exemplo luculenter admodum declarat.Alui enim excrementa inferioris ventris oſtendere affectus Hippocrates libri ſecundi prognoſticorum,aphoriſmo decimotertio teſtatur, vbi in hunc modum ſcribit.Deiectio alui optima eſt mollis & ſolida ſeu compacta, & quæ eadem hora,qua in ſecunda valetudine deiici ſolebat,excreta eſt. Copia verò iis quæ ingeſta ſunt reſpondeat. Talis enim ſi excernitur, inferior vtique venter rectè valebit.Quibus ſanè verbis Hippocrates optimam deiectionem,& quæ inferiorem ventrem rectè valere ſignificat,tribus poſſe cognoſci monſtrat:nempe conſiſtentia, tempore,& copia.Conſiſtentia,ſi nimirum non omnino vt lapis dura, nec ita liquida vt diffluat,ſed mollis ſit eatenus,vt nihilominus compacta ſit ac cohæreat. Tempore ſi vtique ea hora qua per ſanitatem conſueuit ab ægrotante excernatur. Copia, vt ſcilicet ingeſtis cibis reſpondeat. Talis vtique deiectio inferiorem ventrem, in quo ventriculus & inteſtina ſunt,rectè valere indicat.Porrò vt alui excrementa inferioris ventris affectus oſtendunt,ita ſputum medii ventris,in quo reſpirationis ſunt inſtrumenta,affectus demonſtrat.Si enim hoc ipſum ſanorum ſputo exquiſitè ſimile fuerit, reſpirationis inſtrumenta exquiſitè eſſe ſana indicat. Quòd ſi verò aliquo modo ne facilè & prõptè excernatur, impeditum fuerit,veluti ſi craſſum & glutinoſum ſit, aut alia ratione à naturali habitu receſſerit,quemadmodum ſuprà,capite nimirum quinto,dictum eſt,illa noxa aliqua eſſe affecta ſignificat. Tantundem autem inſtrummenta reſpirationis læſa eſſe oſtendit ſputum, quantùm ſpecie & forma à naturali ſputo abeſt. Si itaque parum abeſt,parum etiam læſa eſſe inſtrumenta monſtrabit. Si verò plurimùm à naturali abeſt,etiam inſtrumenta ipſa vehementer eſſe læſa indicabit. Porrò ſputum quòd ſecundum naturam ſe habenti maximè contrarium eſt, crudum exiſtit. Quòd enim ſecundum naturam ſe habet,eſt id quod concoctum eſt, vt capite quinto diximus,igitur quod crudum eſt,illi contrarium ſit oportet.Significat autem crudum magnam laborantium partium, ſiue locorum,vtpote in quibus ita deiectæ ſunt facultates naturales,vt,alterare & concoquere ſputum illud nequeant,imbecillitatẽ. Quòd ſi etiam aliquam notam vitioſæ cauſę ſputum habuerit,vt eſt nigrum, iam tale pernicioſum erit,vt loco iam citato abundè eſt demonſtratum. Cæterùm tertium genus excrementorum quod partium corporis affectus oſtendit,eſt vrina. Nam quæ ſanorum vrinis eſt maximè ſimilis,hęc certè venoſum inſtrumentorum genus ſatis eſſe validum demonſtrat.Sanorum autem vrinis ſimilis eſt ea quæ concocta eſt. Crudior itaque vrina venoſi generis inſtrumenta imbecillia eſſe indicat. Quæ autem ſanorum vrinę eſt maximè contraria,hęc quidem crudiſsima exiſtit,magnamque venoſi generis imbecillitatem ſignificat.Quæcunque verò vrina exuperantis & morbum efficientis cauſæ etiam prauitatem ac malitiam oſtendit, vt eſt nigra,hæc extremè eſt pernicioſa.Tria igitur iam dicta ſignorum genera propriam cuiuſque partis concoctionẽ demonſtrant.Deiectiones quidem naturales,inferioris ventris: vrinæ autem, venoſi generis:excreationes verò,inſtrumentorum quæ reſpirationi inſeruiunt.Quemadmodum autem hæc tria ſigna indicant affectus locorum à quibus excernuntur, ita etiam vrinę,renum,vrinatoriorum meatuum,veſicæ,& pœnis affectus indicant.Quales autem ſint vrinæ quæ in malis harum partium excernuntur,Hippocrates in ſect.quarta, aphoriſm.75.& ſequentibus luculenter oſtendit.Quæ autem in acutis morbis cõcurrere ſolent,has in libro prognoſticorum ab aphoriſmo 26. libri ſecundi vſque ad 37. enumerauit.Quippe vniuerſus hic liber,de ſolis acutis morbis agit. In eo itaque libro quum iam vniuerſum de vrinis ſermonem abſoluiſſet,in fine, nempe aphoriſ.37.iam citati

Optima deiectio tribus cognoſcitur?
Conſiſtentia.
Tempore.
Copia.
Inferior venter.
Sputi ſignificatio
Medius venter.

citati libri, hæc ſubiecit verba. Ne verò te decipiat, ſi veſica quopiam morbo laborans, „
huiuſmodi aliquam vrinam reddiderit: nõ enim totius corporis ſignum eſt, ſed ipſius „
per ſe. Nã etſi veſicæ in hoc ſermone tãtùm meminerit, illa nimirũ pro exemplo pro-
ducta, tamen etiam renes, vrinarios meatus, & penem inaudire oportet, quòd ſcilicet
huiuſmodi vrina hoc eſt, prurulenta, fœtida, acris, bilioſa, aut pinguis, de iis enim ibi-
dẽ ſermo eſt, ſæpe etiam propter renes, veſicam, vrinarios meatus, & penem, reddatur.
Inaudienda verò eſſe quæ iam diximus maximè demonſtrant quæ ab eodem Hippo-
crate in aphoriſmis ſcribuntur. Nam vt illic veſicæ laborantis, ita etiam renum ægro-
tantium ſigna deſcribit. Inter alia enim ſect. 4. apho. 76. ita ſcriptum reliquit. Quibus „
in vrina quæ craſſa eſt exiguæ carunculæ, aut veluti capilli vnà exeunt, iis à renibus ex- „
cernuntur. Et in ſequenti quoq; ibidem aphor. 78. renũ meminit. Quę ſingula mani- „
feſtè demonſtrant, reliqua etiam, quorum hîc Galenus nominatim meminit, inaudien
da eſſe. Tria itaque eſſe ſignorum genera, quæ ſingula propriam concoctionem indi-
cant, vrinas nimirum eam quæ fit in venis, deiectionem autem eam quæ in ventre, &
excreationem eam quæ fit in reſpirandi inſtrumentis, Galenus hactenus luculenter
admodum demonſtrauit.

Concoctionis ſignа & iudicatoria vt inter ſe differant.

Fieri autem non poteſt quin ſemper bonum aliquod magnum concoctionis ſignum oſtendat. Sanguinis verò narium profluuia, & ſudores, & parotides, & reliqui humorum illapſus tempeſtiuè facti prodeſſe conſueuerunt: intempeſtiuè autem facti nihil iuuant. Vnde hæc eadem mihi in libro Epidemiorum latenter innuere videtur, inquiens. Quæ in melius iudicant, non ſtatim apparere cõuenit. „
Etenim non hæc tantùm, ſed & ſpirandi difficultates, deliria, lachrymæ, vigiliæ, comata, obtenebrationes, ſplendores, inquietudines, cordis & capitis dolores, aliiq; vniuerſi in ſingulis partibus cruciatus diſtinctione indigent, quando vtique iuuent, & quando noceant, & quando non ſolùm nihil iuuant, ſed & ſigna ſunt prauiſſima. Quemadmodum igitur principij nomen definitam vnam aliquam quantitatem non ſignificat, eodem, arbitror, modo, neque vox ſtatim. Latitudinem verò temporis tantam obtinet, quanta etiam principij eſt. Manifeſtum verò eſt quòd ſæpius Græci αὖθις aduerbio pro ἀμέλει vtantur: veluti in hoc ſermone vſus eſſe videtur Hippocrates. Sunt verò modi, & conſtitutiones, & acceſsiones „
ſingularum harum febrium. Verbi cauſa, continua enim quibuſdam incipiens flo „
reſcit, & maximè viget. Hæc enim vox αὖθις nihil plus ſignificat quàm videli- „
cet, ſiue verbi gratia: quemadmodum, arbitror, etiam in libro de victus ratione „
acutorum, in quo ita ait. Si igitur quis non auxilietur quantum opus eſt, vt ſuffi- „
ciens ſit eiuſmodi ptiſanæ ſorbitionis modus, multis modis lædetur. Quibus enim „
ſtercus, verbi gratia, intus concluſum eſt, ſi quis non facta deorſum vacuatione „
ſorbitionem dederit, dolorem, ſi adeſt, irritabit vtiq;, ſi non adeſt, protinus inducet. „
Vox igitur αὖθις tale aliquid ſignificat. Licet autem eius vocis αὖθις complura exempla apud omnes alios Græcos, maximè verò apud Hippocratem inuenire. Ad alterum verò iam tranſeamus ſignificatum. Vbi enim inquit: Quæ in melius iudicant, non ſtatim apparere oportet: hîc confeſtim ſignificat, hoc eſt, in morbi principio. Non ſunt autem eadem nunc dicta iudicatoria, & cõcoctionis indicia. Fieri enim non poteſt, quin iſta omnino vel bonam, vel malam iudicationem præ

Statim vox ambigua quid ſignificet.

Alia ſigna iudicatoria, alia concoctionis.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 415 sur 637

©BIUM

Iudicatio quid.

ſe ferant. Atqui concoctionis ſigna, ſeruari quidem, non tamen omnino iudicari hominem oſtendunt. Neque enim ſi ſubitam in morbo mutationem inaudiamus, neque ſi eam quæ antecedit turbationem, concoctionis ſigna horum neceſſario erunt. Quippe fieri poteſt vt morbus longiori tempore paulatim coctus, ad integrã ſolutionem perueniat. Oſtendetur verò & in iis quæ ſequuntur manifeſtiùs, quo pacto iudicatoria ſymptomata, à concoctionis ſignis differant. Nunc verò hoc duntaxat demonſtraſſe ſufficiat, quòd eius quæ fit in reſpirandi inſtrumentis concoctionis, ſputa: eius verò quæ in venis fit, vrinas: illius autem quæ in ventre fit, deiectiones ſigna ſtatuere oportet. Et quòd in omnibus febribus, quoniam venoſi generis ſunt mala (nam & arteriæ in eo nunc genere complectuntur) vrinis maximè attentum eſſe conuenit. In pleuriticis autem, primùm quidem excreationibus, iam verò etiam vrinis: quòd omnino pleuritis febri coniuncta ſit. In ventris autem malis, quæ citra febrem conſiſtunt, ſolis deiectionibus: cum febre verò, etiam vrinis intentum eſſe oportet.

COMMENTARIVS.

Concoctionis & Iudicatoria ſigna differunt.

Duplicia eſſe ſigna, nempe concoctionis, & iudicatoria, quæ ipſe κρίσιμα appellat, & qua inter ſe ratione differant hoc loco Galenus diſertè oſtendit. Nam concoctionis ſigna, vt eſt, ſputum, perpetuô, quocunque tempore appareant, bonum haud exiguum, nempe morbi non ita multò pòſt futuram ſolutionem ſignificant. Iudicatoria verò ſigna, vt ſunt ſanguinis narium profluuia (id enim vox αἱμορῤῥαγία hoc loco & alibi etiam, ſe ſola & citra alicuius partis corporis adiectionẽ poſita, Hippocrati & Galeno ſignificat) ſudores, parotides, & reliqui humorum cum impetu quodam illapſus, & decubitus (ἀποστήματα Græci medici, vbi ſcilicet humores, loco quem priùs infeſtabãt, relicto, in alterum confluunt vocant) tempeſtiuè facti, nempe à concoctione & in vigore morbi, bonum monſtrant. Si verò intempeſtiuè, id eſt, in principio, morboque adhuc crudo apparent, malum, nempe mortem, aut difficilem iudicationem portendunt. Quod Hippocrates etiam lib. 2. Epidemiorum ſectione prima, latenter quaſi innuere voluit, dum ita ſcribit. Quæ in meliùs iudicant, non ſtatim appareant: hoc eſt, ſigna iudicatoria bona, non ſtatim, anteà quàm ſcilicet morbus concoctus ſit, appareant. Et animaduertendum hîc erit in Græco Galeni codice hanc ſententiam non citari ex libro ἐπιδημιῶν, ſed potius ex libro περὶ χυμῶν. Quinetiam antiquus interpres conuertit de humoribus, vt neceſſe ſit vel errorem ſubeſſe, legendumque pro περὶ χυμῶν, ἐπιδημιῶν: vel librum de humoribus ad nos integrum non perueniſſe, quum in eo hæc ſententia haud reperiatur. Cęterùm non hæc tantùm quatuor iam comprehenſa ſigna decretoria, ſed & reliqua omnia, ſpirandi ſcilicet difficultas, deliria, lachrymæ videlicet inuoluntariæ, oculis non laborantibus, nec ægro contriſtato emanantes, vigiliæ, comata, ſeu profundi ſopores, obtenebrationes, ſplendores, inquietudines (ἄσται enim hoc loco Galeno idem quòd λυσοφορίαι ſignificat) cordis, hoc eſt oris ventriculi, veteres nanque, vt teſtis eſt lib. 5. de labo. locis, cap. 5. Galenus os ventriculi cor nominabant, & capitis dolores, aliique in ſingulis partibus cruciatus, alui item profluuia, vomitus, labrum inferiùs agitatum, aliaque omnia quæ hîc & ſect. 1. apho. commen. 12. & infrà lib. 3. cap. 2. recenſentur à Galeno ſigna iudicatoria diſtinctione aliqua indigent, vt ſciamus quando bona ſint ac iuuent, quando item mala & noceant, & quando nõ ſolùm nihil iuuent, ſed etiam ſigna ſint prauiſsima. Bona verò ſunt, ſi vt diximus, concoctionibus iam factis apparuerint. Mala, ſi in morbi principio aut incremẽto, nondum concoctione perfecta, appareant, tum enim aut à praua humoris qualitate, aut

Decubitus.

Locus græci codicis expenſus.

ἄσται.

Cor veteribus quid?

copia

copia naturam irritante fiunt. Cæterùm quum in citata iam Hippocratis ſentẽtia aduerbij αὐλίκα, quod interdum, vt hoc loco, idem quòd ſtatim ſignificare ſolet, mentio fiat, idipſum in prædicto Hippocratis ſermone, perinde atq; principij vocem, nullam definitam quantitatem, verbi gratia, primum inſultum, aut primam acceſsionem ſignificare, ſed tantam temporis latitudinem, quantam principij nomen, quod concoctionis ſignis finitur, obtinere. Vt Hippocratis verborum: Quæ in melius iudicant nõ ſtatim appareant: is ſit ſenſus. Signa quæ bonum iudicium portendunt, non ſtatim, id eſt, ante principij finem, vel concoctionem, ſed in vigore apparere debent. Nõ igitur ſtatim, idem quòd in primo inſultu, vel prima acceſsione, ſed id quod iam diximus in præcitato Hippocratis ſermone denotat. Atque hæc vna aduerbij αὐλίκα eſt ſignificatio. Liquet verò Græcos etiam ſæpe αὐλίκα aduerbio pro ἀμέλει, quæ dictio iiſdẽ ſæpe idẽ φ videlicet, vel verbi gratia, ſignificat, vſurpare. Nã in ea ſignificatione vſus eſt illo aduerbio Hippocrates lib. 1. Epide. ſectione tertia, vbi in eum ſcribit modum. Sunt verò modi & conſtitutiones, & acceſsiones ſingularum harum febrium. Verbi cauſa, cõtinua enim quibuſdam incipiens floreſcit & maximè viget. Nam vbi nos cõuertimus verbi cauſa, hic Hippocrates habet αὐλίκα. Nõ poteſt autem hæc vox hoc in loco Hippocratis ſignificare ſtatim, quòd ſcilicet fieri non poſsit vt continua febris ſtatim incipiens floreſcat, ac vigeat. Quanquam enim principium hîc pro prima acceſsione, vt dictum eſt initiò huius capitis, ſumatur: tamen fieri nequit vt ſtatim in principio iſtius acceſsionis floreſcat, ſed neceſſe eſt vt non ſolùm principium, verum etiam augmentũ febris priùs pertranſeat. In eadem quoque ſignificatione inaudiendum aduerbium αὐλίκα lib. 1. de vict. acut. Hippocratis, apho. 31. vbi ita ſcriptum reliquit. Si igitur quis non auxilietur quantùm opus eſt, vt ſufficiés ſit eiuſmodi ptiſanæ ſorbitionis modus, multis modis lædetur. Quibus enim ſtercus, verbi gratia, intus concluſum eſt, ſi quis non facta deorſum vacuatione ſorbitionem dederit, dolorem, ſi adeſt, irritabit, ſi non adeſt, protinùs inducet. Hæc ille. Vbi itaq; nos conuertimus, Verbi gratia, hîc in Hippocrate eſt αὐλίκα. Non poſſe autem aduerbium hoc, ſtatim in illo Hippocratis ſermone ſignificare, palàm eſt. Quomodo enim ſtatim ſtercus, quod non citra præcedentem alterationem fit, includi poſſet? Accedit etiam Galeni teſtimonium, qui tale aliquid, nempe videlicet, aut verbi gratia. hoc loco, apud Hippocratem, & alios etiã Græcos omnes, apud quos complura eius rei exempla inueniuntur, ſignificare teſtatur. Proinde Ioannes Vaſſeus Meldenſis non rectè in prædicto Hippocratis loco αὐλίκα vocem ſtatim conuertit. Cæterùm monendum etiam erit, nos hoc loco reddidiſſe ſtercus, vbi Hippocrates habet σῖτον, quæ vox propriè cibum ſignificare videtur. Fecimus autem id non ſine conſilio, quod σῖτον hîc non cibum, ſed potiùs ſtercus, Galeno etiam teſte, denotet. Is enim in enarratione eius ſententiæ ita ſcriptum reliquit. Σῖτον εἶπε, τὰ ἀπὸ σιτίων περίττωμα ἐν τοῖς ἐντέροις, ὃ δὴ καὶ σκύβαλον ὀνομάζουσι καὶ κόπρον. Quod eſt, σῖτον dixit quod à cibis in inteſtinis fit excrementum, id quod ſcybalum & ſtercus nominant. Non autem hoc tantùm in looco Hippocrati ſtercus ſignificat dictio σῖτον, ſed etiam alibi, nempe lib. 6. Epide. par. 1. apho. 5. vbi ait λύονται δ' ὅταν σίτων κενωθῶσι: dolores ſoluuntur vbi excrementis inteſtinorum vacui fuerint. Tale autem denotare σῖτον vocem, Galenus ibidem in commentariis teſtatur, ſcribens hãc, ἀντ' αὐτῶν ἐν τοῖς ἐντέροις περιττωμάτων τὴν ξοφῆς, pro excrementis cibi in inteſtinis procreatis, accipi. Adiecimus etiam hæc verba ex Hippocrate: dolorem ſi adeſt irritabit, vtique ſi nõ adeſt, protinus inducet: quę quidem in antiquo interprete etiam adiecta ſunt, in Aldino autem codice deſiderata. Quare poſt hęc verba: τὸ ῥόφημα δηλοῖ, hæc omnia ſunt inſerẽda. τὸ δὲ λυπεῖν σημαίνει πρὸς τὰ προσιόντα ἂν, καὶ μὴ σημαίνειν δὲ, ὅτι οὐκ ἐμποιήσει. Atque hactenus quòd αὐλίκα idem quod ἀμέλει ſignificat Galenus monſtrauit. Nunc ad alterum eius aduerbij αὐλίκα ſignificatum tranſit Galenus, ac quod idem interdum quòd ſtatim, aut confeſtim in citata paulò ſuprà ex lib. 2. Epid. ſectione prima ſentẽtia

Senſus verborum Hippocratis.

αὐλίκα.

Ioannis Vaſſei error.

σῖτος.

Galeni codex Græcus emendatus ac reſtitutus.

©BIUM

» denotet,demonſtrat. Nam quum inquit. Quæ in meliùs iudicant,non ſtatim appa-
» reant. hîc αὐθημα idem quod παραχρῆμα,hoc eſt,confeſtim, nempe in morbi princi-
pio ſignificat.Et hactenus quidē de duplici aduerbij αὐθημα acceptione Galenus. Nūc
tandem ad id vnde digreſſus eſt,reuertitur, atque manifeſtiùs ac copioſiùs quòd ſigna
Iudicatoria & cō coctionis ſigna inter ſe differunt. iudicatoria & concoctionis inter ſe differant,oſtendit.Nam iudicatoria ſigna vel bo-
nam vel malam iudicationem præ ſe ferunt.Neque enim alio nomine iudicatoria di-
cta ſunt,quàm quòd iudicationes demonſtrent.Concoctionis autem ſigna ſemper bo
num,hoc eſt,hominem ſeruari,ac non omnino iudicari ſignificant. Nam ſiue ſubitā
in morbo iudicationem per criſin ſeu iudicium,ſiue eam quæ antecedit turbationem
intelligamus, tamen horum duorum neutrum concoctionis ſigna demonſtrabunt.
Fieri enim poteſt vt morbus longiori tempore paulatim coctus, citra ſubitam ac re-
pentinam mutationem,aut vllam quæ hanc præcedat turbationem,ad integram ſolu-
tionem perueniat. Quod ſi acciderit, ſine omni iudicio morbus ita coctus ſoluetur,
tantûm abeſt vt ſigna concoctionis iudicium portendere queant. Quomodo autem
Symptomata iudicatoria quæ? ſymptomata iudicatoria à ſignis concoctionis differant,in ſequentibus, capite nimi-
rum.14.manifeſtiùs oſtendetur. Animaduertendum autem Galenum nunc appellare
ſymptomata iudicatoria,quæ paulò antè nominauit ſigna. Nam quatenus iudicium
morbi oſtendunt,eatenus ſigna iudicatoria vocantur. Quatenus autem propria eo-
rundem ſubſtantia,quia ſcilicet morbos ſequuntur,conſiderantur,ſymptomata dicun-
tur,quemadmodum Galenus copioſiùs ſect.1.apho.commen.12. docet. Cæterùm in
præſentia hoc demonſtraſſe ſufficiat, quòd eius quæ in reſpirandi inſtrumentis fit
concoctionis,ſputa: eius verò quæ in venis fit vrinas: illius autem quæ in ventre fit,
deiectiones ſigna ſint,vt paulò antè copioſiùs eſt dictum.Quod ſi verum eſt, vt certè
In febribus medicum vrinis attentum eſſe oportet. omnium veriſimum eſt,in omnibus febribus,quoniam venoſi generis ſunt mala,vri-
nis præcipuè medicum in iudicij inquiſitione attentum eſſe oportet.Sub venoſo au-
tem genere arteriæ etiam complectuntur. Nam venarum nomine etiam intelligere
Venarum nomine veteres arterias etiam intelligunt. Hippocratem & alios veteres arterias,notius eſt quàm vt demonſtrari à nobis opus ſit.
In pleuriticis verò primùm quidem excreationibus attentum eſſe oportet,quòd mor
bus in inſtrumentis reſpirationis conſiſtat:ſed non ſolis excreationibus, verumetiam,
quòd pleuritidi nunquam non coniuncta ſit febris,ob cauſam quam in ſuperioribus
expoſuimus,vrinis.In ventris verò malis, quę citra febrem ſunt, ſolis deiectionibus
attentum eſſe conuenit.Quòd ſi autem cum febre ſunt,non tantùm deiectiones, ſed
& vrinas conſiderare oportet. Quæ ſingula certè ex iis quæ anteà diximus clara ſunt,
vt prolixiori commentatione non ſit opus.

CAPVT VIII.

Principium morbi proprium concoctione definitur. *IGitur proprium vniuſcuiuſque morbi principium concoctionis ſignis circumſcribitur:plurimumque ab eo quod latitudinem habet,& artificio deſtitutum eſt,differt. Vltra enim tertium diem hoc extrahi non intelligitur,quemadmodum in libro prognoſticorum manifeſtiſ-*
» *ſimè eſt oſtenſum. Nam quum anteà dixiſſet: ſi igitur inter initia morbi facies*
» *huiuſmodi fuerit:poſteà inquit.Si verò vetuſtior exiſtat: morbus, aut triduanus,*
» *aut quatriduanus: principium quod latitudinem habet vſq; ad tertium diem ex-*
tendi nobis exquiſitè demonſtrat.Verè autem proprium vniuſcuiuſq; morbi prin-
cipium,quod etiam partem ipſius eſſe dicimus, ad multos quaternarios extendi
Temporum morbi deſcriptio. Augmentum. *poteſt.Tum enim primum finitur,quum concoctionis ſigna apparent. Vniuerſum*
verò quod ab eo vſque ad vigorem eſt tempus,altera morbi pars eſt, & augmen-
tum atq; aſcenſus nominatur.Poſt hæc vigor, vehementiſſima totius morbi pars,

ſequitur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 418 sur 637

ſequitur. Vltima verò omnium declinatio. Vigor. Declinatio.

COMMENTARIVS.

Suprà capite ſeptimo principium latitudinem obtinens duplex eſſe diximus, nempe inartificioſum, vt ita loquar, & proprium. In præſentiarum autem quomodo hæc duo principia inter ſe differant Galenus luculenter admodum demonſtrat. Siquidem principium vuiuſcuiuſque morbi proprium ſignis concoctionis circumſcribitur & finitur. Proinde ad multos quaternarios extendi poteſt. Neq; enim ſemper in primo quaternario concoctionis ſigna apparent, ſed ſæpe poſt multos tandem quaternarios ſe ſe eadem exerere & declarare incipiunt. Singulos autem quaternarios eſſe alio nomine dictos ἐπιδήλους καὶ θεάρητας, id eſt, indices & cõtemplabiles, quod ſcilicet in iis qualis ſit futura iudicatio contemplemur, & quòd ſequens, iudicium indicent alibi copioſiùs demonſtrauimus. Principium autem latum inartificioſum, aut artificio deſtitutum vltra diem tertium produci & extrahi non intelligitur, quemadmodum hoc ipſum ab Hippocrate lib. 1. prog. manifeſtiſsimè eſt oſtenſum. Nam quum is antea nempe aphoriſ. 11. dixiſſet, ſi igitur inter initia morbi, facies huiuſmodi fuerit: poſteà, aphor. ſcilicet. 12. ſubiicit. Si verò vetuſtior exiſtat morbus, aut triduanus, aut quatriduanus: principium inartificioſum quod latitudinem habet, ad tertium vſque diem extendi nobis exquiſitè oſtendit. Quum verè proprium morbi principium, & quod eiuſdem pars eſt, tunc primùm finiatur, quando concoctionis ſigna apparent: id quod nõ rarò poſt multos quaternarios iam præteritos accidere ſolet: ab inartificioſo vocato principio plurimùm differat neceſſe eſt: vt quod neque pars ſit morbi, & ſæpe longiùs extendatur. Cæterùm vniuerſum tempus quod à principio ad vigorem vſque durat, ſecunda morbi pars eſt, & Græcis ἄυξησις καὶ ἀνάβασις, latinis augmẽtum & aſcenſus vocatur. Poſt hæc duo tempora, principium videlicet atque augmentum, ſequitur tertia morbi pars, quæ Græcis ἀκμὴ, latinis vigor appellatur. Quarta verò & vltima omnium pars παρακμὴ Græcis, declinatio latinis nominatur. De quibus ſanè partibus, capite etiam ſecundo huius libri copioſè diximus.

Principiũ vniuſcuiuſque morbi proprium.

Quaternarij. ἐπιδήλοι καὶ θεάρητοι.

Augmentum.

Vigor.

Declinatio.

Concoctionis igitur ſigna (ſæpius enim quæ vtiliſsima ſunt dicere oportet) nunquam malè apparent, Iudicatoria autem aliquando malè: neque enim augmentis, neque in principiis, ſed in vigore, ipſa apparere conuenit. De iis verò quæ in augmento & vigore apparent, deinceps dicemus. De iis autem quæ in principio apparent iam agimus, in memoriã rurſus reuocantes, quòd in toto qui ſequitur ſermone, duo principij ſignificata prætermittentes, tum primi inſultus latitudine deſtituti, tum primæ acceſsionis, de ſolo tertio diſſeremus tempore, videlicet cruditatis. Nam & huius principij artificioſa eſt cognitio, & magna indicare conſueuit. Neque igitur ſudores, neque vomitus, & deiectiones alui, neque parotides, neque profluuia ſanguinis narium, vbi hoc tempore apparent, morbum vnquam iudicauerunt. Hæc itaque iam veluti cauſæ morbos abolere creduntur. Quæ verò veluti ſigna ſunt quæ has indicant cauſas, deliria ſunt, vigiliæ, comata ſeu graues ſopores, dolores, lachrymæ, difficultas ſpirandi, obtenebrationes, & quæcunq; eiuſmodi ſunt. Hæc igitur ſi citra concoctionis ſigna apparuerint, peſsimorum affectuum ſunt indicia. Vniuerſa igitur hæc quæ tum cauſæ, tum ſigna iudicatoria ſunt, non ſtatim, hoc eſt, non in primo morbi tempore, vbi omnino crudus eſt, appareant. Alia verò tria genera ſignorum quæ concoctionem oſtendunt, etiamſi in prima ſtatim acceſsionis hora apparent, benè apparent.

Coctionis & iudicatoriorum ſignorũ differẽtia.

Signorum iudicatoriorũ varietas.

©BIUM

COMMENTARIVS.

Altera huius capitis parte Galenus rurſus, eò quòd quæ vtiliſsima ſunt repetere oporteat, quo pacto ſigna cõcoctionis à iudicatoriis nominatis differant, ſuccinctè admodum oſtendit. Differunt autem in eo, quòd concoctionis ſigna, vt etiã præcedenti capite dictum eſt, ſemper bonum portendunt. Iudicatoria autem interdum malum, ſicuti vbi non in vigore, ſed in principio, aut augmento morbi apparent. De iis aũt quæ in augmento & vigore apparẽt, paulò poſt cap. nimirũ. 10. dicemus. Nunc de iis ſignis quę in morbi principio apparent, agẽdum erit. In memoriam autẽ nobis reuocat Galenus, ꝙ in ſequenti ſermone, præteritis & neglectis omnino duabus principij ſignificationibus (in quarũ quidem vna pro primo exquiſitè inſultu, quique latitudine caret, altera verò pro prima acceſsione vſurpatur) de ſola tertia, qua pro proprio & verè morbi principio, hoc eſt, pro prima eius parte, ſeu tempore cruditatis morbi ſumitur, ſit acturus. Atque huius rei duas affert cauſas, vnam quidem quòd huius principij cognitio ſit artificioſa: alteram verò, quòd magna & minimè contemnenda, vt ex ſequentibus patebit, indicet. Cæterũm inter ſigna iudicatoria eſſe nonnulla quæ & cauſæ & ſignorum, nonnulla autem quæ ſignorum tantùm rationem habeant, hîc obiter, infrà autem (nempe cap. 14.) copioſiùs mõſtrat. Nam ſudores, vomitus, deiectiones alui, parotides, & profluuia ſanguinis narium, tam ſigna quàm cauſæ ſunt. Signa, quando in vigore morbi apparent, tum enim per eas excretiones iudicari morbum ſignificant. Quando autem in principio apparent, ſigna quidem adhuc ſunt, non tamen iudicij, quòd nimirum tum huiuſmodi excretiones non naturę impulſu, ſed potiùs ob humorum ſuperuacuorum copiam, aut eorundem prauam aliquam qualitatem eueniant. Nunquam igitur quum principij tempore apparent, morbum iudicant. Cauſæ verò rationem, quando in vigore & cum ſignis cõcoctionis eueniunt, habent, quòd nimirum prædictæ excretiones cauſæ ſint, cur morbi iudicentur & aboleantur. Niſi enim ſuperuacui & morbum creantes humores per profluuium ſanguinis narium, aut per id genus alias excretiones, vacuarentur, morbus diutiùs duraret. Nunc verò quum per eaſdem aboleatur ac deſinat, eius abolitionis cauſæ ſint neceſſe eſt. Signa autem duntaxat ſunt, quæ cauſas has morbum deſtruentes, indicant, verbi gratia, deliria, vigiliæ, graues ſopores, dolores, lachrymæ, ſpirandi difficultas, obtenebrationes, & quęcunque eius ſunt generis. Nam vbi in vigore & cum ſignis concoctionis apparent, futuræ iudicationis ſigna ſunt. Sin citra concoctionis ſigna apparent, peſsimorum affectuum, quorum ſunt ſymptomata, indicia exiſtunt. Proinde vniuerſa hæc quę tum cauſę, tum ſigna iudicatoria ſunt, non ſtatim, vt ſuprà etiam ex Hippocrate oſtendimus, hoc eſt, in primo morbi tempore, vbi omnino crudus eſt, appareant, quia tum peſsimorum, vt iam comprehenſum eſt, affectuum ſymptomata eſſent, & nequaquam ſigna iudicatoria. Alia verò tria genera ſignorum quæ cõcoctionem oſtendunt, nempe ſputum, alui deiectio, & vrina, etiam ſi in prima ſtatim acceſsionis hora apparent, bonum indicãt. Concoctionis enim ſigna, ſemper, vt anteà dictum eſt, bona exiſtunt.

Coctionis ſigna quomodo à iudicatoriis differãt.

Quare de tertia tantùm ſignificatione principij hic ſit acturus.

Signorum iudicatoriorum diuerſitas.

Signorũ quando rationẽ obtinẽt.

Cauſæ.

Signorũ duntxat.

Statim.

CAPVT IX.

RVrſus itaq; repetentes dicimus, tempora morborum vniuerſalia & ex ipſis morbis, primùm, quanto tempore durabunt, eſſe cõiiciendum, & ex anni temporibus, & circuituũ proportione, & ad hæc omnia ex ſuperuenientibus, inter quæ prima & maximè præcipua ſunt concoctionis ſigna, è quibus principium iam circumſcriptum exquiſitè cognoſces. Ex hoc autem futurum vigorem artificioſa coniecturâ, quam paulò poſt dicemus, præcognoſces. Voco autem artificioſam coniecturam, quæ vtique proximè ad veritatem

Artificioſa coniectura.

ritatem accedit. Quemadmodum igitur nulla eſt principij exquiſita agnitio, priuſquàm augmentum incipiat: ita neque augmenti antequam vigor inuadat. Exercitandum verò nobis eſt hoc loco, vt inuadentem inſtantémve vigorem cognoſcamus, dein etiam vt hunc præcognoſcamus.

COMMENTARIVS.

Initio huius capitis, quæ ſuprà capite tertio & quarto de vniuerſalibus morborum temporibus dicta ſunt repetit Galenus: nempe quod è quatuor rebus medicus coniicere poſsit quouſque morbi tempora durabunt. Primò ex ipſis morbis. Secundò ex anni temporibus. Tertiò ex circuituum proportione. Quartò ex ſuperuenientibus, de quibus omnibus locis iam citatis copioſè dictum eſt, vt nihil opus ſit prolixiori commentatione. Cæterùm inter ſuperuenientia prima & maximè præcipua ſunt ſigna concoctionis, è quibus vtique principium iam circumſcriptum exquiſitè cognoſcere licebit. Nam quum præcedenti capite dictum ſit, principium concoctionis ſignis circumſcribi, euidentiſsimum eſt quòd illis iam apparentibus principium, quod cruditatis tempus eſt, abierit. Ex ſignis igitur concoctionis, quod hîc etiam Galenus affirmat, principium quod eſt prima pars morbi exquiſitè cognoſcitur. Ex ipſo autem principio futurum ſubinde vigorem artificioſa coniectura, quàm capitibus duobus ſequentibus exponet, præcognoſcere licebit. Artificioſam autem coniecturam Galenus, quæ ad veritatem proximè accedit, appellare ſolet. Ex iam dictis verò palàm eſt nullam eſſe principij exquiſitam cognitionem, priuſquàm augmentum incipiat. Si enim, vt comprehenſum eſt, è ſignis concoctionis exquiſita principij cognitio pendet, & nulla principio durante concoctionis ſigna apparent, manifeſtum eſt tum primùm exquiſitè principium cognoſci, quum iam abiit, & augmentum cœpit. Pari ratione augmentum quàm diu duret non poteſt cognoſci, antequàm vigor, qui proximè ſequitur, inuadat. Quare hoc loco primùm nobis eſſe exercitandum monet Galenus, vt iam inuadentem vigorem cognoſcamus. Eò autem cognito, deinde hunc antequàm inuadat præcognoſcere curemus.

E quatuor rebus cognoſcitur quouſque morbi tempora durabunt.

Signa concoctionis inter ſuperuenientia prima & præcipua.

Principium ex ſignis cõcoctionis cognoſcitur.

Artificioſa coniectura.

Quoniam verò & horum omnium dux eſt Hippocrates, æquum fuerit vt & hoc in loco illius ſententias enarrantes, ſermonem abſoluamus. Melius autem fortaſsis erit, vt priuſquàm hoc ipſum faciamus, pauca adhuc eorum quæ dicta ſunt adiiciamus. Quippe principium quod veluti morbi partem inuenire quærebamus, num æqualis in omnibus morbis ſit temporis, aut in ſingulis proprium habeat: de quo Theſſalum quoque nugax hoc inueniſſe præceptum diximus: oportet in principio contrahere ſtringéreve morbos, etiamſi ex adſtricta fuerit communitate: Hippocrates quidem primus omnium exquiſitè manifeſtauit, neque tamen ipſum intelligunt, ob ſermonis breuitatem. In præſentiarum autem ſufficiat ex vno dicto eius mentem oſtendere: Alias enim dictiones, niſi quis omnino laborum fugitans fuerit, eodem puto modo inuenire poterit, hunc ſibi præponens aphoriſmum. Concocta purgante medicamento vacuare, & ea quæ non ſunt cruda mouere oportet, neque in principiis, niſi turgeant. Verbum autem turgere propriè de animantibus dici

Principium verũ primus omnium Hippocrates exquiſitè manifeſtauit.

Turgere.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 421 sur 637

consueuit, quæ ad coitus vsum impelluntur. Translatum verò nunc est ad eos qui vrgent & ocyus mouentur morbos, ac potissimum quum laborantis sensus ab inordinato humorum & spirituum motu quodammodo irritatur. In iis enim tantùm morbis consentaneum est, vt quispiam in principio medicamento purgante vtatur, eò quòd ad promptiorem tractum redundantium humorum, motum auxiliarium habeat: quemadmodum qui præter id quod omnino crudi sunt, stabiles etiam & firmi existunt, purgantium medicamentorum tractibus difficulter obediunt. Sic itaque illa quoque dicta sunt. Quicunque ea quæ phlegmone laborant statim in principio morborum medicamento purgante soluere conantur, ij de intensa & phlegmone obsessa parte nihil auferunt: neque enim cedit malum quod adhuc crudum est: quæ verò morbo resistunt, & salubria sunt, liquefaciunt. Verùm harum rerum consideratio, ad medendi rationem spectat. Cæterùm Hippocratem appellare principium, vniuersum illud tempus morbi, in quo omnino crudus est morbus, iam liquet. Nam quum anteà dixisset, concocta medicamento purgare oportet: subiunxit, ea quæ non sunt cruda, neque in principiis: vt principium esse non sit, nisi crudum & concoctione destitutum morbum esse.

In quibus morbis in principio purganti medicamento vti liceat.

Principiũ quid appellet Hippocrates.

COMMENTARIVS.

Hippocratem primum omnium exquisitè principium morborum proprium cognouisse, ac aliis subinde ostendisse hoc loco Galenus, ex vna atque altera eiusdem sententia docet, vt scilicet hac ratione vniuersum de principio sermonem tandem absoluat. Tamen anteà quàm ad earundem sententiarum enarrationem veniat, quædam de principio suprà dicta adiicit ac repetit, nempe principium non esse æqualis in omnibus morbis, sed in singulis proprium habere tempus, acutis quidem breuiùs, diuturnis verò longiùs. Nam principium singulorum morborum proprium, est prima eorundem pars, proinde neque primus insultus, neque prima accessio dici potest, propter causas suprà expositas. De eo certè principio, Thessalum, mendax & falsum hoc suum præceptum inuenisse, suprà capite quarto dictum est: oportere morbos in principio contrahere aut constringere, etiamsi ex adstricta sunt communitate. Quo pacto verò hoc sit intelligendum loco citato exposuimus. Animaduertendum autem hoc loco erit in Aldino græco codice falsò κενότητ᾽ pro κοινότητ᾽ legi. Nã Methodici, quorum duces præcipui fuerunt Themison Laudiceus, & Thessalus Trallianus, desperatæ impudentiæ & malitiæ homo, nihil speciatim, sed omnia communiter vniuersimque statuebant. Proinde omnes particulares affectus ad duos generales reducebant, quas κοινότητας hoc est, communitates vocauerunt, adstrictam scilicet & fluentem. Ad alteram igitur hîc respicit Galenus, adstrictam scilicet, quàm στενὴν nominat. Quanquam verò Hippocrates exquisitè quod sit verum morbi principium demonstrauerit, tamen Thessalus & eius sectatores illum, propter sermonis, quo vsus est, breuitatem, haud intellexerunt. Hinc sumpta occasione, Galenus vna duntaxat ex aphorismorum libro desumpta sententia (siquidem alias sententias, nisi quis omnino deses fuerit, hanc sibi initio proponens simili modo inuenire poterit) Hippocratis de principio mentẽ explanare voluit. Ea aũt est in prima sectione, apho. 22. vbi ita scriptũ reliquit. Concocta purgante medicamento vacuare, & ea quę non sunt cruda moueri oportet, neq; in principiis, nisi turgeãt. Quibus vtiq; verbis Hippocrates manifestè innuit principiũ morbi nõ esse nisi id tẽpus in quo morbus crudus & concoctione omnino

Principium singulorũ propriũ.

Codex Græcus Aldinus emendatus.

Methodici.

κοινότητες Communitates.

Principiũ morbi.

omnino deſtitutus eſt. Concocta enim tantûm purgante medicamento vacuanda, & ea quę cruda non ſunt, mouenda eſſe affirmat, & nequaquam in principiis, vbi ſcilicet morbum efficientes humores adhuc crudi, & à natura nondum euicti, ſtabiles ac fixi adeoque ad purgationem inepti ſunt. Prætereà monet iis verbis Hippocrates nunquàm ante perfectam concoctionem, in morbis etiam admittentibus, purgandum eſſe, niſi quando humores turgent, hoc eſt, quum humores ab vno loco ad alium vehementiore impetu ita mouẽtur, & ægrum quieſcere non permittant. Nam ὀργᾶν id eſt, turgere verbum propriè de animantibus dicitur, quæ impetu quodam ad coitum rapiuntur. Tranſlatum autem deinde eſt ad eos etiam humores morborum, qui celeriter mouentur, adeoque ſuo inordinato motu, ac vehementiore impetu, laborantem exagitant, irritant, & quieſcere non ſinunt. In talibus itaque morbis conſentaneum, de Hippocratis ſententia, eſt, humores de vno loco in alium fluentes, ac hinc inde vagantes, priuſquàm in parte aliqua firmentur, & febris caliditas augeatur, aut corporis robur diſſoluatur, ſtatim purgante medicamento vacuare, vt copioſiùs in noſtris in hanc Hippocratis ſententiam commentariis oſtendimus. Porrò nõ temere adiectum eſt in morbis eam admittentibus, quia in apoplexia, quum acutiſsimus ſit morbus, ridiculum planè foret expectare concoctionem. Cæterùm neque ſemper poſt completam iam concoctionem purgare oportet, quum plęrunque eo tempore, quod noxium eſt, natura per iudicationem expurget, dummodo ab incepta concoctione importunis remediis non auertatur. Hinc eſt quod Hippocrates dixerit. Quæ iudicantur non mouere, neque medicamentis purgantibus irritare oportet, ſed ſinere. Validæ itaque naturæ, vniuerſum id permittendum erit. Si verò poſt exactam concoctionem, ad expulſionem non ſatis potens natura fuerit, medici munus erit, præterito vigore (hoc enim tempore, Hippocrate autore, quieſcendum) & iam morbo declinante, naturæ defectui ſuccurrere. Porrò turgente etiam materia non ſemper vti purgatione licet, hocq; tum propter corporum ad ipſas purgationes minùs aptorum conſtitutionem, tum etiam quia ſanguinis miſsio nonnunquam abundè ſatiſfacit. Altera Hippocratis ſententia, ex qua omnibus palàm fit principium non eſſe niſi id tempus in quo morbus adhuc crudus eſt, libri quarti de victu acut. aphoriſmo decimonono exiſtit, in quo earum partium quæ phlegmone laborant exemplo, docet in principio mala adhuc cruda eſſe. Quicunque enim, inquit, ea quæ phlegmone laborant ſtatim in principo, medicamento purgante ſoluere conantur, ij de intenſa & phlegmone obſeſſa parte nihil auferunt: rationem ſubiungit: quia inquit, malum quod adhuc crudum eſt, non cedit: verùm ea quæ morbo aduerſantur, & ſana ſunt, ea liquefaciunt. Nam quum in ea quæ noxia ſunt humoribus agere, quòd ſcilicet cruda ſint, tractionique medicamentorum non obediant, non ſit integrum, vt in ſanas partes agant, easque liquefaciant neceſſe eſt. Quod quidem Hippocrates ipſe libro primo, aphoriſmo trigeſimoſexto, ita ſcribens confirmat. Qui ſano ſunt corpore, per medicamenta purgati celeriter exoluuntur.

Nunquam ante perfectam concoctionem, niſi humores turgeant, eſſe purgandum.

Turgere.

Non ſemper poſt completam concoctionem eſſe purgandum.

1. aphoriſmo. 20.

Quãdo à medico ſit purgandum.

2. aphoriſmo. 29.

CAPVT X.

QVomodo igitur (redeundum enim rurſus eò vnde prædicentes quædã digreſsi ſumus) terminum quiſpiam ita manifeſtum imponet fini ipſius augmenti, quemadmodum fini principij? Quomodo verò alium, quàm ſi vigoris indicia conſpiciat? Cæterùm hæc Hippocrates vno quidẽ in ſermone, hoc nimirũ, refert. Circa principia & fines omnia imbecilliora ſunt, in vigore autem fortiora. In altero verò, hoc ſcilicet, Vbi igitur peracutus eſt morbus, ſtatim etiam ſummos labores habet: Quomodo igitur hoc ipſum cogno-

Quo pacto cognoſcendũ quòd vehementiſsimꝰ eſt morbus.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 423 sur 637

ſcimus quod nunc vehementiſſimus eſt morbus, & maximas habet acceſſiones?

Iudicari morbū quid? *Si enim repentè celeritérve mutabitur, quod vtique in præſentiarum iudicari dicimus, iudicationis principium, augmenti extremus terminus ſtatuendus eſt. Si verò ſenſim, ex acceſſionibus quæ per circuitus fiunt, æſtimandus erit. Si enim citiùs fiant, & longiori tempore durent, & vehementiores, vt ipſe dicebat, fiant, manifeſtum eſt morbum ad vigorem conſcendere, atque augeri. Quòd ſi verò ad contrarium mutentur acceſſiones, ceſſat atque declinat morbus. Accidit autem nonnunquam vt duæ acceſſiones, quæ aliarum maximæ ſunt, inuicem autem æquales, vigoris tempus circumſcribant. Nōnunquam verò vna, quæ omnium tum præcedentium, tum ſequentium maior ſit. Cæterùm ad tres omnino in morbis acutis acceſſiones, vigoris tempus protrahi non poteſt. In diuturnis autem, non modò ad totidem, ſed longè plurimas. Sic quidem vniuerſalia tempora, vel quum fiunt, aut poſtquàm paulò antè facta ſunt, cognoſcere oportet.*

COMMENTARIVS.

In hoc capite, ad inſtitutum reuerſus Galenus, quis ſit manifeſtus finis augmenti, ac quomodo vniuerſalia morbi tempora vel quum iam fiunt, vel vbi paulò antè facta ſunt cognoſcenda ſint, monſtrat. Manifeſtum autem augmenti finem non eſſe alium ait, quàm iudicia vigoris. Quippe quum primùm ſe vigoris ſigna oſtendunt, certò hinc colligimus augmentum iam præteriiſſe. Quæ verò vigoris ſint ſigna, ex duobus latenter Hippocratis aphoriſmis Galenus hoc loco demonſtrat: quorum vnus eſt ſectionis ſecundæ, aphoriſmus trigeſimus, vbi ita inquit. Circa principia & fines omnia imbecilliora, in vigore autem vehementiora. In ea quidem ſententia quæ ſint vigoris indicia Hippocrates manifeſtiſsimè declarat. Nam in vigore omnia ſymptomata, vigilias nimirùm, acceſsiones, dolorem, ſitim, inquietudinem, & id genus alia vehementiora, in principio autem & fine morbi, mitiora eſſe inquit. Quare ſi omnia ſymptomata eſſe vehementiſsima conſpicimus, certum indicium eſt iam augmenti finem eſſe: Alter aphoriſmus eſt primæ ſectionis ſeptimus, in quo Hippocrates docet, peracutum morbum ſtatim ſummos labores habere. Peracutus autem eſt morbus bifariam. Primò exquiſitè, ſi vltra quartum non extrahatur diem. Non exquiſitè, qui in ſeptimo finitur. Per labores, vt alibi etiam monſtrauimus, intelligit omnia quæ hominem offendunt, præſertim acceſsiones & ſymptomata. Hac itaque ſententia innuit Hippocrates peracutum morbum ſtatim habere ſummos labores, hoc eſt, in vigore fore, in quo omnia, vt diximus, ſymptomata ſunt ſumma ac maxima. Summa igitur & vehementiſsima ſymptomata, & maximæ acceſsiones, certiſsima vigoris ſunt indicia. Quare nunc reliquum eſt, vt ſciamus quando ſit vehementiſsimus morbus, & quando maximas habeat acceſsiones. Non itaque temerè hoc loco Galenus in hæc prorumpit verba. Quomodo igitur hoc ipſum cognoſcimus quòd nunc vehementiſsimus eſt morbus? Reſpondet, ſi repentè celeritérve (id enim ἀθρόως dictio, quæ ei opponitur quod κατὰ βραχὺ Græcis dicitur, ſignificat, vt alibi demonſtrauimus) mutabitur morbus: quod in hoc loco idem valet quòd iudicabitur (iudicium enim vt dictum eſt capite primo huius libri, non eſt niſi repentina in morbo mutatio) iudicationis principium, extremus augmenti terminus ſtatuendus eſt. Quum enim optima iudicatio non fiat niſi in vigore, vt libro tertio, capite quinto fuſiùs docebimus, conſequitur iudicationis principium, vigoris quoque eſſe principium, adeóque augmenti extremum finem. Augmentum enim morbi ſtatim vigor ſequitur. Quòd ſi verò ſenſim & paulatim mutatur morbus, augmenti finis ex ipſis acceſsionibus

Manifeſtus augmenti finis.

Vigoris ſigna.

Peracutus morbus.

Labores.

Morbus quando vehemētiſsimus.

ἀθρόως.

Mutari quid?

Optima iudicatio non fit niſi in vigore.

bus quæ per circuitus fiunt,æſtimandus eſt.Si enim citiùs fiant,hoc eſt,conſuetam anteuertant horam, longiusque durent, & vehementiores fiant, vt Hippocrates ipſe ſectione prima, libri ſecundi Epidemiorum dixit, manifeſtum eſt morbum augeri, & ad vigorem conſcendere.Si verò ad contrarium mutetur, id eſt,ſi acceſsio poſteriùs & tardiùs quàm antea inuadat,breuiorque & mitior fiat, morbus iam declinat ac veluti ceſſat. Quæ ſingula capite tertio huius libri copioſiùs ſunt ſuprà tradita. Cæterùm quòd ad vigoris finem attinet,ſciendum duas interdum acceſsiones quæ ſunt aliarum maximæ,ſibiinuicem autem æquales:ita vt vna alia nec ſit longior, aut vehementior, ſed eiuſdem tum longitudinis,tum vehementiæ,vigoris tempus in ſe complecti ac circumſcribere,Interdum verò vna duntaxat,quæ omnium tum præcedentium tum ſequentium acceſsionum maior fit,vigoris tempus circumſcribit. Ad tres autem acceſſiones, in acutis morbis, vigoris tempus extrahi non poteſt.In diuturnis autem non tantùm ad tres,ſed longè plures.Id quod notiſsimum,& in confeſſo eſt omnibus. Atque in hunc modum vniuerſalia morbi tempora quum iam fiunt,aut paulò antè facta ſunt,vt comprehenſum eſt, cognoſcere oportet. Quomodo autem ea quæ adhuc futura ſunt agnoſci queant,deinceps dicetur.

Vigoris finis.

CAPVT VI.

PRorrò quæ futura ſunt tempora,alio cognoſcentur modo, qui vt audientibus manifeſtus fiat,priùs aliquid de alui deiectionibus,& vrinis dicamus oportet,quemadmodum priùs de excreationibus diximus.Deiectio igitur optima eſt,mollis & cohærens, & ea hora qua etiam ſano egeſta. Copia verò iis quæ ingeſta ſunt proportione reſpondeat. Hic quidem à conſiſtentia,& quantitate,& excretionis tempore dignotione vſus eſt. Quia verò inferiorem ventrem huiuſmodi deiectio ſanum eſſe demonſtrat, ideò ſubinferens inquit. Tali itaque exiſtente excretione, inferior venter ſanus erit. Inferiorem verò nunc ventrem dixit,à thorace eum diſcriminans. Propterea igitur neque coloris deiectionis meminit, quòd ſcilicet ad ventris affectum exquiſitè agnoſcendum,color deiectionum nihil conferat.Vt enim probè ſit concocta, prædicta indicia ſufficiunt,vt mollis ſit,& cohæreat deiectio, & naturale tempus non anticipet,neque poſteriùs excernatur, & copia proportione cibis reſpondeat. Quemadmodum verò ſi hæc adfuerint, omnino concocta eſt, ita etiam ſi horum aliquid defuerit,non omnino cruda eſt.Fieri enim poteſt vt venter ipſe in proprio opere efficiendo robuſtus ſit,ſed vel propter validum aliquem propinquarum partium calorem exugatur & exiccetur ea quæ probè concocta fuerit, vel propter diſtributionis imbecillitatem humidiſsima egeratur.Quæ enim mollis & compacta eſt,concoctricem actionem validam eſſe liquidò oſtendit.Simul verò diſtributionem rectè fieri indicat, adhæc nullam partium quæ circa ventriculum ſunt phlegmone obſeſſam eſſe. Quòd ſi verò cui id verbum leuis prætermiſſum eſſe videtur: quæ enim probè concocta eſt, ea ſtatim etiam leuis ſit oportet: hic non recte iudicat. Fieri enim non poteſt vt hæc quæ compacta eſt, non etiam leuis ſit. Nam hanc omnibus partibus vniri, & veluti vnam exquiſitè exiſtere oportet. Si verò è partibus eius, hæ quidem integræ, aſperæ, & duræ,

Quæ adhuc futura ſunt tempora vt cognoſcenda.

Inferior venter.

Ad probè concoctam deiectionē quæ ſufficiant.

Mollis quid ſignificat.

Compacta etiam leuis.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 425 sur 637

©BIUM

illæ verò humidæ & aqueæ videtur, quomodo inuicem cohærent? Nã hac ratione ab inuicem soluuntur, asperæque ac duræ partes omnino separatæ sunt. Humida verò pars, tanquam aquosa & tenuis, adhuc manet, neque seipsam solidis coniungere, neque per se vllam cum iis communionem habere potest. Hæc autem circunfluens eis vndiquaque, & diffluens, inæqualem simul & minimè cohærentem efficit deiectionem. Quæ vtique talis existit, id est, mollis & cohærens, sanum omnino ventrem esse demonstrat. Simul verò, vt dixi, significat, nullam ex iis quæ circumiacent partibus laborare, & distributionem probè fieri. Nam si non integrè fieret, omnino liquida deiectio esset. Si verò etiam tempus quo sano existente excerni consueuit seruat: manifestum est, quod neque tardam concoctionem, neque retentricis aut excretricis facultatis aliquem errorem demonstrat. Tardiùs enim quàm oportet excerni: aut concoctionem ipsam, aut per intestina delationem tardiorem indicat. Citiùs autem, excerni, retentricis facultatis imbecillitatem: neque enim propter robur alteratricis hoc accidit, quòd fieri non possit, laborantem, acuto præsertim morbo, robustiorem eo qui secundam naturam se habet, ventrem obtinere: sed abundè satis est, si non multum ab eo qui secundam naturam se habet absit. Quæ vtique cum aliquo morsu celeriter egeritur, hæc ipsa ab irritatione accidit: neque verò robur, neque omnino imbecillitatem facultatis ostendit. Sed quæ sine morsu, aut alio quodam symptomate opportuno tempore vacuatur, tres ventris facultates, alteratricem, retentricem, & excretricem, robustas esse demonstrat. Quòd verò quatuor sunt vniuersæ naturales facultates in vnaquauis corporis nostri parte, alibi demonstratum est. Et nunc non oportet aliquid horum incidentium demonstratione discere, priuatim enim de singulis scriptum est. Reliquum igitur est vt explicemus quòd ea quæ vacuantur, proportione iis quæ ingeruntur respondere oporteat. Deiectio igitur mollis, & cohærens, atque ea hora qua sani consueuerunt excreta, nisi comestorum seruet proportionem, quædam eius pars in cæco intestino, aut colo, aut in aliis tenuibus anfractibus detinetur. Non est autem hæc bona, & vt signum, & vt causa. Vt signum quidem, eò quòd excretricem & propulsatricem vocatam facultatem imbecillem esse ostendit. Vt causa autem, quoniam aliqua intus excrementa manent, quæ potiùs excerni oportebat. Proinde deiectio quæ prædicta illa omnia simul indicia habet, certò inferiorem ventrem sanum esse demonstrat. Si verò aliquod horum defuerit, interdum aliquem ipsius ventris affectum significat, nonnunquam verò distributionem læsam esse, aut aliquod ambientium ventriculum instrumentorum non satis valere, aut aliquod symptoma præualere, quemadmodum de morsu dicebatur. Qualis nam igitur est quæ exquisitè se secundum naturam habet deiectio? Quæ nullum, neque in ventriculo, neq; in iis quæ hunc circumstant instrumentis erratum ostendit. Talis autem fuerit quæ præter id quòd omnia ea quæ prædicta sunt seruat, duo etiã hæc assumit, quæ ipse Hippocrates deinceps docuit ita scribens, Subrufa verò fit, & non admodum fœtida. Si enim vel syncerè rufa, vel nequaquàm

Tempus excretionis solitũ seruans.

Tardiùs excerni quid significat.

Citius excerni.

Quæ cum morsu celeriter egeritur.

Quæ vacuantur iis quę ingesta sunt respõdeant.

Qualis quæ exquisitè secũdum naturã deiectio?

quaq; ſubrufa,ſed & ciborum colore tincta fuerit, aut plurimùm flauæ bilis in ventrem cõfluere,aut nequaquàm permeare ſignificabit. Horum verò priùs quidem,ſi per initia fiat,bilioſiorem indicat morbum. Sin tempore declinationis accidat,probè corpus expurgari ſignificat. De iis quidem in ſequentibus exquiſitiùs agetur. Cruda autem deiectio tenuis,& aſpera,& humoris maxime expers eſt, ciborumque retinet qualitatem.

Subrufa quid ſignificat.

Cruda deiectio.

COMMENTARIVS.

Prolixo hoc capite Galenus de alui deiectionibus,quę illi &Hippocrati διαχωρήματα vocantur,tractat. Quù verò hæ duûm ſint generum,quędam enim ex ciborum affectibus fiunt,quædam autem ex iis quæ abundè in ventrem confluunt: principiò de iis quæ ex cibis generantur agit,eaque itidem eſſe duplicia docet. Vnum quidem concoctum,& quòd exquiſitè ſecundum naturam ſe habet. Alterum,contrà crudum. Notas autem vtriuſque deiectionis concinno admodum ordine ex libro prognoſticorũ Hippocratis,ab ea quæ optima eſt exorſus,affert,inquiens. Deiectio optima eſt mollis & cohærens &c. Eſt autem hæc ſententia ex libro ſecundo prognoſticorũ Hippocratis deſumpta,vbi ordine eſt 15. ſuprà etiam capite ſeptimo citata. In qua quidem à tribus rebus dignotione ſumpta,Hippocrates quæ ſit optima deiectio monſtrat. Primùm à conſiſtentia,quàm σύστασιν Græci vocant,ſi ſcilicet mollis & cohærens (σωεστικὸν legitur Græcè,quod propriè ſolidũ,compactum,&non fluxile ſignificat,à verbo σωίζημι, quod cogo,coëo & concreſco denotat) fuerit,hoc eſt,non omnino dura vt lapis, neq; ſummè liquida,vt aquæ inſtar defluat,ſed ita mollis vt nihilominus cohæreat. Secundò,à quantitate,vt nimirum copia proportione ingeſto cibo reſpondeat. Tertiò,à tẽpore quo vacuatur,vt ſcilicet ægro aſſuetum ſit. His tribus præſentibus,inferiorẽ ventrem ſanum eſſe coniicimus. Per inferiorem verò ventrem eam cauitatẽ corporis quæ ſtatim à thorace incipit,arq; in ſe ventriculũ,& inteſtina cõplectitur,intelligit,quẽadmodũ metipſe Galenus hîc,& in explicatione iam citatæ ſentẽtiæ interpretatur. Porrò coloris deiectionis nulla facta eſt ab Hippocrate mentio,quòd hic ad ventris affectũ exquiſitè cognoſcedum nihil conferat. Vt enim probè ſit concocta deiectio prædicta tria indicia ſufficiunt,vt mollis ſit & cohæreat,vt naturale tempus, id eſt, horã qua per ſanitatem conſueuit excerni,non anteuertat,aut poſt illam excernatur,& vt copia proportione cibis reſpondeat. Quemadmodum verò deiectio cui hæc tria adfuerint omnino eſt concocta,ita etiam hæc cui aliquid horum trium defuerit, non omnino cruda eſt. Fieri enim poteſt vt venter in ſuo opere,id eſt, cibi concoctione, efficiendo robuſtus ac validus ſit,tamen aut propter vehementem aliquem propinquarum partium,verbi gratia iecinoris aut lienis,calorem,deiectio quæ probè concocta fuerit exiccetur: calore nimirum depaſcente,aut attrahente ad ſe humorem: aut propter imbecillitatem diſtributionis humidiſsima egeratur. Quę enim mollis & ſolida, compacta cohærénsve eſt,concoctricem actionem robuſtam eſſe liquidò monſtrat. Simul autẽ diſtributionem rectè fieri,adhæc nullam partium quæ circa ventriculum ſunt phlegmone obſeſſam indicat. Si enim diſtributio ſuccorum non rectè fieret, non cohærẽs ſeu ſolida,ſed fluxibilis potiùs deiectio fieret. Si verò phlegmone aliqua in iecore aut liene eſſet,nõ mollis,ſed dura,calore phlegmones ad ſe trahente & depaſcente humores,magis fieret. Cæterùm ſi alicui in citata nunc Hippocratis ſentẽtia dictio leuis prętermiſſa eſſe videtur, quòd ſcilicet quæ probè concocta eſt deiectio, hanc etiam leuẽ eſſe oporteat: hic non rectè iudicat aut ſentit. Rationem ſubiungit Galenus, inquiens: Fieri enim non poteſt vt deiectio quæ ſolida eſt & cohæret,non ſit etiã leuis: quòd ſcilicet hanc omnibus partibus vniri,ac veluti exquiſitè vnam eſſe oporteat. Neq; enim leuis deiectio alia eſt,quàm quæ ſibi continua eſt,& coacta, neque aliquo modo aſpera

διαχωρήματα. Deiectionũ alui diuiſio.

Optima deiectio quæ? σωιστικόν. σωίζημι.

Inferior venter.

Coloris nulla ab Hippocrate facta eſt mentio.

Tria ad cõcoctam deiectionem requiſita.

Deiectio ſolida & cohærens etiã leuis.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 427 sur 637

©BIUM

Inequalis & minimè cohærens.

& prominula,aut huc & illuc compulſa,neque aliqua in parte diſſoluta,ſed inſtar cõtinui & coacti corporis exquiſitè vna.Si verò è partibus deiectionis hæ quidem integræ,hoc eſt,ſolidæ ac ſuis partibus conſtantes,aſperæ & duræ, illæ verò liquidæ & aqueæ fuerint,neque cohærens,neque leuis erit. Nam quomodo cõpacta cohærẽsve dici poſſet,cuius partes abinuicem ſolutæ ſunt? Aſperę enim & duræ partes deiectionis omnino ſunt ſeparatæ,humidę verò,veluti aquoſæ ac tenues,adhuc manent, neq; ſeipſas ſolidis coniungere,neque per ſe vllam cum iis,tanquam natura diuerſæ, communionem habere poſſunt.Quare quum partes illæ humidæ ſolidis circunfluant vndiquaque,& diffluant,inæqualem ac minimè cohærentem efficiunt.Tandem Galenus quid deiectio mollis & cohærens ſignificet breuiter repetit,inquiens.Quęcunque vtique talis eſt,hoc eſt,mollis & cohærens,ſanum omnino ventrem eſſe demonſtrat. Simul verò,vt dictum eſt,nullam ex iis quę circũiacent partibus laborare,hoc eſt, phlegmone aut alio morbo correptam eſſe,ac diſtributionẽ probè fieri, indicat.Nam niſi diſtributio integrè fieret,omnino liquida deiectio eſſet.Si verò etiam tempus,quo ſano adhuc exiſtente homine excerni conſueuerat,ſeruat:manifeſtum quòd neque tardam concoctionem,neque retentricis aut excretricis facultatis aliquem errorem demonſtrat.Nam tardiùs quàm oportet,aut quàm aſſueti ſunt per ſanitatẽ excerni, vel concoctionem ipſam,vel per inteſtina delationem tardiorem indicat.Quæ enim tardè concoquuntur,eorum etiam tardiores ſunt deiectiones.Et quæ tardiùs per inteſtina deferuntur,ea etiam tardiùs deiiciuntur.Citiùs autem excerni, retentricis facultatis imbecillitatem ſignificat:vt quæ tantiſper retinere quæ aſſumuntur non poteſt, do nec plenè fuerint elaborata.Quòd ſi verò quiſpiam inſtet propter robur alteratricis facultatis accidere vt citiùs excernant ægrotantes,iuxta hoc Hippocratis: Eorum quæ confertim & celeriter alunt,excretiones quoque celeres fiunt: illi reſpondendum erit, fieri non poſſe vt laborans,acuto præſertim morbo, de quo in prognoſticis,vt ſuprà monuimus,Hippocrates agit,robuſtiorem eo qui ſecundum naturam ſe habet,ventrẽ obtineat:quum abundè ſatis ſit ſi non multum ab eo qui ſecundum naturam ſe habet, abſit.Porrò deiectio quæ cum aliquo morſu egeritur, hæc ab irritatione, hoc eſt humore aliquo acri,erodente,& irritante facultatem excretricem,accidit.Neque verò robur,neque omnino imbecillitatem facultatis excretricis ſignificat:nam ita ſine morſu excerneretur.Sed quæ ſine morſu, aut alio quodam ſymptomate opportuno tempore excernitur,tres ventris facultates robuſtas eſſe demonſtrat. Fieri enim non poteſt quin alteratrix facultas probẽ munere ſuo fungatur,ſi morſu caret deiectio.Quẽadmodum retentrix & excretrix,ſi opportuno fit tempore. Quatuor autem in vnaquauis corporis parte eſſe facultates in tribus libris de naturalibus facultatibus obiter à Galeno eſt demonſtratum. Ex iis igitur diſcenda erunt quæ hoc loco de facultatibus attingit Galenus.Cæterùm hactenus de duobus,nempe conſiſtentia &tẽpore deiectionis, abundè dictum eſt, reliquum igitur, vt de eiuſdem copia ſeu quãtitate nũc agamus,quæ proportione iis quæ ingeſta reſpondere debet. Nam niſi deiectio mollis & cohærens,atque ea hora qua per ſanitatem conſueuit excreta comeſtorum proportionem ſeruet,eius pars quædam in cæco inteſtino,aut colo,aut in aliis tenuibus anfractibus detinetur.Hoc eſt,ſi deiectio proportione iis quæ comeſta ſunt non reſpondeat,non alia de cauſa fit,quàm quòd pars eius aliqua vel in craſsioribus inteſtinis,verbi gratia cæco,vel colo:aut in tenuibus,quæ hoc loco per tenues anfractus intelligit detinetur:quippe conſtat hæc in multos eoſque tenues anfractus eſſe conuoluta.Animaduertendum autem erit Galenum ſuo more de cæco inteſtino loqui,vt qui illud in homine,perinde atque in aliis animantibus,veluti quendam ventrem amplum & craſſum excrementis excipiendis idoneum,adeoque ſaccum appellatum eſſe,putat:quum tamen in homine omnibus aliis inteſtinis non tantùm breuius,ſed & anguſtius & ſtrictius,adeoque craſsiori lumbrico in orbes conuoluto potiùs quàm ſacco ſimile ſit, vt alibi

Quid deiectio mollis & cohærens denotet.

Tardiùs excerni.

Citiùs.

Obiectio diluitur.

Cæcũ inteſtinũ homo aliud quã cætera animãtia habet.

alibi copioſiùs docuimus. Porrò deiectio quę comeſtorum proportionem non ſeruat mala eſt, & vt ſignum, & vt cauſa. Vt ſignum, quia excretricem & propulſatricem facultatem, excrementa propellere & excernere non potentem, imbecillã ſignificat. Vt cauſa, quòd intus maneant excrementa, quæ potiùs excerni oportebat. Nam detẽta, morbi alicuius, nempe abſtructionis inteſtinorum, cauſa erunt. Deiectio itaque quæ prædicta tria ſigna ſimul habet, inferiorem ventrem certò ſanum eſſe demonſtrat. Si verò aliquod horum trium ſignorum defuerit, interdum aliquem ventris inferioris, vt dictum eſt, affectum ſignificat: interdum diſtributionem eſſe læſam, aut aliquod ventriculum circunſtantium inſtrumentorum non rectè valere, aut aliquod ſymptoma, verbi gratia, morſum, prævalere, indicat. Tandem quæ ſit deiectio exquiſitè ſecundũ naturam Galenus oſtendit. Hæc eſt, inquiens, quæ nullum neque in ipſo ventriculo, neque in iis quæ illum ambiunt inſtrumentis erratum indicat. Talis autẽ fuerit, quæ prẹter id quod mollis & cohærens eſt, & hora conſueta excernitur, copiaq́ue comeſtorum proportionem ſeruat, duo etiam alia, quæ Hippocrates libro ſecundo prognoſticorũ aphoriſm. 17. docuit, aſſumit, nempe vt ſubrufa ſit, & non admodum fœtida. Si enim ſyncerè rufa fuerit, plurimum flauæ bilis in ventrem confluere inferiorem monſtrat. Si verò nequaquàm ſubrufa fuerit deiectio, adeoq́; ciborum potiùs colore tincta & cãdida, nihil bilis ad inteſtina, vt in morbo regio accidit, permeare ſignificat. Et animadvertendum hoc loco idem eſſe εἰς γαστέρα συῤῥεῖν, quòd εἰς τὰ ἔντερα συῤῥεῖν. Nam γαστὴρ hîc non ventriculum, ſed ventrem potiùs inferiorem, adeoq́ue inteſtina ipſa denotat. Quod monendum eſſe diximus, ne imperitus quiſpiam, Galenum hoc loco bilis aliquẽ eſſe in ventriculum meatum aſſerere putaret. Cæterùm ſi plurimum bilis in ventrem inferiorem confluit, bilioſiorem ac calidiorem eſſe morbum indicat, modo idipſum per initia ſtatim morbi accidat. Si verò declinationis tempore hoc ipſum accidat, bonum potiùs quàm malum portendit. Probẽ enim à bilioſis humoribus qui morbum excitarunt corpus expurgari monſtrat. Atque hactenus de ea quæ concocta eſt deiectione diximus. Altera autem deiectio ex ciborum affectionibus facta cruda eſt, adeóque priori planè contraria, nempe tenuis, hoc eſt, minimè cohærens & compacta, adeoq́ue aſpera, & humoris maximè expers, id eſt, dura & exiccata, ciborumq́ue retinet qualitatem. Nam quæ talis eſt, quum alteratricis imbecillitatem facultatis portendat: ciborum enim ſi elaborati ſatis fuiſſent, qualitatem non prę ſe ferret: cruda ſit neceſſe eſt.

Deiectio quæ comeſtorũ proportionẽ nõ ſeruat, duplici ratione mala.

Deiectio exquiſitè ſecundum naturam.

Syncerè rufa.

In vẽtrem confluere quid?

Deiectio cruda.

Tertium præter hæc deiectionum genus, quod non ſit ex ciborum affectu, ſed ex iis quæ è toto corpore in ventrem confluunt excrementis, aliquid demonſtrare poteſt, veluti ea quæ ſyncerè rufa, vt paulò antè dicebamus. Sed hæc quidem accidit quando amaræ bilis humor ſincerus & plurimus in ventrem confluit. Pallida autem æruginoſæ bilis indicium eſt, ſicuti nigra, aut nigræ bilis, aut alicuius ſanguinis illic aſſati. Si verò veluti liuidum quoddam in deiectione appareat, nullo tali comeſto, refrigerationem aliquam, & mortificationem inſignem internarũ partium indicat. Quemadmodum ſi pingue, nullo pingui comeſto, colliquationis eſt nota. Quinetiam lentum, niſi etiam hoc è natura cibi tale fuerit, colliquationis eſt ſignum. Sed quod pingue eſt, pinguedine colliquata fit: quod verò lentũ viſcidúmve, ipſarum ſolidarũ eſt animantis partiũ colliquamentum, proinde multò deterius. Et quæ vehementer fœtida eſt deiectio, niſi etiam hoc cibi ratione fiat, haud exiguam putrefactionem oſtendit. Vt autem ſummatim dicam, in omnibus deiectionibus, niſi in cibo qualitas fuerit, ita affectum ipſum conſiderare oportet. Pro-

Tertiũ deiectionum genus.

Pallida quid indicat.

Nigra.

Liuida.

Pinguis.

Fœtida.

inde etiamsi alicubi non dicitur, tamen inaudire ipsum oportet. Et omnia quæ ab Hippocrate in prognosticorum libro dicta sunt, vt comprehensum est, manifesta erunt, si nos id quod propter aliud fit, & non propter morbum, semper distinxerimus. Restat vt de stridente, & spumosa, & varia deiectione dicamus. Stridēs quidem à sono qui in excretione fit, nominata est. Indicat autem id quod excretum est, cum tenui humiditate flatuosum esse. Instrumenta verò ipsa coacta, ac veluti constricta, & in angustum redacta. Spumosa autem fit, quemadmodum etiam in externis euenit, quum vel aliquid quod feruet, vel flatuosus spiritus cum humido pugnat. Priùs quidē immodici caloris corpus colliquantis, alterum verò inæqualis perturbationis est effectus. Varia verò deiectio, varius correptum esse corpus affectibus demonstrat, propterea igitur & diuturna & maligna. Multi enim affectus, longiori etiam tempore ad concoctionem indigent, & periculum multitudini æquale afferunt. Nam simplex affectus faciliùs cōcoquitur, & minùs eo qui multiformis est periculosus. Sic quidem de deiectionibus est iudicandum.

Stridens.

Spumosa.

Varia.

COMMENTARIVS.

Hactenus duo genera deiectionum quę ex ciborum affectibus generantur, Galenus recensuit. Nunc itaque tertium genus deiectionum quod fit ex iis quæ ē toto corpore in ventrem confluunt excrementis, aggreditur, & quid illud demonstrat, docet. In hoc verò genere est syncerē rufa, quæ plurimùm bilis synceræ ad ventrem, vt dictū est, confluere significat. Pallida quoque deiectio ex hoc genere est, ac æruginosæ bilis vocatæ indicium est. Huius itaque plurimùm in ventriculo cōtineri talis deiectio significat. Pallidam autem vocauimus quàm Galenus χλωρὸν dixit. Hæc enim vox, vt suprà etiam est annotatū, Græcis medicis, Hippocrati præsertim & Galeno idē quòd ὠχρὸν, hoc est, pallidum denotat, vt testis est libro primo præsag. commentario decimo, & libro secundo, vict. acut. commentario vicesimosecundo, & multis aliis locis. Huius etiam generis est nigra deiectio, quæ atram bilem, aut sanguinem vehementer vstum portendit. Liuida quoque deiectio eiusdem generis existēs, si nullo tali comesto, appareat, internarum partium vel refrigerationem aliquam, vel insignem mortificationem indicat. Pinguis verò, nullo pingui cibo ingesto, colliquationis est nota. Quippe calorem ignitum pinguedinem consumentem significat. Porrò lenta seu glutinosa deiectio, nisi qualitas comestorum talem reddiderit, colliquationis signum est. Distat tamen pinguis à lenta, quòd hæc solidarum animantis partium: illa verò pinguedinis colliquationis signum est. Fœtida verò deiectio, nisi fœtorem hunc è cibis ingestis contraxerit, putredinis haud exiguę indicium est. Hinc est quod Hippocrates in prognosticis ita scriptum reliquerit. Deiectio lenta seu glutinosa, mala est. Et mox subiungit. His verò exitiosior est nigra, aut pinguis, aut liuida, aut æruginosa, aut fœtida, In omnibus autem iam dictis deiectionibus ad hunc modum affectum corporis cognoscemus, nisi in cibo praua qualitas deiectionē inficiens fuerit. Proinde etiāsi alicubi qualitatis ciborum mentio non fiat, tamen hanc inaudire oportet. Et quidem omnia quę ab Hippocrate in libro secundo prognosticorum dicta sunt manifesta erunt, si semper distinxerimus id quod propter aliud, nempe cibū, fit, & minimè propter morbum, & corporis affectum: Quod enim cibi ratione fit, malum non est, quod autem propter morbum accidit, malo haud caret. Reliquū iam est vt aliàs etiam deiectiones, quarum in prognosticis Hippo. mētionem facit, percurramus. Harum prima est stridens, τρύζοντες Græci nominant, à sono qui inter egerendū excitatur sic dicta, quæ flatuosi spiritus in eo quod egestum est copiam cum tenui aliqua humiditate, & instru

Deiectio syncerè rufa.

Pallida.

ὠ.

Nigra.

Liuida.

Pinguis.

Lenta seu glutinosa.

Fœtida.

2. prog. 21.

2. prog. 22.

Stridens.

inſtrumentorum anguſtiam ſignificat. Hinc eſt quod Hippocrates dixerit. Flatum ſine ſtrepitu & crepitu exire optimum eſt. 2.prog.24.
Altera eſt ſpumoſa deiectio, quæ fit, quum vel aliquid quod feruet, vel flatuoſus ſpiritus cum humiditate pugnat, quemadmodum etiam in externis accidit. Nam (vt teſtis eſt, ſectione ſeptima aphoriſm. commentario triceſimo, Galenus, in iis quæ elixantur apparet ſpuma, in mari etiam violenter à ventis agitato. Et libro ſecundo prognoſticorum, commentario quadrageſimoſeptimo, Spuma, inquit, conſiſtit in mari quidem ex violento ventorũ afflatu, in multas tenues partes attritâ aqua. In iis verò quæ elixantur, prę copia caliditatis. In externis itaq; videmus manifeſtè ſpumam generari vel calore, vel flatuoſo ſpiritu cum humiditate pugnante & luctante, igitur eadem etiam ratione, interna ſpumoſa redduntur, quod bilis exemplo, Galenus libro tertio vict. acut. commentario decimoquarto ita ſcribens, oſtendit. Bilis, ait, igitur ipſa ſpumam ſępiùs accipit quidem, ratione ea qua & in iis quę vehementer igne calefiunt ſpuma exurgit. Sæpenumero verò & in iis quæ à ſpiritu flatúve concutiuntur & agitantur humidis. Priùs itaque immodici caloris, vt hîc teſtatur Galenus, corpus colliquantis: alterum autem inæqualis perturbationis & cõquaſſationis effectus eſt. Et hoc quidẽ loco Gręcus Aldinus codex malè ἀνωμάλου τῆς ἀρχῆς, pro ἀνωμάλου ταραχῆς legit. Quod antiquus etiam interpres abundè teſtatur, qui locũ hũc ita conuertit: ab inæquali cõmotione & agitatione. Vltima deiectio eſt, quàm ποικίλον, id eſt, variam appellat. Hęc quidem variis affectibus corpus eſſe correptum demõſtrat, & iis quidem diuturnis & malignis. Nam multi affectus longiori ad concoctionẽ tempore indigent, & periculum etiam minantur. Contrà ſimplex affectus faciliùs ac citiùs concoquitur, ac minùs eo qui multiplex periculoſus eſt. Quod Hippocrates etiam in prognoſticis iis confirmat verbis, Deiectio verò, ait, varia, diuturnior quidem, ſed nihilominus pernitioſa. Hæc ramentoſa & bilioſa erit, cruenta, porracea, & nigra: quæ nonnunquàm ſimul, interdum particulatim exeunt. Atque in eum quẽ diximus modum, de deiectionibus iudicandum erit.

Spumoſa.
Spumæ generatio.
Codex Galeni Græcus reſtitutus.
Varia.
2.prog.43.

CAPVT XII.

DEinceps de vrinis dicemus. Optima igitur & hîc, quæ ſanorum vrinis ſimillima eſt. Quæcunque verò talis non eſt, aut ſimpliciter cruda, vel ad hæc etiam pernicioſa exiſtit. Cruda itaque & concocta nomine quidem, veluti etiã genere, vna eſt, plurimùm verò in eo quod magis & minus differunt. Terminos igitur hîc manifeſtos ſtatuere tẽtemus, quibus vniuerſum quod in medio eſt diſcernetur. Quæ vtique optimè cõcocta eſt, hãc in iis qui exquiſitè ſani ſunt contemplari oportet. Talis verò eſt ſubrufa ſimul & ſubflaua, magiſque ſubrufa quàm ſubflaua. Statim verò & hæc craſſitie mediocris erit. Quæ enim ea tenuior aut craſſior fuerit, imperfectã concoctionẽ ſignificat. Hæc enim nondum in liquoris naturam abiit, altera verò adhuc perturbata eſt. Diſces vero ex iis quæ tenues & puræ excernuntur, poſt hæc autem vel manent ſemper tenues, vel paulò poſt perturbantur: quòd vtraque quidem cruda ſit. Differunt autem eo, quod illa quidem nondum cœpta eſt concoqui: hæc verò, quoniam perturbatio quædam flatuoſi ſpiritus permixta eſt: qualis etiam in vinis nouis adhuc feruęſcentibus fit. Nam quum triplex ſit turbidarum vrinarum differentia, aut enim tales mictæ paulò pòſt ſubſident: aut ſemper ſimiles manẽt, aut puræ quidem excernuntur, poſteà verò perturbantur. Praua quidẽ ex iam dictis tertia, bona verò prima, in medio autem ambarũ ſecunda. Quæ enim ſtatim ſub-

Optima vrina.
Triplex turbidarũ vrinarũ differentia.

©BIUM

ſidet,parum adhuc inæqualis perturbationis remanſiſſe ſignificat. Quæ verò ſemper ſimilis manet,vigere adhuc in ſanguine turbationem demonſtrat. Quæ autẽ extrà perturbatur,hæc concoqui incipiet,adeóque meritò peßima eſt:nam & lõgiore tempore,& virtute valida ad concoctionem indiget. Quæ verò turbulenta mingitur,confeſtim autem ſubſidentiam habet bonam,non ita multò poſt morbum concoctum irioſtendit,ideóque melior eſt. In medio autem vtrarumque eſt ſecunda. Nam quum ex vigente perturbatione fiat,quantùm malitiâ abeſt ab ea quæ futuram adhuc perturbationem demonſtrat, tantùm ſuperat eam quæ iam quieſcente obtinet.

COMMENTAR.

Optima & ſaluberrima vrina cur primùm cognoſcenda.

Crudæ vrinæ.

Concoctæ.

Sanitas eſt duplex.
Summa.
Deficiens.

Optimè cõcocta vrina.

Liquor.
Tenuis.
Craſſa.

Superiori capite Galenus varia deiectionum genera,ac ſingulorum ſubinde ſignificationes expoſuit: In hoc duodecimo varias vrinarum differentias recenſet, & quid harum vnaquæuis portendat ex earundem ſubſtantia,colore,quantitate, & contentis (hæc enim quatuor invrinarum inſpectione prcipuè ſunt conſideranda) copiosè admodum oſtendit.Cæterũm quum de iis omnibus nemo rectè iudicare poſsit, niſi primùm omnium optimam & ſaluberrimam, in quam veluti ſcopum aliquem intentus ſit,& ad quam reliquas omnes exigat oportet, vrinam perſpectam habeat:ideò initiò huius capitis quæ ſit optima vrina explicat. Optimam autem eſſe dicit eam , quæ ſanorum vrinis ſimillima exiſtit.Quæ verò ſanorum vrinæ ſimilis non eſt, vel ſimpliciter &abſoluto ſermone cruda, vel cruda ſimul & pernitioſa exiſtit . Vtraque igitur tam cruda quàm concocta,nomine & genere vna eſt. Omnes enim vrinæ quæ cruditatem præ ſeferunt vno nomine appellantur,nimirum crudæ,& ſub vno etiam genere crudæ vrinæ cõplectuntur . Ita etiam omnes vrinæ concoctionem præ ſe ferentes vno nomine,ſcilicet concoctæ nominantur , & ſub vno genere concoctæ vrinæ comprehenduntur.Differunt tamen plurimùm in eo quòd magis & minùs.Hęc enim magis aut minùs cocta,illa verò magis & minùs cruda eſt. Oportet igitur hîc manifeſtos terminos tum concoctionis tum cruditatis ſtatuere , quibus vniuerſæ vrinæ quæ in horum duorum terminorum medio ſunt, diſcernuntur. Vnus itaque terminus eſt vrina ſummè concocta. Alter autemvrina ſummè cruda.De primo Galenus huius capitis initio tractat,inquiens. Quæ optimè concocta eſt, hanc in iis qui exquiſitè ſani ſunt:hoc eſt,in iis qui exquiſita,abſoluta, & ſimpliciter optima ſanitate fruuntur contemplari oportet.Eſt enim duplex, Galeno libro primo de tuenda ſanitate capite tertio teſte,ſanitas.Vna quidem ſumma,exquiſita , & optima ſimpliciter, in qua nimirũ æqua eſt contrariorum portio.Alia deficiens, quæ ſcilicet à prioris pertectione paulum abeſt,non tamen eatenus vt animali grauis ſit,quemadmodum fuſiùs in commẽtariis noſtris ſuper lib.Galeni de morborum differentiis oſtendimus,De priore hoc loco Galenus loquitur:quæ etſi cogitatione potiùs vſurpatur, quàm ſolidè ſubſiſtit, vt ibidem ait Galenus,tamen optimè concoctam vrinam in alio temperamento reperire non licet.Quapropter & illam cogitatione quoq; vſurpare oportet. Talis verò eſt ſubrufa ſimul & ſubflaua,magis tamen ſubrufa quàm ſubflaua. Cæterũm quis ſit propriè rufus color in ſequẽtibusdicemus. Optimè cõcocta vrina craſsitie etiã mediocris erit. Nã vt lib.2.prog.cõm.35.Galenus atteſtatur,cõcoctio nõ ſolũm vrinã,ſed & alui excremẽta craſſa reddit.Quæ verò à mediocri craſsitudine diſceſſerit, adeoq; iuſto tenuior aut craſsior fuerit,imperfectã concoctionẽ ſignificat. Quæ enim tenuior eſt, hæc nõdũ in liquorẽ abiit.Liquorẽ autẽ vocat Galenus quod reuera vrina eſt . Tenuior itaq; ὔυπο κεχύμωται, id eſt, nondum reuera vrina eſt , ſed potiùs aqua. Hęc enim reuera vrina eſt, quæ concococtionis eius quæ in venis fit excrementũ exiſtit, adeoq; ſubſtantiam

©BIUM

tiam & colorem conuenientem obtinet. Craſsior autem adhuc perturbata eſt. Vtraque igitur cruda exiſtit. Hoc diſces, inquit Galenus, ex iis vrinis quæ tenues & puræ excernuntur, poſt hæc autem vel manent ſemper tenues: vel paulò pòſt perturbantur, quòd vtraque cruda ſit. Differunt autem in eo, quòd tenuis quidem perpetuò manens non eſt cœpta concoqui, ideoque antè dixit, nondum reuera vrinam eſſe. Quæ verò tenuis non manet, ſed paulò pòſt perturbatur, flatuoſi ſpiritus permixtionem cum humore ſignificat, qualis etiam permixtio in vinis nouis adhuc feruescentibus fit. Si itaque flatuoſus ſpiritus humori permiſcetur, non tantùm vrina, ſed & vinum nouũ turbulentum efficitur. Sin ab inuicem ſeparantur, perſpicua claraque redduntur. Porrò turbidarum vrinarum triplex eſt differentia, aut enim turbidæ mictæ paulò pòſt ſubſident, aut ſemper turbidæ manent: aut puræ quidem excernuntur, poſteà verò pertur bantur. Praua ex iam dictis eſt tertia, bona verò prima, in medio autem horum conſiſtit ſecunda, adeò vt non ſit tam bona vt prima, neque tam praua vt tertia. Ratio hæc eſt. Quæ enim turbida micta, ſtatim ſubſidet, id eſt, prima, parum adhuc inæqualis perturbationis remanſiſſe ſignificat. Nam, vt paulò antè dictum eſt, quando flatuoſus ſpiritus humorem perturbans ſeparatur, tunc humor ipſe clarus redditur, quum itaque ſtatim poſtquàm micta eſt ſubſidet, non multum perturbationis ineſſe liquidò indicat. Quæ verò ſemper turbida manet, hoc eſt, ſecunda, vigere adhuc in ſanguine turbationem demonſtrat, ideoque non ita bona vt prima, quæ parum adhuc perturbationis ſupereſſe oſtendit, neque tam mala vt tertia, quæ nullam prorſus perturbationem ſeu cõcoctionem ſubeſſe monſtrat. Hinc eſt quòd Galenus ſubiungat. Quæ autem extrà perturbatur, hæc incipiet concoqui, ideoque peſsima eſt. Nam & longiori tempore, & virtute robuſta ad concoctionem indiget. Quæ verò turbulenta mingitur, confeſtim verò ſubſidentiam oſtendit bonam, non ita multò pòſt morbum concoctum iri oſtendit. Nam craſsiorum humorum ebullitionem & agitationem, ſed tamen naturam incipere iam eorum ſecretionem, indicat. Quare hæc tertia melior eſt. In medio autem primæ & tertiæ eſſe ſecundam Galenus ita monſtrat. Nam, inquit, quũ fiat ex vigente perturbatione, quantum malitia abeſt ab ea quæ futuram adhuc perturbationem demonſtrat, id eſt, à tertia: tantùm malitiâ primam ſuperat, quæ iam perturbationem quieſcere ſignificat. Atque hactenus de concocta vrina Galenus.

Craſſa.

Turbidarũ vrinarum triplex differentia eſt.

Quæ igitur ſummè cruda eſt, has omnes ſuperat. Talis verò erit exquiſitè aquoſa, neque iam concocta, veluti turbida: neque concoquenda, vt quæ paulò pòſt perturbatur: ſed tanquam deſperatæ concoctionis ſymptoma. Talis vrina venoſi generis pathos, quemadmodum exquiſita cruditas, ventriculi. Quum verò celeriter mingitur, à nonnullis hydrops ad matellam vocatur hoc pathos. Aliquibus verò diabetes appellatur. Quidam alius antiquus vir vrinæ profluuiũ nominauit. Verùm de nominibus alibi ſpectandum. Hoc itaque pathos tale eſt, quale eſt ventris lienteria, quæ mortificatio, vt quiſpiã dicat, vtriuſq; facultatis tũ alteratricis, tũ retẽtricis exiſtit. At hæc crudarũ vrinarũ peſsima eſt. Huic ſuccedit aquoſa, quæ quatenus cruda, priori ſimilis eſt: quatenus verò nullũ aliud malũ cõmõſtrat, minùs pernitioſa. Illa enim non ſolùm alteratricis, ſed & retẽtricis facultatis ſummam imbecillitatem indicat: hæc verò, alterius tantùm, nempe alteratricis. Quãtò autem plures cuiuſque generis inſtrumentorum actiones & facultates impeditæ fuerint, aut etiam omnino abolitæ: tantò morbus deterior eſt. Quocirca vtique peſsimum eſt malum vrinæ profluuium, quòd duplex ſit vitium. Abundè autem

Summè cruda.

Hydrops ad matellam.

Diabetes.

Vrinæ profluuiũ.

Lienteria.

Aquoſa vrina.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 433 sur 637

©BIUM

praua,quæ aquæ instar tenuis,& alba est.Simplex quidem affectus,sed summũ imbecillitatis indiciũ.Huic proxima est altera vrina,quæ in multis apparet morbis,vt vini abundè tenuis & albi commixtam habere formam videatur. Generatur autem ex prædicta vrina tenui & aquosa quæ parum saniei tenuis rufæ bilis suscipit.Nam etiam si extrinsecùs in aquam puram parum ochræ,vel bilis conieceris,talis tibi apparebit.Hæc igitur vrina,ei quæ omnino cruda est,proxima existit.Huic succedit subpallida.Pallida vero iam etiam subrufa est.Si enim in aquam inieceris,vel parum rufi coloris,vel plus pallidi,similis tibi videbitur. Hæc autem coloris gratia,concocta est.Oportet verò hanc crassitudine ab aquosa tantùm distare,si benè concocta esse debet,quantùm etiam colore Omnium autem vrinarum optima, vt anteà quoque dictum est,subrufa & subflaua, veluti, si extrinsecùs facere volueris,sanguinis sero & rufæ bilis,aquam permiscendo, Quantitatem verò mixtionis,sermone exprimere haud licet,sed vel hanc ex alio discere oportet de optima vrina,aut teipsum per experientiam edoctum iri,naturalem vrinæ formam in sanis perquirentem.Nam quum adhuc sanguis concoquitur,quantum vtique mingitur,leuem & æqualem, albam, ac multam subsidentiam facit. Concoctione autem absoluta, color quidem vrinæ intenditur, minùs verò subsidet. Et si longiori adhæc tempore homini cibum subtraxeris, ipsam semper magis rufam fieri videbis. Nam in commentariis de naturalibus facultatibus demonstratum est, quicquid alimenti plus iusto incaluerit, potissimùm vbi pingue & dulce fuerit, amaram bilem fieri. Quòd verò flauam, & rufam, & pallidam huiusmodi bilem nominant, pleni sunt medicorum libri, quorum hi quidem sic, illi verò hoc modo, nonnulli etiam promiscuè appellant. Præstat autem hoc loco rursus cognoscere rationem, vt quispiã quæ dicta sunt exquisitiùs sequatur. Rufus color flauo natura proximus est.Distant verò inuicem,quòd ille quidem candidior sit: hic verò splendidior.Nam etiam amara bilis interdum rufa apparet magis,nonnunquam flaua. Sæpius autẽ & pallida esse tibi videbitur.Candidior quidem & turbulentior facta,rufescit: splendens verò & purior,flauescit.Nam quod veluti rufum est,si splendescat flauius efficitur.Quantò autem rufum flauo est candidius,tantò illo pallidũ Quãtò rursus minùs calidum est flauum rufo,tantò rubrum flauo. Vnde & sanguinis color nonnunquam flauior, nonnunquam rubicundior apparet: ideóque sanguinem interdum rubrum, interdum verò flauum nominant. Nunquam verò sanguis maximè flauus, eundem cum maximè flaua bile obtinet colorem:verùm hæc quidem magis flaua, illa verò omnino rubicundior. Nam exquisitè flauus sanguis, inter sanguinem & bilem, quæ secundum naturam se habent, exquisitè medius est. Quare si vterque humor illi accedat, nunquam fiet exquisitè flauus,seipso tamen magis flauus.Hæc igitur causa est vt adpellationes confundantur.

Subpallida.

Amaræ bilis generatio.

Rufus color.

Flauus.

Commen-

Poſtquã Galenus quæ ſit optima vrina expoſuit, nunc quæ omnium ſit peſsima demonſtrare pergit. Quæ, inquiens, ad ſummum cruda eſt, hæc prædictas tres omnes malitiâ ſuperat. Ad ſummum autem cruda, eſt exquiſitê aquoſa, quæ neque, vt turbida, concocta, neque vt ea quæ paulò pòſt perturbatur, concoquenda: ſed de cuius concoctione iam planè deſperatum ſit. Vt autem exquiſita cibi cruditas ventriculi eſt pathema, ita vrina aquoſa venoſi generis pathos eſt. Quum huiuſmodi vrina celeriter à potu ſumpto mingitur, Græcis ὕδρωψ εἰς ἀμίδα, Latinis hydrops ſeu aqua inter cutem ad matellam, ſeu vas vrinarium, Galeno hoc in loco, & libro ſexto de laborantibus locis capite tertio, & capite vltimo libri de ſymptomatum differentiis teſte, vocatur hoc pathos. Alii autem diabetem nominant. Quidam autem antiquus vir διάῤῥοιαν εἰς ὦρα., id eſt, vrinæ profluuium aut fluorem, appellauit. Quis verò ille fuerit non explicat. A nonnullis etiam, vt in libro de laborantibus locis autor eſt Galenus, quod ita laborantes plurimùm ſitiant, δίψαν nominatur hoc corporis malum. In ſumma, hoc pathos tale eſt, quale ventris pathos eſt lienteria. Nam vt hæc, vtriuſque facultatis ventris, tum alteratricis, tum retentricis eſt veluti quædam mortificatio: in lienteria enim neque cibum alterari, neque iuſto tempore & quoad alterari poſſit retinetur, ſed ea qua aſſumptus eſt forma egreditur ſtatim: ita vrina aquoſa vtriuſque etiam facultatis prædictæ venoſi generis mortificatio eſt, quòd neque in venis alteretur vrina, neque tantiſper dum alterari quèat retineatur: ideoque celeriter & cruda planè mingitur, atque inter crudas vrinas peſsima eſt. Huic proxima eſt & ſuccedit, aquoſa, quæ quidem quatenus cruda eſt, priori ſimilis, quatenus vero nullum aliud malum commonſtrat, minùs pernitioſa exiſtit. Hæc enim alterius tantùm, nempe alteratricis facultatis, imbecillitatem ſignificat, prior vero non ſolùm alteratricis, ſed & retentricis facultatis ſummam imbecillitatem indicat. Nam quum celeriter mingatur, quòd non diu retineatur omnibus euidentiſsimum eſt. Minùs autem eſſe prauam aquoſam ſimpliciter, eâ quæ exquiſitê aquoſa dicitur, ita Galenus oſtendit. Quantò, inquit, plures cuiuſque inſtrumentorum generis actiones & facultates impeditæ fuerint, aut etiam prorſus abolitæ, tantò morbus deterior eſt. Proinde vrinæ profluuium peſsimum eſt malum, quòd ſcilicet tum alteratricis, tum retentricis facultatis vitium ſit. Abundê autem mala, haud tamen peſsima eſt vrina inſtar aquæ tenuis & alba, hoc eſt, aquoſa. Quippe aquoſa eſt, Galeno libro ſecundo prognoſticorum commentario triceſimoſecundo teſte, quæ conſiſtentia tenuis eſt, colore autem alba. Quòd autem non ſit peſsima hinc colligitur, quod ſimplex ſit affectus, nempe ſolius alteratricis facultatis, cuius quidem imbecillitatis ſummum eſt inditium, quòd uullam prorſus eſſe alterationem factam demonſtrat. Aquoſæ vrinæ proxima eſt, quæ vinum tenue & album præ ſe fert. Fit autem ex vrina tenui & aquoſa, quæ parum tenuis ſaniei rufæ bilis ſuſcipit. Quod facilè deprehendet verum eſſe, qui in aquam puram parum ochræ, vel bilis coniicere voluerit, talis enim inde apparebit vrina. Ochram autem natiuam eſſe terræ genus, quod Germanis Ochrageel, vel Berggel dicitur, omnibus puto notiſsimum eſt. Quæ itaque vini abundè tenuis & albi formam exhibet vrina, ei quę omnino cruda eſt, hoc eſt, aquoſæ proxima exiſtit. Huic ſubpallida accedit, hoc eſt, magis quàm prior concocta exiſtit. Pallida autem vrina, etiam ſubrufa eſt. Nam ſi in aquam conieceris parum rufi coloris, vel plus, pallidi, ſubrufa apparebit. Hæ itaq;, quòd ad colorem attinet, cõcocta eſt. Tamẽ ſi bene cõcocta eſſe debet, oportet hanc craſsitudinem etiã aliquam obtinere. Quãtùm itaque colore ab aquoſa diſtat, tantùm etiã craſsitudine diſtare debet. Cęterũ omniũ vrinarũ optima eſt, vt ſuprà diximꝰ, ſubrufa & ſub-

Summè cruda.

ὕδρωψ εἰς ἀμίδα.

διάῤῥοια εἰς ὦρα.

δίψαν.

Aquoſa.

Ochra natiua.

Subpallida vrina.

Pallida.

Optima vrina.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 435 sur 637

©BIUM

flaua. Talem autem feceris colorem, ſi ſanguinis ſero & rufæ bilis aquam miſcueris. Quantum verò de illis ſit permiſcendum ſermone exprimi haud poteſt, ſed vt hanc ex alio nobis de optima vrina differente, quæ quidem, vt comprehenſum eſt, ſubrufa & ſubflaua exiſtit, diſcamus, aut nos ipſi per experientiam cognoſcamus oportet, naturalem vrinæ formam ſæpiùs in ſanis contemplantes. Porrò quum adhuc ſanguis concoquitur, quantum vrinæ mingitur, leuem & æqualem, albam ac multam ſubſidentiam facit, vt paulò pòſt fuſiùs monſtrabitur. Concoctione verò perfecta, color vrinæ intenditur, ſed minus tamen ſubſidet. Et ſi longiore poſteà tempore cibum homini ſubtraxeris, vrinam magis rufam fieri conſpicies. Nam libro ſecundo de naturalibus facultatibus demonſtratum eſt, quicquid alimenti plus iuſto incaluerit, præſertim ſi pingue & dulce fuerit, amaram bilem fieri. Ibidem enim etiam in iis qui ſani citra vitium ſunt, vbi aliqua coacti occaſione contra conſuetudinem à cibo abſtinuerunt, os quidem amarum, lotium verò bilioſum reddi, ac ventrem morderi ſcribit Galenus. Prætereà mel, quod omnium eſt dulciſsimum, & cætera etiam dulcia vniuerſa in omnibus corporibus calidis, ſiue ea naturæ ratione, ſiue morbi, ſiue ætatis, ſiue temporis anni, ſiue regionis, ſiue conditionis vitæ talia ſint, facilè in bilem mutari eodem loco tradit. Quod etiam Hippocrates libro ſexto Epidemiorum, par. ſextæ, aphoriſmo vndecimo confirmat: Bilis flaua inquiens, ab iis quæ corpus calefaciunt generatur, veluti de auibus dixi, nam etiam hæ bilioſæ ſunt. Et ſectione quinta eiuſdem libri aphoriſmo decimiquarto inquit. A pingui & dulci fit bilioſum. Quod verò variis nominibus bilis vocetur, medicorum libri abundè teſtantur, quorum hanc aliqui flauam, nonnulli rufam, aliqui etiam pallidam appellant. Sunt quoque qui promiſcuè nunc flauam, nunc rufam, vel pallidam nominant. Eius verò rei rationem hoc loco Galenus reddit hanc, quòd rufus color ſit flauo proximus. Differunt tamẽ inuicem, quòd rufus ſit candidior, flauus verò ſplẽdidior. Rufum autem colorem, quem alii aureum nominant, quòd puro auro ſimilis ſit: ad caudidum magis accedere, ordo colorum pulchrè oſtendit. Nam albo pallidus ſuccedit, pallido rufus, rufo flauus, flauo ruber. Rufus itaque propior candido eſt quàm flauus. Flauus autem color, quem croceum alii appellant, quòd croco coryceo ſimilis ſit, ſplendidior eſt. Nam quum is medius ſit inter rufum & rubrum, de vtriſque aliquid participat, nempe à rufo ſplendorem, à rubro autem nitorem. Quum itaque amara bilis interdum rufa appareat, interdum etiam amara, nihil mirum eſt eam nunc hoc nunc illo appellari nomine. Sæpiùs autem & pallida eſſe videbitur, quocirca & hoc nomine meritò inſignitur. Cur autem tot colores nanciſcatur Galenus libro decimo ſimplicium exponit, inquiens. Bilis in animalibus apparet flaua quidem in iis quæ ſunt magis calida: quæ verò minùs, pallida. Flaua itaque tanto eſt pallida calidior, quantò & craſsior. Nam ſeroſo recremento flauæ bili commixto pallidam conſtitui contingit: ſicut & flauam pluſculam excalfactam conſiſtentia reddi craſſam, colore autem flauam. Hæc ille. Vt itaque pallida minùs quàm flaua calida eſt, ita etiam rufa minùs quàm pallida, quòd hæc longiùs quàm illa ab aqueo humore diſtat. Hinc rectiſsimè Galenus, candidior quidem, inquit, & turbulentior facta, vtrunque enim minoris caloris ſignum, rufeſcit. Splendens verò & purior facta, flaueſcit. Nam quod veluti rufum eſt, ſi ſplendeſcat, hoc eſt, ſplendorem aſſumat, flauius efficitur. Quantò autem rufum flauo eſt candidius, tantùm pallidum rufo. Ad candidum enim colorem, vt anteà dictum eſt, propiùs pallidum quàm rufum accedit. Quantò verò rurſus flauum minus candidum eſt rufo, tanto rubrum flauo minùs eſt cãdidum, longius enim quàm flauum à candido, vt è prẽcedentibus abundè liquet, diſtat. Hinc eſt quòd lib 2. vict. acut. cõm. 22. in hãc etiã ſentẽtiã ſcripſerit. Quãtum à rubicũdo rubróve colore candidiorem diſcedit flauus, tantùm à flauo pallidus. Atque hactenus cur varias appellatio-

Pinguia & dulcia in amarã bilem conuertuntur.

Varia bilis nomina.

Coloris rufi & flaui differentia.

Rufus color idẽ qui aureus.

Flauus.

Cur tot colores bilis nanciſcatur.

lationes amara bilis accipiat Galenus expoſuit. Nunc quòd ſanguis etiam varios perinde atque amara bilis colores accipiat oſtendit. Nunc enim rubicundior, nunc verò magis flauus eſſe apparet. Hinc fit vt ille ruber, hic verò flauus nominetur. Vtcunque verò bilioſus ſanguis flauus appelletur, nunquam tamen etiamſi maximè flauus eſt, cũ bile flauiſsima eundem habet colorem: Verùm hæc magis flaua, ille verò rubicundior omnino exiſtit. Nam ſanguis exquiſitè flauus inter ſanguinem & bilem, quæ ſecundũ naturam ſe habent, exquiſitè medius eſt. Sanguine enim naturali minùs rubicundus, bile autem naturali minùs flauus eſt. Quapropter ſi vterque humor, hoc eſt, ſanguis & bilis, ſanguini accedat, nunquam fiet exquiſitè flauus, ſed tantùm ſeipſo magis flauus, propter bilis ſcilicet flauiſsimæ acceſsionem fit. Atque hæc eſt ſanè legitima huius loci enarratio. Quare rectè Aldinus codex legit hoc loco τὸ γὰρ ἀκριβῶς ξανθὸν αἷμα vbi alii habent ξανθὸν χρῶμα. Neque enim Galeno ſimpliciter de flauo colore ſermo eſt, ſed potiùs de ſanguine exquiſitè ſeu ad ſummum flauo, quem cum flauiſsima bile comparat, eaque magis rubicundum eſſe contendit, quòd nimirum bilis ipſa ſyncera ſit, ſanguis verò ex ſeipſo & bile commixtus.

» Sanguis varios accipit colores.

Galeni locus emẽdatus.

Quòd verò vſum confert, inuentu facillimum eſt, quoniam terminus vrinarum quæ ſecundum naturam ſe habent eſt ſanguinis exquiſitè concoctionis primum tempus, in iis quæ optimè valent corporibus. Hanc vtique contemplatus, deinde veluti regulam aliquam aliarum vrinarum tibi ſtatuens, facilè qui illam alterant affectus inuenies. Si enim colorem exquiſitè ſeruauerit, ſubſidentiamque albam & leuem, & æqualem, & multam habuerit, & ſic quidem exquiſitè concoctionis ſignum erit, plurimum verò crudi nominati humoris expurgari ſignificat. Propterea & in pueris propemodum omnibus, & in adultis qui ocioſam vitã degunt, aut quoquomodo aliter impleti ſunt, vrinæ ſatis multam ſubſidentiam obtinent. Plurimùm namque in iis omnibus quod crudum & nondum elaboratum eſt. Illis quidem, propter ocium: his verò, propter ſatietatem. Pueris autem etiam propter ingluuiem, voraces enim magis: ſed ob id etiam quia vna ventriculi actio duabus aliis actionibus, nempe auctioni ſimul & nutritioni, ſufficere haud poteſt. Priuſquàm igitur in ipſo alimentũ concoquitur, trahit ad ſe corpus, hincq; plurimum crudi humoris coaceruat. Quocirca etiã iis qui ex ocio & ſatietate febricitant, ſi ſeruabũtur, neceſſariò plurimum ſubſidet. Cõtrà ijs qui ex inedia & labore, rufæ quidẽ vrinæ & bilioſæ ſunt, quippe plerũq; morbus priuſquàm aliquid ſubſideat ſoluitur. Sufficit enĩ in iis et nebula alba, et ſublimamẽtũ bonũ. Tale autẽ eſt albũ, et leue, et æquale. Nã et ſanis ipſis qui plurimùm laborãt, & paucis cibis vtũtur, vrinæ bilioſiores ſunt. Quapropter neque Hippocrates ipſe ſimpliciter vituperauit rufam vrinã, ſed quãdo vnà etiã tenuis eſt, Igitur ita inquit. Quãdo vrina rufa et tenuis fuerit, morbũ eſſe crudum ſignificat. Manifeſtum verò quòd huiuſmodi vrinis nihil ſubſidet. Neque enim fieri poteſt vt quæ abundè tenuis eſt, etiamſi multo tempore quieta fuerit, aliquam ſecretionem accipiat, vt ſcilicet craſſum quod in ea ferebatur ſubſideat, tenuius verò in ſuperficie feratur. Nam hoc pathema earum tantùm eſt quæ craſſitudinem aliquam habent. Neque tamen ſi mediocriter craſſa fuerit, &

Optima vrina aliarũ veluti regula quædam.

Subſidentia multa in vrinis.

Subſidẽtia pauca

Rufa vrina & tenuis.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 437 sur 637

©BIUM

exiguam ſubſidentiam habuerit, hæc concocta eſt. Si enim vel farinæ hordei craſſiori ſimilẽ, vel lamineam, vel furfureã, vel nigrã, vel viridẽ, vel liuidam, aut fœtidã habuerit, præter id quod vniuerſum tale crudum ſit, etiam aliàs pernitioſum exiſtit. Nam farinam hordei craßiorem referentes, duorum affectuum ſunt indicia, ſolidarum partium colliquationis, & adurentis caloris qui ſanguinem torret.

Vrinæ ſubſidẽtia farinam hordei referens.

Laminea.

Furfurea.

Nigra.

At lamineæ, vaſorum ipſorum omnino iam diſſolutorum & colliquatorum ſuperficiariæ ſunt partes. Similiter etiam & quæ furfureæ ſunt, niſi quòd ipſæ ſolidiſſimæ & minimæ, quæ verò lamineæ, latiores & tenuiores. Nigræ verò ſubſidentiæ aut calorem immodicum & igneum oſtendunt: aut vehementi ex frigore mortificationẽ. Pari enim modo & extrinſecùs partes corporis noſtri nigræ apparẽt, hæ quidẽ ſupra modũ calefactæ, vt accidit iis qui in Sole morãtur: illæ verò ſummè refrigeratæ, ac veluti mortificatæ, quemadmodum ſenioribus, & aliis etiam quoquo modo vehementer refrigeratis contingit. Color itaque vniuerſæ vrinæ niger, & adhæc ſublimamentorum eius, & inſidentium illi nebularum, ad eaſdẽ cauſas, calorem ſcilicet immodicum, & à vehementi refrigeratione mortificationem, refertur. Peßima igitur eſt vniuerſa vrina nigra, adeò vt nullum eorum qui talem vrinam minxerunt ſeruatum eſſe ſciam. Minùs verò mala, eius duntaxat ſubſidentia nigra. Hac ipſa autem minùs malum eſt ſublimamentũ nigrum. Adhuc verò minus mala, nebula nigra. Color autem viridis in tranſitu ad nigrũ fit, & eſt veluti quoddam præludium initiúmve nigri. Si enim malignus fuerit morbus, & vomitibus, & deiectionibus alui, & vrinis viridibus, ſubinde nigræ ſuccedunt. Liuidus autem color ſolius refrigerationis eſt effectus. Fœtidus verò odor, putrefactionis proprium eſt inditium. Quòd ſi autem veluti oleum mingatur, colliquationis eſt ſignum. Atque hæ quidem vrinæ prauæ ſunt. Quæ autem bonum præ ſe ferunt colorem, & ſimul etiam ſubſidentias albas, & leues, & æquales, aut nebulas, aut ſublimamenta ſimilia obtinent, hæ omniũ vrinarũ optimæ ſunt. Maximè autem quarum ſubſidentia eiuſmodi fuerit. Secundo loco, quarum ſublimamenta. Tertio, quarum nebulæ. Hæ igitur vrinæ concoctionis ſigna ſunt. Reliquæ verò omnes, hæ quidem cruditatis, illæ verò exitij. Alba enim & tenuis, & turbida, cruditatis. Quæ verò farinam hordei craßiorem refert, & laminea, & furfurea, & nigra, & viridis, & liuida, & oleaginea, & fœtida, exitij. Subrufa verò & ſubflaua, adhuc etiam tenuis, quatenus tenuis eſt, cruda: quatenus autem colore talis eſt, iam concocta eſt. Media verò eſt earũ quæ exquiſitè ſunt crudæ & concoctæ, perinde atque quibus alba & leuia ſublimamenta, diuulſa verò ac non continua. Hoc verò etiam in ſubſidentius contemplari oportet, ſi non ſolùm albæ ac leues, ſed ſi etiam omnino æquales, cũ eo quòd nulla in parte diuulſæ ſint, & quòd omni tempore tales fuerint. Nam ſi viciſſim poſt has quæ ſubſidentiam habent, puræ minguntur, ſemicocti morbi indicia ſunt. De his igitur omnibus admirabilis Hippocrates primus, quos ſcimus, optimè pronunciauit, & quòd tum in viris, tum mulieribus nigræ vrinæ peßimæ ſint, in pueris verò aquoſæ. Pueris enim

Coloris viridis generatio.

Liuidus color. Fœtidus odor. Oleoſa vrina. Optimæ vrinæ.

Vrinarũ ſignificationes.

magis

magis conſuetæ ſunt craſsiores, adultis verò, magis rufæ. Quæ autẽ propriis maximè cõtraria eſt, pernicioſa. Sed de ſubrubris vrinis, & iis quæ ſubſidẽtiã ſubrubrã & leuem habẽt, rectè dixit, quòd abundè ſalutares ſint: diuturniores tamen iis quas paulò antè ſemicoctas nominaui. Sanguinis enim ſerum, tales tingit. Oportet verò non modò hoc, ſed & rufæ bilis aliquid commixtum eſſe. Quòd ſi verò calor naturalis adeò imbecillus eſt, vt neque flauam bilem iam generet, neque ſanguinẽ exquiſitè concoctum, ſed adhuc ſeroſum & humidum, quòd quidem ad eius concoctionem tempore egeat, manifeſtum eſt. Quòd verò hic affectus periculo vacet: materiæ natura demonſtrat. Neque enim tenuis & aquoſa, neque omnino craſſa, ſed neque acris, neque putrida, bona verò exiſtit, & propè ad ſanguinis formam accedit.

COMMENTARIVS.

Hactenus de ſubſtantia & colore vrinæ Galenus diſſeruit, nunc de contentis eiuſdem verba faciet. Vt verò eorum quæ de coloribus vrinæ dicta ſunt, aliquis vſus exiſtat, initio quam vrinam ſibi veluti aliarum vrinarum regulam, ad quam ſcilicet alias omnes referat, ſtatuere debet medicus, docet. Eam nimirum quæ ſecundum naturam ſe habet. Talis verò eſt, quæ in ſanis & optimè valentibus corporibus excernitur, poſtquàm ſanguis exquiſitè concoctus eſt. Quocirca inuentu facillima eſt, modò illius terminum ſtatuas, primum exquiſitæ concoctionis ſanguinis tempus. Hanc itaque veluti aliarum regulam conſtituens, facilè qui illam alterant & immutant affectus inuenies. Quòd ſi igitur vrina colorem vrinę naturalis ſeuauerit, ac ſubſidentiam albam leuem, æqualem & multam habuerit, exquiſitæ vtique concoctionis ſignum erit, ſed tamen ſimul plurimum crudi nominati humoris expurgari ſignificat. Crudus autem humor, Galeno libro 4. de tuenda ſanitate, capite 5. atteſtante, dicitur is, qui frigidus & craſſus eſt. Quapropter & puerorum propemodum omnium, & etiam adultorum qui ocioſam vitã degunt, aut quoquomodo ſe aliter implent, vrinæ ſatis multam ſubſidentiam obtinent: quòd in iis omnibus id quod crudum, & nondum elaboratum, & concoctum eſt, plurimum ſit. Adultis quidem, propter ocium, iis qui ſe quoquo modo implent, propter ſatietatem: pueris verò etiã propter ſatietatem, edaces enim ſunt: ſed ob id etiam, quòd vna ventriculi actio, duabus aliis actionibus, auctioni nimirũ & nutritioni ſimul, ſufficere nequeat. Hoc eſt, ventriculus non tantum poteſt concoquere, quantum ad nutriendum & augendum puerorum corpus ſufficit. Quocirca quum auctrix facultas in pueris dominetur, adeoque plurimo alimento iis quæ augentur partibus opus ſit, fit vt illæ priuſquàm concoquatur alimentũ ad ſe rapiant, hincq; plurimus in toto corpore, crudus coaceruetur humor. Quare iis etiam qui ex ocio & ſatietate in febres incidunt, ſi ſeruabuntur, neceſſariò plurimum ſubſidet. Nam quum nullo alio nomine quàm quòd cruditatem ex multo ocio, & nimia ſatietate contraxerunt, febricitent, neceſſarium omnino eſt vt plurimum crudi humoris coaceruent. Contrà ſi ex inedia & labore febricitant, rufæ ſunt vrinæ, & bilioſæ, nihil autem in iis ſubſidet, propterea quòd morbus, vtpote bilioſus & ſoluti facilis, plærunque priuſquàm aliquid ſubſideat ſoluitur. Satis autem eſt ſi tales vrinæ, nebulam albam, & ſublimamẽtum bonum, hoc eſt, album, leue & æquale habuerint. Quid autem ſit nebula, & ſublimamentum Galenus lib. 2. prognoſt. commen. 26. & nos alibi copioſè monſtrauimus. Nihil autem mirum febricitantes ex inedia & labore vrinas habere rufas & bilioſas, quando etiam ſani qui plurimum laborant, & paucis cibis vtuntur, vrinas bilioſiores habent. Labor enim & inedia, Galeno lib. 2. de temp. cap. 8. teſte, flauæ bilis plus aceruant, quòd plus eius ſucci in iecinore gignunt. Hinc eſt quòd neque Hippocrates

Quæ vrina aliarum veluti regula ſit.

Vrina exquiſitæ concoctionis ſignum.

Crudus humor.

Vrina multæ ſubſidentiæ.

Auctrix facultas in pueris dominatur.

Vrina rufa & tenuis.

Sublimamentum bonum.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 439 sur 637

©BIUM

ipſe vrinam ſimpliciter rufam damnauerit,ſed eam quæ vnà etiam tenuis eſt.Nam ita lib.2.prognoſt.apho.30.inquit.Quando vrina rufa & tenuis fuerit,morbum eſſe crudum ſignificat.Quippe vrina naturalis & concocta mediocriter pallida eſſe debet,vtpote ex humore conſiſtens concocto,& mediocris etiam eſſe conſiſtentiæ,adeò vt nec ita tenuis ſit quemadmodum aqua:nec ita craſſa,ut iumentorum vrinam referat.Quũ itaque vrina rufa & tenuis cruditatem morbi præ ſe ferat, manifeſtum etiam quòd in eiuſmodi vrina nihil ſubſidat.Neq; enim fieri poteſt vt quę abundè tenuis eſt,etiamſi multo tempore immota ac quieta manet,aliquam ſecretionem accipiat, ita ſcilicet vt craſſum quod in ea ferebatur ſubſideat,& tenuius in ſuperficie feratur.Nã hoc tantùm iis vrinis euenit quæ aliquã craſsitudinẽ habent,& nõ omnino tenues ſunt.Neq; tamẽ omnis vrina mediocriter craſſa,& exiguã ſubſidentiã habens,cõcocta eſt.Si enim quę ſubſident,vel farinæ hordei craſsioris ſimilia,vel laminea &c.fuerint,prẽter id ꝙ cruditatẽ ſignificant,etiã pernicioſa ſunt.Nã quæ farinã hordei craſsiorem referũt, duos indicant corporis affectus,nempe ſolidarum partium colliquationem, & adurentem calorem,qui ſanguinem torret.Quemadmodum enim carnibus quæ in ſartagine friguntur & torrentur accidit, vt primùm in ſaniem reſoluantur, dein pinguedo conſumatur,tandem verò ſolida torreatur caro:ita etiam per febres primùm noua ac recens pinguedo conſumitur,deinde durior,& vetuſtior, & ab his deinceps noua ac recens caro,mox dura & vetuſta,poſtremùm ſolidæ partes.Laminea verò,ὡς πτάλων Hippocrati & Galeno vocantur,quòd ſcilicet foliorum,laminæ,ſeu ſquamarum ſpeciem exhibeant(πτάλον enim folium,laminam & ſquamam ſignificat)vaſorum ipſorum iam diſſolutorum & colliquatorum ſuperficiariæ partes ſunt. Furfurea idem ſignificant, igneum nimirum calorem & conſumentem. Differunt tamen, quòd hæc ſolidiſsima & minima,illa verò latiora & tenuiora.Malas autem eſſe omnes iam dictas ſubſidentias Hippocrates etiam lib.2.prog.apho.28.teſtatur in eum ſcribens modum. Si in vrina ſubſidentia farinæ hordei craſsiori ſimilis eſt, mala. Prior verò ſi laminea fuerit. Furfurea verò deterior. Porrò nigræ ſubſidẽtiæ,aut immodicum & igneum,aut ex refrigeratione vehementi mortificationem portendunt. Quod liquidò apparet in externis corporis partibus,quarum hæ quidem ſupra modum calefactæ nigreſcunt, vt euenit in iis qui in Sole æſtiuo morantur:illæ verò quum ſummè refrigerantur,ac veluti mortificantur, vt in ſenioribus, & aliis quoquo modo refrigeratis accidit. Ad eas quidem duas cauſas non ſolùm ſubſidentiarum,ſed & vniuerſæ vrinæ,ſublimamentorum, inſidentiumq; illi nebularum color niger refertur. Vt neceſſariò vniuerſa vrina nigra,id eſt,cuius color,ſublimamenta,nebulæ, & ſubſidentia nigra fuerint, peſsima ſit,ita vt nullus eorum qui talem vrinam mingit ſeruetur. Tamen minus mala eſt vrina,cuius duntaxat ſubſidentia nigra eſt. Hac verò ipſa minùs mala eſt, quæ ſublimamentum duntaxat nigrum obtinet. Adhuc verò minùs eſt mala, quæ nebulam nigram habet. Sublimamentum verò,quod Græcis ὑπαώρημα dicitur, eſt quod neque in ſummo, neque in fundo vaſis (hoc enim ſubſidentia, illud verò nebula ſeu nubes appellatur) ſed in media ſede exiſtit. Atque hactenus de colore vrinæ nigro Galenus. Nunc quid color viridis & liuidus præ ſe ferant monſtrat. Viridem autem nunc vocamus quem Galenus & alij Græci χλωρὸν appellant.Hic fit in tranſitu ad nigrum, adeoque veluti initium eſt nigri.Quod etiam lib.1.prog.com.10. Galenus iis confirmat verbis.Veteres χλωρὸν nonnunquam nominare aſſolent pallidum colorem.Interdum eum qui braſsicam aut lactucam refert, qui quidem color nigrior eſt quàm rubidus. Eſt etiam tanquam initium quoddam nigri liuidiq;, quem frigus perinde atq; nigrum effecit.Hęc ille.Quocirca in malignis & exitialibus morbis, vomitibus, vrinis,& deiectionibus viridibus nigræ ſuccedunt, tanquam prioribus magis pernitioſæ. Liuidus color ſolius refrigerationis eſt ſoboles.Odor autẽ vrinæ fœtidus putredinis,oleagnea verò vrina colliquationis inditium eſt. Atque hactenus de prauis vrinis Galenus, de quibus

Subſidentia farinam hordei referens.

Laminea.

Furfurea.

Subſidẽtia nigra.

Sublimamentum. ὑπαώρημα.

Viridis color quid.

Liuidus.

Fœtor.

quibus etiam plurima in libro ſecundo prognoſticorum Hippõcratis de illis enarrãs ſententiam, habet. Porrô vt aliqui ſunt gradus malarum, vt dictum eſt, vrinarum: ita quoque bonarum. Nam omnium optima eſt quæ bonum præ ſe fert colorem, hoc eſt, ſubrufum & ſubflauum, & quæ ſimul ſubſidentiam albam, leuem, & æqualem: item quæ nebulam & ſublimamentum ſimilia habet. Inter has autem vrinas quæ bonum obtinent colorem, melior eſt quę ſolùm ſubſidentiam albam, leuem & æqualem habet. Deinde ſuccedit huic bonitate quæ ſublimamentum dũtaxat tale obtinet. Tertiò quæ nebulam duntaxat eiuſmodi oſtendit. Hæ quidem vrinæ concoctionem præ ſe ferunt. Reliquæ omnes aut cruditatem, aut exitium demonſtrant. Nam alba & tenuis, & turbida, cruditatem, farinam autẽ hordei craſsiorem referens, laminea ſeu ſquamea, furfurea, nigra, viridis, liuida, oleaginea, & fœtida, exitium indicant. Subrufa autẽ & ſubflaua, adhuc autem tenuis, quatenus ad conſiſtentiam eius attinet, cruda quatenus verò ad colorem ſpectat, concocta eſt. Media verò eſt inter eas vrinas quæ exquiſitè ſunt crudæ & concoctæ, quemadmodum & illas, quæ alba & leuia ſublimamenta habent, non tamen continua, ſed diuulſa. Talis etiam eſt quæ ſubſidentiam quidem albam & leuem, ſed tamen minimè æqualem & diuulſam obtinet. Ad optimè enim concoctam vrinam non tantùm calorum, ſed & contentorum bonitas, ęqualitas, & continuitas, & vt omni tempore adſint, requiritur. Quòd ſi verò alternis aut viciſsim, nunc quæ ſubſidentiam habent, nunc verò puræ minguntur vrinę, inditio ſunt morbum eſſe ſemicoctum. Quod Hippocrates etiam iis ſignificare verbis voluit, inquiens. Si verò intermittit, atque interdum puram mingit vrinam, interdum ſubſidet candidum ac leue, morbus diuturnior, ac minùs ſecurus eſt. De iis omnibus vrinis primus quos ſcimus, Hippocrates in prognoſticis pronuntiauit. Et ſecundo prognoſticorum aphori. 33. quòd in viris & mulieribus vrina nigra deterrima eſt, in pueris autem aquoſa. Pueri enim vt etiam in huius aphoriſmi explicatione Galenus teſtatur, per naturam vrinam mingunt magis craſſam, ac ſubſidentiæ copiam habentem. In perfectis, vrinę magis rufę ſunt. Quòd igitur nigra vrina in vtroque ſexu, & aquoſa in pueris ſit peſsima, hinc conſtat, quòd vtraq;, vrin æque illorum naturę propria eſt, & familiaris, maximè cõtraria exiſtit. Nam vt loco iam citato Galenus ait, quæ naturę maximè cõtraria ſunt. hæc exitioſiſsima habentur. Rectè etiam de vrinis ſubrubris ac ſubſidẽtiam ſubrubrã & leuem habentibus dixit, quod admodum ſalutares ſunt, ſed diuturniores tamen iis quas paulò antè ſemicoctas nominauit Galenus. Quoties enim ſanguinis ſerum pariter cum vrina excernitur, colore ſubrubra apparet. Hinc rectiſsimè Galenus ait, ſanguinis ſerum tales tingit. Indicat autem exuperantiam ſanguinis non exquiſita ratione confecti. Quum itaque optimi humoris redundantia eſt, idcirco periculo vacat. Sed quia humidior & item ſeroſior quàm is eſt, idcirco eget concoctione, Si igitur ſpacio temporis concoctio fit, meritò talis vrina diuturniorem quàm primi futuram eſſe morbi ſolutionem ſignificat. Quæ itaque in contextu ſequuntur, ex iis quæ iam diximus perſpicua ſunt, ideò ad alia progediendum nobis erit.

Gradus bonarũ vrinarum.

Vrinæ malæ.

Ad optimè concoctam vrinam quæ requirũtur.

Puerorũ vrinæ. Perfectorum.

CAPVT XIII.

VErùm quum de vrinis vniuerſum quod ad præſentia vtile eſt dictũ ſit, reliquum erit vt quod polliciti ſumus, prænotionem vigoris & aliorum morbi temporum dicamas. Si ſanè tale aliquod vnum aut etiam plurium ſignorum aceruum haberemus, qui id quod futurũ eſt certò indicaret, neque vtique Hippocrates ipſe artem dixiſſet longam, nêque huius temporis medici admirarentur quòd fieri poſſet vt eiuſmodi omnia in medici cognitionem venirent. Quoniam verò neque vllum ſignum adeò fidele eſt, vt exquiſitè ſingula tempora fututa oſtendat: ſed neque quæ per concurſum inuicẽ com

©BIUM

plicata ſunt ſigna ſola experientia iudicari poſſunt: plurimi ſiquidem numero hoc pacto fient concurſus, vt neque aliquis eos numerare, neque obſeruare, neque memoria tenere poſsit: idcirco neceſſarium eſt vt ſingulorum ſignorum naturam exquiſitè conſideret, qui accuratè prænoſcere volet, vt è cuiuſque vi prædictionem faciat. Neque enim plura, omnino ſunt paucioribus validiora. Vnum nanq; interdum ſignum validum, multis debilibus fideliùs exiſtit. Hæc igitur admirabilis Hippocrates in prognoſticorum libro dicebat. Oportet ſigna omnia ediſcentem diſcernere, æſtimando vires eorum inter ſe. Proinde rationabiliter iuxta vires eorum doctrinam inſtituit, non ſimpliciter ordine bona enumerans ſigna, ac deinde ex aduerſo mala: ſed in nominibus ſingulorum naturam ſimul indicans, perniciоſum, & graue, & grauiùs, & grauiſsimum, & minùs, aut magis graue nominando. Sic & prauum, & prauius, & prauiſsimum, & mortale quidem per Iouem, & malum ſimpliciter. Nonnunquam verò vtrique ſignorum generi, & iis quæ nunc dicta ſunt prauis, & bonum aliquod oſtendunt, valde dictionem adſcribit. Nam inter ea hoc quidem optimum dicit, hoc verò ſimpliciter bonum, hoc autem magis & minus. Tale quid eſt, quod valde magnam vim ad ſalutem habere ait. Interdum verò nihil horum adiiciens, quod temporis, & longæ ſolutionis ſignum erit meminit: nobis, vt arbitror, de iis omnibus æſtimandum relinquens, quòd neque omnino mala ſint, neque prorſus periculo vacent: ſed cum valida quidem vi ſalubria, cum debili autem periculoſa. Hæc igitur non ſolùm ex Hippocratis commentariis legenda ſunt, ſed & memoriæ mandanda, & in ægrotantibus ſæpenumero obſeruanda, vt ex frequenti inſpectione horum virium exquiſitã notitiã nanciſcamur. Semper verò animo reuoluere ac conſiderare opotet, quænam ſint optima ſigna, quæ verò peßima, & quæ in horum medio ſunt, veluti gradus quoſdam habentia, vt ſcilicet hæc quidem optimis proxima ſint, illa verò peßimis, & quædam vtique minùs, quædam autem magis, cum eo quod inueniantur quæ viciſsim his proxima & remota ſint: quædam verò exquiſitè media inter bona & mala ſigna collocanda. Deinceps conſiderandum quænam ſemper mala, & quæ nunquam non bona, & quæ in temporibus totius morbi mutentur, vt quandoque quidem mala, quandoque autem bona, nonnunquam etiam parum fida, nonnunquam autem fida. Etenim & hoc ab Hippocrate non ſine admiratione dictum eſt, quòd iis quæ nõ ex ratione leuant haud oportet fidere, neque admodum formidare mala quæ præter rationem accidunt. Quod niſi quiſpiam cognouerit, neq; etiam manifeſtè prænoſcere poteſt: ſed interdum imminente iudicio, nihil vtique à plebeio diſtare videbitur, quippe de eo quod futurum eſt perturbabitur, & metuet: interdum verò laborantem morbo liberatum eſſe exiſtimans, & deinde pro arbitrio victu vti permittens, magnum aliquod malum efficiet, omnino autem perperam victum inſtituet, futurum vigorem nõ prænoſcens. Niſi enim quis ſtatim ab initio ad hunc reſpiciens, modum victus rationis conſtituat, fieri non poteſt quin ægrotantem magno aliquo malo afficiat.

Medico neceſſe eſt vt ſingulorũ ſignorum naturam exquiſitè cõſideret.

Vnum interdum ſignum, multis fidelius eſt.

Futurum vigorẽ ignorans, victum rectè inſtituere nõ poteſt.

COM-

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 442 sur 637

COMMENTARIVS.

Præcedenti capite quicquid ex vrinis medico prędicere licet Galenus docuit. Nunc quæ ad vigoris & aliorum temporum morbi prænotionem conferunt ſigna generatim exponere, vt ſuprà eſt pollicitus, pergit. Principiò autem quàm difficilis ſit eius quod futurum eſt ex ſignis cognitio monſtrat. Si enim vnum aliquod ſignum, aut etiam plura eſſent, quæ id quod futurum eſt certò indicarent, nunquam initio ſuorum aphoriſmorum Hippocrates artem eſſe longam dixiſſet: neque huius temporis medici admirarentur quòd fieri poſsit vt hæc omnia, id eſt, futura adhuc morbi tempora, in medici cognitionem venirent, Cæterùm nullum omnino ſignum eſt adeò fidum ac certum, vt ſingula tempora morborum futura oſtẽdat: ſed neque quę per concurſum inuicem complicata ſunt ſigna experientia ſola iudicari poſſunt: plurimi nanque hoc pacto fierent ſignorum concurſus, vt neque aliquis Empiricorum eos numerare, neq; obſeruare, neque memoria complecti poſſet. Atque hæc quidem omnia ex Empiricorum dicuntur ſententia, qui non ad vnum aliquod tantùm ſignum, vt dogmatici aut rationales appellati ſolent, ſed ad congeriem ſeu cõcurſum, quem illi συνδρομὴν nominant, ſignorum reſpiciunt, vt ſit ſenſus. Si quis ex dogmaticorum ſententia vnũ duntaxat ſignum quod futura morbi tempora certò indicet ſcire deſideret, nullum certè tale inueniet. Sin verò Empiricorum more, ad cõcurſum potiùs ſignorum reſpexerit, & ſola experientia de iis iudicare contenderit, tot eſſe deprehendet, vt ea neque numerare, neque obſeruare, neque memoria complecti queat. Atque hæc iterum ex Empiricorum ſententia dicuntur, qui, vt in libro ad Traſibulum teſtis eſt Galenus, experientiam definierunt eſſe eius quod ſæpius, & eodem modo viſum eſt obſeruationem, & memoriã. Hinc ſectam ſuam appellare conſueuerunt Empiricen, obſeruatricẽ, & à mãdandis memoriæ iis quę viſa ſunt memoratricem, Sed etiam qui experiẽtiam profitebantur, empiricos, obſeruatores, &, vt ita dicam, memoratores, μνημονευτικοὺς græcè, nominauerunt, vt alibi copioſiùs diximus. Quum itaq; non reperiatur vnum aliquod ſignum ita fidum, vt tempora anni futura exquiſitè oſtendere queat: neque ſignorum plurium concurſus ſola experientia iudicari poſsit, idcirco neceſſarium eſt vt ſingulorum ſignorum naturam medicus, qui futura prænoſcere vult, diligenter conſideret, vt ſcilicet horum omnium vires exquiſitè expendens, prædicere diſcat. Neque enim plura ſigna, omnino paucioribus validiora ſunt. Vnum nanque interdum ſignum validum, multis aliis, ſed imbecillioribus, magis fidum eſt. Hinc nõ temerè lib. 3. prognoſt. aph. 39. Hippocrates dixit. Oportet eum qui rectè ſit prædicturus, ſigna omnia ediſcentem diſcernere, ęſtimando vires eorum inter ſe. Quocirca non ſimpliciter ſignorum doctrinam in prognoſticis Hippocrates inſtituit, ordine quodam primùm bona, & deinde ex aduerſo mala enumerans: ſed horum potiùs inter ſe vires cõfert, easq; vocabulis dimetiens, hoc pernicioſum, illud graue, & grauius, & grauiſsimum appellat, vt latiùs in contextu, & in explicatione iam citatæ ſententiæ Galenus recenſet. Interdũ vtrique generi ſignorum tam bonorum quam malorum, valde dictionem adiicit, hoc ſcilicet valde bonum, illud valde malum appellans. Tale quid eſt quod. 1. prognoſt. 28. ait: Spirationis facilitatem valde magnam ad ſalutem vim habere. Nonnunquam verò nihil horum adiiciens, hoc eſt, neque ſimpliciter bonum, aut malum, neq; valdè bonum, aut malum, quod temporis, id eſt, diuturnitatis, & longę ſolutionis ſit ſignum, meminit, vt quum dicit: Si vrina fuerit ſubrubra, ac ſubſidentiam ſubrubram & leuem habuerit, diuturnior morbus quàm prior, ſed admodum ſalutaris. Et quando idipſum facit Hippocrates, tum nobis ęſtimãdum relinquit, quòd prædicta ſigna diuturnitatem ſolutionis morbi ſignificantia, neque omnino mala ſint, neque prorſus periculo vacent: ſed ſi validam ac magnam vim habent, ſalubria: ſin imbecillam, periculoſa. Quę dicta, ſunt non tantùm legenda medicis, ſed & memoriæ mandanda, & in ęgrotantibus ſępiùs obſeruanda, vt ex crebra illa inſpectione exquiſitam viriũ ſigno-

Difficilis eius quod futurũ eſt ex ſignis cognitio.

Nullum ſignum adeò fidũ ac certum, vt ſingula tẽpora morborũ futura oſtendat.

Signorum concurſus.

συνδρομὴ.

Senſus.

Experientia.

Singulorum ſignorum natura medico qui futura prędicere vult cognoſcenda.

„
„

„
„
„
„

2. prognoſt. 27.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 443 sur 637

©BIUM

Signa precipua è quibus futura prædicimus triplicia sint.

rum notitiam adipiscatur. Et quum præcipua signa è quibus futura prædicimus triplicia sint,quædam enim optima quædam verò pessima,& quædam inter hæc media, sciendum est eorum quæ inter pessima & optima media sunt,esse veluti gradus seu ordines quosdam.Nam sunt aliqua quæ optimis,aliqua quæ pessimis proxima sunt, atq; hæc quidem magis,illa verò minùs proxima.Sunt etiam quæ vicissim & alternis nunc proxima,nunc remota bonis vel malis sint.Nõnulla exquisitè inter hæc media sunt. Præterea considerandum quænam signa semper mala,& quæ contrà semper bona, & quæ in temporibus morbi mutentur,ita vt quandoque mala, quandoque verò bona, nunc fida,nunc minùs fida sint.Hinc ab Hippocrate.2.sect.apho.27.rectissimè dictũ est,iis quæ non ex ratione leuant haud esse fidendum, neque admodum formidanda esse mala quæ præter rationẽ accidunt. Verbi gratia,si in morbo vehementiori,nullo neque vomitu,neque sudore,neque alui deiectione, neque sanguinis è naribus profluuio,& id genus aliis vacuationibus,neque concoctionis signis apparentibus,melius se repentè habeat,& leuetur æger,non est illi fidendum. Contrà quãdo apparentibus iam signis concoctionis,difficilis spiratio,delirium,vehemens rigor, & id genus alia signa apparent,nihil mali est formidandum, sunt enim futuræ iudicationis morbi inditia. Quod nisi quispiam cognouerit,nihil manifestè prænoscere poterit, sed interdũ imminente iudicio perinde atque plebeius,& indoctus ignarusq; rerum medicarum, de eo quod futurum est iudicio perturbabitur,metuetque ne ægro mali aliquid eueniat. Interdum verò melius se habere ægrum,citra tamen rationem, videns, hunc morbo esse liberatum putabit,ac pro arbitrio victu illi vti permittens, magni mali autor erit. Quid multa? futurum vigorem ignorãs,omnino perperam victus rationem instituet. Nisi enim quis statim ab initio morbi ad vigorem respiciens, ægrotanti victus modũ legitimum præscribat,fieri non potest,quin magno aliquo malo ęgrum afficiat.Nam, vt Galenus lib.ther.method.10,cap.5.ait,duo sunt medico à primo statim die in omni ægro spectanda,à quibus cibandi consilia petat,morbi vigor,& ægrotantis vires.

Futurum vigorẽ ignorãs, victum rectè nõ instituet.

CAPVT XIIII.

Triplex ómniũ signorũ naturæ

Haec igitur iam nos dicimus, de singulis generibus, vt proposuimus, differentes. Et primùm,quòd omnium signorum triplex est differẽtia narremus,deinde singulorum vires,posteà quo pacto quispiam morborum maximè tempora prænoscat. Triplex quidem omnium signorum natura qualis sit,anteà etiam dictum est: sed haud malum nunc quoque eius meminisse,quòd quædam concoctionem & cruditatem,quædam mortem ac salutem indicãt. Hæc igitur duo sunt genera. Tertium autem præter hæc aliud genus est eorum quæ iudicus attribuuntur signorum. Cruditatis igitur & concoctionis indicia,deiectiones alui,excreationes, & vrinas statuere oportet. Quæ verò mortem & salutem indicant signa,sunt quæ vnà cum istis excernuntur, & quæ in toto apparent corpore,de quibus fusissimè in prognosticis Hippocrates disseruit. Aliqua tamen horum ad iudicia etiam conferunt. Quinetiam proprium quoddam & præcipuum eorum genus est,quod totum paulò post dicetur.

Cruditatis & cõcoctiõis inditia.

Mortis & salutis signa.

Iudicatoria.

COMMENTARIVS.

Quum superiore capite docuisset Galenus variam esse signorum è quibus futura prænoscuntur naturam & vim,nunc de singulis horum generibus tractare incipit, adeoque quę anteà generatim,ea nunc speciatim & per singulas eorundem differentias explicat.Initiò autem omnium illorum signorum triplicem esse differẽtiam, vt anteà quoque,nempe capitibus septimo & octauo dictum est,monstrat.Quædam enim cruditatem & concoctionem significant,quædam mortem & salutem:atq; hæc duo sunt genera

genera. Tertium præter hæc duo genus eſt eorum quæ iudiciis attribuuntur, hoc eſt, iudicatoria nominantur. Quæ cruditatem & concoctionem indicant, ſunt triplicia, deiectiones nimirum alui, excreationes, & vrinæ. Quæ verò mortem atque ſalutẽ portendunt, ſunt quæ per deiectiones, excreationes, & vrinas excernuntur, & in toto corpore apparent, vt ſudores, de quibus omnibus fuſiſsimè Hippocrates in libris prognoſticorum differuit. Aliqua tamen horum etiam ad iudicia conferunt, vt ſunt ſudores, vomitus, ventris & vrinæ multum profluuiũ. Hæc enim tria non tantùm mortem, ſed & iudicium aliquando futurum ſignificant. Sudores autem eſſe iudicatorios teſtatur Hippocrates qui ſect. 4. apho. 56. ita ſcriptũ reliquit. Sudores febricitantibus ſi euenerint tertio die, & quinto, & ſeptimo & nono, & vndecimo & decimoquarto, & decimoſeptimo, & trigeſimoprimo, & trigeſimoquarto, boni ſunt: ij enim ſudores morbos iudicant. Qui verò ſecùs eueniunt, laborem ſignificant. &c. Quod etiam libro primo prognoſt. aphoriſmo. 29. iis innuere verbis voluit. Sudores, inquit, ſaluberrimi ſunt in omnibus acutis morbis, ſi diebus iudicatoriis oriantur, febremque finiant. Contrà inutiles, qui id efficerre nequeunt: quippe in acuta febre mortem, in mitiore verò morbum diuturnum forè ſignificant. Pari ratione vrinæ & iudicium & mortem indicant. Mortem enim ſignificare, multæ in lib. 2. prognoſt. Hippocratis teſtantur ſententię. Iudicium verò, quãdo ab abſceſſu liberãt, quemadmodum Hippocrates ſect. 4. aphor. 74. ſignificauit inquiens, Quibus ſpes eſt ad articulos futuurum abſceſſum, liberat ab abſceſſu, vrina multa craſſa & alba prodiens, vt in laborioſis febribus, quarto die nonnullis exire incipit. Eſt tamen quoddam genus ſignorum iudicatoriorum proprium & peculiare, de quibus paulò pòſt dicetur.

Cruditatẽ & cõcoctionem indicantia.

Mortem & ſalutem.

Iudicatoria.

Cruditatis equidem & concoctionis ſigna propriam vim ſemper ſtabilem habent, ſiue ſtatim in prima die, ſiue poſt eam appareant. Quæ verò morem morborum ſignificant, trifariam diuiduntur. Quædam enim, vt anteà dicebatur, in vrinis, & deiectionibus, & ſputis apparent. Quædam autem in totius corporis affectibus inueniuntur. Quædam verò in naturalibus & animalibus actionibus deprehenduntur. Hæc quidem non etiam omnia fida in omnibus morborum temporibus ſunt. Sed deinceps ipſa diuidemus. Iudicatoria autem ſymptomata duplicia ſunt, & horum quidem natura eſt, aut veluti cauſarum ſimul & ſignorum, aut veluti ſignorum tantùm. Minimè verò fida omnis eorum natura, ac contraria & ſignificant & efficiunt, in diuerſis morborum temporibus. In iis autem omnis prænotionis eſt ſucceſſus. Siquidem in alio tempore, & in alio affectu ſunt iudicatoria: in alio verò affectu, aut alio morbi tempore ſymptomata vel ſigna praua fiunt, iudicatoria autem nequaquam ſunt. Dictum verò de iis ſæpius ab Hippocrate eſt. Sed ſatis ſit quidem in præſentia vnius ſententiæ ex ſecundo Epidemiorum libro meminiſſe. Iudicatoria, inquit, non iudicantia, partim mortalia: partim difficilem portendunt iudicationem. Hoc verò ſignis concoctionis (& cruditatis non ineſt, ſed vnum quodq; eorum vnum & idem ſemper eſt, vt, verbi gratia, vrina boni coloris) & albam, leuem & æqualem ſubſidentiam habens, concoctionis eſt ſignũ. Tenuis verò & quæ ſimul etiam nullã ſubſidentiã

Cruditatis & cõcoctionis ſigna propriã & ſtabilem vim habent. Morem morborum ſignificantium ſignorum diuiſio.

Iudicatoria ſymptomata duplicia.

Hæc in græco Aldino codice deſiderantur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 445 sur 637

©BIUM

obtinet, ſemper cruditatis ſignum eſt. Et concoctionis quidem ſignum, perpetuò bonum eſt: cruditatis verò minimè bonum, ſi quid eorum quæ anteà diximus meminimus. Quòd ſi tamen dolorem capitis, aut delirium, aut vertiginem, aut ſpirandi difficultatem, aut anxietatem, aut coma inſpicias, nihil in iis firmum, neq; bonũ, neque malum prænoſcere potes. Pari ratione neque ſi ſudores, aut vomitiones, aut alui, aut vrinæ multam excretionem, aut ſanguinis ex naribus profluuium, aut ex vtero, aut hæmorrhoidũ, aut parotides, aut alios decubitus reſpicias. Omnia enim hæc iudicatoria, & non iudicatoria fiunt: idque duobus modis, aut quia nequaquam iudicant, aut quia malè iudicant. Colli nanque dolor, & temporum grauitas, & ſplendores, & vertigines, & capitis dolores, & lachrymæ inuito efſluentes, faciesque rubens vnà cum oculis, aut labrum inferius commotum, aut vigilia quæpiam, aut coma, ſigna ſolùm ſunt interdum iudicatoria, quemadmodum etiam aſthma, & quædam anxietas, vel difficultas ſpirandi, & hypochondrium retractum, faſtidiumque quoddam, vel nauſea multa, & ardor, & ſitis vehemens, & cordis dolor, & non ferre poſſe decubitũ, & delirare, & clamare. Fiunt igitur hæc ipſa ſæpenumero iam imminentis iudicij ſigna. Alterum autem genus non ſolùm iudicatoriorum ſignorum, ſed etiam cauſarum rationem obtinet. Sunt autem vomitus, & alui deiectiones, & vrinarum copia, & ſudores, & ſanguinis ex naribus profluuia, & parotides, & decubitus. Non autem neceſſariò, neque in primis ſymptomatis, quæ ſolùm ſunt iudicij ſigna, neque in ſecundis, quæ & ſignorum, & cauſarum vim obtinent, iudicium fit. Alterum verò genus eſt ſignorum, & ſimul etiam ſymptomatum, quod non nominatur iudicatorium, eò quòd neque oſtendat, neque efficiat iudicium, neque ſimiliter in vniuerſum fidum eſt, vt quod concoctiones monſtrat, neque totum perfectè infidũ: ſed licet in iis quidem aliqua inuenire ſemper bona, quædam verò mala. Quædam autem vt plurimùm eiuſmodi ſint, omnia obtinent. Rationem igitur valere, vt rectè ſe ad cibos oblatos habere, bonum. Bonum etiam ſignum facilis ſpiratio, & pulſuum bonitas, & facilis tolerantia, & facies ſanis ſimillima, decens decubitus, & totius corporis æqualitas, & quæcunque alia ab Hippocrate in prognoſticis dicta ſunt. Mala verò iis contraria ſunt, hoc eſt, difficilis tolerantia, pulſuum malicia, ſpirandi difficultas, & præſertim quæ ſit frigido efflato ſpiritu, & alia quæ in prognoſticis Hippocrates dixit, vniuſcuiuſque ſigni vim manifeſtè definiens.

Signa iudicatoria quæ.

Quæ cauſarum etiam rationem obtinent.

Bona ſigna.

Mala.

COMMENTARIVS.

Pergit nunc Galenus in prædictorum trium generum ſignorum explicatione, & quæ ſit ſingulorum natura & vis oſtendit, inquiens. Signa cruditatis & concoctionis propriam vim ſemper firmam, ac ſtabilem obtinent, quocunque morbi tempore apparuerint. Nam concoctionis ſigna, vt dictum eſt ſuprà, cap. 7. & 8. ſalutem indicant. Cruditatis verò, aut omnino nullum futurum iudicium, aut prauum, aut dolores, aut diuturnitatem, vel mortem, vel recidiuam ſignificant, quemadmodũ lib. 1. Epid. ſect. 2. cõſti. 2. teſtatur Hippo. in eũ ſcribẽs modũ. Cõcoctiones iudicij celeritatẽ portendũt, certamq; ſalutem. Cruda verò & incocta, & in malos abſceſſus conuerſa, aut iudicationis

Signa cõcoctionis & cruditatis.

nis ſublationem, aut prauitatem, aut diuturnitatem, aut mortẽ, aut eorundem recidiuas ſignificant. Atque hæc vis & natura primorum ſignorum. Secundi generis ſigna quæ morem morbi, hoc eſt, num morbus vehemens an placidus ſiue mortalis an ſalubris ſit ſignificant, trifariam diuiduntur. Quædam enim ſunt quæ cum vrinis, alui deiectionibus, & ſputis excernuntur. De quibus partim ſuprà cap. 11. & 12. dictum eſt, partim infrà, cap. 18. dicetur. Quędam autem in affectibus totius corporis, vel vt ſuprà dixit, in toto corpore inueniuntur, vt ſudores. Quædam verò in naturalibus actionibus, vt vomitus, & alui profluuium: & animalibus actionibus, vt delirium, reperiuntur. Sed ipſa deinceps, hoc eſt, in fine huius capitis, diuidemus. Tertij generis ſigna quę iudicatoria nominãtur, duplicia ſunt. Quædam enim horum veluti cauſæ & ſigna ſunt, hoc eſt, & ſignificant, & efficiunt iudicium, vt eſt vomitus, alui deiectio, vrinarũ multitudo, ſudor, ſanguinis ex naribus profluuium, & abſceſſus. Quædam verò tanquam ſigna ſolùm, vt delirium, vigiliæ, coma, & alia quæ in cõtextu recenſentur. Huius tertii generis ſigna minimè fidam ac ſtabilem vim & naturam habent, ſed contraria planè & ſignificant & efficiunt in diuerſis morborum temporibus. Nã ſi in principio morbi & ante concoctionem apparuerint, ſympomata vel ſigna praua dicuntur, quòd nimirum prauum corporis affectum vel ſequantur, vel ſignificent. Si verò poſt concoctionem, & in vigore morbi apparẽt, bona ſunt, & iudicatoria appellantur ſigna. Hoc eſt quod Hippocrates lib. 2, Epidemiorum ſect. prima dixit. Iudicatoria ſigna ſi nõ iudicant morbos (hoc eſt, ſi ante concoctionem & in principio apparent) partim mortalia, partim difficilem portendunt iudicationem. Quare in iis omne prænotionis eſt ſtudiũ, vel omnis cura, vel ſucceſſus: id enim Gręcis ἀγώνισμα vox, qua hoc loco vtitur Galenus ſignificat. Idem enim illis quòd σπουδή, ἐπιμέλεια, κατόρθωμα, κρίνειν denotat. Vt ſit verborum Galeni is ſenſus. Quum prædicta ſigna diuerſis temporibus morbi diuerſa ſignificent, omnis cura & diligentia, omne denique ſtudium medici in iis diſcernendis eſſe debet, quòd ſcilicet ita futura facile prænoſcere queat. Adeoque in iis rectè cognoſcendis omnis prænotionis ſucceſſus erit: hoc eſt, qui illa probè cognouerit & diſtinxerit, huic prænoſcendi ſcientia pulchrè ſuccedet. Cæterùm vt iam dicta ſigna nullam ſtabilem & firmam vim obtinent, ſed in diuerſis tum temporibus, tum affectibus diuerſa ſignificant: ita cruditatis & concoctionis ſigna vnum & idem perpetuò in omnibus affectibus, & morbi temporibus ſignificant. Vt, verbi gratia, vrina boni coloris, & albam, leuem, & æqualem ſubſidentiam obtinens, perpetuò cõcoctionis ſignum eſt. Tenuis verò, & nullam ſubſidentiam habens, ſemper, vt dictum eſt cap. 12. cruditatis inditium eſt. Et concoctionis ſignum perpetuò bonũ, vt cruditatis ſemper malum exiſtit. Contrà verò tertii generis ſigna nullam ſtabilem vim neque ad bonum, neque ad malum habent. Talia ſunt dolor capitis, delirium, vertigo, & alia quæ à Galeno in contextu recenſentur, hæc enim iudicatoria, adeoque bona, & non iudicatoria fiunt, idque duplici ratione, aut quia prorſus non iudicant morbos, aut quia malè iudicant. Porrò quod paulò etiam antè dixit, huius tertii generis ſignorum duplex eſt natura quædam enim ſigna tantùm ſunt iudicatoria vt colli dolores, temporum grauitas, ſplendores, vertigines, & alia quæ in contextu Galenus refert. Quippe hæc non rarò imminentis iudicii ſigna ſunt. Splendores autem, μαρμάρυγες Gręci nominant, non ſunt niſi minuta quædam & marmoris inſtar ſplendentia quæ oculis ægrotantium obuerſantur. Quędam autem ſigna ſunt ſimul & cauſę, hoc eſt, non ſolùm ſignificant, ſed & efficiunt iudicium. Vt vomitus, deiectiones alui, vrinæ multitudo, & alia quæ à Galeno enumerantur. In neutris autem ſignis iam dictis neceſſariò iudicium fit. Non enim iudicium ſignificant & efficiunt, niſi quando in vigore, & poſtquam concoctiones iam factæ ſunt, apparent. Si verò alio morbi tempore apparuerint, prauorum affectuum ſymptomata potiùs exiſtunt. Alterius generis ſigna & ſymptomata ſunt quæ non nominantur iudicatoria, eò quòd neque

,,
,,
Mortis morbi ſigna triplicia.
Mos morbi.
1.
2.
3.
Iudicatoria ſigna duplicia.
,,
,,
,,
,,
ἀγώνισμα.
Senſus.
Tertij generis ſigna.
μαρμάρυγες.
Signa ſimul & cauſæ.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 447 sur 637

©BIUM

oſtendant,neque efficiant iudicium. Atq; hæc non ſimiliter vt ea quæ concoctiones mõſtrant fida ſunt,neque tamen etiam omnino infida:ſed ſunt in hoc genere quædã ſemper bona,quędã verò ſemper mala. Aliqua verò vt plurimùm bona vel mala ſunt.

Locus Galeni expenſus.

» Locũ hunc antiquus interpres ita conuertit. Et quæ de iſtis ſignis non in omni hora
» ſignificant bonum vel malum, ipſa in pluribus diſpoſitionibus ſignificant vnum eo-
» rum, & illud repertum eſt in omnibus iſtis ſignis. Vnde ſatis cõſtat hic aliquid in græ-cis deſiderari. Quæ niſi adieceris,ſibi pugnare ea quæ ſcribit Galenus, nemo non vi-det. Nam dicit quædam ſemper eſſe bona,quædam ſemper mala. Et ſtatim infert,hoc igitur vt plurimùm talia ſint,hoc eſt,vt bona vel mala ſint,omnibus ineſt. Quæ planè iis quæ præcedunt prorſus pugnant. Fieri enim non poteſt vt aliquid ſemper, & vt plurimùm malum aut bonum ſit. Si enim ſemper malum aut bonum eſt,non vt plurimùm tale eſſe poteſt. Quare adiiciendum erit. Quædam verò non ſemper bona vel mala ſunt,ſed vnum prædictorum,id eſt,bonum vel malum in pluribus affectibus ſignificant. Hoc autem in omnibus iſtis ſignis repertum eſt,vel ſi nihil adiicias, neceſſe tamẽ erit vt pro τὸ δ' οὗ, legas, τὰ δ' οὗ, vt cõuertas, vt nos fecimus, aliqua verò vt plurimùm eiuſmodi ſint,hoc eſt,bona vel mala,omnia obtinẽt. Triplicis iſtius differẽtiæ ſignorũ alterius generis exempla nunc aliqua ſubiũgit,inquiens. Rationẽ valere,& rectè ſe ad oblatos cibos & potus habere,Hippocrate.2.apho.33.atteſtante,bonum eſt. Bonum etiam facilis ſpiratio, & pulſuum bonitas,& facilis tolerantia,facies ſanis ſimillima,decens accubitus,totius corporis æqualitas,& alia quæ in libris prognoſticorum ab Hippocrate dicta ſunt. Mala verò iis contraria ſunt, quæ itidem Hippocrates in prognoſticis recenſet, vniuſcuiuſque ſigni vim manifeſtè definiens. Hæc autem ſigna ſummatim lib.2.prog.apho.56.ſeorſim autem in primo aphoriſ.8.&.16.&.2.apho.4. Ad quæ loca nunc lectorem ablegamus.

CAPVT XV.

QVæcunq; enim ſimpliciter bona & grauia vocat,ſæpiùs talia ſunt, Quæ verò optima & peßima ab ipſo dicuntur,& maximè quibus eam vocem valde aducit, talem vim habent, vt aut ſemper vnum aliquid ſignificent,aut rarum eſſe vt non indicẽt. Hæc igitur quum inter ſigna ſit differentia,ſi quidem fieri non poteſt vt diſcernamus quando iudicatoria ſigna iudicium ſignificant, aut quando ſymptomata iudicatoria bonum
» *vel malum iudicium afferunt,temerè vtique Hippocrates dixiſſet: His quæ non*
» *ex ratione leuant haud oportet fidere,neq; valde formidare mala quæ præter ra-*
» *tionem euenunt,nosque fruſtrà de iudiciis tractare inſtituiſſemus. Si verò neque*

Nihil fruſtra ab Hippocrate dictum.

aliud quicquam omnium, neque hæc fruſtrà ab Hippocrate dicta ſunt, fuerit vtique aliquod omnino indicium fidum, quo id quod ex ratione fit, & id quod præter rationem accidit diſcernuntur. Quid verò hoc ſit libenter audirem ab iis qui veterem medicinam contemnunt. Nos enim credimus id quod ab Hippo-
» *crate dictum eſt, verùm omnino eſſe. Concoctiones celeritatem iudicij, & cer-*
» *tam ſanitatem ſignificant. Cruda verò & incocta, & in malos conuerſa abſceſſus,aut iudicationis ſublationem,aut prauitatem, aut laborem, aut diuturnitatẽ, aut mortẽ,aut recidiuas ſignificant. Proinde & principij tempus non alio quopiã,vt diximus,diſcernimus. Ille verò nullum nobis principij indiciũ dederunt, idcirco ſcire nequeunt quãdo quis perniciosè affligitur,aut delirat,vbi iã imminet iudiciũ:ſed ſimiles ſunt plebeiis,neq; in quẽ finẽ ea quæ fiũt deſinãt præноſcentes,*

neque

neque quid facere oporteat inuenientes. Sed de iis rursus dicetur.

COMMENTARIVS.

Initio huius capitis triplicem alterius generis signorum quæ non nominantur iudicatoria differentiam esse ostendit. Quædam enim sunt simpliciter & absoluto sermone, aut citra alicuius adiectionem bona vel mala. Et hoc nomine ab Hippocrate vocantur quæ sæpiùs, & vt plurimùm talia sunt. Nónulla verò optima vel pessima ab ipso nominantur, & talia sunt quæ semper vnum aliquid, hoc est, bonum vel malum, significant. Aliqua sunt quibus: hæc dictio κάρτα quæ valde significat, adiungitur. Hoc est, sunt quædam valde bona vel mala. Et hæc quidem eiusmodi sunt, vt rarò nō indicent bonum vel malum. Secundo huius capitis loco eos reprehendit qui fieri nō posse putant, vt tot & tam varias, iam aliquot capitibus expositas signorum differentias, medicus discernere queat. Nam, inquit, si fieri nō potest vt cognoscamus quando signa iudicatoria vocata iudicium significant, aut quando symptomata iudicatoria bonum vel malum afferunt iudicium, temerè ab Hippocrate sect. 2. apho. 27. dictum est, his quæ non ex ratione leuant non est fidendum, neque valde formidanda esse mala quæ præter rationē eueniunt. Quippe si vera, vt certè verissima sunt, quæ dixit Hippocrates, necesse est vt illa quæ secundum rationem accidunt, ab iis quæ præter rationem eueniunt discerni possint. Prętereà si certò ex signis iudicatoriis deprehendi futurum iudicium nequit, frustrà de iudiciis Galenus tractare instituit. Si verò nihil aliorum omnium, neque hæc quæ iam citauimus frustrà ab Hippocrate scripta sunt, erit vtique aliquod signum fidum & stabile quo id quod ex ratione fit, ab eo quod præter rationem, euenit discernitur. Quale verò hoc esset se libenter, ab iis qui veterem & ab Hippocrate traditam medicinam contemnunt, audire velle Galenus ait. Eo ipso significans eorundem tum inscitiam tum impudentiam, vt qui ab Hippocrate quæ ipsi ignorant discere nolunt. Ex Hippocrate itaque illis monstrat Galenus quæ talia signa sint, quibus ea quæ ex ratione fiunt, ab iis quę præter rationem accidunt discernimus. *Sunt enim* concoctionis & cruditatis signa nominata, quæ quid significent, Hippocrates libro primo Epidemiorum, sectionis secundæ, constitut. 5. iis verbis dilucidè ostendit. Concoctiones, inquiens, celeritatem iudicij, & certam sanitatem indicant. Cruda verò & incocta, & in malos conuersa abscessus, aut iudicij sublationem, aut prauitatem (vtrunque enim hæc vox ἀκρισία, qua hoc loco vsus est Hippocrates, Galeno in explicatione huius sentētię teste, significat) aut laborem, aut diuturnitatem, aut mortem, aut recidiuas indicant. Citauit etiam hanc sententiam Galenus suprà capite huius libri quinto. Neque alio quopiam signo, quàm concoctionis, principij tempus, vt diximus capite octauo, ab aliis morbi temporibus discernimus. Illi verò qui veterē medicinam contemnunt nullum nobis prorsus principij signum, inquit Galenus, dederunt, ideoque scire queunt quando quis lætaliter affligitur, aut iam imminēte iudicio delirat. Hoc est, ignorant quando delirium pernitiosum sit signum, aut quando iudicium imminere significat. Sed similes per omnia sunt, plebeiis, qui ignorant quem finem sint habitura hæc omnia, neque istis apparentibus quid faciendum sit inuenīūt, vt infrà lib. 5. cap. 2. fusiùs dicemus.

Triplex alterius generis signorū differentia.

Simpliciter bona vel mala.

Optima vel pessima.

Valde bona vel mala.

Aduersus eos qui tam varias signorum differentias non posse medicum discernere putant.

Quæ sint signa quibus ea quæ ex ratione fiunt, ab iis quę præter rationē accidūt. discernuntur.

ἀκρισία.

CAPVT XVI.

QVomodo verò quispiam etiamsi nondum adsunt, vniuersalia morbi tempora prænoscere possit, quæ ad vsum artis maximè conferunt, hoc iam dicemus. Propositum enim est à prima statim die tantùm saltem cognoscere, quòd vel in primo vel secūdo quaternario morbus iudicabitur. Hoc enim nū in decimoquarto, aut vigesimo die fiat, nondum liquet. Verū ex eo haud magna in victū ratiōe sequitur mutatio, quēadmodū si quarto,

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 449 sur 637

©BIUM

aut quinto die iudicabitur morbus, ſic quis victum inſtituat, ac ſi quadrigeſimo die ſolueretur. Hoc enim ſummè abſurdum eſſet. Et quicunq; medicorum, primo, aut vt plurimùm ſecundo die non prænoſcit morbum, vltra primam ſeptimanam non poſſe extendi, huic plurimùm aberrare conſentaneum eſt. Si igitur ſemel aut bis in eo errauerit, venia dignus eſt. Si verò omnino nullam futuri vigoris morbi prænotionem eſſe putat, ne minimam quidem ſic medicinæ partem intelligit. Ego verò tantùm ab eo abſum vt omne quod futurum eſt penitus incognitum exiſtimem, vt interdum ad certã idipſum ſcientiã peruenire poſſe perſuaſum habeã. Quid enim ſi quiſpiam qui acuta febre laborat primo ſtatim die, nullo præſente ſigno periculoſo, ſed prætereà etiam omnibus ſalutaribus exiſtentibus, vrinã mingat boni coloris, & mediocriter craſſam, an non medico qui in artis operibus exercitatus eſt manifeſtum erit, hũc in primo quaternario iudicatum iri? idq́ue magis ſi nebula quædam, aut ſublimamentum bonum illi aderit, atque multò magis ſi etiam ſubſidentia bona.

COMMENTARIVS.

Vniuerſalia morbi tempora, præſertim vigorem prænoſcere debet medicus.

Traditurus rationem Galenus quomodo quiſpiam, etiamſi vbi nondum adſunt, vniuerſalia morbi tempora prænoſcere queat, initiò quod idipſum fieri poſsit, & quòd ad artis vſum plurimùm conferat, imo neceſſarium omnino ſit, demonſtrat. Nemo enim vnquam victus rationem rectè inſtituet, niſi morbi tempora, & præſertim vigorem, prænoſcat. Porrò poteſt quidẽ medicus à primo ſtatim die tantum ſaltem cognoſcere, quòd vel in primo, vel ſecundo quaternario morbus iudicabitur. Num autẽ in decimo quarto, aut vigeſimo die iudicetur morbus, hoc à primo ſtatim die nondũ liquet, ſed in vndecimo, qui decimiquarti index eſt: vel in decimoſeptimo, qui vigeſimi index eſt, die. Quod vt rectius ſtudioſi intelligant, ſciendum Hippocratem, & poſt eum Galenum dies iudicatorios in quoſdam circuitus, quos quaternarios & ſeptenarios nominauerunt, digeſsiſſe. Septenarium quidem circuitum validiorem eſſe, poteſtate autem ſecundum quaternariorum, & ab eo futurum in ſeptenariis circuitibus iudicium indicari ac monſtrari affirmarunt. Hinc eſt quod ab Hippocrate, ſect. 2. apho. 24. ἐπίδηλοι & θεωρηταὶ, hoc eſt, indices & contemplabiles vocentur. In iis enim contemplatur & indicatur quid in die iudicatorio mox ſequenti futurum ſit. Quo verò pacto ſeptimanæ ſint numerandæ Hippocrates in paulò antè citata ſententia luculenter admodum oſtendit, inquiens. Quartus dies ſeptenorum eſt index. Alterius ſeptimanæ octauus principium eſt. Contemplabilis verò etiam vndecimus eſt, ipſe enim alterius ſeptimanę quartus exiſtit. Contemplabilis rurſus decimus ſeptimus, quippe quartus eſt à decimoquarto, ſeptimus verò ab vndecimo. E quibus ſanè verbis euidẽtiſsimum eſt, Hippocratem tres innuere ſeptimanas, quarum quidem duæ priores à ſe inuicem diducuntur, ac ſeparãtur. Alterius enim ſeptimanæ initium eſſe diem octauum inquit. Tertia autem ſecundæ copulatur ſeptimanę, ita nimirum, vt poſtrema ſecundę ſeptimanę dies, tertiæ quoque initium exiſtat. Proinde nõ eſt, vt priores duę, integra. Nam prima ſeptimana integros dies ſeptem habet, adeoq́ue quartus dies hanc in duo æqua partitur. Secunda itidem vt prima ſeptem dies obtinet, eamq́; vndecimus in duo æqua diuidit. Tertia verò ſeptimana ſex tantùm dies à prioris ſeptimanæ diebus diductos ac ſeparatos habet, quemadmodum etiam Galenus lib. 3. prognoſt. commen. 1. docet. Quocirca per ſe non eſt integra, ideoq́ue præcedenti & ſecundæ copulanda erit. Nam niſi idipſum faciamus, per quaterniones, vt priores duæ, haud digeretur. Atque hinc Sole clariùs fit Hippocratem vigeſimum diem, & minimè vigeſimum primum tertij

Hippocrates & Galen⁹ quomodo dies iudicatorios digeſſerint.

ἐπίδηλοι. θεωρηταὶ. Septimanę vt numerandæ.

Tres ſeptimanæ.

Tertia ſeptimana non eſt integra.

Vigeſimus, non vigeſimus prim⁹ iudicatorius.

ſeptenarij

ſeptenarij nouiſsimum diem,adeoque iudicatorium ſtatuiſſe.Eadem ſanè ratione cęteri indices & iudicatorij dies vſque ad ad centeſimum colligi poſſunt, vt ſcilicet perpetuo tertia ſeptimana non ſit integra,ſed ſex duntaxat,vt dictum eſt, dierũ.Sic ſexti ſeptenarij nouiſsim⁹dies erit quadrageſim⁹.Noni verò ſexageſim⁹.Duodecimi,octuageſimus.Decimiquinti,centeſimus, vt è ſequenti tabella omnibus ſit manifeſtiſsimũ.

TABELLA DIERVM INDICVM ET IVDICAtoriorum,Quaternariorum item ac Septimanarum partitionem complectens.

	Indices.	Iudicatorij.	Indices.	Iudicatorij.	Indices.	Iudicatorij.
Dies	4.	7.	11.	14.	17.	20.
	24.	27.	31.	34.	37.	40.
	44.	47.	51.	54.	57.	60.
	74.	67.	71.	74.	77.	80.
	84.	87.	91.	94.	97.	100.
Quaternarij	1.	2.	3.	4.	5.	6.
	7.	8.	9.	10.	11.	12.
	13.	14.	15.	16.	17.	18.
	19.	20.	21.	22.	23.	24.
	25.	26.	27.	28.	29.	30.

SEPTIMANAE TRES.

Prima.		Secunda.		Tertia.	
IIII.	III.	IIII.	III.	III.	III.
4.		5.		6.	
7.		8.		9.	
10.		11.		12.	
13.		14.		15.	

Atque hactenus de diebus tum indicibus,tum iudicatoriis hęc dixiſſe ſatis ſit, nũc ad Galeni verborum explicationem redibimus,qui pergit oſtendere quòd ad vſum artis plurimùm conferat morbi tempora vniuerſalia cognoſcere. Nam quum duo ſint vnde cibandi conſilia petuntur,quemadmodum etiam libro decimo therapeuticæ methodi,capite quinto,Galenus atteſtatur,vigor morbi,& ęgrotantis vires,nunquam rectè inſtituet victus rationem medicus:imò interdum maximorum periculorum autor erit, ſi morbi tempora non prænoſcet, verbi gratia, ſi in morbo qui quarto aut quinto die iudicabitur, ſic quis victum inſtituat, ac ſi quadrageſimo die ſolueretur, is non tantùm ægrotanti plurimùm obeſſet, ſed & abſurdiſsima facere conaretur. Nam morbus is qui quarto aut quinto die iudicatur, victum ſummè tenuiſsimũ requirit.Contrà is qui quadrageſimo ſoluitur die, pleniorem multò exigit victus rationem,quemadmodum Hippocrates ſect.1.aphoriſ. 7.& ſequentibus aliquot copioſè admodum monſtrat dicens. Vbi morbus peracutus eſt, ſtatim ſummos labores obtinet,& ſummè tenuiſsimo victu vti neceſſe eſt. Vbi verò non,ſed pleniorem victũ adhibere licet,tantùm à tenui victu declinandũ,quantò morbus ipſe ſummis leuior fuerit.Et iterum.Quibus ſtatim vigor eſt,hos ſtatim tenuiter cibare oportet.Quibus autem poſteà vigor futurus eſt,iis & in ipſo vigore,& paulò antè ſubtrahendũ eſt. Priore verò tempore pleniùs cibandum,vt æger durare queat.Hęc ille.Quapropter quicunque medicorum,primo, aut vt plurimùm ſecundo die non prænoſcit morbum vltra primã ſeptimanã nõ poſſe extẽdi,huic plurimũ aberrare cõſentaneũ eſt. Nã quũ peracutũ morbũ eſſe minimè putet,tenuiſsimã in eo victus rationẽ,magno ſanè errore,nõ inſtituet. Pleniùs itaque cibando,maximi mali autor erit, venia tamen dignus eſt qui

Plurimùm ad vſum artis cõfert morbi tempora prænoſcere.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 451 sur 637

©BIUM

ſemel aut bis in eo errat, quòd vigoris tempus nõ agnoſcit. Si vero eò temeritatis progrediatur, vt nullam omnino futuri vigoris prænotionem eſſe putet, ne minimã quidem medicinæ partẽ intelligit. Circa principia enim ſtatim aberrat, vt qui tẽporibus morbi non perſpectis, neque commodam victus rationem, neque remedia idonea adhibere poſsit. Quare vſqueadeò ſe abeſſe ab eorum opinione qui nihil omnino quod futurum eſt prænoſci cenſent, Galenus ait, vt perſuaſiſsimum habeat interdum id quod futurum eſt ad certam ſcientiam peruenire poſse. Atque idipſum exemplo aliquo declarat. Si enim, inquit, quiſpiam acuta febre laborans primo ſtatim die, nullo præſente periculoſo ſigno, ſed oĩbus exiſtentibus ſalutaribus, vrinã mingat boni coloris, hoc eſt, ſubrufam, vel ſubflauam, & mediocriter craſsam, haud dubiè medico, modò in artis operibus ſit exercitatus, certò conſtabit, morbum hunc in primo quaternario iudicatũ iri. Atq; hoc certiùs accidet, ſi nebula aderit, aut ſublimamentũ bonũ, & adhuc certiùs, ſi ſubſidentia bona ſit. Quippe quum hæc omnia concoctionem præ ſe ferant, vt dictum eſt capite 12. fieri non poteſt quin in quarto die futura ſit iudicatio, vt valde imperitos, imò impudentes eſſe oporteat eos, qui nihil quod futurum eſt prænoſci poſſe exiſtimant.

Interdum id qđ futurum eſt ad certam ſciẽtiam peruenire poteſt.

Atque hoc quidem breuiter dictum eſt, non eſt tamen quòd breui tempore addiſci queat. Nam eum qui exquiſitè ipſa prænoſcere velit, omnia tum bona, tum mala ſigna ſcire oportet, quemadmodũ hæc cognoſcẽs Hippocrates dicebat. Placidiſsimæ febres, & quæ cũ ſignis ſecuriſsimis fiunt, quarto die finiunt, aut priùs
At quæ maligniſsimæ, & cum grauiſsimis ſignis, quarto die interimũt, vel anteà. Placidas quidem nominat eas quæ malignis cõtrariæ ſunt. Decernit vero neutras excedere quartum diem, ſed hæ quidem omnino ſoluuntur, hæ vero interimũt. Quemadmodum igitur febris acuta cui omnia ſigna tutiſsima adſunt, in primo dierum iudicatoriorum circuitu ſoluitur: ſic quæ illi proxima eſt, vltra ſeptimum non progreditur. Quænam vero hæc eſt? Illa videlicet cui nõ omnia tutiſsima ſigna adſunt. Dictum igitur eſt anteà non eſſe idem in ſuperlatiuo, aut ſimpliciter quicquam dicere. Haud igitur neque ſecurum & ſecuriſsimum, neque malignũ & maligniſsimum, neque graue & grauiſsimum æqualem vim habet. Sit iam febris acuta à primo ſtatim die non ſummè ſimpliciſsima, & cũ tutiſsimis ſignis, ſimplex tamen, & cum tutis ſignis: quam enim Hippocrates placidam, hanc ego perſpicuitatis gratia ſimplicem nomino, fugiẽdo homonymiam: hæc ad ſecundum quaternarium progredietur. Num vero quinto die, vel ſexto, vel ſeptimo iudicabitur, in progreſſu ſermonis definietur. Eodem modo maligna, & cui grauia adſunt ſigna. Nam quantùm hæc à maligniſsima, & ea cui grauiſsima adſunt ſigna abeſt, tantò tardiorem inferet mortem. Si vero quiſpiam tum ſimplices, tum ſimpliciſsimas, & malignas & maligniſsimas febres diſcernere neſcit, is neque ſi recte, neque ſi malè de his Hippocrates dixerit vnquam experiẽtia comprobare poterit. Si autem neque ſignorum vires cognoſcat, ſed ſimpliciter hæc quidem bona, illa vero mala duntaxat eſſe putet, etiam magis veluti vetulæ incantationẽ ea quæ ab Hippocrate ſcripta ſunt leget. Tales quidem ab ijs commentarijs diſcedere iubeo. Cum ijs vero qui libros prognoſticorum Hippocratis accuratè legerunt deinceps loquar. Primo quidem die (ſic vero inaudi me ſemper vniuerſum ex die &

Placidæ febres.

Simplex febris.

nocte

nocte tempus in viginti & quatuor horas partitũ vocare) vrina exquisitè aquosa mingatur, febris autem debilis sit, hæc quidem in multum extrahetur tempus, quantum verò hoc sit, primis diebus cognosci non potest, neque vt sciatur vtile est. Cuius enim gratia tali egemus prænotione, hoc iam scimus, nempe vt conferentem victus rationem constituamus, quando vigor post multos dies futurus est. Singulis enim quaternariis si accuratè signa obserues, etiã tempus vigoris exquisitè præ- Singulis quaternariis signa diligenter obseruanda.
noscere poteris. Oportet enim, inquit, à primo die animaduertere, & singulis quaternariis adiectis considerare, & te haud latebit, quo morbus vertetur. Hæc itaque & in iis quæ sequuntur pleniùs exequemur. Ad primi vero temporis (quod principium vocant) prænotionem, quousque protrahetur, iam magnum quiddam in primo die fuisse deprehensum ostendimus, quod secundo die manifestiùs etiam definire licet. Nam similiter & febre & vrina manẽtibus, non solùm quòd nõdum morbus in ascensu sit, sed quòd neque citiùs septimo die incipiet, dicere possumus. Didicisti enim quòd summè cruda est aquosa vrina. Proinde non solùm principij tempus quod iam præsens est dignoscere licet, sed & sæpiùs quo tempore finietur, prænoscere.

COMMENTARIVS.

Hactenus quòd medico necessarium sit, modò victus rationem rectè instituere velit, morbi tempora prænoscere, Galenus ostendit. Nunc quòd multo labore & tempore opus sit, vt aliquis exquisitè morbi tempora prænoscat mõstrat. Nam vt omnia tũ bona, tum mala signa, ac vim eorundẽ sciat, necesse esse ait. Id exẽplo febris ex Hippocrate desumpto declarat. Is enim lib. 3. prog. apho. 2. Placidissimæ febres, inquit, & quæ cum signis securissimis fiunt, quarto die finiunt, aut priùs. At quæ maligniſsimæ, & cũ grauissimis signis, quarto die interimunt, vel anteà. Quibus equidem verbis testatur placidissimas & mitissimas febres, & quibus securitatis indicia adsunt, vltra primũ quaternarium nequaquam progredi, sed aut quarto die, aut citiùs desinere. Pari modo maligniſsimas febres, & cum signis exitiosis, quarto die, aut citiùs interimere. Vt necesse sit medicũ perspecta habere omnia tum secura, tum grauia signa, modò id quod Hippocrates hoc loco docet intelligere cupiat. Cæterùm quemadmodum febris acuta, cui omnia signa tutissima adsunt, in primo circuitu dierum iudicatoriorũ, hoc est, primo quaternario soluitur & desinit: ita quæ illi proxima est, vltra septimum diem progredi non potest, sed in eo planè iudicabitur. Proxima vero priori est, quæ nõ omnia tutissima, sed tuta duntaxat signa habet. Neque enim idem est, vt capitibus 13. & 15. diximus, simpliciter tutum, & in superlatiuo tutissimum, neque malignum & maligniſsimum, neque graue & grauissimum æqualem vim habent. Proinde si febris aliqua acuta à primo statim die non sit simplicissima, & cum tutissimis signis, simplex tamen & cum tutis signis, hæc ad secundum quaternarium, hoc est, ad septimum diem progredietur. Num vero quinto die, vel sexto, vel septimo iudicabitur, in progressu sermonis. 1. lib. tertio cap. 4. definietur. Porrò Galenus febrem quam Hippocrates ἐυήθη, id est, mitem & placidam vocat, ἁπλοῦν, hoc est, simplicem, perspicuitatis gratia, fugiendo homonymiam, appellat. Quippe dictum est suprà, in explicatiõe nimirum capitis tertij, dictionem ἐυήθη duo significare, vt ita que homonyma sit necesse est. Maluit itaq; Galenus has febres simplices nominare, voce nimirum magis cognita & perspicua: quum omnes homines eum simplicem appellent, qui placidis est moribus, & minimè malitiosus. Pari ratione maligna febris, & cui grauia adsunt signa, tantò tardiùs interficit, quãtùm à maligniſsima, & quæ cum grauissimis est signis abest. Quocirca qui simplices &

Multo labore & tempore opus est vt aliquis exquisitè morbi tẽpora prænoscat.

Non idem tutũ, & tutissimum.

Febris ἐυήθης.

Simplex quid.

©BIUM

ſimpliciſsimas,itē malignas & maligniſsimas à ſe inuicē diſcernere nō poteſt, is an rectè,aut ſecùs de iis Hippoc.ſcripſerit, nunq̄ experiētia cōprobare poterit.Præterea ſi etiā ſignorū vires ignorauerit,& ſimpliciter hæc eſſe bona,illa verò mala putauerit,tū ea quæ ab Hippocrate ſcripta ſunt non ſecùs ac vetulæ cuiuſdam & veneficæ,incantationem leget.Proinde tales ab iis commentariis diſcedere iubet,vt qui nihil eorū quę in iis traduntur intelligere poſsint.Cum iis vero qui Hippocratis libros prognoſticorum accuratè & diligenter legerunt ſe deinceps acturū ait, vt quos intelligere quæ ab eo traduntur hoc loco compertum habeat. Pergit itaque in ea doctrina quæ morbi tempora prænoſcere docet,inquiens.Si primo die vrina exquiſitè aquoſa mingitur,febris vero debilis ſit,certum eſt hanc in multum extrahi tempus,quòd ſcilicet hæc vrina ſummæ cruditatis indicium ſit,& morbus non admodum vehemens.Quantum autem protractionis morbi tempus ſit,primis diebus cognoſci minimè poterit,neq; etiā vt ſciatur vtile eſt.Gratia enim cuius tali egemus prænotione, id eſt,quòd in longius tēpus extrahetur febris,ex iis quæ dicta ſunt ſcimus,nempe vt conuenientem victus rationem conſtituere nobis liceat,quando certò nunc ſciamus quòd vigor poſt multos dies futurus ſit.Quòd ſi tamen ſingulis quaternariis & indicibus diebus ſigna accuratè obſeruaueris,vigoris tempus etiam quando futurum ſit exquiſitè prænoſcere poteris.Quod Hippocrates etiam lib.3.progno.7.iis innuere verbis voluit. Oportet, ait, à primo die animaduertere, & ſingulis quaternariis adiectis conſiderare, & te quonam morbus vertetur non latebit. Quonam, id eſt,vtrum in ſanitatem ſalutemq;, ægri ſuperante natura,an ſuperata,ad interitum verget Cæterùm ad primi temporis, hoc eſt, principij prænotionem,quouſque extrahatur,iam magnum quiddam in primo die ex vrina exquiſitè aquoſa fuiſſe deprehenſum oſtendimus, nempe vt ſciamus in longius tempus protrahi morbum:id quòd ſecundo die manifeſtiùs apparebit. Si enim febris & vrina ſimiliter manent,hæc quidem aquoſa,illa vero debilis,non ſolùm quòd morbus nondum in augmento ſit,ſed quòd neque citiùs ſeptimo die incipiet augmentum dicere licebit.Didicimus enim ex capite 12.huius libri,quòd vrina aquoſa ſummè cruda eſt.Quapropter ex iis quæ iam diximus manifeſtū fit,quòd non ſolū tempus principij quod iam præſens eſt dignoſcere liceat,ſed & non rarò quo finiatur tempore prænoſcere poterimus,vt ex ſequenti capite planius fiet.

Singulis quaternariis & indicib⁹ diebus ſigna obſeruanda.

CAPVT XVII.

Principij tempus nunc longum, nunc breue.

Sanè in morbis adeò diuturnis principij tempus abundè longum eſt: in peracutis,ſummè anguſtum Nam ſi ſtatim primo die aliquod ſignum concoctionis appareat in vrinis,tunc iam principij tēpus abiit. Nunquid igitur hoc omnino non incepit, aut hoc quidem fieri haud poſsit? Quippe fieri nequit vt morbus quiſpiam proprium vigorem recipiat, citra principium & augmentum.Summè autem breue vtrunque horum tēpus fit,quòd ſæpius in primo die morbus ad vigorem pertingat. Tam velocis itaque principij neque prænotionem finis inquirere oportet,ſed contentum eſſe ſi dum adeſt dignoſci poſsit,& quando primùm in augmentum mutatur manifeſtè deprehendatur. Eſt autem communis huiuſmodi principiorum atque augmentorum cognitio cum primæ acceſsionis partibus.Idem enim & illius,& vniuerſi morbi principium & augmentum fit.Neque enim illa ſtatim à vigore incipit.Hoc enim non ſolùm nemo vidit,ſed neque cogitatione conſequi poteſt,febrem acutam ſtatim ſub primam inuaſionem in vigore conſiſtere,ac ſi fulmine ictus homo eſſet.

COMMEN-

©BIUM

COMMENTARIVS.

Docet hoc loco Galenus principij tempus interdum esse longum, interdum summè breue. In morbis enim diuturnis principij tempus satis longum est, in peracutis autem summè angustum & breue. Nam quando primo statim die aliquod concoctionis signum in vrina apparet, tunc iam principij tempus abiit. Dictum est enim capite 8. huius libri proprium vniuscuiusque morbi principium concoctionis signis definiri. Nō est tamen quòd quispiam ob id quòd statim primo die concoctionis signa in vrinis apparent, principium omnino non incepisse putet. Fieri enim non potest vt morbus aliquis propriū vigorem citra principium & augmentum, quæ præcedere necesse est, recipiat. Verùm tum quidem quum primo die morbus vigorem suum pertigit, vtrūque tempus, principium nimirum & augmentum, summè breue est. Et certè tam velocis ac breuis principij prænotionem inquirere non oportet medicum, sed boni consulere debet, si dum adest dignosci, & quando in augmentum mutetur ab eo deprehendi queat. Porrò huiusmodi velocium & breuium principiorum cognitio cum partibus primæ accessionis communis est. Nam quale erit accessionis principium, tale etiā totius morbi. Idem quoque erit & ipsius accessionis & totius morbi augmentum. Fieri enim nequit vt accessio statim à vigore incipiat, sed necesse est eam ante vigorem, vtpote quem duæ aliæ partes, principium nempe & augmentum, præcedunt, incepisse. Huc accedit quòd nemo vnquam vidit accessionem post vigorem incepisse. Neque etiam potest cogitatione assequi vt febris acuta statim in primæ inuasionis momēto, consistat in vigore, ac si subitò quis fulmine ictus esset: sed oportet duo alia tempora, vt dictum est, antecedere.

Finis principij vt cognoscendus.

Quo pacto igitur primo die morbum esse in vigore cognoscetur? Quomodo aliter, quàm si confestim signa concoctionis habuerit. Tale enim quid in crudorū humorum concoctione accidit, quale etiam in partibus phlegmone obsessis contingere solet. De iis autem alicubi Hippocrates ita inquit. Quum pus conficitur, dolores & febres magis accidunt, quum iam confecto. Quemadmodum itaque phlegmone iam suppurata, febris in vigore esse nequit, aut dolor incidere: ita neque si in vrinis quicquam exquisitè bonum subsidat. Nebula sanè sola, aut quibus dā sublimamentis bonis apparentibus, vigoris tempus nondum adest: & multò magis vbi nihil horum affuerit, nisi morbus vehementer admodum bilios us fuerit. Quisquis igitur omnibus quæ diximus apud ægrotantes sæpe mentem accuratè adhibuerit, hunc nullum vnquam tempus latebit. Verùm si præceps fuerit, & quum præsens erit ipsum exquisitè cognoscet, & quod statim futurum est prænoscet. Si verò diuturnum, ex multo tempore coniectura assequetur, si verò propiùs accesserit, manifestiùs etiam prænoscet. Hoc enim in vniuersum cognoscere oportet, quòd nisi manifestum aliquod concoctionis signum visum fuerit, totum vsque ad id indicium morbi principium existit. Quātum igitur præsentibus adhuc deest ad manifestum concoctionis indicium, & à morbi motu, & natura, tempore anni, & regione, ætate, & temperamento ipsius ægrotantis inuenies. Si enim morbus natura diuturnus fuerit, quemadmodum, verbi gratia, quotidiana, & videatur in eo ægroto lentè moueri, & veluti fumare, ac suffocari, & anni tempus fuerit hyems, & regio frigida, ætásque & natura ægrotantis ad frigidius inclinauerit, multo intereà indigebit tempore ad manifesti signi generationem, quod totum principio

Quo pacto primo die morbum in vigore esse cognoscendum.

©BIUM

annumerandum erit. Esto igitur vt hyberno tempore, in corpore ita vt diximus nunc se habente, quotidiana incipiat, vnà cum exquisitè crudis & aquosis vrinis, non solùm non intra septimum diem, sed neque decimumquartum quispiam manifestum concoctionis signum habere poterit. Sic vero appello ea quæ intra imbecillia obscuráue, & perfectæ concoctionis signa sunt. Perfecta igitur cõcoctio est, quando in vrinis subsidet aliquid album, leue, æquale & cõtinuum. Imbecilla vero seu obscura concoctio, quando ex aquosa vrina fit mediocriter subpallida, & quidem si turbida fiat, & talis permaneat. Atque hæc quidem obscuræ & imbecillæ concoctionis est indicium. Est autem & rufa & tenuis ex eodem genere. Sed nulla harum principiũ esse finitum indicat. Manifestius enim semper tales vrinæ signum expetunt, aut albam nebulam, aut sublimamentum æquale, continuum, & album. Et sanè rubra nebula, & huiusmodi subsidẽtia: & sine subsidentia, boni tamen coloris vrina, & vnà mediocris crassitudinis, principium desisse ostendit.

Manifestum signum concoctionis.
Perfecta concoctio.
Imbecilla.

COMMENTARIVS.

Quum paulò antè Galenus monstrasset morbum interdum primo statim die ad vigorem peruennire posse, nunc quo pacto quispiam quòd morbus primo die in vigore sit cognoscere queat, edocet. Non autem aliter idipsum posse certiùs cognosci ait quàm si confestim cõcoctionis signa in eo morbo apparuerint. Nam tale quid in crudorum humorum concoctione accidit, quale in iis partibus quæ phlegmone laborãt, contingit. Vt enim dolores & febres, quemadmodum sect. 2. apho. 47. testatur Hippocrates, fiunt dum pus conficitur, & iam confecto, ac phlegmone suppurata, febris & dolor remittunt: ita etiam febris, vbi aliquid exquisitè bonum in vrina subsederit, in vigore esse nequit. Nam, vt paulò pòst dicetur, perfecta concoctio est, quando in vrina subsederit aliquid album, leue, & æquale, & continuum, quã hic Galenus exquisitè bonam subsidentiam vocat. Si verò nebula sola, aut quædam sublimamenta bona apparent, vigoris tempus non adest, quòd perfectæ concoctionis indicia non sint. Multò autem magis vigor non adest, vbi nihil horum, subsidentia scilicet, nebula, aut sublimamentum, affuerit: nisi morbus biliosus admodum fuerit, tunc enim nulla, aut omnino minima fuerit subsidentia. Quippe soluitur morbus anteaquam aliquid subsideat. Sufficit itaque in iis, vt dictum est cap. 12. huius libri, & nebula, & sublimamẽtum bonum. Quisquis igitur, ait Galenus, omnibus quæ iam in hoc libro diximus apud ægrotantes agens sæpe animum adhibuerit, & accuratè eadem expenderit, hunc nullum vnquam morbi tempus latebit. Verùm si idipsum præceps fuerit, ipsum saltem quum iam præsens est exquisitè cognoscet, & quod tempus statim futurum est, id est, augmentũ prænoscet, sicut initio huius capitis est commemoratum iis quidem verbis. Tam velocis ac præcipitis principij neque finis prænotionem inquirere oportet, sed contentum esse si quum adest dignosci queat, & quando primùm in augmentum mutatur, manifestè deprehendatur. Si vero diuturnum fuerit, & multo tempore, facilè coniecturis asse quetur. Quòd si autem tempus illud propiùs accesserit, manifestiùs etiã prænoscetur. Hoc autem in vniuersum hoc loco cognoscẽdum erit, nisi manifestum aliquod signũ concoctionis in vrinis visum fuerit, totum hoc tempus quod est vsque ad hoc signũ, morbi principium existit. Quantum vero iis quæ præsentia sunt signa ad manifestũ cõcoctionis indicium deest, hoc è sex rebus inueniri & cognosci potest, nempe à morbi motu, natura, tempore anni, regione, ætate, laborantisque temperamento. Quippe quòd ad primum & secundum attinet, si morbus naturâ diuturnus fuerit, vt est febris quotidiana,

Tale quid in crudorum humorũ concoctione accidit, quale in iis partibus q̃ phlegmone laborant.

Exquisitè bona subsidentia.

Quãtum iis quæ præsentia sunt signa ad manifestum concoctionis indicium deest, quomodo cognoscitur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 456 sur 637

quotidiana,& videatur lentè ac tardè moueri:neque enim huic febri,vt infrà libro ſecundo,capite quinto dicetur,motus celeritas adeſt:ac quodammodo fumare(id enim hoc loco τύφεσθαι ſignificat, & non ardere ac ſuccendi, vt alius interpres conuertit, neque enim vt loco iam citato Galenus ait,quotidiana febris deũrit)& ſuffocari. Hinc Galenus libro ſecundo,de differen.febrium,capite quarto, pituitoſum humorẽ ſcribit ægrè accendi, ac tardè moueri,ſæpiusq; in foraminibus retineri.Eius denique caloré igni fumido lignis viridibus accenſo aſsimilat,vt rectè hoc loco etiam attribuat febri quotidianæ tardè moueri,fumare,& ſuffocari. Vt enim ignis cui viridia digna iniecta ſunt fumat,& quaſi ſuffocatur:ita etiam calor qui eſt in febre quotidiana veluti fumare ac ſuffocari videtur. Prætereà ſi anni tempus hybernum fuerit,& regio in qua ægrotus decumbit frigida,ætas denique & natura,hoc eſt,temperamentum(ſæpe enim natura apud Hippocratem & Galenum pro temperie quæ ex primis conflatur elementis accipitur)ad frigidius declinauerunt,multo interim tempore ad manifeſti ſigni concoctionis generationem indigebit,quod ſanè totum tempus vſque ad eius ſigni apparitionem principio annmuerandum erit. Eſt igitur vt hyberno tempore in corpore ita vt nunc diximus habente,id eſt,quod degat in regione frigida,& ætate ac temperamento frigidum ſit,quotidiana incipiat, & vnà vrina exquiſitè cruda & aquoſa mingatur,non ſolùm non intra ſeptimum diem, ſed neque intra decimumquartum quiſpiam manifeſtum habere concoctionis ſignum poterit, propterea quòd humor vnde hæc febris nata eſt temperamento frigidus & humidus, conſiſtentiâ verò tenax & lentus,ægrè accendatur,& tardè moueatur. Manifeſta verò concoctionis ſigna vocantur,quę in medio ſunt eorum quæ debilia & obſcura,& perfecta dicuntur.Perfecta igitur cõcoctio eſt,quando in vrinis ſubſidet aliquid album,leue,æquale,& continuum.Hinc non temerè Hippocrates libro ſecundo prognoſtico.aphoriſmo vigeſimoſexto dixit.Vrina optima eſt,ſi candida ſubſidentia fuerit,leuis,& æqualis per omne tempus dum morbus iudicetur. Securitatem enim & morbum breuem ſignificat. *Debilis* autem ſeu obſcura concoctio, quando ex aquoſa vrina fit mediocriter ſubpallida,& ſi turbida fiat,taliſque permaneat. Quæ omnia ſuprà capite huius libri duodecimo explanauimus.Eſt autem & rufa & tenuis vrina ex eodem genere,id eſt, etiam imbecillæ concoctionis indicium exiſtit. Quod confirmat Hippocrates, qui libro ſecundo prognoſt.aphoriſmo trigeſimo in eum modum ſcriptum reliquit. Vrina tenuis & rufa,crudum eſſe morbum ſignificat. Sed nulla harum vrinarum quæ imbecillæ concoctionis indicia ſunt,principium morbi eſſe finitum ſignificat. Nam tales vrinæ quæ principium eſſe finitum ſignificant, manifeſtius aliquod ſignum concoctionis requirunt,puta,aut nebulam albam,quemadmodum lib.2.prog.aphor.29.teſtatur,aut ſublimamentum æquale, continuum & album.Porrò nebula rubra, Hippocrate quarto,apho.71.teſte,qui ait: Quibus ſeptimo iudicatur die morbus, iis quarto die nubeculam habet vrina rubicundam. & rubra ſubſidentia,Hippoc.2.prog.27.authore,& vrina ſine ſubſidentia,boni tamen coloris,hoc eſt,ſubrufa & ſubflaua, & mediocriter craſſa, principium etiam deſiiſſe,vtpote manifeſtæ concoctionis indicium, oſtendit,vt liquet ex iis quæ ſuprà capite duodecimo dicta ſunt.

τύφεσθαι.

Natura.

Manifeſta concoctionis ſigna.

Perfecta concoctio.

Debilis.

Rufa & tenuis vrina.

CAPVT XVIII.

Sic & in laterum & pulmonum malis ea quæ propriè ſputa nominantur, vrinarum ſubſidentiis aſsimilantur. Nihil enim omnino expuere, ſed ſicca tantùm tuſsi laborare, perinde eſt atq; id quod in vrina ſummè crudũ exiſtit, quàm aquoſam appellamus. Quòd ſi verò à nihil omnino expuendo ad expuendũ, attamẽ humida & omnino cruda, mutatio fiat, liquet quòd imbecilla, & obſcura ipſorum omnino eſt huiuſmodi mutatio,

Sputa vrinis aſsimilantur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 457 sur 637

©BIUM

& nondum deſiit primum morbi tempus, quod principium nominari diximus.

Quando principij finis ex ſputis cognoſcatur? Augmentum.

Quando igitur hoc deſinet, atque omnino in augmentum morbus mutabitur? Quando pauca concocta expuere cœperint. Vniuerſum verò ab eo tempus vſque ad vigorem eſt, quando æger ſemper & magis plura & meliora, atque expeditiùs expuit.

Vigor. Declinatio.

Quando verò quæ expuuntur exquiſitè concocta fuerint, & multa, & facilè educuntur, vigoris adeſt tempus. Vbi autem ſimiliter exquiſitè concocta, & ſine moleſtia educuncur, multitudo tamen imminuta fuerit, dolorque amplius non affuerit, ceſſaſſe vigorẽ arbitrari oportet. Succedit enim huic declinatio.

COMMENTARIVS.

Vt ſuperiori capite quo pacto vniuerſalia morbi, febris præſertim, tempora, ex vrina dignoſci poſsint Galenus docuit: ita hoc loco quomodo lateris & pulmonis malorum, hoc eſt, pleuritidis & peripneumoniæ tempora ex ſputis cognoſci queãt oſtendit. Quippe ex iis quæ capite ſeptimo huius libri dicta ſunt ſatis conſtat, ſputum eorũ morborum qui in ſpirandi inſtrumentis accidunt ſignum eſſe. Quemadmodum igitur aquoſa vrina exquiſitæ eruditatis indicium eſt in febribus: ita omnino nihil in laterum & pulmonum malis expuere, adeoque ſicca tuſsi laborare, cruditatem ſummam ſignificat. Sicca enim tuſsis, Gale. 4. apho. cõmẽ. 54. teſte, in qua nihil expuitur. Quòd ſi verò iam æger aliquid expuere incipiat, humidum tamen & omnino crudum, imbecilla quidem & obſcura admodum eſt huiuſmodi mutatio, tamen talis quæ primum morbi tempus, quod principium appellant, deſiiſſe indicet. Nam ad id, vt præcedenti capite dictum eſt, manifeſtius aliquod concoctionis ſignum expetitur, Quando igitur principium ceſſabit, atque omnino morbus in augmentum tranſibit? Quando ægrotantes pauca concocta expuere cœperint. Vniuerſum verò à principio vſque ad vigorem tempus, hoc eſt, augmentum exiſtit, quando æger ſemper ac magis plura & meliora, atque faciliùs etiam expuit. Quum verò quæ expuit ſunt exquiſitè concocta, & multa, facileque reiiciuntur, vigoris tempus adeſſe certum eſt. Vbi verò ſimiliter exquiſitè corcocta, vt anteà, & facilè atque expeditè ſpuit æger, multitudo tamen eorũ quæ expuuntur imminuitur, doloréque ceſſauerit, vigor ceſſauit, & iam tempus quod hunc excipit & ſequitur, id eſt, declinatio morbi, eſt.

Sputum quorũ morborũ ſignũ.

Quando principium ceſſabit?

Exemplo quę ſupra docuit, illuſtrat.

Ponamus igitur ægrotum aliquem pleuritide eſſe correptum, qui nihil expuat, mingatque vrinam tenuem, boni tamen coloris, circa verò vndecimum diem expuere incipiat, humida tamen & cruda, quòd quidem hunc ante vndecimum diem nemo in alio eſſe morbi tempore quàm in principio dicat, omnibus eſt manifeſtum. In vndecimo autem fortaſsis videretur cupiam manifeſtè principium præteriiſſe, ſed non ita ſe habet. Nam vndecimus, qui decimiquarti index eſt, ſecundi temporis morbi manifeſtum ac certum illum habiturum initium indicat. Obſeruabis igitur decimumquartum diem, num iis quæ ab vndecimo priùs oſtenſa ſunt conſentiat: & poſt hunc rurſus decimumſeptimum, quoniam & hic vigeſimi index eſt, vt in libris de diebus iudicatoriis diximus. Agedũ ponamus ipſum hoc die expuiſſe pauca quidẽ, atqui cõcocta, huic vt in 20. iudiciũ aliquod adueniat fieri poteſt: nõ tamen perfectũ, eiuſmodi ob cauſam, quoniã non eandẽ vim obtinent, neq; inter indices primi cũ poſterioribus, neq; primi iudicatorij cũ vltimis.

Verùm

Verùm validiores primi, morbo autem iam in longiùs exacto, imbecilliores fiunt. Oportet igitur progrediente morbo, & maximè vbi admodum crudus fuerit, magnam fieri mutationem, vt tutum ſperetur iudicium. Magna verò eſt mutatio, quum perfectæ concoctæ minguntur & expuuntur. Huiuſmodi verò die decimoſeptimo affuiſſe haud ponebatur, proinde fieri non potuit vt hic ægrotus die vigeſimo à morbo liberaretur, aut perfectè iudicaretur: ſed ſatis erat mutationẽ aliquã effatu dignam fieri. Poterat enim in aliquo ſequentium iudicatoriorum dierum integra ſolutio accidere. Magna mutatio.

COMMENTARIVS.

Quæ principiò huius capitis de cognitione morborum vniuerſalium Galenus docuit, ea nunc hypotheſi quadam illuſtrat, inquiens. Ponamus igitur ægrotum aliquem pleuritide correptum eſſe, qui initiò nihil prorſus expuat, mingatque vrinam tenuem, boni tamen coloris: circa verò vndecimum expuere, ſed non niſi humida & cruda, incipiat, omnibus eſt manifeſtum, quòd ille ante vndecimum diem in nullo alio morbi ſit tempore, quàm in principio. Nihil enim expuere, certiſsimum eſt principii indiciũ. Quum itaque ante vndecimum nihil expuat, neceſſe eſt totum hoc tempus quo nihil expuitur, principio eſſe annumerandum. Verùm quum vndecimo is æger aliquid expuere incipiat, videretur fortaſsis alicui hoc nomine morbus iam principium tranſiiſſe, adeoque in augmento eſſe. Sed res ita ſe non habet. Nam quum vndecimus dies ſit decimiquarti index, Hippocrate ſect. 2. aphoriſ. 24. atteſtante, ideò indicabit illum, hoc eſt, decimumquartum, ſecundi temporis morbi, id eſt, augmenti, manifeſtum ac certum habiturum iudicium. Proinde quum ad id vt principium deſierit manifeſtum aliquod ſignum concoctionis, vt præcedenti capite eſt dictum, requiratur, nullum autem tale adhuc in vndecimo, ſed potiùs decimoquarto appareat, euidentiſsimum eſt principium in vndecimo die nondum abiiſſe. Obſeruandus itaque decimusquartus dies, atque conſiderandum num ea quæ in ipſo apparent iis quæ ab vndecimo ſunt priùs oſtenſa, conſentiant. Hoc eſt, conſiderandum erit num in decimoquarto pauca concocta expuere incipiat, ſicut in vndecimo expuebat quidem, at non niſi cruda. Id enim ſi fiat, certiſsimum eſt iam præteriiſſe principium. & morbum in augmento eſſe. Poſt decimumquartum diem rurſus conſiderandus decimuſeptimus, quòd vigeſimi, vt loco paulò antè citato Hippocrates teſtatur, index ſit, ideoque quid in vigeſimo die futurum ſit decimuſeptimus indicabit. Nam ſi pauca quædam concocta decimoſeptimo expuit, tum fieri poteſt vt in vigeſimo ſit futurum aliquod iudicium, non tamen perfectum. Nam ſi multa cõcocta expuiſſet, perfectum etiam iudicium ſecutum fuiſſet. Cuius rei rationem hanc adfert Galenus, quòd primi indices & indicatorij dies non eandem cum poſterioribus vim obtineant, ſed primi ſanè ſint poſterioribus validiores. Verbi gratia quartus dies eſt validior decimoſeptimo, & ſeptimus vigeſimo. Quantò enim longiùs extrahitur morbus, tantò etiam indices & iudicatorij dies imbecilliores fiunt. Quapropter ſi æger quarto die expuiſſet pauca concocta, perfectum iudicium ſeptimo ſequutum fuiſſet die, quòd nimirum ij dies ſint validiores. Nunc verò quia decimoſeptimo cœpit æger pauca concocta expuere, non potuit vigeſimus dies perfectè hunc morbum iudicare. Oportet enim progrediente ſeu in longiùs extracto morbo, præſertim ſi crudus admodum fuerit, magnam fieri mutationem, vt tutum ac certum ſperari queat iudicium. Magna verò eſt mutatio, vbi perfectè concocta & minguntur & expuuntur. Quum itaque in hac hypotheſi non ponebatur die decimoſeptimo perfectè concocta, ſed tantùm pauca quædam concocta minxiſſe atq; expuiſſe ægrum, ideò vigeſimo die non potuit à morbo liberari, aut perfectè iudicari:

Primi indices & iudicatorij dies non eãdem vim obtinent cum poſterioribus.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 459 sur 637

ſed ſufficiebat eo die notatu dignam aliquam, quandoquidem priùs cruda omnino expuiſſet, factam fuiſſe mutationem. Quare poterat ſubinde integra ſolutio morbi in aliquo ſequentium dierum iudicatoriorum, nempe. 27. aut. 34. aut. 40. accidere.

Nunquid igitur hypotheſis tantùm eſt hic ſermo, aut talis etiam ægrotus vſus eſt? Mihi quidem hæc omnia quæ iam dicta ſunt, ægrotus in tertio Epidemiorum libro ab Hippocrate deſcriptus, qui à peſtilenti conſtitutione octauus eſt, habere videtur. Vniuerſus autem ſermo ita ſe habet. In Abderis Anaxionem, qui habitabat ad Thracias portas, febris acuta corripuit, dextri lateris aſſiduus dolor, ſicca tuſsis, neque expuebat primis diebus, ſiticuloſus erat, & peruigil, vrinæ boni coloris, tenues, & multæ. Sexto die delirauit. Ad calefactoria nihil remiſit. Septimo die magis laborabat, nam & febris intendebatur, & dolores non remittebant, & tuſſes infeſtabant, difficulterque ſpirabat. Octauo venam in gibbero ſecui, ſanguis multus effluxit, qualis debuit, dolores remiſerunt, ſiccæ verò tuſſes comitabantur. Vndecimo die febres remiſerunt, parum circa caput ſudauit. Tuſſes adhuc & quæ à pulmone prodibant liquidiora erant. Decimoſeptimo incepit pauca concocta expuere, leuatus eſt. Vigeſimo ſudauit, & febre liberatus eſt. A iudicatione leuatus eſt, erat autem ſiticuloſus, & eorum quæ à pulmone prodibant purgationes haud bonæ erant. Vigeſimoſeptimo die febris rediit, tuſsiit, eduxit concocta multa, vrinarum ſubſidentia multa & alba, ſine ſiti erat, & bene ſpirauit. Trigeſimoquarto ſudauit per vniuerſum corpus, febre liberatus penitùs iudicatus eſt. Hinc etiam alia quemadmodum poſuimus videntur nobis accidiſſe. Et vrinarum, quanuis non ſæpè, vt in aliis ægrotantibus conſueuit, ſed bis tantùm mẽtionem fecit: in principio quidem tenuium, in vigeſimo autem ſeptimo die adſcribens vrinis inerat ſubſidentia multa & alba: palàm facit tum primùm exquiſitè concocta eum minxiſſe. Idcirco itaque, vt anteà quoque dixi in vigeſimo die imperfectè iudicatus eſt, eò quòd decimoſeptimo pauca concocta cœpit expuere. Perfectum tamen iudicium non erat, propterea quòd neque perfecta concoctio vrinarum, neq; ſputorum erat: quocirca inquit: Erat autem ſiticuloſus, & eorum quæ à pulmone prodibant purgationes bonæ non erant. Hic igitur mihi rurſus recordari videtur quod rectè dictum eſt. Quæ relicta ſunt in morbis poſt iudicium, recidiuas adferre conſueuerunt. Vigeſimi verò ſeptimi die enarrationem lege, quæ hũc in modum ſe habet. Vigeſimoſeptimo diei febris rediit, tuſsiit, eduxit concocta plurima, vrinarum ſubſidentia multa & alba, ſine ſiti erat. Nã quum priùs dixiſſet quòd in medio dierum poſt vigeſimum ſitis ipſi remãſit, & eorum quæ à pulmone prodierunt purgationes non bonæ erant: deinceps ait, quòd in vigeſimoſeptimo die facta recidiua febricitauit, ſine ſiti erat, & bona expuere cœpit, & in vrinis ſubſidentiam habebat multam & albam. Hoc igitur ipſi eſt quod antè dictum fuit, quòd in febrilibus morbis ſimile quid accidat, quòd in ſuppurantibus phlegmonibus. Vt enim illic in generatione puris dolores & febres maximè eueniũt: ita & hîc dũ concoquuntur humores qui febres procreãt.

Anaxionis hiſtoria.

2. apho. 12.

Cap. ſcilicet 17.

2. apho. 47.

Sic

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 460 sur 637

Sic igitur & in Anaxione quantum ex priore deficiente iudicio relictum erat, hoc rursus concoctionis tempore efferuescens, febrem, quæ iudicium præcessit, generauit. Quòd verò idipsum à natiuo calore, & minimè febrili factum sit, dierũ natura maximè indicauerat. Prima enim vndecima bonam, sed imbecillam concoctionem præmonstrauit. Dein decimaseptima, manifestius concoctionis signum, ostendit. Pòst vigesima, iudicum imperfectum. Ab hac vigesimaseptima integræ concoctionis indicia dedit. Propterea subinde inferens inquit. Trigesimoquarto sudauit per vniuersum corpus, febre liberatus, penitùs iudicatus est. Manifestum enim est quòd in septimo die post vigesimumseptimum, concoctæ simul & excretæ sint vniuersæ morbi causæ, per vrinas quidem, quæ febres effecerunt: per sputa verò quæ in thoracæ erant. Oportet autem huius meminisse sermonis, & ad præsentia, & ad ea quæ post dicentur, & hæc tria inuicem differre arbitrãdum est, debilem nimirum concoctionem, manifestam, & perfectam. Debilis enim in vndecimo, manifesta verò in decimoseptimo, perfecta autem in vigesimoseptimo facta est, post quem in septem omnibus diebus morbus solutus est, atque ita vniuersum tempus vigor erat, quemadmodum & in iis quæ sequuntur manifestiùs etiã demonstrabitur. Hoc igitur sputum quod vigesimoseptimo apparuit, si quidem in primis morbi diebus comparuisset cum vrinis bonam habentibus subsidentiam, fieri non potuisset quin prima septimana morbus iudicatus fuisset. Primos verò morbi dies dixi, quos primus quaternarius definit.

Primi morbi dies.

COMMENTARIVS.

Hypothesin suam Galenus, ne confictam quis existimaret, exemplo aliquo è tertio libro Epidemiorum Hippocratis desumpto confirmat. Ibidem enim inter cæteros ægrotos mentio fit cuiusdam Anaxionis, qui inter eos ordine octauus fuit, morboque laterali, seu pleuritide correptus, omnia quę in hypothesi præcedenti dicta sunt habebat signa. In eius autem exempli enarratione non est cur longiores simus, quum copiosè admodum hîc & alibi ab ipso Galeno sit explicatũ. Proinde pauca tãtùm adieciſſe iis quæ in commentariis huius sententiæ, & hîc in contextu habet Galenus, quũ per se planissima, & intellectu facilia sint, sufficiat, atque ea quorum Galenus mentionem nullam fecit. Principiò quum simpliciter dicat Hippocrates Anaxioni octauo die sectam esse in gibbero venan, diligenter considerandum erit in quo latere venam illam secuerit. Secuit autem in eo quod rectitudinem cum laborante loco obtinuit, iuxta sui ipsius decretum, qui, vt testis est lib. 2. ad Glauco. & cap. 15. lib. de curan. ratione per sanguinis missionem Galenus, vtrunque vacuationis genus, hoc est, reuulsionẽ & deriuationem, per communes venas, & vt ille dixit. κατ' ἴξιν fieri iubet, quemadmodum in eius loci explicatione fusissimè monstrauimus. Secundò notandum vbi imperfectum iudicium Galenus in vigesimo die fuisse tradit, idipsum non alia ratione probat, quàm quòd dicat: erat enim siticulosus. Nam inter signa imperfecti iudicij, & post iudicium relictorum, Hippocrates libro. 6. Epidemiorum, sectio. 2., apho. 8. sitim cõmemorat inquiens. Quoniam eorum quæ profluunt quid intùs relinquitur, idcirco sitis intùs remanet, & oris siccitas, ac insuauitas, & cibi fastidium. Tertiò quòd scribit à calore natiuo idipsum, quòd scilicet humores intùs relicti cõcoctionis tempore efferbuerint, & nõ febrili factum esse, dierum naturam indicare, hoc ita intelligendum est. Quum signa tam debilis, quàm manifestę & perfectæ concoctionis in diebus

Anaxiõ ægrotus.

In quo latere Anaxioni secta sit vena.

Sitis imperfecti iudicij signum.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 461 sur 637

©BIUM

indicibus & contemplabilibus, nempe vndecimo, decimoſeptimo, & vigeſimoſeptimo comparuerint, & iudicium tam imperfectum quàm integrum in diebus iudicatoriis, vigeſimo nimirum & trigeſimoquarto factum ſit, nihilque talium in intercidentibus vocatis diebus contigerit, manifeſtiſsimum hinc fit, hęc omnia natiui caloris motu & impulſu humores noxios concoquentis accidiſſe. Sunt autem intercidentes dies, qui inter indices & iudicatorios intercidunt, & in quos non niſi erratis quibuſdam interuenientibus iudicia transferuntur. Proinde quum omnia in diebus indicibus & iudicatoriis facta ſint, conſequitur hæc non à febrili, ſed natiuo potiùs calore facta eſſe.

Intercidentes dies.

CAPVT XIX.

NAm & principium morbi iuxta ſecundum ſignificatum in hoc circunſcribi tempore anteà dixi. Et hoc eſt quod ait: In pleuriticis ſi ſputum ſtatim incipiente morbo appareat, illum abbreuiat. Nam quum trifariam dicatur principium, vno quidē modo de primo inſultu ſimplici, aut latitudine carente: altero autem de eo quod in tertium extrahitur diem, quod ſolùm mihi ſomniare videtur Theſſalus, & ad hæc etiam de eo quod eſt veluti totius morbi pars, quod ſigna manifeſtæ concoctionis definiunt: de omnibus Hippocrates verba facit, quemadmodum ex iis quæ anteà ſcripta ſunt liquet, & in iis qui ſequuntur commentariis manifeſtiùs monſtrabitur. Nunc verò quòd principiū in ſecunda ſignificatione oſtenderit, quando pleuriticis in principio apparens ſputum breuiorem facere morbum dixit, manifeſtum arbitror factum eſt. De eo ſanè & in iis quæ iam ſequuntur diſſeremus.

Principium trifariam dicitur.

COMMENTARIVS.

Principio huius capitis Galenus, quod in prędcedentibus etiam capitibus nimirum ſexto & ſeptimo, copioſiùs fecit, tria eſſe principij ſignificata oſtendit. Primum eſt, quando principium pro primo morbi inſultu ſimplici, & omni deſtituto latitudine accipitur. Alterum eſt, quando ſumitur pro eo quod vt plurimùm extenditur ad tertium vſque diem. De eo aliquoties eſſe loquutum Hippocratem, capite ſeptimo eſt abundè demōſtratum. Quinetiam hoc loco Galenus de eodē ſect. 1. apho. 12. de pleuriticorum ſputo agentem Hippocratem verba feciſſe ſcribit. Quum enim ait: In pleuriticis ſi ſptum ſtatim incipiente morbo appareat: hunc ſenſum habet. Si in primis tribus diebus apparuerit ſputum, vt capite etiam. 6. fuſiùs eſt dictum. Quare initio huius capitis non temerè ait Galenus principium morbi iuxta ſecundum ſignificatum in hoc tempore, ſcilicet quatuor dierum, circūſcribi ac definiri. Reſpicit enim ad vltima præcedentis capitis verba, vbi dixit, primos dies morbi eſſe, quos primus quaternarius definit. Cæterùm quanquam nō ſatis diſertè quid per principium intellexerit Theſſalus intelligi queat, vt ex iis quę capite quarto hui⁹ libri dicta ſunt liquet, tamen Galeno videtur illum non aliud ſomniaſſe morbi principium, quàm id quòd altero ſignificatu complectitur. Tertium principij ſignificatum eſt, quando pro eo tempore accipitur quod eſt morbi veluti prima pars, quæ concoctionis ſignis finitur, vt dictum eſt ſuprà cap. 8. De iis omnibus principij acceptionibus Hippocrates verba fecit, vt liquet ex iis quę capitibus. 6. 7. & 8. ſcripta ſunt, & in ſequentibus commentariis clariùs oſtendetur. Reliqua iam ſunt expoſita, ideô in iis non immorandum.

Tria principij ſignificata.

Senſus.

Primi dies morbi.

Quomodo autem quiſpiam aut præſens, aut completum principium id quod totius morbi pars eſt dignoſcere, aut quod adhuc compleri poteſt prænoſcere queat, apertè mihi videor demonſtraſſe. Nam completi certum ſignum

©BIUM

ſignum eſt manifeſta concoctio. Futuri autem, & ipſius morbi natura, & anni tempus, & laborantis ætas, & veluti auctarium, regio in qua ægrotat, & modus victus eius qui anteceſſit, laborãte adhuc ſano exiſtente. Specialia verò magis indicia futuri finis primo morbi tempore, concoctionis ſigna ſunt. Et quo pacto hæc prænoſcere oporteat quando maxime fient, in iis quæ ſequuntur diligentiùs dicetur. Verùm etiam nunc dicetur quòd conſiderare oporteat quantùm abſint præſentia cruditatis ſigna, ab iis quæ in manifeſta cõcoctione aderunt, & quis nam ſit modus motionis morbi: hoc eſt, num celeriter, aut tarde, tanquam fumans, moueatur. Vtiliſsimum verò ad hæc, imò etiam ſummè neceſſarium eſt, vt exquiſitè dignoſcere ſciamus, quantùm ab inuicem abſint, & præualeant cruditatis & cõ coctionis ſigna. Nam & cruditatis non parum inter ſe differunt, & ſanè etiam magis concoctionis. Si enim perfectæ cruditatis indicia in primo quaternario manent, longum erit huic morbo principij tempus. Si verò obſcuræ cruditatis mediocriter in ipſo apparuerint ſigna, longum quidem & hoc erit, ſed non ſimiliter prio ri. Si autem exigua cruditatis fuerint ſigna, futurum etiam principij tempus exiguum erit. His etiam adiicienda ſunt & illa quæ ab Hippocrate dicta ſunt lon gius indicare tempus, de quibus nobis in iis quæ ſequũtur plenior ſermo erit. Nũc verò exempli gratia huius aphoriſmi mentionem faciemus. Frigidi ſudores cum „
acuta quidem febre, mortem: cum mitiore autem, longitudinem morbi ſignificant. »
Si enim primis diebus quum adhuc cruditatis ſigna præualent talia aliqua appa »
ruerint, principij tempori apponent. Et manifeſtum quòd augmenti tempus lõgius erit. Atque eadem ratione vigor poſt plurimum tempus occurret. Sic verò & morbi ſolutio.

Completi principii ſignum. Futuri.

COMMENTARIVS.

Hoc loco quo pacto quiſpiam aut iam præſens, aut completum morbi principium cognoſcere, aut id quod futurum adhuc eſt prænoſcere queat oſtendit, adeoq; multa quę in ſuperioribus dicta ſunt capitibus repetit. Inter ea autem hoc primum eſt, quòd completi ac perfecti iam principij ſignum ſit manifeſta concoctio. Alterum, quòd futurus finis principij cognoſcatur ex natura morbi, anni tempore, ætate laborantis, regione, & victu qui per ſanitatem anteceſsit. Hoc verò capite 17. eſt dictum. Et ſigna quidẽ quę à natura morbi, & aliis iam dictis ſumuntur generalia ſunt, magis verò ſpecialia ſigna concoctionis. Quo pacto autem hæc concoctionis ſigna quando maxime futura ſint prænoſcere oporteat, in iis quæ ſequuntur diligentiùs & accuratiùs Galenus demonſtrabit. Quod verò in præſentia conſiderandũ erit hoc eſt, vt ſciamus quãtum præſentia iam cruditatis ſigna abſint ab iis quæ in manifeſta cõcoctione aderũt. Si enim inter ſe diligenter hęc ipſa contulerimus, facilè futurum principij finem præ noſcemus, præſertim ſi etiam quis ſit modus motionis morbi vnà conſideraverimus, hoc eſt, nũquid ocyùs, aut tardiùs, aut veluti fumans: id enim τυφόμενον, vt dictum etiã ſuprà eſt, hoc loco ſignificat: moueatur. Vtiliſsimum autem, imò ſummè neceſſarium eſt vt exquiſitè dignoſcere ſciamus, quantum ab inuicem diſtent, & præualeant crudi tatis & concoctionis ſigna. Si enim cruditatis ſigna præualent, tum principium lõgius futurum eſt. Sin concoctionis, principium iam completum eſt. Differunt autem inter ſe cruditatis ſigna plurimùm, & magis etiam concoctionis. Sunt enim quædam perfectæ, quædam obſcuræ, nonnulla exiguæ cruditatis ſigna. Si itaque perfectæ cruditatis

Signa completi & perfecti principij.

Cruditatis & concoctionis ſigna plurimùm inter ſe differunt.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 463 sur 637

©BIUM

indicia in primo quaternario permanent,longum erit huic morbo principium. Sin obſcuræ cruditatis primis quatuor diebus ſigna apparuerint, longum quidem & hoc erit,ſed tamen haud ita longum ac ſi perfectè cruda eſſent.Si autem exigua cruditatis ſigna fuerint in primo quaternario,principij tempus futurum exiguum & breue erit. Iam dictis adiicienda etiam omnia illa quæ ab Hippocrate dicta ſunt longius ſignifica re tempus.Qualia ſanè multa in Aphoriſmis,& aliis hinc inde libris reperiuntur. Hîc tamen vnam duntaxat ex quarta ſect.aphoriſmorum citat ſententiam,quæ ordine eſt
» 57.vbi ita ſcriptum reliquit.Frigidi ſudores cum acuta febre,mortẽ:cum mitiore au-
» tem longitudinem morbi ſignificãt.Si enim eiuſmodi ſudores primis diebus quũ cru-ditatis adhuc ſigna prævalent apparuerint,principij tempori apponent,hoc eſt,princi pium longius fore demonſtrabunt, propterea quòd frigidorum in corpore humorũ eſſe copiã monſtrant,qui haud facile concoqui poſſunt . Manifeſtum autem quòd au-gmenti etiã tempus longius erit,vigorq; tardiùs fiet, ac morbi integra ſolutio. Princi-pio enim ſequentia omnia tempora reſpondent.

CAPVT XX.

QVapropter non ſolùm primi temporis primis diebus artificioſam ali quam coniecturam habebis,ſed & eorum quæ ſequũtur temporum. Exquiſitiùs verò ſemper & magis ipſum prænoſces,ſi iis quaterna riis quæ ſuccedunt mentem adhibeas.Siquidem primus qui obſcurũ concoctionis ſignum oſtendit,ille manifeſtiùs tibi reliquum principij tempus indi-cabit,quum hoc iam certò ſcias,quòd vniuerſum tempus in quo nullum manifeſtũ concoctionis ſignum apparet,primum eſt è quatuor morbi temporibus, quod princi pium nominamus. Si enim ad hoc reſpexeris, nequaquam difficile erit inuenire,ſi in tot primis diebus ab iis quæ primo die apparuerunt tantùm morbus diſceſſerit, quot adhuc reliquum tempus vſque ad manifeſtam concoctionem perficietur. In-de verò incipit augmentum , & vel in eo deficiens aliquod apparebit iudicium, quemadmodum paulò antè exemplum de pleuritico deprompſi: vel ſi morbus inte-grum vigorem expectauerit,ſic etiam iudicium integrum erit.

COMMENTARIVS.

Non ſolum principij,ſed & aliorum temporũ aliqua artificioſa coniectura habetur.

Initio huius vltimi capitis ex iis quæ in præcedenti capite dicta ſunt colligit Galenus,quòd non ſolùm primi temporis, hoc eſt,principij,primis diebus aliqua artificioſa coniectura haberi poſsit,ſed & aliorum quæ ſequuntur, nimirum augmenti & vigoris.Cæterùm principium ipſum exquiſitiùs ſemper prænoſces, ſi iis quaternariis quæ primo ſuccedunt mentem adhibeas. Primus enim quaternarius qui obſcurum concoctionis ſignum oſtendit,is manifeſtiùs tibi reliquum principij tempus indicabit , quãdoquidem hoc iam certò ſcias,quòd vniuerſum illud tempus in quo nullum manifeſtum concoctionis ſignum apparet, ſit principium morbi. Si enim ad manifeſtum ſignum concoctionis reſpexeris,haud difficile tibi fuerit inuenire(ſi morbus tantùm diſceſſerit à ſignis cruditatis quæ primo die apparuerunt, vt in primis quatuor diebus obſcuræ concoctionis ſigna adfuerint) quot diebus reliquum adhuc vſque ad manifeſtam concoctionem tempus perficietur. Verbi gratia, ſi in primo quaternario obſcuræ concoctionis ſigna adſint,certum eſt ſeptimo die manifeſtæ concoctionis ſigna affutura,adeoq; ſeptimo die principij finem,& augmenti initium fore . Augmentũ vſq; ad ſequentem quaternarium,hoc eſt, vndecimum diem extrahetur.In eo itaque perfectæ cõcoctionis ſigna apparebũt,& vigor incipiet, durabitq; vſq; ad ſequentem quaternarium,hoc eſt,decimumquartũ diem,in quo morbus perfectè iudicabitur.Quòd ſi verò in tertio quaternario, id eſt, vndecimo die obſcuræ concoctionis ſigna apparent,

rent,in quinto quaternario,id eſt, decimoſeptimo certum eſt manifeſtæ cõcoctionis apparitura ſigna,adeoque principij tum finem,& augmenti initium fore, quod vſque ad octauum quaternariũ,id eſt,vigeſimumſeptimum protrahetur,in quo perfectę cõcoctionis ſigna apparebunt, adeóque vigor incipiet,qui durabit vſque ad quaternarium decimum,id eſt,triceſimumquartum diem,in quo morbus perfectè iudicabitur. Poteſt enim fieri vt in augmento,nempe quaternario ſexto,hoc eſt,vigeſimo die iudicium deficiens fiat,quemadmodum capite 18. Anaxioni pleuritico accidiſſe commemoratum eſt. Quare rectiſsimè à Galeno dictum eſt morbi tempora exquiſitè poſſe prænoſci, ſi quaternariis ſuccedentibus mentem adhibuerit medicus,ex iis nãque omnium tum initia,tum fines dignoſci poſſunt.

Sæpiùs verò nullum fit omnino iudicium poſt vigoris tempus,ſed paulatim ſoluitur morbus qui longo tempore concoctus eſt. Quo modo autẽ priuſquam hæc fiãt & quum adhuc futura ſunt prænoſcere oporteat,in iis quæ ſequuntur commentariis dicetur. In ipſis enim liquidò oſtendam,quando quidem in augmentis,quando verò in vigore morbi iudicantur, & quando nequaquam iudicantur, ſed paulatim concocti,ſoluuntur. Et manifeſtum eſt,quòd huiuſmodi ſolutionem haud nomino iudicium. Si qua verò ſubita fiat mutatio, & multo magis etiã eam quæ huic antecedit turbationem ita appello. Et ſanè harum prænotiones in iis quæ ſequuntur dicam. Melius enim non ſolùm vt ſcias quòd hoc tempore morbus ſubitam habebit ſolutionẽ,ſed & num aliquo magno certamine,aut ſine turbatione,& omni periculo. Hæc quidem omnia in iis quæ ſequuntur commentariis demonſtrabũtur,& adhæc bonorum & malorum,& perfectorum,& imperfectorum prænotiones. In principio autem horum omnium proponam ipſorum inuadentium morborum dignotiones. Quoniam verò & ab ipſo morbo vniuerſalia oportere cognoſcere tempora diximus,& prætereà à temporibus anni,& aliis quorum meminimus,niſi omnium eorum à primo ſtatim die cognitionem aliquam haberemus,ſimile quiddam quòd multis iunioribus medicis nobis contingeret. Vt enim illi vtrũq; ignotum per ſe inuicẽ docere conantur, vel quod apèrtius eſt,per ea quæ magis ignota ſunt:ſic & nos faciemus,niſi ſingulorum morborũ ſpecies primis ſtatim diebus aliqua ex parte cognoſcamus. Optimum igitur eſt ſi primo die cognoſcimus. Et iã millies oſtendimus fieri poſſe vt tertiani, & quartani, & quotidiani circuitus primo die cognoſci poſsint. Quòd ſi verò nonnunquam fieri nequeat vt in hoc manifeſtè dignoſcatur,coniecturam iam aliquam habebimus artificioſam, è quare-ctè victus rationem inſtituamus. Exquiſitiorem autem conſequemur ſecũdo die, & omnino tertio,aut quarto. Cæterùm hoc ipſum melius fuerit vt oſtendam, ac præbeam inditia eorum morborum,quæ à primo ſtatim die exquiſitè cognoſci poſſunt,& eorum de quibus coniecturam aliquam haud inertem ſperamus,ſecundo autem,tertio,vel quarto exquiſitè definiuntur. Rurſus igitur ab ipſis primis auſpicati,ſecundo libro ſingula alia quæ polliciti ſumus cõueniẽti ordine explicabimus.

Morbus interdũ paulatim & citra iudiciũ ſoluitur.

Iudicium quid.

COMMENTARIVS.

Hoc in loco Galenus quòd non raro citra iudicium morbus qui longo tempore cõcoctus eſt ſoluatur,mõſtrat. Hoc verò accidit, quando iudicium vigoris tempore nullum fit,ſed in declinatione paulatim morbus ſoluitur. Quo verò pacto medicus præ-

©BIUM

Iudiciū quid vocat Galenus.

noſcere poſsit quando in augmento,& quando in vigore iudicantur,quando etiã paulatim concocti morbi ſoluuntur,antequàm fiunt,& adhuc futura ſunt,in tertio libro Galenus docebit.Notandum autem in præſentia erit, Galenum ſolutionem quæ paulatim fit non vocare iudicium: ſed ſubitam potiùs mutationem , & multò magis quæ hanc ipſam mutationem prȩcedit turbationem, vt in explicatione capitis primi huius libri dictum eſt.Harum autem mutationum & turbationum prænotiones in tertio quoque libro exponet dilucidè Galenus.Nam præſtat ſcire non ſolùm quòd morbus hoc vel alio tempore ſubitò ſoluatur: ſed & num cum aliquo magno certamine, aut ſine turbatione & omni periculo,quemadmodum accidit vbi in declinatione paulatim ſoluitur morbus,vt met ipſe infrà lib. 5. cap.5.teſtatur vbi in eum ſcribit modũ. „ Quicunque morbi vigoris tempus ſemel præterierit,ii ſine iudicio perſeuerant,& pau „ latim ſoluuntur.Et nullum eſt mortis periculum tempore vigoris elapſo.Hæc autem omnia in iis qui ſequuntur libris à Galeno demonſtrabuntur, libro nimirum tertio, vbi etiam bonorum,malorum,perfectorum,& imperfectorum iudiciorum prænotiones tradentur.Principio tamen, hoc eſt,in ſecundo libro morborum qui ægrotantes inuadunt prænotiones proponentur,idque non temerè. Nam quum dictum ſit ca.5. & ſequentibus aliquot,vniuerſalia tempora ab ipſo morbo eſſe cognoſcenda , & præterea ab anni temporibus,circuituum inter ſe incrementis,niſi omnium eorum à primo ſtatim die cognitionem aliquam haberemus,ſimile quiddam quod multis iuniobus medicis nobis cõtingeret,vt ſcilicet ignotum per æque ignotum docere conaremur,vel id quod manifeſtius eſt, per ea quæ magis obſcura ſunt. Quapropter optimũ eſt,vt primis ſtatim diebus ſingulorum morborum ſpecies,aliqua ſaltem ex parte,cognoſcere diſcamus.Quòd verò tertiani, quartani , & quotidiani circuitus primo die poſsint cognoſci,hoc millies à Galeno eſt demonſtratum,& ſequenti certè libro dilucidè admodum oſtendetur. Quòd ſi tamen fieri nequeat vt morbi ſpeciem primo die manifeſtè dignoſcamus,tamen artificioſam aliquam habebimus coniecturam,è qua victus rationem rectè inſtituere liceat.Secundo autem die,aut omnino tertio aut quarto,multò exquiſitiorem cognitionem aſſequemur. Proinde Galenus ſequẽti libro primùm inditia eorum morborum quæ primo ſtatim die exquiſitè cognoſci poſſunt,docebit.Deinde eorum de quibus primo die artificioſa tantùm aliqua coniectura haberi poteſt,ſecundo autem,tertio,aut quarto diebus exquiſitè cognoſcuntur.

LIBRI PRIMI FINIS.

©BIUM

Claudii Galeni pergameni, de Iudiciis

LIBER SECVNDVS, LEONHARTO Fuchſio interprete.

CAPVT I.

Dictum quidem eſt etiam anteà ſtatim ab initio, verùm præſtat nũc quoque commonefacere, quòd ſiue vniuerſam in morbo mutationem, ſiue ſubitam tantùm, ſiue bonam, ſiue eam quæ veloces omnes alterationes præcedit turbationem quiſpiam iudiciũ nominare velit, non eſt nunc mihi propoſitũ explicare, ſed quo pacto quiſpiam hæc omnia quum iam adſunt dignoſcat, & quum adhuc futura ſunt prænoſcat, id ẽſt meum in hoc libro inſtitutum. Quum verò iam quod maximum, & ad hæc omnia ſummè neceſſarium eſt demonſtrauerimus, nempe quomodo tempora morborum quum iam adſunt cognoſcere, & quum futura ſunt prænoſcere oporteat, deinceps vniuſcuiuſque morbi dignotiones & prænotiones ſcripſimus. Quoniam verò ex pluribus eas comparari rebus oſtẽderimus, quarum vna eſt ipſius morbi natũra, quo pacto & hanc ipſam primo quidem die quiſpiam poſſit optimè cognoſcere, in hunc ſecundũ librum reiecimus. Si enim quiſpiam nobiſcum acceſſit ægrotantes, quum ex prima acceſſione & quotidianam febrem, & tertianam, & quartanam, & ſemitertianam, & ardentem, alioſq; morbos prænoſceremus, ex cõtemplationis opere expertus eſt. Quòd ſi verò quiſpiam nondum huiuſmodi prænotioni interfuit, æquum eſt hunc neque admirari iam ea quæ dicuntur, priuſquam in ipſis veritatem diiudicet: ſed neque etiam damnare, priuſquàm vniuerſum ſermonem audiat, & experientia comprobet. Audire igitur atque intelligere ea quæ dicuntur, omnibus commune eſt, ita enim clarè à me dicentur, vt neminem latere poſſint. Experientiâ verò comprobare ſermones, ſiquidem nobiſcum acceſſerit ægros, facilè erit. Quòd ſi ipſe per ſe comprobare velit, non æquè expeditum erit, ſed & in pulſibus exercitatum eſſe, & eorundem differentias exquiſitè eum cognoſcere, atque omnium artis operum ſufficientem habere experientiam oportet. Veram enim contemplationẽ non ex iis quæ perperam ſimulantur, ſed ex iis quæ rectè tractantur probari conſentaneum eſt. Hos igitur ſolos hic liber diſcipulos admittit, ac iudices eorum quæ docebit, conſtituit. Cæteros verò qui medicam artem adeò contumelia affecerunt, vt ſex mẽſium eſſe diſciplinam putent, hos neque iudices, neque diſcipulos agnoſcit. Hoc enim eſſe nolunt, illud nequeunt.

COMMENTARIVS.

Primum hoc ſecundi libri Galeni de iudiciis caput prolixam enarrationem nõ requirit, quòd in eo ferè omnia quæ prȩcedenti libro dicta ſunt repetantur. Initio enim ea quę capite primo eius libri retulit, repetit, nempe quòd eius in hoc libro inſtitutum ſit non quidem exponere num iudicium ſit vniuerſa in morbo tranſmutatio, an ſu-

©BIUM

bita tantùm,aut bona,ſiue turbatio quę ſubitas alterationes antecedit:ſed qua ratione quiſpiam omnia prædicta, quum iam adſunt, dignoſcat, & quum adhuc futura ſunt, prænoſcat. Sequentibus dein capitibus nouem illud quod maximum eſt,& ad iam dicta omnia ſummè neceſſarium demonſtrauit,nempe quomodo morborum vniuerſa lia tẽpora,quum iam adſunt cognoſcere,& quum futura adhuc ſunt prænoſcere oporteat.Poſteà capite vndecimo exorſus vſque ad libri finem vniuſcuiuſque morbi dignotiones & prænotiones Galenus ſcripſit. Cæterùm quum has ipſas ex pluribus rebus cõparari oſtenderit,morbi nimirum motu,& natura,tempore anni,regione,ætate, & laborantis temperamento,adeóque harum rerum vna ſit morbi natura,in hoc ſecundo de iudiciis libro quomodo hanc ipſam primo die optimè cognoſcere poſsit medicus, docebit.Quód verò primo ſtatim die morbi natura cognoſci poſsit experti ſunt omnes,qui Galenum ſecuti acceſſerunt ægrotantes,hi enim perſpicuè viderunt quòd Galenus ex prima acceſsione & quotidianam,& tertianam,& quartanam,& ſemitertianã, & ardentem febres,alioſque multos morbos prẹnouerit.Si verò quiſpiam eſt qui eiuſmodi prænotionibus nondum adfuit,hunc quæ in hoc dicãtur libro non oportet admirari,priuſquam in iis veritatem diiudicet: ſed neque etiam illa damnare oportet, priuſquam omnia audiat,& experientia comprobet. Præfracti enim animi eſt damnare incognita,imò certiſsimum inſcitię indiciũ eſt,ſi quæ tibi comperta & cognita non ſunt damnaueris.Porrò audire & intelligere quæ in hoc libro dicuntur omnibus:cõmune & conceſſum eſt,quòd ita clarè & perſpicuè tradiderit Galenus,vt neminem latere queant. Experientia verò comprobare,inquit Galenus, cuique facile erit, qui cum illo ægros acceſſerit.Quòd ſi tamen per ſe quiſpiam hæc comprobare velit,non æque expeditum erit,ſed vt is in pulſuum dignotione ſit exercitatus,& vt non leuem operũ artis experientiam habeat neceſſe eſt. Nam veram contemplationem non ex iis quæ perperam ſimulantur, ſed ex iis quæ rectè tractantur comprobari conſentaneũ eſt. Quapropter præſens liber hos tantùm eorum quæ docebit diſcipulos admittit,& iudices conſtituit,qui artis theoremata rectè,omni ſimulatione ſepoſita,tractant.Contrà eos reſpuit tum diſcipulos,tum iudices,qui fictè aut ſimulatè artis thoremata tractant, ſicuti feciſſe conſtat Theſſalum illum impudentiſsimum hominem, quem hoc loco notat,qui tanta contumelia artem medicã affecit,vt ſex menſium diſciplinam eſſe dixerit.Ex animo autem idipſum dixiſſe incredibile planè eſt,fictè itaq; & ſimulatè hoc effutire voluit,vt ſcilicet hac impudenti pollicitatione alios falleret,& ſibi quàm plurimos peruerſa iſta ſimulatione diſcipulos compararet.Atque cur hic Galeni liber eos qui ſimulatè theorias tractant, neque diſcipulos,neque iudices admittat, Galenus rationem ſubiungit dicens.Hoc,id eſt,diſcipuli eſſe nolunt,vt qui ſe ſpatio ſex menſiũ vniuerſam medicinam perdidiciſſe putent.Illud,hoc eſt,iudices eſſe nequeunt, quòd imperitores ſint, quàm vt de tantis rebus iudicare queant.

Prænotiones vnde comparantur.

Primo ſtatim die morbi natura cognoſci poteſt.

Incognita non damnanda.

Diſcipuli & iudices præſentis libri qui.

CAPVT II.

Dies quid?

Menſis.

Morbis quid?

Dicendum igitur nunc eſt quo pacto quiſpiam in primo die morbi naturam exquiſitè cognoſcat. Diem videlicet per vniuerſum hunc librum appellantes,non ſolùm ex ipſo die, ſed & noctè conſtans tempus. Quemadmodum quum menſem triginta dierum eſſe dicimus, non ſolùm hoc tempus quo Sol ſupra terram apparet diem vocãtes,ſed etiam noctis tempus ipſi adiicientes.Sic verò etiam quodammodo annum ſexagintaquinque & trecentis conſtare diebus dicimus.Sicuti autem de nomine diei,& eo quod per ipſum eſt ſignificatum diſſeruimus, eodem arbitror modo de morbo iudicare oportet,& quòd affectus quidam eſt vitians actionem, & quòd ſæpe duplex ſit.

Hæc

Hæc verò vtraque in commentario de morborum differentiis demonſtrata ſunt. Simplicem igitur affectum nemo exquiſita ſcientia præditus primo die ignorabit. Propria enim habet indicia. Eum verò qui mixtus eſt, non omnibus contingit per initia cognoſcere. Nequaquam autem abſurdum eſt, ad duplicis affectus agnitionem, duobus opus eſſe diebus: ſicuti ſi triplex ſit, tribus. Verùm vnum ſolum affectum ignorare, abſurdum & vehementer turpe. Oportet itaque in omnibus ſimpliciter affectibus ita exercitari, vt ſingulos ſeorſim iam perfectos promptè cognoſcamus. Niſi enim in eo diligenter priùs exercitatus fueris, neque etiam incipientem, & paruum exiſtentem agnoſces. Sicuti neque oliuam, aut ficum, aut quercũ nuper è terra pullulantem vnquam agnoſcere poteris, ſi perfectas ſtirpes ignoraueris. Hoc verò maius eſt, quòd neque ipſas perfectas cognoſcere ſufficit, ſed niſi illas præcognoueris, nullam nuper genitarum priuatim agnoſces. Haudquaquam tamen ſtatim & primùm nunc illas conſecutus, ſed vt ſingulas adultarum non rarò conſpicatus idoneus ad promptè cognoſcendum factus es: eodem arbitror, modo oportet etiam te ſingulas quæ nuper natæ ſunt, non ſemel, neque bis, ſed ſæpiùs contemplantem, ipſarum fieri peritum. Nequaquam igitur ſi quid eorum quæ in hoc libro ſcribuntur exercere aggreſſus fueris, in prima autem experientia falſus fueris, confeſtim, tanquam id quod fieri nequeat, reprobes, neque à meditatione ſecedas, priuſquam ſæpe admodum in eadem exercitatus fueris. Neque enim qui ſagittandi artem exercent, etſi initio ſæpiùs à ſcopo aberrant, attamen non vides hos exercitio deſiſtere, neque propter fruſtrationem animum deſpondere. Quum igitur ſagittandi artem adeò exiguam, vt etiam à mancipiis commodè tractetur, non licet ſtatim initio rectè & feliciter conſequi, quid de arte Aſclepiadum, quæ tam multa indiget contemplatione, & tam accurata & diligenti in ipſis operibus exercitatione, exiſtimare oportet? Si enim vnus fueris qui in pulcherrimis quæ prædicta ſunt rebus fatigari volueris, primũ quidem omnia quæ in ſingulis dicta ſunt morbis exquiſitè perdiſce: deinde in operibus te exerce, atque ita poſteà ipſa num verè, an falſè dicta ſint, iudicare tentato. Si verò laboris fugitans, & ſegnis fueris, aut certè laboris amans, ſed in iis quæ deteriora ſunt, diuitias, honorem, ciuilem potentiam veritati præferens, conſultius tibi erit hanc cõtemplationem non attingere, & in plenum cæno puteũ aquã puram non infundere. Quippe aquam corrumpes, & puteo nihil profueris.

Vnum ſolum affectum ignorare abſurdum, & vehementer turpe.

Simile.

Simile.

COMMENTARIVS.

Dicturus Galenus quo pacto quiſpiam primo die morbi naturam exquiſitè cognoſcere poſsit, primò quid per diem & morbum intelligat exponit. Diem autem non ſolum in hoc, verumetiam aliis libris, vt lib. 9. ther. metho. cap. 1. vocat ſpatium. 24. horarum, cum nomine diei noctem quoq; vnà complexus. Quare quũ alicubi menſem triginta eſſe dierum Galenus inquit, diem non ſolum hoc tempus, quo Sol ſupra terrã fertur nominat, ſed etiam vnà noctis tempus, quo terram Sol ſubit illi adiicit. Pari ratione quum annum ait eſſe. 300. &. 60. dierum, itidem naturalem diem, qui. 24. horis conſtat, inaudire oportet. Atque ita de nomine diei ſentit Galenus. Quòd ad mor-

Dies.

Morbus.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 469 sur 637

©BIUM

Simplicē affectū nemo primo die ignorare debet.

bum attinet,huic certè alius non eſt niſi affectus præter naturam à quo actio vitiatur. Eſtque is ſanè duplex,ſimplex nimirum & compoſitus.Simplicem autem affectū nemo exquiſita ſcientia præditus,quòd propria habeat inditia,primo die ignorabit. Eū verò qui mixtus & compoſitus eſt,nō omnibus licet per initia cognoſcere . Quapropter non eſt abſurdum ſi quis ad duplicem affectum agnoſcendum, duobus indigeat diebus,ſicuti ad triplicem,tribus. Vnum autem ſolum & ſimplicem affectum ignorare,abſurdum ſanè,& turpiſsimum eſt.Proinde in ſimplicibus omnibus affectibus ſeſe exercitet medicus,vt ſingulos ſeorſim iam perfectos promptè agnoſcat . Niſi enim in eo,vt ſcilicet iam perfectos facilè cognoſcat,priùs exercitatus fuerit, neque etiam iam incipientem,& adhuc paruum exiſtentem agnoſcet.Id quod ſimilitudine quadam oſtendit Galenus. Vt enim neque oliuam , neque ficum , neque quercum,neque aliam è terra pullulātem ſtirpem vnquam cognoſcet,qui iam perfectas & adultas ignorat: ita neque incipientes iam affectus quiſpiam cognoſcet , niſi perfectos priùs agnouerit. Quemadmodum autem adultæ,& iam perfectæ ſtirpes non ſtatim & primùm vbi quis illas conſecutus eſt,ſed potiùs vbi quis eaſdem non rarò conſpicatus eſt,promptè cognoſcuntur:ita etiam nuper natæ,& è terra prodeuntes non ſemel tantùm,aut bis viſæ,ſed ſæpiùs contemplatæ agnoſcuntur . Quapropter in cognoſcendis tum adultis, tum recens è terra natis herbis,aſsiduitate opus erit.Quòd ſi igitur aliquid eorum quę in hoc libro ſcribuntur exercere volueris,prima autem experientia te fefellerit,nec ex animi ſententia ſucceſſerit , non eſt cur confeſtim tanquam id quod fieri nequeat repudies, aut à meditatione ſecedas,priuſquam ſæpe admodum in eadem experientia te exerceas.In ſumma opus eſt,vt inter exercitandum non vna,ſed pluribus experientiis ea quæ in iis traduntur libris comprobes.Atque vt idipſum facias te in primis cohortentur qui ſagittandi artem exercēt,ij etenim etſi ſæpiùs initio à ſcopo aberrant, attamen non propterea ab exercitio deſiſtūt,aut animū deſpondent, ſed ſe ſe crebrò exercitando pergunt,donec artem ſagittandi plenè aſſecuti fuerint. Quum itaq; ſagittandi artem non admodum magni momenti exiſtentem & præſtantem , vt etiam à mancipiis viliſsimis commodè tractari poſsit,nō licet ſtatim initio rectè ac feliciter aſſequi, quid de medicina,quam Aſclepiades primùm inuenerunt, quæ multa cōtemplatione, & aſsidua in ipſis operibus exercitatione indiget,exiſtimare oportet? Quaſi dicat, in hoc multo maiori exercitatione,quàm ſagittandi arte opus erit.Quid igitur ei qui laboris amans eſt,& item quid ſegni faciendum ſit Galenus oſtendit . Nempe, ſi aliquis fuerit qui in pulcherrimis rebus quæ prædictę ſunt,fatigari voluerit,hic primum omnia quæ in ſingulis dicuntur morbis exquiſitè perdiſcat.Deinde in operibus ſe exerceat,atq; ita poſteà nū verè aut falſò à Galeno ſint dicta iudicare tētet. Si verò laborū fugitans & ſegnis fuerit,aut certè laboris amans,attamen circa deteriora diſcēda plurimum occupatus,atque in diuitiis conſequendis plurimùm operę ponens : huic melius erit vt hos libros ne attingat quidem,& in puteum plenum cæno , hoc eſt , in animùm parum liberalia & ſordida conſectantem,puram aquam,id eſt,ſalutarem & vtilem ſyncerámve doctrinam,non inſtillet.Qui enim prædicta ſtudioſiùs conſectatur, is nihil operæ precium vnquam eſt facturus,nec ſolidè doctus euadet. Quare aquam, hoc eſt,puram doctrinam corrumpet,& ingenio alia conſectanti nihil profuerit.

Similitudo elegans.

In cognoſcendis herbis aſsiduitate opus eſt.

Quid amanti laboris faciēdum.

Quid ſegni?

Simplex affectus initio cognoſcēdus.

Simplicem igitur ſingulorum morborum affectum(ad veritatis enim amicum iam me vertam)primò ipſum per ſe cognoſcere te exerceas,non ſolùm ex iis quæ extrinſecùs illi accedunt,quæ multi intuentur: ſed primùm quidem & maximè ex iis quæ propriæ ſubſtantiæ inſunt,deinde iam ex iis quæ ſæpe accidunt.Veluti in tertiana vocata febre,non hoc ſolùm conſiderato quòd tertio quoque die fiant acceſsiones ad infebricitationem, vt ſic dicam , aut , ſi mauis integritatem

finientes

finientes: ſi enim duæ tertianæ fiant, aut duæ quartanæ, ſingulis quidē diebus duæ tertianæ, per tertium autem quartanæ acceſsiones habebunt, aut duas tertianas vnam putabis quotidianam, aut duas quartanas vnam tertianam: ſed ſpeciem ipſam febrium te contemplari iubeo, neque inuaſionibus acceſsionum ſimiles ſunt, neque augmentis, neque vigoribus, neque declinationibus, neque caloris qualitate, neque arteriarum motu, neque iis quæ ſuccedunt ſymptomatis. Si igitur neq; tertianam, neque quotidianam ipſam per ſe vnquam inſpicere licuiſſet, incerta harū dignotio eſſet. Quoniam verò & tertianam ipſam per ſe quum incipit, progreditur, finitur, & ſoluitur, & ſimiliter quotidianā videre licet, non eſt difficile duas tertianas ab vna quotidiana diſcernere.

Species febrium contemplanda.

COMMENTARIVS.

Simplicem affectum ſingulorum morborū primô per ſe ipſum eſſe cognoſcendum docet Galenus: idque non ſolùm ex iis quæ extrinſecus illi accedunt: quæ ſanè quàm plurimi intuentur: ſed ex iis potiùs quæ propriæ ſubſtantiæ inſunt. Primò tamen & maximè ex iis quæ propriæ ſubſtantiæ inſunt, deinde autem ex his quæ illi ſæpiùs accidunt. Quod exemplo tertianæ febris Galenus explicat. Siquidem in ea non tantùm id quod extrinſecùs illi accedit, puta quòd in ea tertio quoque die fiant acceſsiones in quietem febre vacantem (ἀπυρεξίαν Græci nominant, aliquot interpretes, & nos clarioris doctrinæ gratia, infebricitationem) deſinentes: ſed alia quę illius ſubſtantiæ inſunt, vtpote ſpeciem ipſius febris, quæ acceſsionum inuaſione, augmento, vigore, & declinatione maximè deprehenditur. Si enim ea tantùm quæ tertianæ febri extrinſecùs accidunt, hoc eſt, quòd tertio die acceſsiones ſuas ad intermiſſionem deſinentes habent, conſideraueris, tum ſæpe duas tertianas vnā eſſe quotidianam, & duas quartanas, vnam tertianam exiſtimabis. Nam duæ tertianæ ſingulis diebus habebunt acceſsiones, adeoque ſi dies tantùm in quibus obtinent acceſsiones conſiderabis, duas tertianas, quòd quotidie acceſsiones habēt, vnā eſſe quotidianā iudicabis. Duas autem quartanas, eò quòd per tertium acceſsiones ſuas obtinent, vnam eſſe tertianam putabis. Quod ſanè quam ſit abſurdum, nemo non intelligit. Quapropter ſi certo prædictas duas febres cognoſcere velit medicus, neceſſe eſt vnamquamuis per ſe quū incipit, progreditur, finitur, & ſoluitur conſideret. Sic enim facilè has febres, neq; inuaſionibus acceſsionum, neque augmentis, neque vigoribus, neque declinationibus eſſe ſimiles animaduertit. Differre quoque inter ſe caloris qualitate, motu arteriarum, hoc eſt, pulſu, & ſymptomatis quæ illis ſuccedūt intelliget, vt capitibus duobus ſequentibus luce meridiana clarius oſtendet Galenus. Quòd ſi itaque ſingula quę nunc commemorauimus medicus expender, haud difficile illi erit duas tertianas ab vna quotidiana, & duas quartanas ab vna tertiana diſcernere.

Febrium ſpecies conſiderandæ.

CAPVT III.

PRimùm igitur incipe te exercitari in exquiſitis typis. Neque aliud quicquam temerè ſcripſit Hippocrates, neque quod exquiſita tertiana in ſeptem circuitibus, quū tardiſsimè, iudicatur. Quæ igitur hæc exquiſita tertiana? Nullum enim tale eius indicium ab Hippocrate ſcriptū eſt, quod etiā vilibus & vulgaribus manifeſtū ſit. Verùm ſi ego te manuduxerī facilè diſces, quā vocet exquiſitā tertianā. Si verò p̄ libros te volutari permiſero, anteq̄ cōmodè introducaris, nō modò nihil q̄ vtile ſit diſces, vel de tertiana, vel de alio quouis morbo, ſed & mille obaudies. Quando igitur in aphoriſmis le-

Primùm in exquiſitis typis ſe exercitet medic⁹. Exercitatio particularis in cognitione tertianæ exquiſitę.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 471 sur 637

„gis,morbos æstate plurimùm abundantes esse febres continuas,adurentes, & plu
„rimas tertianas:primùm quidẽ hoc ipsum nõ obaudias quòd æstatis meminit,non
„eius quæ præter naturam se habet,qualem aliquãdo in Cranone fuisse ait: quum
„pluisset per æstatem largo imbre assiduè.Sed siquãdo aliquem ordinem ac ornatũ
in singulis tẽporibus agnouisti,eius nunc recordare:q̃ scilicet hyems omnium anni
temporum humidissima est & frigidissima.Contraria verò huic æstas siccissima,
& calidissima.Si autem ediuerso hyems sicca,humida verò æstas fiat,tempora se
non secundum naturam habent: nequaquam igitur tum æstiui morbi in æstate
abundabunt. Neque enim propter temporum appellationem singuli morbi tales,
vel tales fieri videntur,sed ob ambientis aëris temperamentum. Qualem nanque
hic naturã habet,ita & nos afficit.Huc respiciens Hippocrates dixit.Quando
ver autumno simile fuerit,autumnales expectare morbos oportet.Calidam autem
& siccam constitutionem æstatem habere oportet, quãdo suam naturam exqui-
sitè seruauerit.Atqui si hoc ita se habet,manifestũ est quòd talis maximè æstas,
plurimas afferet febres tertianas.Nunquid igitur quòd tempus anni calidum &
siccum tertianarum febrium ferax,regio aũt calida & sicca similiter quàm fri-
gida & humida magis sit ferax omnino manifestum est?Nonne verò etiã ipsius
laboraniis temperamentum?Et hoc quoque necessarium est. Si verò etiam victus
ratione calidiore ac sicciore vsus fuerit,quæ quidem cõsistit in laboribus pluribus
& vigilus,& curis,& tristitiis, cibisque paucioribus & magis bilioſis: nonne
etiam per hæc ipse vtique seipso fit magis bilioſus, adeoque calidior & siccior?
Quod enim à calidis causis flaua bilis coaceruari solet ab Hippocrate didicimus,
alibique sæpius,& ex iis vbi eã in æstate abundare inquit.Hæc à me dicta sunt,
& tertianæ febris generationem iam didicisti. Quæ enim in æstate fit,potissimũ
calida & sicca,talis verò etiã fuerit regio,& laborantis natura similis,& prior
victus ratio ad eadem deduxerit,hæc tertiana esse potest.

Non propter tẽporum appellationem, sed ob ambientis aëris temperamẽtum tales vel tales morbi fiunt.

COMMENTARIVS.

Quum præcedenti capite monuerit Galenus primò simplicem singulorum affectum per se esse cognoscendum,nunc de febrium dignotione tractaturus etiam principio hortatur medicum vt se primùm in exquisitis typis exerciter. Typus autem, vt cap,3.libri primi fusiùs diximus,nõ est nisi tempus affectus in quo & accessio & intermissio statis vicibus accidunt,vel breuiter, intensionis & remissionis vices ordine se insequentes.Quo igitur pacto typum exquisitę tertianæ,seu tertianam febrem exquisitam,siue eam quę sui ipsius naturam puram & syncerã seruat, cognoscere oporteat, nunc satis copioſè ostendere incipit,ab Hippocratis sententia exorsus,quę est perscripta in sectione apho.4.atq; in ordine.56.existit,vbi exquisitè tertianæ mentionem fa cit,eamq; in septem circuitibus quàm longissimè iudicari ait. Nullum tamen signum exquisitè tertianæ ab Hippocrate tale quidem scriptũ est,quod vulgaribus & plebeiis manifestũ sit,hoc est,per quod viles & indocti homines hanc ipsam agnoscere queãt. Tamen vtcunq; Hippo.plebeiis nota indicia non tradiderit, tamen talia in eo inueniuntur,quę exquisitam tertianam doctis planè ob oculos ponãt.Id quod verùm esse deprehendẽt qui se à Galeno quasi manuduci patiẽtur.Cæteri qui per libros Hippoc. sine aliquo q̃ eos manuducat, aut cõmodè introducat vagari volũt, ij nõ solùm nihil

Typus quid?

vtile

©BIUM

vtile neq; de tertiana,neq; de alio quouis morbo diſcent,ſed & infinita alia,propter mi ram eius viri breuitatem,obaudient.Porrò exquiſitam tertianam Hippocrates primũ è tempore in quo fit cognoſci poſſe docet.Nam magna ex parte in æſtate fit.Ita enim ſect.3.apho.21.ſcribit,morbos æſtate plurimùm abundantes,eſſe febres continuas,adurentes,& plurimas tertianas.Non autem in quauis ęſtate fit tertiana febris,non enim in ea quæ præter naturam ſe habet,qualem aliquando in Cranone fuiſſe lib. 2. Epide. ſect.1.Hippocrates ſcribit,quæ quidem propter largos & aſsiduos imbres humida fuit: ſed in ea quæ naturã ſuam ſeruat,hoc eſt,calida & ſicca eſt.Habent enim quæuis tempora ſuum ordinem ac temperamentum,quod lib.1.de tempe. cap.4. copioſiùs Galenus demonſtrat.Nam vt hyems quæ ſecundum naturam ſe habet omnium anni temporum eſt humidiſsima & frigidiſsima,ita contrà æſtas calidiſsima & ſicciſsima eſt.Si verò ediuerſo hyems ſicca,æſtas verò humida fuerit,tempora hæc non ſecundum naturam ſe habent,quare nequaquã in æſtate humida,febres prædictę abundabũt. Neq; enim propter temporum appellationes morbi fiunt, ſed ob ambientis temperaturas. Sic febres fiunt, non quidem quòd æſtas eſt, ſed quia in æſtate naturali aër calidus & ſiccus eſt. Qualem itaque hîc naturam habet,ita & nos afficit. Quare ſi calida & ſicca fuerit ęſtas, bilioſas, hoc eſt, calidas & ſiccas febres procreabit.Sin aliud in ęſtate aëris temperamentum fuerit, æſtiui morbi nequaquam in ea generabuntur, Hinc eſt quòd Hippocrates ſectionis tertiæ,aphoriſmo quarto,dixerit. Quando ver autumno » ſimile fuerit, hoc eſt, in caliditate & frigiditate inæquale, & ſiccum, autumnales in eo » morbos expectare oportet. Quanquam hîc Galenus ad ver contrahit, quod Hippocrates generatim de omnibus anni temporibus dixit,inquiens. In temporibus quando » eadem die modò calor, modò frigus fit, autumnales morbos expectare oportet. » Ex quibus omnibus palàm fit æſtatem ſuam naturam exquiſitè ſeruare, quando calida & ſicca fuerit,atque tum eandem plurimas febres tertianas afferre. Cęterùm vt manifeſtum nunc eſt,tempus anni calidũ & ſiccũ tertianas procreare febres: ita quoq; patet,regionem calidam & ſiccam magis quàm frigidam & humidam earundem eſſe feracem.Nulla enim diuerſitatis ratio,quòd idem vtrobique ſit aëris temperamentũ. Quod de tempore & regione calidis & ſiccis diximus,idẽ de laborantis temperamento ſtatuendum erit.Nam ſi itidem calidum & ſiccum fuerit, promptè admodum tertianis corripietur febribus.His tribus accedit victus ratio calidior & ſiccior, quæ quidem in multis exercitiis,laboribus,vigiliis,curis,triſtitiis,cibis paucioribus,bilioſis potiſsimum conſiſtit.Quippe hæc omnia,corpus ſeipſo magis bilioſum reddunt. Quod lib.2.de tempe.cap.8.iis verbis confirmat Galenus. Quin etiam,inquit,ſolicitudo,ira, » dolor, labor, exercitatio, vigilia, abſtinentia, & inedia, ſucci flauæ bilis plus aceruant, » propterea quòd plus eius ſucci in iecinore gignunt. Quòd ſi itaque victus ratio calidior & ſiccior præceſſerit,nihil mirum tertianas ſequi febres,quòd à calidis cauſis flaua bilis,vt Hippocrates,lib.6.Epide.ſect.6.apho.11.vbi ait.Bilis flaua ab iis quę corpus » calefaciunt generatur,&multis aliis in locis,potiſsimùm autem in libro de natura hu- » mana in ęſtate abundare flauam bilem teſtatur.Proinde ſi febris ſit in æſtate calida & ſicca,ac regio in qua æger degit talis fuerit, ſimilis quoq; natura, hoc eſt, temperatura, laborantis, victusque ratio præcedens calorem etiam & ſiccitatem induxerit, hæc haud dubiè tertiana erit.

Febris tertiana vt cognoſcenda.

Æſtas naturam ſuam ſeruans.

Æſtas quando ſuam exquiſitè naturam ſeruat.

Et quidem hucuſque bilioſam febrem ſermone produximus,tertianam autem nondum pro decoro.Si enim continuas & adurentes, & plurimas tertianas, tum æſtas ipſa,tum ſingulæ prædictæ cauſæ efficiunt, cõmunis eſt hactenus cum adurẽtibus febribus tertianæ generatio.Si quãdo itaq; hoc clarũ eſt, & ipſa tertianæ acceſsio ab acutiſsimis & maximè adurentibus febribus nequaquam diſtat, quo

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 473 sur 637

©BIUM

Quo differt tertiana ab adurẽte febre.

igitur differt? Quòd in ea quidem bilis per vniuerſum fertur corpus, & propterea ipſis vehemens rigor accedit, biliſque vomitus ſuccedit, & vrinæ, ac ſudores ipſis bilioſi ſunt. Dictum verò de iis alibi. In aliis autem febribus ardentibus quæ non intermittunt, flauæ bilis humorem in vaſis vnà cum ſanguine contineri oſtenſum eſt. Et hoc ipſo à tertianis illæ differunt, etſi humorem qui ipſas procreat eundem obtinent: quod in iis intra venas eſt, in illis autem vehementer motus, ad vniuerſi corporis partes diſpergitur, ideoque ipſa ſeipſam lationis vehementia expurgat. Atque hæc etiam cauſa eſt cur febris illa per ſudores ac vomitus ceſſet. In adurentibus autem febribus ſingulæ particulatim acceſsiones ad quietem febre vacantem haud perueniunt, propterea quòd humor qui cauſa eſt nõ expurgetur. Verùm quando etiam in iis bilis vehementiùs mota, ac veluti ferueſcens tum à natura valida paſsim per corpus impulſa fuerit, & rigor ſuccedit, & febris ſoluitur. Ab ardente enim febre correpto, inquit, ſi rigor ſucceſſerit, ſolutio.

COMMENTARIVS.

Hactenus quæ bilioſam febrem generare poſſunt Galenus monſtrauit, nimirum æſtatem, regionem calidam & ſiccam, temperaturam eandem, & ſimilem victus rationem. Proinde tertianæ febris generationem nondũ pro decoro, & ſatis cõmodè docuit, quòd ſcilicet eius generatio cum adurentibus febribus communis ſit. Vt enim hanc ipſam æſtas, & ſingulę prędictę cauſæ efficiunt, ita etiam ardentes. Nunc itaque, quum acceſsio tertianæ ab acutiſsimis & maximè adurentibus nequaquam diſter, quo pacto ab inuicem differant luculenter admodum oſtendit. In tertiana nanque febre bilis per vniuerſum corpus fertur, ac impetu quodam mouetur, ideoque illi vehemens rigor accedit, ac bilis vomitus ſuccedit, vrinæ denique & ſudores bilioſi ſunt, quemadmodum lib. 2. de diffe. feb. cap. 3. dictum eſt, vbi inter cætera ſic ſcriptum reliquit Galenus. Quę, inquit, ex flaua bile per ſenſiles corporis partes delata oritur febris, cum rigore inuadit, atque ardentis febris ſimilitudinem habet, & bilis vomitibus, aut deiectionibus, aut ſudoribus, aut quibuſdam horum, aut omnibus ſimul ſoluitur. Hęc ille. In aliis autem febribus bilioſis non intermittentibus: quas ardentes nominant, flauæ bilis humor in vaſis vnà cum ſanguine continetur. Quare hoc ipſo, quia ſcilicet in vaſis continetur bilis, à tertiana differunt, in qua humor extra vaſa conſiſtit, & per vniuerſum fertur corpus. Conueniunt itaque in eo, quòd humorem qui ipſas procreat eundem habent, differunt autem quòd in adurentibus humor intra venas eſt, in tertianis verò vehementer motus, ad vniuerſi corporis partes diſpergitur. Atque hinc fit quòd ipſa ipſa ſeipſam vehementia lationis expurget, adeoque ad quietem febre vacantem ſingulæ acceſsiones perueniant. Solutio etiam eius per ſudores & vomitus fit, & interdum etiam per deiectionem, flaua bile per hæc vacuationis loca vacuata. In adurentibus autem febribus, ſingulæ particulatim acceſsiones ad quietem febre vacantem non perueniunt, propterea quòd humor qui cauſa eſt earum febrium nõ expurgatur, ſed in vaſis remanet. Verùm ſi accidat, vt in iis febribus, bilis etiam vehementer mota, ac veluti iam efferueſcens à valida natura vndiquaq; per corpus è venis pulſa fuerit, tum haud ſecùs atq; in tertiana rigor ſuccedit, & febris ſoluitur, quemadmodũ ſect. 4. apho. 59. iis teſtatur verbis. Ab ardente febre correpto, ſi rigor ſucceſſerit, ſolutio. Quæ omnia copioſiùs Gale. in huius ſentẽtiæ explicatione demõſtrauit.

Tertiana febris & ardens in quo differant & conueniant.

Calida etiã cauſa rigorem excitat.

Quòd verò non modò frigida cauſa, ſed & acris, & calida vigorem efficere poteſt, in libris de ſymptomatũ cauſis oſtenſum eſt, pro exẽplo citantibus nobis eos quos calidũ & acre medicamẽtũ vlceri impoſitũ vehemẽter momordit, quiq; inde

rigore

rigore correpti ſunt. Item eos qui fuliginoſis excrementis pleni ſunt, deinde balneũ ingreſsi, horrore laborarunt. Sic ſanè & febricitantes & eos qui vehementi cruditate laborant, & quibus corpus acri excremento plenum fuerit, ſiue balneum ingrediantur, ſiue locum Soli vehementer expoſitum, ſiue alio quocunque validiore motu vtantur, ſtatim quidem horrere videmus. Si verò diutiùs in ipſis commorentur, ad rigorem concuſsionemq; perduci: quòd ſcilicet in balneis & exercitiis quæ anteà quieuerant excrementa vehementiùs moueantur. Omnia enim hæc mota & per ſenſilia corpora lata, ſtimulant, pungunt, & vulnerant, atque hinc inæqualem ſenſum, rigorem, & concuſsionem efficiunt. Hæc quidem igitur alibi dicta ſunt. Tertiana verò febris quæ ex flaua bile mota naſcitur, meritò ſtatim ab initio rigorẽ vehementem affert, qui à quartanæ rigore hoc ipſo differt, quòd pungi ac vulnerari corpus videatur. Talis enim eſt in tertianis febribus ſenſus rigoris, ſicuti in quartana refrigerationem habet vehementem ſimillimam ei quæ hyberno tempore per gelu fit. Demonſtratum enim eſt quòd in quartana febre atra bilis maximè redundat, quemadmodum in quotidianis, pituita. Exquiſitam igitur tertianam fieri haud contingit, niſi cum vehementi rigore, pungente ac vulnerante carnem. Quartana verò febris non confeſtim à primo die cum vehementi rigore inuadit: nam ea progrediente & aucta, vnà etiã rigor augetur, ſenſusq; ægrotantium non eſt veluti eorum qui punguntur: ſed eorum qui refrigerantur, & ad oſſa vſque moleſtantur. Sic enim eos audire contingit dicentes, quòd oſsium laſsitudine teneantur, & carnem confractam ſe habere putent. Quotidianis autem neque præcedit rigor, neque ſtatim ab initio, neque progredientibus accidit, ſed ſolùm refrigerantur.

Rigor tertianæ à quartanæ rigore vt differat.

COMMENTARIVS.

Ne quis miretur quòd paulò antè ſcripſerit Galenus bilem vehemẽtiùs motam efficere rigorem, ideò hoc loco quòd nõ ſolùm à cauſa frigida, ſed etiam calida & acri fieri poſsit rigor breuiter admodum oſtendit. Nam idipſum copioſius lib. 2. de ſympto. cauſis cap. 5. exemplis aliquot demonſtrauit. Primum quidem eorum eſt, quos medicamentum calidum & acre vlceratis partibus adhibitum momordit, ac ſubinde horrorem, rigoremq; excitauit. Secundum eorum qui fuliginoſis excrementis pleni, balneũ ingreſsi horrore correpti ſunt. Vnde omnibus manifeſtum fit, cauſam calidam, vt eſt acre medicamentum, & fuliginoſum excrementum, rigorem excitare. Pari modo accidit vt & febricitantes, ac vehementi cruditate laborantes, & acribus excrementis redũdantes, ſi vel balneum ingreſsi fuerint, vel Soli ſe expoſuerint, aut alio quocunque validiore motu vſi fuerint, horreant. Et ſi diutiùs in iis comorantur, rigore etiam, & totius corporis concuſsione corripiuntur. Atque eius rei cauſam ſtatim ſubiũgit Galenus inquiens. Quia in balneis, & exercitiis quę prius quieuerant excrementa, vehemẽtiùs mouentur. Et loco paulò antè citato. Nam & Sol, & balneum, & exercitatio ad motum excitant excrementa, alioqui quieſcentia. Porrò à ſeipſis quoque ad motum inſurgunt excrementa, ſi vel calefiant, vel extenuentur, vel in ſpiritum degenerent. Mota itaque & per ſenſilia corpora lata, ſtimulant, pungunt, diuidunt, & vulnerant, ideoq; primò inæqualem ſenſum, dein horrorem, & poſtremò rigorem, ac concuſsionem, adeoq; febrem inducunt. Quæ quidem copioſiùs loco priùs adducto, & lib. 3. de tuenda ſanitate cap. 4. Et lib. 10. the. metho. ca. 4. Galenus docet. Atque hactenus de rigoris cauſa. Nũc

Cauſę calidę etiã rigorem excitãt.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 475 sur 637

©BIUM

Tertianæ rigor à quartanæ rigore vt diſtat.

quo pacto tertianę rigor ab eo qui in quartana & quotidiana fit, differat, breuiter admodum oſtendit. Tertianæ enim rigor vehemẽs eſt, adeoq; ab eò corpus pũgi, ac vulnerari videtur. Non quòd reuera vulneret, ſed quia ſenſum vulneris inferat, quod nimirum humor qui per ſenſiles partes mouetur acris ſit. Quartanæ rigor, vt etiam lib. ſecundo, de differentiis febrium, capite quinto, Galenus teſtatur, talis eſt, qualis iis qui hyberno tempore gelu frigeſcunt. Non eſt autem mirum in quartana eiuſmodi refrigerationis ſenſum excitari, vtpote in qua atra bilis maximè redundet, quemadmodũ libro tertio de febrium differentiis capite quinto, Galenus demonſtrauit, dum in hunc modum ſcribit. Neceſſe eſt quartanam febrem antecedere, quæcunque atram in vitæ exercitiis aggregant bilem, ac totius victus ratione, & temporis ſtatu, ac regione: ſic & laborantis naturam atra bile abundare. Quum itaque tertiana exquiſita à flaua bile, eaque ſyncera generetur, quæ per ſenſiles corporis partes vehementi ac veloci motu defertur, fieri non poteſt vt citra vehementem rigorem, pungentem ac vulnerantem carnem accidat. Quartana verò febris non ſtatim primo die cum vehementi rigore, vt tertiana, inuadit, ſed quum quartana progreditur & augetur, tum vnà etiam rigor eius augetur. Senſus præterea ægrotantium in rigore quartanæ non eſt veluti eorum qui ſtimulantur acu & punguntur: ſed veluti eorum qui vehementi gelu refrigerãtur, & in alto corporis, adeoque iuxta oſſa moleſtiam quandam ſentiunt. Nam ægrotantes audire contingit dicentes ſe oſsium laſsitudine teneri, & carnem confractam habere. Oſsium autem laſsitudo, quàm Græci ὀστοκόπον vocant, vt libro tertio de tuenda ſanitate capite quarto, atteſtatur Galenus, non eſt niſi penitior laſsitudinis ſenſus, qui fit quando ad oſſa, tendones, neruos, & alias partes in alto corporis poſitas quippiam excrementorum attrahitur. Quotidianæ verò febri nullus rigor præcedit, neque etiam ſtatim initio apparet, neque ea fit progrediente, ſed dũtaxat refrigeratur. Incipit enim, vt Galenus libro ſecundo de differentiis febrium capite quarto, ait, ab extremorum refrigeratione, atque horrore, potiùs quàm rigore.

Nunquid igitur hæc ſola tertianarum febrium ſunt indicia, aut pulſus nullam prorſus cum quartanis ſimilitudinem habent? Hæ enim paruos ac obſcuros, tardóſque & raros eouſque in acceſsionum initiis pulſus obtinent, vt nullus alius affectus. Tertianis verò parui quidem ac debiles, tardique & rari, quum inuadunt, pulſus neceſſariò fiunt, verùm tarditas ac raritas non parum abeſt ab iis qui in quartanis ſunt. Nam in quartanarum inuaſionibus arteria tibi ligata eſſe videtur, & ad interiora trahi, atque ne emergat prohiberi. In tertianis autem neq; tale aliquid apparet, ac tarditas prope ad quemuis qui ſecundum naturam eſt motum accedit. Quartanæ autem febres quum inuadunt, quanquam ægrotus iuuenis eſt, tamen eius arteria ſummè ſenilis ætatis motum imitatur. Ex iis igitur omnibus legitimæ tertianæ deprehenditur acceſsio. Adhæc etiam differt, quòd ordo exquiſitus & æqualitas in pulſibus eſt. Neq; enim in iis aliqua in vno motu inæqualitas eſt, neque in acumulato: etſi hoc earum ſit, & quòd omnino paucis acceſsionum initius accidit. Iam igitur quum hæc febris inuadit neminem eorum latebit qui ſæuis ipſam viderunt, adhuc verò magis in aſcenſu, & augmento. Quippe æqualem ac liberam habet celeritatem, confeſtim verò in magnitudinem atque vehementiam ſurgit, & iis omnibus proportione reſpondentem frequentiã, & phlegmones ipſi ſignum haud adeſt. Iam igitur & ſitim adfert, hominémque exurit, & paulò pòſt in vigore conſiſtit, calórque æqualiter vndiquaque extenditur, &

Pulſus tertianarum.

thorax

thorax nihilo plus extremis calet. Si verò manum primo quidem incursu imposueris calor multus & acris, ac veluti quodam cum vapore elatus, occurrit. Paulò pòst autem à manu superatur, haud quemadmodum in malignis febribus ardentibus. Nam contrà illæ grauiores ac insuauiores, si diu durant, apparent. Et iam vtique bibendi tempus laboranti adest, & vbi bibit, statim calidi vaporis magnã copiam per cutem emittit, sudoris nuncium. Bilis autem vomitus apparet, aut aluus soluitur, & biliosa mingunt. Nunc sanè etiam quiuis exquisitam tertianã cognosceret. Superuenit enim vaporosus sudor & calidus, quemadmodum in balneo. Vniuersum verò ipsis corpus æqualiter sudat, & pulsus est qualis exquisitè sanorum in exercitiis & balneis, celer & magnus, & vehemens, ac frequens. Fuerit verò aliquando statim initio æqualis. Adhæc omnia in quietem febre vacantem desinit, vniuersum accessionis tempus non plus duodecim horis protrahẽs. Longissimum enim in legitimis tertianis hoc tẽpus. Plurimùm verò aliquãdo accessio omnes horas septem habet: interdum citiùs, aut tardiùs, sed non multò, desinit. Hanc quidem si nondum cognoueris esse exquisitam tertianam, sed expectas nugacem diatritum, non vtique thessalius asinus, sed quispiam lapis fueris. Si verò ægro mingente, vrina subrufa, & subflaua fuerit, ac mediocriter crassa, & paulò pòst vel albam nebulam, vel sublimamentum bonum effecerit, iam non etiã simpliciter lapis, sed molaris quispiam fueris lapis, si nondum cognoueris, quòd & tertiana hæc febris est, & exquisita tertiana, & quòd quartum nõ excedat circuitum. Rufioribus autem vrinis existentibus, & neque sublimamento aliquo, neque nebula in primo circuitu apparente, ad septem extrahetur circuitus. Omniũ verò tertianarũ febrium simplicissima est, quæ omnia antè à me dicta exquisitæ tertianæ indicia præmonstrant, subsidentiam in vrinis albam, & leuẽ, & æqualem primo die habebit. Neque enim hæc tertium transcendet circuitum.

COMMENTARIVS.

Quum hactenus Galenus quatuor indicia quibus febris tertiana exquisita deprehẽditur monstrauerit, nempe tempus æstiuum, regionem calidam & siccam, temperaturam similem, victus rationem antecedentẽ calidam & siccam, ac vehementem rigorẽ, nunc alia quatuor, prioribus quodammodo certiora, subiũgit, quorum primum quidem pulsus existit, qui à quartanarum pulsu plurimùm variat. Nam quartanæ pulsus parui & debiles, tardi & rari sunt in accessionum initiis. Parui quidem, quòd instrumẽtum hoc est, arteria, non sit sequax, & virtuti non pareat. Nam, vt hîc ait Galenus, in quartanarum principiis arteria ipsa quodammodo ligata esse videtur & ad interiora retracta, neque liberè emergere potest. Paruus itaque pulsus fit, quòd tum arteria in lõgum, latum, & profundum non insigniter dilatetur. Debiles pulsus, propter vitalis roboris fiunt imbecillitatem. Neque enim febris quartana accenditur nisi in iis, in quibus atra bilis abundat, quæ efficit vt natura eius corporis sit frigida & sicca. Quare nihil mirum motum arteriæ in iis febribus imitari motum summè senilis ætatis, quæ itidẽ frigida est & sicca. Habent enim senes etiã in ea cõstituti ætate, paruũ pulsum, debilem, & tardum. Tardi autem & rari sunt in quartanis pulsus, quòd neq; vsus celere refrigerium ac frequens desiderat, neque spatium omnino liberum sit, sed humorum vaporũmque copia præpeditum. Tardus enim pulsus est, qui longo tempore terminat

Pulsus quartanæ febris.

Paruus pulsus.

Tardus pulsus.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 477 sur 637

©BIUM

Rarus.

motum ſuum. Aut quando longo tempore arteria dilatatur. Rarus autem, quum longo interpoſito interuallo arteria pulſat. Aut quando longum fuerit quietis tempus. Cęterùm etſi tertianis inter initia acceſsionum parui, debiles, tardi, & rari pulſus ſint, tamen motus in iis omnibus plurimùm ab eo qui in quartanis eſt abeſſe videtur, ac propè ad eum accedit qui ſecundum naturam eſt. In quartana verò, etſi ægrotus inuenis eſt, tamen tantiſper motus arteriæ à naturali recedit, vt planè ſummè ſenilis ætatis motum imitari videatur. Quid multa? Pulſus tertianæ obtinent magnos, vehementes, celeres ac frequentes, contrà quàm quartanę. Omnis denique inęqualitatis, vt lib. primo ad Glauconem etiam ait, præterquàm febrilis expertes. Quum enim duplex ſit pulſuũ inæqualitas, altera quæ in vno pulſu, vel, vt hîc ait, in vno fit motu, altera quæ in pluribus pulſibus, vel accumulato motu fit. Inæqualitas in vno pulſu fit, quum citiùs vel tardiùs, vel maturiùs vel ſeriùs, vehementiùs vel languidiùs, longiori tempore vel breuiori, ſemper vel nunquàm mouetur. Vt inæqualis pulſus non ſit, niſi qui non perpetuò eandem ſeruat magnitudinem, paruitatem, celeritatem, tarditatem, vehementiam, debilitatem, & reliquas pulſus differẽtias. Inæqualitas autem in pluribus pulſibus fit, quãdo in magnitudine, celeritate, vehementia, & reliquis differentiis pulſus inæqualitas fuerit. Ob id Græci hanc συσηματικὴν nominant, Latini verò accumulatam, alii interpretes collectiuam. Quod pulchrè iis confirmat libro primo, de differentiis pulſuum capite decimo, verbis Galenus. αἱ μὲν, inquit, συσηματικαὶ τῶν ἀνωμαλίων ἐν ἀθροίσματι πλειόνων σφυγμῶν σωίστανται: Accumulatæ inæqualitates in aceruo plurium pulſuum conſiſtunt. Exquiſitus itaque ordo, ac æqualitas in pulſibus etiam accumulata (quanquam hoc rarum eſt, & paucis admodum acceſsionum initiis accidit, in quibus ferè omnibus eſſe hæc inæqualitas ſolet) tertianę febris eſt. Porrò ſi qui ſunt qui tertianam ſæpiùs viderunt, horum certè neminem quum inuadit latebit, multò verò magis quũ eſt in augmento. Nam tum æqualem, & liberam in pulſu celeritatem habet, ſtatimque ad magnitudinem ac vehementiam ſurgit, & frequẽtiam iis omnibus proportione reſpondentem obtinet. Nam quum febris hęc omnium intermittentium maximè refrigerari deſideret, hoc meliùs per naturam aſſequi non potuit, quàm pulſus magnitudine. Magna enim dilatatio, multum aeris ambientis haurit. Celeritas autem & frequentia, plurimùm refrigerant. Vehementia verò, robur inſtrumenti indicat. Tamen nullũ in pulſu phlegmones indicium eſt, quòd ſcilicet ferrans & inæqualis non ſit. Atque hactenus de primo ſigno quod ex pulſibus ſumitur. Alterũ febris exquiſitæ tertianæ indicium ex caloris qualitate ſumitur. Quippe is multus acriſque eſt, ideoque ſitim affert, ac laborantem exurit. Vbi verò id efficit, paulò pòſt febris in vigore eſt, calorque tũ æqualiter per omnes corporis partes extenditur, adeò vt thorax nihilo plus manibus ac pedibus caleat. Cæterùm calor febris tertianæ à calore ardentium febriũ diſtat, quia calor tertianæ, ſi manũ impoſueris, primo occurſu multus & acris eſt, ac veluti cũ quodam vapore elatus occurrit. Paulò pòſt autem à manu vincitur. Contrà malignarum ardentium febrium caloris mordacitas non ſuperatur, ſed quantò diutiùs manũ impoſitam continueris, quantoque diutiùs durauerint, tãtò grauior, moleſtior, ac inſuauior calor earundem apparebit. Et hoc eſt quod Hippocrates libro ſexto Epidemiorũ
» par. 1. apho. 18. iis verbis inuere voluit. Febrium hæ quidem non mordaces ſunt, increſcentes tamen. Illæ verò acutæ, ſed ab ipſa manu deuictæ. Nonnullæ confeſtim exardentes. Tertium ſignum quo tertiana deprehenditur, febris eſt ſudor, vomitus bilis, & ſolutio ventris. Nam vbi propter vehementem ſitim ægrotantes bibunt, tum paulò pòſt vel ſudor, vel vomitus bilioſus, vel aluus ſoluitur, vel bilioſa excernitur vrina. Et ſudoris quidem nuncius eſt copioſus, calidus vapor per cutem emiſſus. E duobus itaq; ſignis vnuſquiſque tertianam febrem agnoſcet, nẽpe ſudore calido ac vaporoſo, qualis eſt qui in balneo promanat. Vniuerſum quoque corpus iis qui tertiana febre correpti ſunt, ęqualiter ſudat, quòd ſcilicet omnes partes, vt dictũ eſt, æqualiter caleant. Et pul-

Pulſus tertianæ.

Duplex inęqualitas pulſuum.

In vno pulſu.

Pulſus inæqualis

In pluribus pulſibus.

συσηματικὴ inæqualitas.

Pulſus phlegmones.

Caloris in tertiana qualitas.

Calor tertianæ vt à calore ardẽtium differat.

Nuncius ſudoris in tertiana.

ſus

ſus eſt talis,qualis eſt ſanorum quum exercitantur,& balneis vtuntur,hoc eſt,magnus, celer,vehemens,ac frequens,vt paulò antè comprehenſum eſt. Quartum ſignum eſt finis & duratio acceſsionis.Hæc in quietem febre vacantem deſinit, adeò vt integrum diem habeat æger in quo à febre omnino liber ſit.Vniuerſum quoque acceſsionis tẽpus vltrà duodecim horas non extrahitur.Hoc enim tempus acceſsionis in veris tertianis longiſsimum eſt.Nam ſæpe omnes horæ acceſsionis non ſunt niſi ſeptem. Interdum etiam citiùs,nonnunquàm tardiùs deſinit,atqui non multò. His igitur ſignis animaduerſis qui nondum tertianam eſſe exquiſitam cognouerit,ſed nugacem diatritum expectare voluerit,is certè,ait Galenus,non Theſſalius aſinus, ſed planè lapis fuerit.Quibus vtique verbis Theſſalum,qui vt teſtis eſt libro quarto therapeutiecę methodi capite quarto Galenus,primam diatriton, hoc eſt,tridui inediam excogitauit, notare voluit.Hinc eſt quòd eius imitatores dicti ſunt Diatritarii.Diatritum autem primùm in victus ratione obſeruabant,quam quidem talem eſſe,vt idem libro decimo therapeuticæ methodi capite ſexto Galenus atteſtatur, voluerunt. Primùm ſanè in quarto cibabant ægrotantem,poſt in ſexto,mox in octauo,deinde in decimo.Talis itaque eorum cibandi formula fuit.Prima quidem cibatio poſt primum diatriton, reliquæ alternis diebus.Non ſolùm verò in victus ratione præſcribenda,ſed & in morborum dignotione diatriton obſeruabant. Haud enim tertianam febrem aliúmve morbum ante primam poſſe agnoſci diatriton cenſebant,quod tamen falsò & mendaciter adferebant.Quòd ſi verò prẹter indicia ſuprà dicta ægri vrina ſubrufa aut ſubflaua, ac mediocriter craſſa,adeoque ſanorum vrinæ ſimilis,& paulò pòſt albam nebulam, aut album ſublimamentum bonum effecerit,& non cognouerit medicus hanc febrem eſſe tertianam exquiſitam, & talem quidem quæ quartum circuitum non excedit, is nõ ſimpliciter lapis,ſed molaris planè lapis eſt. Nam quum nebula alba ſit certiſsimũ iudicationis paulò pòſt futuræ indicium,iuxta hoc Hippocratis dictum: Quibus ſeptimo die iudicatur morbus,iis quarto die nubeculam habet vrina rubicundam, & alia ſigna proportione:neceſſe eſt vt talis tertiana quartũ circuitum non excedat. Circuitus autem,& non diei quarti meminit Galenus,quòd in tertianis & quartanis febribus iudicationes non ſecundum dierum,ſed circuituum,vt quarto apho.58.comm. Galenus copioſiùs docet,numerum fiant.Quòd ſi verò vrinæ rufiores fuerint, vtpote quæ diuturniorem morbi ſolutionem,Galeno libro ſecundo,prognoſticorum, commentario viceſimoſeptimo teſte,ſignificant:neque ſublimamento aliquo, neque nebula in primo circuitu apparente,ad ſeptem extrahetur tertiana circuitus.Nulla enim certa & manifeſta concoctionis primus circuitus ſigna habet, proinde vt in ſeptimum vſque protrahatur,neceſſe eſt.Omnium verò tertianarum ſimpliciſsima ac placidiſsima eſt, quæ omnia prædicta exquiſitæ tertianæ indicia oſtentat,& ſubſidentiam in vrinis albam & leuem habet.Quippe tertium circuitum non tranſcendet, adeoque citiſsimè finietur.

Duratio acceſsionis tertianæ.

Theſſali diatritos.

Diatritarii.

Nebula alba.

4.apho.71. » »

Age igitur poſtquàm omnia legitimæ tertianæ indicia dicta ſunt, quandam veluti ipſius genealogiã per capita faciẽtes,ſic ad aliud progrediamur. Acceſsio inuadit cũ vehemẽti rigore, pulſus quales diximus efficiens: deinde paulò pòſt augetur,atque ad vigorem cum iis omnibus quæ diximus properat, ac poſteà eo quo diximus modo ſoluitur.Generatio ipſius conſtitutione calida & arida eget, & vt ſummatim dicam,æſtiuo tempore,ætate vigente,natura biliosa,quæ laboribus, vigiliis,curis,& ciborum indigentiæ expoſita ſit.Et(ſi vis)iis,propter ſaxeos iſtos Methodicos,adiice id quod alicubi Archigenes adſcribere conſueuit. Sit autem præſens conſtitutio aduentũ tertianarum afferens: vt artificioſis indiciis, vulgarẽ

Epilogus indiciorum exquiſitę tertianæ.

Saxei methodici.

©BIUM

Diatritos lanificorum. In Theſſalum inuehitur.

quidem, atqui veram, coniecturam adiiciens fidem prænotionis augeas. Nunquid per Deos nondum hanc dicemus tertianam, ſed lanificorum expectabimus diatriton, quam nugax Theſſalus in gynecio educatus ſub patre lanas perperã carpente falsò auſus eſt affirmare, Hippocratẽq; & reliquos veteres maledictis vexare. Qui ſuperbiens omnia medicinæ theoremata conſtantia & firma condemnauit, tertianam febrem inuadentẽ nequit agnoſcere, ſed diatriton expectat. Hoc enim mirum eſt, quæcunque quidem parum firma erãt, hæc certa eſſe dixit. Omnia autem quæ reuera certa erant, ignorauit. Sed huius vetulæ nec meminiſſe conuenit.

COMMENTARIVS.

Epilogus ſignorũ exquiſitæ tertianæ.

Poſtrema huius capitis parte Galenus epilogum omnium eorum quæ dicta in hoc capite ſunt ſubiicit, breuiterque vniuerſa exquiſitæ tertianæ ſigna repetit, quæ eiuſmodi eſſe dicit. Acceſsio cum vehementi rigore inuadit, pulſus eſt magnus, vehemens, celer & frequens, poſteà augetur febris, & in vigore conſiſtit, & per vomitum, ſudorem, ventris deiectionem, & bilioſam ſoluitur vrinam. Generatur æſtiuo tempore, ætate calida & ſicca, temperamento bilioſo, quòd ſcilicet laboribus multiſque exercitiis, vigiliis, curis, ciborumque indigentiæ expoſitum ſit. Et propter ſaxeos & ad perſuadendũ ſanè difficiles illos Methodicos, iuquit Galenus, hoc etiam quod Archigenes adſcribere conſueuit adiicies, nempe quòd in præſenti aeris conſtitutione multæ tertianæ pleroſque inuadant, vt ſcilicet artificioſis indiciis anteà expoſitis, vulgarem etiam, veram tamen, adiiciens prænotionis exquiſitę tertianæ fidem augeas. Quum itaque nulla ſit tertiana quin iis ſignis deprehendi queat, ideò rurſus Galenus in Theſſalum inuehitur, inquiens. Nunquid febrem cui hæc indicia adſunt dicemus tertianam, quaſi dicat maximè: an lanificorum expectabimus diatriton, quàm nugaciſsimus, vt paulò antè diximus, Theſſalus in gynecio ſub patre lanas carpente, auſus eſt primus excogitare. Quibus ſanè verbis Theſſalum inſcitiæ notat, vt qui in gynecio ſub patre lanas carpente, vt quemadmodum etiam libro primo, therapeuticæ methodi, capite tertio, teſtis eſt idem Galenus, adeoque in textrina altus ſit, nec bonas diſciplinas vnquàm attigerit. Quo verò pacto Hippocratem & alios veteres maledictis vexauerit Theſſalus, loco iam citato Galenus abundè oſtendit. Et animaduertendum hoc loco erit, codicem Aldinum Græcum eſſe mutilum, atque hoc modo reſtituendum. διάτριτον μὲν τὴν γυναικωνίτιδι τρεφόμενον ὁ ληρώδης θέσσαλος, ὑπὸ πατρὶ μοχθηρῶς ἔρια ξαίνοντι, κακῶς ἐτόλμα λέγειν, ἱπποκράτην τε καὶ τοὺς ἄλλους παλαιοὺς λοιδορεῖν. ὁ τὰ τῆς ἰατρικῆς ἅπαντα θεωρήματα καταλαζονθσόμενος ἑστῶτα ὑπάρχοντα καὶ βέβαια κατέγνω, ξυρὸν εἰσβάλλοντα &c. Atq; ſic eſſe legendum ſatis perſpiciet qui præſentem locum cum iis quæ libro therapeuticæ methodi, ſcribuntur diligenter contulerit. Cæterùm quod Theſſalus mirificè ſuperbiens non tantùm Hippocratem, ſed & omnes alios veteres contempſerit, ac theoremata omnia medicinæ conſtantia & firma condemnauerit, Plinius etiam libro viceſimonono, capite primo confirmat, dum Theſſalum cuncta maiorum placita deleuiſſe, & rabie quadam in omnes æui medicos peroraſſe ſcribit. Vtcunque autem criſtas erexerit Theſſalus, alioſque ſe multò præſtantiores contempſerit, tamen tertianam non niſi priùs expectata diatrito cognoſcere potuit. Ita quæ reuera firma ac certa fuerunt ignorauit, ac contrà ea quæ parum firma fuerunt, certa eſſe dixit. Tandem anum ac vetulam vocat Theſſalum, vt qui inter anus ac vetulas lanas texentes ac carpentes educatus ſit, adeoque indignus quem virum appelles.

Codex Græcus caſtigatus.

Theſſalus nõ modo Hippocratẽ, ſed & reliquos omnes veteres contempſit.

Theſſalus anus.

CAPVT IIII.

Cognita

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 480 sur 637

©BIUM

COgnita iam exquisita tertiana, vt ad èxquisitã progrediamur quartanam tempestiuũ est. Cuius quidem principium quale sit iam prædiximus, quòd scilicet cum tertiano circuitu nihil simile in rigore, ac pulsibus habeat. Reliqua verò iam dicamus. Quanquam & nunc pulsuũ qui in accessionibus fiũt priùs expositorũ meminisse cõsentaneũ est. Si enim naturalẽ ægrotãtis pulsum cognoueris, aut si in altero ipsius morbo per initia, accessionis affueris, nihil etiam aliud expectabis, quin febrem quæ inuadit quartanam esse pronuncies. Nam in signis quædam ad tarditatem ac raritatem mutatio fit. Et ego quidem nonnullos familiares meos, quorum pulsus exquisitè tenebã, accessione iam inuadente inuisens, quòd tale principium nullius alterius quàm quartanæ febris esse posset pronunciaui, atque ita accidit. Quòd si verò tu artis quæ circa pulsus versatur inexpertus fueris, deinde raritas & tarditas ipsorum te perturbet, tutiùs autẽ & exquisitiùs velis definire, Hippocratis etiã hoc in loco præcepta ad memoriã reuocato. Quemadmodum enim æstate tertianas febres, sic in autumno quartanas abundare dixit. Primùm verò hoc ipsum considerato. Si autumnus temperatura frigidus & siccus, ac inæqualis fuerit, tum quartanos circuitus multos in ipso fore magis sperato. Deinceps si etiam regio ipsa talium febriũ ferax sit, & ægrotantis natura magis melancholica, & quæ ad præcedentem victus rationem attinent eiusmodi sunt vt atram coaceruent bilem, & si populariter nunc vagantur quartanæ febres. Obsignabis verò hæc cum iis quæ deinceps dicentur, si homo lienosus fuerit, aut si erraticis febribus obnoxius, aut si ea quæ in augmento & vigore apparent tertianis febribus maximè contraria fuerint, tum in caloris motu, tum in pulsuum ratione: & præter hæc omnia si tenues & albæ, & aquosæ vrinæ fuerint, hæ siquidem omnino tertianarum vrinis maximè contrariæ sunt. Tertinam quidem febrem in primo statim die qui à quartana discernere nequit, omnino in medicorum numero censendus non est.

Quartanę exquisitæ signa.

Qui tertianam à quartana discernere nequit primo statim die, in medicorũ numero non est.

COMMENTARIVS.

Quum præcedenti capite exquisitę tertianæ indicia cumulatissimè tradiderit Galenus, nunc ad ea signa quibus exquisita quartana dignosci potest, progreditur. Sunt verò numero vndecim. Principiò enim ex rigore cognoscitur, qui nihil simile cum tertiano circuitu, vt dictum est capite præcedenti habet. In quartana enim febre, vt etiam libro secundo de differentiis febrium, capite quinto, attestatur Galenus, rigor talis est, qualis iis qui vehementi gelu frigescunt, haudquaquam ei similis qui à Sole perustis, aut lassis, aut ex medicamentis calidis, aut quum super vlcera ponuntur mordentibus, excitatur. In summa non est similis ei rigori qui à causa calida, aut biliosis humoribus nascitur. Secundò quartana ex pulsu cognoscitur, qui, vt superiori capite abundè est dictum, paruus, debilis, tardus, & rarus esse solet. Facilè autem hos pulsus deprehẽdet, qui priùs qualis naturalis eius qui nunc ægrotat fuerit pulsus cognouerit: aut si saltẽ in altero ipsius morbo in principio accessionis affuerit. Nã quũ quartana inuadit, eximiã quandã â naturali pulsu, aut alterius morbi quo ille antè laborauit, ad tarditatẽ & raritatẽ mutationem factam esse intelliget. Causas autẽ eius tarditatis

Quartana vndecim signis deprehenditur.

Rigore.

Pulsu.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 481 sur 637

©BIUM

ac raritatis præcedenti capite expoſuimus. Atque ſic quidem Galenus ſe non rarò ex pulſibus ſuorum familiarium, quos exquiſitè perſpectos habebat, acceſsione iam inua dente, tale principium non eſſe alterius quàm quartanæ febris pronunciaſſe ac prædixiſſe ſcribit. Cæterùm quid illi faciendum erit qui artis quæ circa pulſus verſatur ignarus fuerit, atque eam tarditatem ac raritatem quæ in pulſu quartanarum ſe oſtentat, nó agnouerit, & nihilominùs tutò ac certò febrem quartanam definire, atque ab aliis diſcernere voluerit? Reſpondet Galenus, illi hoc in loco ad memoriam eſſe reuocanda Hippocratis præcepta, qui quidem initiò ex anni tempore quartanam poſſe cognoſci docet. Quemadmodum enim ille æſtate tertianas febres, ita in autumno quartanas a-
„ bũdare dixit. Sic enim ſectione tertia, aphoriſmo. 21. ſcriptum reliquit. Aeſtate febres
„ continuæ, ardentes, & tertianæ plurimæ accidunt. Et ſequenti. Autumno autem febres
„ quartanæ & erraticæ. Quòd verò ad autumnum attinet, ſi is natura frigidus & ſiccus fuerit, aut temperatura inæqualis, tum quartanos in eo circuitus multos fore expectabis, quòd ſcilicet quartana exquiſita, ex ſola atra bile, vt etiam libro ſecundo de differ. febrium, capite quinto teſtatur Galenus, generatur, quæ frigida & ſicca, perinde atque autumnus, temperatura conſtat. Atq; hoc pacto ex anni tempore quartana cognoſcitur. Quartò etiam ex regione ipſa, ſi nimirum talium febrium ferax fuerit. Talis verò non erit, niſi quæ frigida & ſicca fuerit. Quintò cognoſcitur ex natura, hoc eſt, tempe ramento ægrotantis, ſi ſcilicet in eo atra bilis abundet. Naturam autem interdum idé quòd temperamentum ſignificare Galenus libro tertio de temperamentis, capite quar to dilucidè admodum atteſtatur. Sextò ex ea quæ anteceſsit victus ratione, vbi nimirum plurimam coaceruauit atrã bilem. Septimò ex anni cõſtitutione, ſi videlicet talis ſit vt in ea populariter vagentur quartanæ febres. Octauò ſi homo qui febre correptus eſt lienoſus fuerit, hoc eſt ſi ex obſtructione magnum lienem habuerit. Quippe li. primo ad Glauconem ait, εἰ σπλὴν μέλας εἴη. Magnus enim lien, magnam quoq; atræ bilis copiam congeſtam eſſe teſtatur. Nonò ſi erraticis ſeu vagis febribus obnoxius fuerit. Sic autem vocat febres quæ neque conſtitutum tempus, neque ordinem ſeruant. Vel eas quę incerto tempore, ac non eodé modo repetunt. Loco iam citato eaſdé ἀτάκτους id eſt, ordine vacantes febres appellat. Hæ certè diuturnitate humores adurunt, ideoq; quartanas ferè præcedunt. Sunt itaque eius generis febres typicis nominatis cõtrariæ. Hæ enim certis & ſtatis quibuſdam circuitibus affligunt. Decimò ex motu caloris & pulſuum ratione. Nam, vt præcedenti capite dictum eſt, & lib. primo ad Glauconem, in quartanis æſtus, deuſtio, & quidam veluti feruor, vt in tertianis, non eſt. In quartanis enim, quia atra bilis frigida ſiccaque eſt, paulatimque ſuccenditur, veluti lapis aliquis, aut teſta, aut os, aut tale aliquod corpus frigidum, paucumque fumum emittit, minor calor ſentitur. Quod Hippocrates libro ſexto Epidemiorum, par. 1. apho. 18. iis verbis inſinuare voluit. Quædam, inquit, febres ſemper debiles, & ſiccæ. Pulſus præterea quartanarum ſatis tardi ac rari ſunt. Quum autem in vigore conſiſtit, atque febris etiam augetur, neceſſe quidem eſt, vt veloces & frequentes fiant. Seruatur tamen & tunc natiua eorum tarditas ac raritas, ſi celeritatem & frequentiam adiectam acceſsioni conſideres. Etenim ſi quartanæ vigorem cum tertianæ vigore compares, multò celeriùs ac frequentiùs in hac arteriæ tibi pulſare videntur. Vndecimò quartana cognoſcitur ex vrina, quę certè eſt tenuis, alba, & aquea, adeoque crudiſsima, morbique diuturnitatem præ ſe ferens. Quartana enim, vt teſtatur lib. ſexto Epidemió. par. 6. apho. 22. Hippocrates, ante annum vix definit. Contrà in tertianis, vt ſuprà quoque oſtenſum eſt, vrinæ ſubrufę aut ſubflauæ, ac mediocriter craſſæ, adeoque morbi breuitatem indicantes. Quòd ſi itaque quiſpiam per prædicta ſigna tertianam primo ſtatim die à quartana diſcernere neſcit, is in medicorum numero haberi non debet.

Regionc. Natura.

Victus ratione præcedente. Anni cõſtitutione.

Erraticæ febres.

Typicæ febres.

Motu caloris & pulſu.

CAPVT V.

Quotidianam

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 482 sur 637

©BIUM

QVotidianã autẽ à tertiana diſcernere prõptiùs eſt, neq; enim primo ſtatim die cũ rigore inuadit, ſed progreſſu tẽporis refrigeratio potiùs q̃rigor ipſis fit, & inordinatus motus atq; inæqualitas pulſibus manifeſtè in principio acceßionũ adeſt. Nouimus verò quòd & in augmẽtis velocitas motus, magnitudo, & vehemẽtia, quæ tertianis manifeſtißimè adſunt, quotidianis haud inſunt, neq; etiã laborãtes perurunt, neq; denudare, & à ſe abiicere veſtes cogũt, neq; multum ac crebrò reſpirare, neq; veluti flammã aliquã efflare, frigidumq; potũ expetere, verum iſti quum febricitãt minimè ſiticuloſi ſunt, & vrina ipſis primis diebus talis eſt, qualis quartanis incipientibus, primiſque diebus minimè ſudant: progreſſu verò temporis, & hoc illis accidit.

Quotidiana vt à tertiana diſcernatur.

COMMENTARIVS.

De quotidiana exquiſita tractaturus hoc capite Galenus, initiò quomodo à tertiana febre diſcerni poſsit, docet. Promptiſsimum verò ac facillimum eſſe ait has duas inter ſe febres dignoſcere, modò quis iis ſex indiciis, quę hoc loco ab eo recenſentur, attentus ſit. Primum eſt, quòd quotidiana incipit ab extremorum frigefactione, atque horrore potiùs quàm rigore, id quod etiã lib. 2. de diffe. feb. ca. 4. atteſtatur Galenus, quòd ſcilicet ex pituitæ putredine ortum habeat, per ſenſiles corporis partes à natura detruſa. Secundũ, quòd pulſus in quotidiana inæquales & inordinati, omniumq; febriũ intermittentiũ minimi ſunt: quòd in ea neceſsitas non admodũ impellat, facultas conſopita ſit, & inſtrumentũ humoris copiâ impeditũ, vnde multùm vel dilatari, vel contrahi non poteſt. Tertium, quòd quotidianæ caloris motus velox, item magnitudo, & vehementia eiuſdem haud inſunt, quare laborãtes ipſos, vt tertianę febres, nõ perurũt, neq; à ſe veſtes abiiciũt, neq; etiam multùm ac crebrò reſpirãt, neq; veluti flammã aliquã efflant. Verùm quotidianæ calor, vt lib. 1. ad Glauconẽ teſtatur Galenus, humẽtior eſt, cũ quadam acrimonia, quã nõ protinus admota manus, ſed permanẽs ſentit. Calorem enim quẽdam fumoſum cũ largo vapore cõmixtum exire putabis, ſcilicet igni in multa humiditate potiùs ſuffocato, quàm ipſam materiam euincente. Hinc rectiſsimè lib. 2. de diffe. feb. ca. 4. caloré quotidianæ febris igni fumido, lignis viridibus accenſo, aſsimilauit. Quartum, quòd quotidiana febre correpti ſiticuloſi non ſunt, neq; frigidũ expetũt, quia in hac febre, vt lib. 1. ad Glauconẽ teſtatur, lingua, totumq; corpus humidiſsimũ eſt, crudiſq; humoribus plenum. Quintum, quòd vrinas primis diebus quartanis ſimiles, hoc eſt, tenues, albas, & aqueas, propter pituitoſorum humorum cruditatẽ, habẽt. Sextum, quòd primis diebus, vbi humores adhuc crudi ſunt, ęgrotantes nihil ſudant, progreſſu tamen temporis, vbi ſcilicet humores nonnihil concocti per naturam fuerint, nec ita pertinaciter vt priùs cutis & carnis meatibus hęrẽt, ſudare etiã incipiũt.

Sex ſigna quibus quotidiana & tertiana inter ſe diſcernuntur.

Quotidianæ calor.

A tertiana itaq; manifeſtè differt, quòd ſimile nihil habeat. Ad quartanam autem propiùs accedit, ſed & ab hac manifeſtè differt. Primùm quidẽ & maximè pulſibus, quos in familiarib⁹ ægrotis quiſpiã exquiſitè perueſtigauerit. Sed etiã rigore, & aliis omnib⁹ externis à quibus fit quotidiana. Quippe natura humidiore eget, & vita ocioſa cũ ſatietate. Hæc igitur in pueris maximè abũdat. Et rarò accidit, quin ipſis os ventriculi & iecur laboret. Sed & cruditates multæ: & concoctionis tarditas, acidique ructus, & quũ febricitare incipiunt hyponcondrium in maiorem quàm naturâ conſueuit tumorem tollitur, magna verò ex parte inflatur, ac diſtenditur. Color ipſis in pallido albus, etiam quum in vigore eſt acceßio. Hyems quoque talium morborum ferax eſt, & conſtitutio humida, & locus

Quotidianę à quartana differentia.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 483 sur 637

©BIUM

eiuſmodi. Denique principium acceßionum adveſperam. Sic quidem quotidiana, & tertiana, & quartana primo die inuicem diſcernuntur. COMMENT.

Hactenus Galenus quòd quotidiana febris à tertiana, eò quòd nihil cũ ea ſimile habeat manifeſtè differat, luculenter admodum oſtendit. Nunc verò, vtcunque ad quartanam propiùs accedat, tamen quomodo ab ea differat, adeoq; quibus indiciis diſcerni poſsit, monſtrare pergit. Primùm autem pulſibus differre ait. Quippe quotidianæ pulſus, vt lib. 1. ad Glauconẽ teſtis eſt Galenus, quartanę pulſibus minores ſunt, & frequentiores. Ex æquo verò tardi ſunt in quotidiana & quartana. Secũdò rigore diſtãt quotidiana & quartana. Hęc enim cũ rigore incipit, qui talis eſt, vt tertio capite diximus, qualis iis qui hyberno tempore gelu frigeſcũt. Illa verò ab extremorũ frigefactione, vt Galenus lib. 2. de diffe. feb. capite 4. atteſtatur, atque horrore potiùs quàm rigore incipit. Prætereà differt etiam à quartana omnibus aliis externis rebus à quibus fit quotidiana. Nam primùm quotidiana febris naturâ ſeu temperamento in quo accẽdatur humidiore eget. Deinde vita ocioſa, cui plurima accedit ſatietas. Hæc enim omnia pituitã plurimam generare ſolent. Proinde pueri præſertim natu minores, & ex grandioribus, qui pituitoſi magis, ac corporis habitudine craſſa ſunt, vitamque agunt otioſam, gulæ indulgentes, crebrò balneis, maximeque à cibo vtentes, quotidianis febribus facilè corripiuntur. Tertiò, rarò accidit vt ij qui quotidiana correpti ſunt, non etiam orevẽtriculi & iecore laborent. Nam crudi humores copia ſua vires premunt, neque enim nutrire priuſquàm concoquantur poſſunt, ideoque ſyncopen ſtomachicam inuehũt. Sua etiam multitudine ac craſsitudine obſtructiones efficiunt, ac iecoris calorem ſua frigiditate extinguunt. Quartò neceſſe eſt vt vitam ocioſam multæ cruditates, & concoctionis tarditas ſequantur. Quippe propter multitudinem frigidorum atque crudorum humorum ventriculus aut nihil prorſus concoquit, aut tardiùs cibos conficit. Quintò fiunt etiam in quotidiana acidi ructus, qui ſanè, vt libro ſexto aphoriſm. cõmentario primo Galenus teſtatur, imperfectas concoctiones à frigiditate natas comitantur. Sextò in quotidiana hypochondrium, potiſsimùm dextrum, in tumorem eleuatur, aut magna ex parte inflatur ac diſtenditur. Nam hæc omnia ſymptomata frigidorum & crudorum humorum, flatuumque copiam ſequuntur. Hinc eſt quòd paulò antè dixerit, eos frequenter iecore malè affectos eſſe. Septimò febre quartana laborãtibus color in pallido albus eſt. Albiores enim fieri, in quibus pituita, & crudi humores redundant, omnibus notum eſt, & idipſum libro quarto de tuenda ſanitate capite tertio, Galenus confirmat. Atque is color non tantùm in principio quotidianæ apparet, ſed & in eius vigore. Octauò, hybernum tempus, aeris conſtitutio, locuſque ſeu regio humidior quotidianas maximè procreant febres, quòd etiam libro primo ad Glauconem confirmat Galenus. Nonò hinc quotidiana cognoſcitur, quòd principium in ea acceſsionum ad veſperam eſt. Id quod etiam libro duodecimo therapeuticæ methodi capite quinto, Galenus tradit, in eum ſcribens modum. Qui crudis humoribus laborant hos quotidie acceſsiones exercent, præcipueque adveſperam, & noctu, non mane, nec vſque ad meridiem. Quòd nimirum hoc tempus pituitę motui magis aptum ſit. A noctis enim hora tertia, Sorano Epheſio atteſtante, vſque ad horam eiuſdem nonã pituita mouetur. Eſt etiam hoc tempus frigidius ac humidius, adeoque tale quod pituitæ naturę magis accedit. Atque hac quidem ratione, & iis indiciis quotidiana primo die à tertiana & quartana diſcerni poteſt.

Pulſus.

Rigor.

A quibus rebus fit quotidiana.

Quare quotidiana laborãtes, ore etiã vẽtriculi, & iecore malè afficiantur.

Acidi ructus cur in quotidiana fiant.

Hypochondriũ quare in tumorẽ attollitur.

Coloris ex pallido albi cauſa.

CAPVT VI.

Continuas verò febres, eiuſdem quidem cum prædictis febribus generis quiſpiam vtiq; exercitatus in primo die cognoſcere, & à ſe inuicẽ diſcernere poterit. In ſecũdo autem die, ſi mentem adhibeat, etiam ſi inexercitatus fuerit. Voco autem cõtinuas febres eiuſdem cũ ſingulis inter-

intermittentibus generis, cum exquisita quidem tertiana, exquisitam ardentem: cum quotidiana verò eam quæ singulis diebus accessionem habet, in quietem verò febre vacantem haud desinit: sic & cum quartana, illam quæ quarto die. Nã exquisita ardens quum omnia alia exquisitæ tertianæ indicia seruet, eo solo quòd sine rigore inuadit, neque in quietem febre vacantem desinit, differt. Quæ verò singulis diebus accessionem habet, quando & tempus anni, & constitutionem, & ætatem, & regionem, & naturam corporis, & victus rationem antecedentem, ac præterea pulsuum speciem, & calorem eundem cum exquisita quotidiana habet, in quietem autem febre vacantem non desinit, eiusdem cum ipsa generis est. Eodem autem modo quæ quarto quoque die accessionem obtinet, in quietem verò febre vacantem non finitur, cum quartana eiusdem est generis. Et manifestum est quòd neque rigor in ea accessiones præcedet, neque sudor sequetur: quemadmodum in ardente febre neutrum horum neque statim inter initia, neque deinceps ad iudicationem vsque fieri potest. Primas igitur quis exerceat se cognoscere, atque à diuersi generis febribus distinguere eas, quæ simplices ac impermixtæ sunt, quas ob id veteres medici legitimas atque exquisitas nominarunt. Nam quæ à sola flaua bile accenditur febris sine visceris vitio, siquidem manente adhuc in vasis bile accendatur, exquisita est ardens: si verò vndiquaque fertur, tertiana. Sic etiam si ab atra bile procreatur febris, si mota fuerit, quartana est, si verò fixa, illa quæ quarto quoque die exacerbatur erit. Quemadmodum si à pituita oritur, vel quotidiana, aut quæ singulis diebus exacerbatur, erit. Quippe quæ in quietem febre uacantem desinunt febres tertianæ, quartanæ, & quotidianæ, eandem cum continuis iam dictis hypothesin habẽtes, vno solo, quòd scilicet pervenas, aut vndequaque delatos habent humores, differunt. Quapropter & reliqua ipsis eadem. In eo autem quòd vel cum rigore, vel sine rigore, & cum vomitibus quibusdam ac sudoribus, vel sine iis fiant, differunt.

Continuæ febrẽ cũ singulis intermittẽtibus eiusdẽ generis.

Exquisita febris ardens quo à tertiana exquisita distat.

Simplices ac impermixtę febre primùm cognoscendæ.

COMMENTARIVS.

De febrium quas Græci συνεχεῖς Latini verò continuas vocant, dignotione, hoc capite tractaturus Galenus, principiò quo pacto ille cum intermittentibus conueniant, & item quo differant, modo monstrat. Conueniunt autem eo, quòd cum intermittentibus eiusdem sunt generis, hoc est, proportione quadam illis respondent, & ex iisdem causis procreantur. Vt enim tertiana exquisita intermittens in corporis natura biliosa, ætate vigente, æstiuo tempore, locis calidis & siccis, vita, laboribus, curis, & vigiliis dedita, aliisque suprà, nempe capite huius libri tertio, commemoratis accidit, & tertio quoque die inuadit: ita etiam tertiana continua, quæ alio nomine à vehementissimo incẽdio & calore, Græcis καῦσος, Latinis verò ardẽs vocatur. Pari modo cõtinua quotidiana anni tempore & constitutione, ætate, regione, natura corporis, & victus ratione humidioribus, vt quotidiana intermittens nascitur, eandemque pulsuum speciem, ac eundem calorem cum quotidiana exquisita obtinet, atque vt illa singulis diebus accessionem' habet. Sic quartana continua in natura corporis melancholica, tempore autumnali, locis frigidis & siccis, vita quæ atrã bile coaceruat perinde atq; quartana intermittẽs accẽditur, & vt illa quarto quoq; die accessionẽ obtinet. Atq; ita quidem conueniunt, atq; eiusdẽ cum intermittentibus generis sunt continuæ. Differunt autem hoc modo, exquisita quidem ardens sine rigore inuadit, neq; in quietem febre

Cõtinuæ cũ quo intermittentibus conueniant.

Continua tertiana.

καῦσος. Ardens.

Continua quotidiana.

Continua quartana.

Cõtinuę vt ab intermittentibus differant.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 485 sur 637

©BIUM

ἀπυρεξία. vacantem, ἀπυρεξίαν Græci, noſtri infebricitationem vocant, deſinit. Quotidiana itidē & quartana continuæ ad quietem febre vacantem nunquàm perueniunt, niſi ex integro ceſſent. Prætereà in quartana continua neque rigor acceſsiones, vt in intermittente, præcedit, neque eaſdem ſequitur ſudor. In ardente etiam febre neque rigor, neque ſudor ſtatim inter initia eiuſdem fit, neque etiam deinceps ad iudicationes vſque. Nam circa iudicationem morbi, iuxta id Hippocratis (Qui ardente febre correptus eſt, ſi rigor ſucceſſerit, à morbo liberatur) rigor, ac ſubinde etiam ſudor, fieri poſſunt, quemadmodum cap. 3. fuſiùs diximus. Proinde cōtinuas febres, ſi quiſpiam exercitatus eſt, primo ſtatim die cognoſcere, & à ſe inuicem diſcernere poterit. In ſecundo autem, ſi modò animum adhibeat, & ſingula indicia ſuprà dicta diligenter expendat, etiam is qui nondum exercitatus eſt, deprehendere ac diſcernere poteſt. In continuis autem cognoſcendis, & à diuerſi generis febribus diſtinguendis hoc primùm faciendum erit, vt quæ ſimplices ac impermixtæ ſiue ſynceræ ſunt, quas veteres medici ob id legitimas & exquiſitas nominauerunt, primas cognoſcere ſtudeamus. Cæterùm non tantùm prædictis rationibus continuæ ab intermittentibus differunt, ſed ea quoque, quòd in continuis humor febrem efficiens ſit intra vaſa, in intermittentibus verò per vniuerſum fertur corpus. Nam ſi à flaua bile, ſine alicuius viſceris vitio, phlegmone ſcilicet iecoris, pulmonis, & id genus aliorum, accenditur febris, & bilis in vaſis manet, exquiſita fit ardens, ſeu tertiana continua. Sin per vniuerſum fertur corpus, tertiana intermittens. Ita ſi ab atra bile quæ in vaſis fixa eſt & hæret febris procreatur, quartana cōtinua eſt: ſin ab ea quæ mouetur, & per vniuerſum fertur corpus, quartana intermittens. Pari modo ſi à pituita intra vaſa contenta oritur febris, quotidiana continua erit: ſin ab ea quæ vndequaque fertur, quotidiana intermittens. Quapropter intermittentes febres eandem hypotheſin, hoc eſt, genus, materiam, ſeu eandem cauſam cum continuis habent, atque hoc vno tantùm differunt quòd continuæ per venas, intermittentes autem vndequaque delatos humores habent. Cæterùm etſi etiā reliqua, hoc eſt, natura corporis, ætas, tempus, & conſtitutio anni, regio, aliaque eiuſmodi ſuprà comprehenſa, eadem ſint, tamen in eo etiam differunt quòd continuæ ſine rigore, intermittentes verò cum horrore vel rigore incipiunt. Item quòd intermittentes cum vomitibus & ſudoribus intermittant, continuæ nequaquam.

4 apho. 58.

Synceræ febres, quas legitimas & exquiſitas vocāt, primùm cognoſcendæ.

in continuis febribus humor intra vaſa.

Continuæ febres eandē cū intermittentibus hypotheſin habēt,

Continua febris quę? Synochus febris.

Continuam autem appello febrem quæ in quietem febre vacantem antequā omnino ſoluatur non deſinit, etſi aliqua ſenſibilis declinatio apparet. Quando verò neque ſenſibilis aliqua declinatio fit, ſemper verò à primo principio vſque ad iudicationem ſimilis perſeuerat, è genere quidem ardentium febrium & hæc eſt, acumine verò ab illis differt. Sed neque in primo die, neque in ſecundo huiuſmodi febrem prænoſcere licet, neque fortè vtile: ſufficit enim genus cognoſcere, quòd ſcilicet biliоſa ſit, perurens, & peracuta. Neque enim ſi Synochum quiſpiam ipſam nominat, quemadmodum medici nonnulli, appellationis ratione à febribus ardentibus toto genere differt. Quemadmodū neque quòd tres huius ipſius ſynochi differentias agnoſcentes, proprium ſingulis ipſarum nomen imponunt, has quidē inualeſcentes, illas verò in eodem vigore perſeuerantes, aliàs autem decreſcentes nominant, iam propterea genere ipſas differre exiſtimandum eſt. Quocirca neque ad præſentem commentationem ipſarum dignotio magnum aliquid confert. Hæ enim omnes in prima ſeptimana iudicantur. Hoc verò ad præſens neceſſariū eſt, vt aliquam totius morbi conſtitutionis que, & iudicij in primis diebus cognitionē nanciſcamur. Si enim tertiana exquiſita eſt, intra ſeptimum circuitum: ſi verò exquiſita

Synochi differentię tres,

Iudicii cognitio in primis diebus nanciſcenda.

quiſita ardens, intra primam ſeptimanam neceſſariò iudicabitur. Omnino autem diuturnæ ſunt, & quotidiana intermittens, & ipſi proxima continua: ſicuti etiã quartana, & quæ quarto quoque die exacerbatur. Proinde tria quidem ſunt vniuerſa ſimplicium febrium genera. Singula autem horum in duas primas ſecantur differentias, aut enim cõtinuæ, aut intermittentes erunt, & primo die dignoſcuntur: aliæ ſtatim inuadentibus acceſſionibus, aliæ quum increſcunt, quædam vbi iam vigent, quædam in prima iuclinatione, aut febre vacantibus interuallis.

Tria vniuerſa ſimpliciũ febriũ genera.

COMMENTARIVS.

Hoc in loco Galenus quid ſit febris quæ Græcis συνεχὶς, latinis verò continua vocatur, & quot eiuſdem ſint differentię oſtendit. Cõtinuam autem eſſe ait quæ in quietem febre vacantem non deſinit, ſenſibilem tamen remiſsionem in ſingulis acceſsionibus obtinet. Alterum tamen genus febrium ardentium reperitur, in quibus nulla fit ſenſibilis remiſsio, ſed à principio uſque ad iudicationem ſemper ſimiles manent. Differunt tamen ab ardentibus exquiſitis acumine, quòd ſcilicet ardentes exquiſitæ, non exquiſitè peracutę ſunt: aliæ verò febres in quibus vnà acceſsio ab initio ad finẽ perpetuò manet, exquiſitè peracutæ ſunt. Has quidem febres Galenus hoc loco, & lib. 2. de differen. feb. capite. 2. & libro. 9. therap. method. capite. 2. à continuo feruore σωδόχους, latinè continentes, vocat. Cæterùm hoc febrium genus neque in primo, neque in ſecundo die prænoſcere licet, hoc eſt, non licet continuam primo, aut ſecundo die à ſynocho ſeu cõtinente internoſcere, ſed in tertio tantùm, quòd ſcilicet ardens ſeu continua non niſi tertio die remiſsionem, & alteram acceſsionem habet, quibus certè rebus à ſynocho manifeſtiſsimè differt, vtpote quæ nullam remiſsionem, & vnam tantùm vſque ad finem acceſsionem obtinet. Sed neq; etiam admodum fortè vtile eſt continentem à continua diſcernere, quòd ad curandi rationem dextrè inueniendam ſufficiat cognoſcere quòd bilioſa ſit, perurens, & peracuta. Talis enim etiam quum ſit exquiſita ardens, non eſt quòd in curãdi ratione admodum diſtent. Porrò ſunt ſynochi ſeu continentis febris tres quidem differentiæ. Quædam enim à principio vſque ad finem paulatim augentur. Has Græci medici ἐπακμαστικοὺς, id eſt, creſcentes ſeu inualeſcentes appellant. Quædam in eodem vigore perſeuerãt, quas iidem ὁμοτόνους ἢ ἀκμαστικοὺς, hoc eſt, ſimilem tenorem ſeruantes, nominant. Nonnullæ à principio ad finem vſque decreſcunt, quas Græci ἀναβατικοὺς, ἢ παρακμαστικοὺς nominant, vt loco ſuprà citato, & .9. therap. method. cap. .4. fuſiùs Galenus oſtendit. Neque tamen harum differentiarum dignotio magnum aliquid ad futuram prænoſcendam iudicationẽ confert. Hæ enim omnes in prima ſeptimana iudicantur, ſunt enim peracutę. Si itaq; exquiſitè peracutæ fuerint febres, vt continentes, intra primum quaternarium, aut non exquiſitè peracutæ, intra primum ſeptenarium vt plurimùm iudicantur. Hoc verò ad preſens eſt neceſſarium, vt aliquam totius morbi, & eius conſtitutionis, atque iudicij in primis diebus cognitionem nanciſcamur. Verbi gratia, ſi eſſe exquiſitam tertianam cognoſcimus, quòd iudicium intra ſeptimum circuituum ſit futurum ſciemus: iuxta id Hippocratis. Tertiana exquiſita in ſeptem circuitibus, quum tardiſsimè iudicatur. „ Sin exquiſitam ardentem eſſe animaduertemus, neceſſum eſt hanc intra primam ſeptimanam iudicari, quòd ſcilicet is ſit morborum peracutorũ iudicationis terminus. Omnino verò diuturnas eſſe conſtat, & minimè acutas, vt quæ decimumquartum diẽ excedãt, quotidianã & quartanã intermittentes, & cõtinuas. Vt exiã dictis ſit euidentiſsimum tria eſſe in vniuerſum febrium genera, tertianam nimirum, quotidianam, & quartanam. Singula autem horum generum in duas primas diuiduntur differentias, in continuam ſcilicet ac intermittentem. Atque intermittentes primo ſtatim die dignoſcuntur, idque vel in principio, vel augmento, vel vigore, vel prima inclinatione ſeu

Febris συνεχὸς ſeu cõtinua quæ.

Σωδόχος febris ſeu continens.

Synochi tres differentię.

ἐπακμαστικοὶ. ἀκμαστικοὶ.

παρακμαστικοὶ.

4. apho. 59.

Febrium genera & differentiæ.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 487 sur 637

remiſsione acceſsionis, vel certè ex interuallis, vnius aut plurium dierum.

CAPVT VII.

In cõpoſitis morbis dignoſcendis prudẽtia & exercitatione eſt opꝰ.

QVòd ſi verò morbus compoſitus fuerit, nõ æquè facilis dignotio eſt, ſed hic maximè prudentia & exercitatione opus eſt. Intelligẽtiam quidem vnuſquiſque domi ſuaptè natura poſsidebit, aut ſi non poſsidet, aſſequetur. Exercitationem verò ea quæ nunc dicetur meliorem nemo inueniet. Quippe oportet vt ſeipſum exercitet in cognoſcendo ſimplicem febris ſpeciem, atq; ita deinceps ad compoſitas progrediatur. Bifariam verò prima quidem ſectione compoſitum febris genus fit, vel quia prædictæ inuicem miſcẽtur ſine laborante loco: vel eò quòd aliqua pars phlegmone obſeſſa ipſas accendit. Vtraq; autem harum differentiarum, alteram rurſus ſectionẽ accipere poteſt. Quæ enim ſine laborante parte conſiſtunt, bifariam miſcẽtur, interdum quidem complicatæ, nonnunquam autem, ac ſi aliquis dicat, per totum confuſæ. Sic etiam partes phlegmonæ obſeſſæ, quippe harum hæ quidem veluti complicantur ſolùm: ille verò veluti confuſionem quandam affectuum obtinent.

Bifariam febres componuntur.

COMMENTARIVS.

Hactenus de ſimplicibus febribus dignoſcendis Galenus abundè tractauit. Nũc de cõpoſitis acturus principiò cõpoſitarum febriũ dignotionẽ non ita facilẽ eſſe atque ſimpliciũ ſed ad eas probè cognoſcẽdas prudẽtia & exercitatione opus eſſe docet. Intelligẽtiã aũt vnuſquiſq; domi ſuaptè natura poſsideat oportet, aut ſi nõ natura poſsidet, ſtudio & diligentia aſſequatur. Sunt enim qui ex ea familia procreãtur, vt natura prudẽtes ſint: cõtra alij nullã natura prudentiã atq; intelligentiã habent, vt igitur hãc ſtudio conſequantur neceſſe eſt. Exercitationem tamen meliorem nemo excogitabit, quàm vbi quis ſe initio in cognoſcendis ſimplicibus exercitet, atque deinceps ad compoſitas progrediatur. Fieri enim nequit vt compoſitum aliquid deprehendamus, niſi priùs ſimplicia ex quibus conſtat nobis cognita fuerint. Et hoc etiã naturæ ordinisq; ratio exigit, vt à ſimplicibus ad compoſita nos conferamus. Cæterùm febres bifariam quidem prima ſectione componuntur. Primò, quando prædictæ febres, hoc eſt, tertiana, quotidiana, & quartana, citra aliquem laborantem locum, inuicem miſcentur. Secundò, quando febres quæ ob partem aliquam phlegmone obſeſſam, iecur nimirũ, pulmonem, & id genus alias, natæ ſunt, inuicem commiſcentur. Vtraque autem harũ iam dictarum differentiarum, alteram ſuſcipere poteſt diuiſionem. Quippe prioris generis febres, quæ ſcilicet citra laborantem aliquam partem conſiſtunt, bifariam miſcentur. Primò dum complicantur. Secundò verò quando confunduntur. Quod vt rectiùs intelligatur animaduertendum febres tum complicatas miſceri, quando horis differentibus inuadunt. Confuſas verò, quando eodem tempore incipiunt. Prima autem mixtio Græcis ἐπιπλοκή, altera verò κράσις nominatur, vt atteſtatur Galenus lib. 2. de differen. feb. cap. 8. in eum ſcribens modum. ἐπιπλοκὴν μὲν ὀνομάζω, ἐπειδὰν κατὰ διαφόρους εἰσβάλλωσι. κράσιν δὲ, τὴν καθ' ἕνα χρόνον ἀρχήν. Porrò alterius generis febres, quæ ſcilicet propter partes phlegmone obſeſſas oriuntur, itidem vt priores, vel complicantur, vel confunduntur, vt paulò poſt latiùs dicemus.

Intelligẽtia vnde aſſequitur.

Exercitatio optima quæ.

Febriũ cõpoſitio.

Complicari febres quid.

Confundi. ἐπιπλοκή. κράσις.

Complicationem igitur vt primùm cognoſcamus exercitari oportet, ſic deinde confuſionem, à febribus incipiẽtes. Cõplicantur aũt ſæpius febres eiuſdem generis, cum aliis eiuſdem generis: aut eiuſdẽ ſpeciei, cum aliis eiuſdem ſpeciei. Accidit etiam quandoque vt differentes. Quippe & quotidianæ tertianis, & iis quartanæ,

Complicatio febrium varia.

tana. Atque ſæpe inuicem quæ eiuſdem ſunt ſpeciei complicantur. Proinde interdum idem homo tres habet quartanos circuitus. Hos quidem non eſt difficile cognoſcere. Quandoque verò aliqua intermittentium cum continua cõplicatur, difficillimam, & difficilè explorabilem mixtionem faciẽs, de qua deinceps dicemus, vbi priùs omnes quas propoſuimus differentias recenſuerimus. Nam laborantes loci ſimiliter febribus mixtionem obtinent, aut quia differentium partium ſingulæ proprias febres accendunt, veluti lien, ſi ita contingat, aut iecur: aut quia affectus mixti ſunt, vt phlegmone eryſipelatoſa, eryſipelas phlegmonoſum. Verùm in iis omnibus mixtionibus agnoſcendis exercitari oportet, quando exquiſitè earum ſpecies ſimplices cognouerimus. Alia enim ſpecies peripneumonicæ phreniticæ, pleuriticæ, & hepaticæ febris, & ſingularum aliarum quæ in partibus phlegmone obſeſſis accenduntur febrium. Aliæ autem rurſus ſpecies earum quæ ex eryſipelatis fiunt. Et maligna ardens, aut pulmonis, aut iecoris, aut ventriculi eryſipelatis ſuccedit. Diſcernere autem oportet in ſingulis ægrotantibus primùm quidem ſi citra laborantem locum febris ſit in humoribus putridis, aut ſolo ſpiritu alterato. Secundò verò ſi pars aliqua laborans cauſa eſt, quis ſit eius affectus. Poſtquam verò hæc dignoſcere exercitatione ſtudueris, mixtiones horum omnium inuenies.

Laborantium loco rum mixtio.

Maligna ardens.

COMMENTARIVS.

In cognoſcendis febribus compoſitis à complicatione auſpicandum eſſe hortatur Galenus. Facilius enim ij morbi qui diuerſis inuadunt horis, quàm qui eodẽ incipiũt tempore noſcuntur. Cęterùm vt à febribus quæ citra laborantem aliquam particulam excitantur exordiamur, complicantur ſæpe febres eiuſdem generis cum aliis eiuſdem generis, vt continuę cum cõtinuis, & intermittentes cum intermittentibus. Itẽ eiuſdẽ ſpeciei, cũ aliis eiuſdẽ ſpeciei, vt tertianæ cũ tertianis, quartanę cum quartanis. Quandoq; etiam genere & ſpecie differentes inter ſe complicantur, vt continua cũ intermittente, tertiana cum quotidiana, aut quartana. Porrò ſi febres eiuſdem ſpeciei complicantur, tum promptè admodum dignoſcuntur. Contrà verò ſi diuerſorum generum inter ſe miſcentur ac complicantur febres, difficillimè cognoſcuntur. Porrò habent etiam laborantes loci ſimiliter febribus ſuam mixtionem. Vel enim ſingulæ partes inter ſe differentes ſuas ac proprias febres accendunt: verbi gratia, iecur proprias, lien etiam proprias ſuccendit febres. Si itaq; ob plures partes laborantes febres excitantur, mixtio iam partium laborãtium ratione erit. Vel mixtæ dicuntur febres, quia affectus qui partes obſident mixti ſunt, vt ſi pars aliqua laborat phlegmone eryſipelatoſa, vel eryſipelate phlegmonoſo. In iis autem omnibus mixtionibus agnoſcendis tum tandẽ exercitari aliquem oportet, quando primùm ſimplices earundem, propter cauſam ſuprà expoſitam, ſpecies cognouerimus. Nam eſt alia ſpecies febris quæ propter pulmonis, vel cerebri, vel ſuccingentis latera membranæ, vel iecoris phlegmonen accẽditur. Alię item ſpecies febrium quæ ex eryſipelatis. Febris autẽ quæ propter pulmonis, aut iecoris, aut vẽtriculi eryſipelata fit, Græcis καυσώδης καῦσος, latinis maligna ardens dicitur. Porrò in omnibus ægrotantibus primùm conſiderare oportet num febris citra laborantem locum ſit in humoribus putreſcentibus, an in ſpiritibus alteratis, hoc eſt, putrida, aut diaria. Secundò verò ſi pars aliqua laborans cauſa eſt febris, conſiderandũ quis ſit eius partis affectus, num ſcilicet phlegmone ſit, aut eryſipelas. Vbi autem iam dicta omnia exercitatione dignoſcere ſtudueris, eorũdem etiam mixtiones inuenies.

In cognoſcendis febribus compoſitis cur à complicatione auſpicandum.

Complicationis febriũ diuerſitas.

Laborantium loco rũ mixtiones.

καυσώδης καῦσος.

DE IVDICIIS.

CAPVT VIII.

NVm igitur nunc à me postulabis, vt laborantium locorum, aut omnẽ febrium cõplicationem recenseã? Et quidem ipse rursus cõmentationis prolixitatẽ reprehendes. Mirandũ sanè hoc quòd plurimi hominum sic affecti sint, vt pauca discere dignentur, ac simul nihil prætermitti velint. Quum itaque decem Archigenis libros quos de febrium dignotione scripsit prolixos esse dicant, solùm compendium legere conantur. neque hoc ipsum omnes, sed sunt qui hoc etiam breuius aliquid quærunt. Sunt autem qui & illum reprehendunt propterea quod integrum librum de febris dignotione cõscripserit, & hunc quidem legere nolunt, neque audire & discere quantùm in febris notione errauerit Erasistratus. Quũ verò sibi aliquid de febribus dici iubent, statim primam differentiam non concedunt, quod hæ quidem cum laborantibus locis, illæ verò citra hos consistunt. Idem etiã hoc in indicationibus faciunt, si quid omissum est reprehendentes, eorum autem quæ dicta sunt prolixitatem improbantes. Et quum hæc quam reprehendunt prolixitas natura duplex sit, veluti nunc distinguam () harum vtranque vituperant, plus tamen illis breuitatem ipsam. Hanc quidem, vt quæ vel aliqua eorum quæ sunt necessaria prætermittat, vel omnino obscurè doceat. Prolixitatem verò quæ vtilia omnia docet, atque vnà quæ nonnulli falsò sunt opinati refellit, longas esse nugas dicunt, & illos qui ea tantùm quæ vtilia sunt docent, collaudant. Rursus illis qui hæc solùm dicunt, contrarias aliorũ opiniones obiiciunt, temeritatemque reprehendunt, si citra demonstrationem simpliciter enunciatis credi putant. Neque verò etiam illos tolerant qui ea quæ vtilia sunt fusius docent. Proinde non mirandum si etiam sermones de iudiciis eodem modo calumniabuntur. Breuitatem quidem vituperantes, veluti obscuram, & multa prætermittentem. Quum verò plura audire nolint, adhuc tamen quæ paulò antè dicta sunt improbant. Nam & Archigeni de laborantibus locis libri tres conscripti sunt, optimi sanè omnium eorum qui in hanc tractationem anteà scripti sunt. Hæc igitur vniuersa si in præsentem librum trãsferre tentarem, & iis prætereà quæ à nobis inuenta sunt adderem, prolixitatem operis accusarent. Quinetiam si de differentiis febrium omnia in hoc libro percenserem, multo quidẽ magis ipsis sermonem prolongare viderer. Quòd igitur nullum scriptũ calumnias effugere possit tam est antiquum, vt etiam Plato eius meminerit. Quum hæc ita se habeant, mediam sermonum formam eligendam esse optimum mihi videtur. Quid autem est medium? quod ego nunc mihi videor attingere, omnia quidem demonstrans quæ necessariò oportet cognoscere eum qui rectè morbi solutionem prænoscet, qualisque, & quo tempore futura sit, non omnia sanè illa nunc percensens, sed quæ à prioribus obscurè dicta sunt enarrans, quæ verò prætermissa sunt, adiicens. Quæ autem rectè ac manifestè dicta sunt transcribere, aut iis quæ falsò sunt tradita contradicere, vtpotè quod sermonem prolongat, euitaui. Quoniam igitur in primo libro, dum Hippocratis aphorismum enarraremus nobis demonstratum

Homines sic sũt affecti vt pauca discere dignentur, ac simul nihil prætermitti velint.

Nullum scriptũ calumnias effugere potest.

Media sermonũ forma eligenda.

ſtratum eſt, quòd non exiguam ex ipſius morbi natura prænotionem futurorum arripere licet: mirum verò eſſe multis videtur ſi primo die quiſpiam morbi ſpeciem ſciat, demonſtrare tentauimus mirum fortè eſſe, nõ tamen tale quod fieri nequeat, viamque qua idipſum efficere oportet monſtrauimus, hîc mihi a ſermonis prolixitate abſtinere viſum eſt, atque eum qui hæc exquiſitè diſcere velit, vt ſe in Archigenis commentariis de laborantibus locis, & de febrium cognotionibus, & ad hæc de typis exercitet iubere. Fortaſſis & nos in eoſdẽ locos ſcribemus, vt ea quæ inuenta ſunt enarremus, ac quædam ab Archigene nõ rectè dicta ſubtrahamus, omniaque dilucidè interpretemur. At in præſentia in illis exercitari conuenit.

COMMENTARIVS.

Quum ſuperiori capite monuerit Galenus diligenter à medico eſſe conſiderandũ num febris citra laborantem locum, aut cum laborante loco ſit excitata, huius capitis initio cur laborantium locorum, febriumque omnem complicationẽ non recenſeat, cauſas exponit. Metuit enim ne ſi idipſum faceret, commentationis prolixitatẽ nonnulli reprehenderent. Notat etiam plurimorum hominum peruerſum iudicium, qui pauca quidem diſcere, omniaque compendio cognoſcere volunt, & ſimul tamen nihil prætermitti. Quaſi verò fieri poſſet, vt compendio rem complexus, nihil prętereat aut omittat. Proinde quum Archigenes decem de febrium dignotione libros ſcripſiſſet, adeoque febrium vniuerſarum naturam & differentias omnes copioſè admodum in iis expoſuiſſet, tamen plærique prolixitate deterriti, ſolum compendium horum librorum legere maluerunt, neque idipſum quidem omnes, quippe fuerunt etiam qui breuius aliquid quæſiuerunt, tanta ſemper hominum quorundam eſt ignauia, vt nihil quod ſatis eſſet breue reperire queant, digni ſanè qui Theſſalũ præceptorem habeant, vt qui ſex menſium, ſi Diis placet, ſpatio ſingula ad artis tractationem neceſſaria eos docere poſſet. Fuerunt etiam qui Archigenis vnicum tantùm de febrium notionibus librum aduerſus Eraſiſtratum ſcriptum legere noluerint. Proinde mirandum non eſt ſi idem etiam in iis de iudiciis libris plerique ſint facturi. Quippe breuitatem in illis veluti obſcuram, & multa prætermittentem damnabunt: prolixitatem verò vtilia omnia docentem, & vnà falſas aliorum opiniones refellentem, tanquam longas nugas improbabũt. Nullum enim eſt ſcriptum ſiue breuius, ſiue longius fuerit, quod calumnias & morſus ſycophantarum effugere poſsit. In iſta igitur iudiciorum peruerſitate optimum eſt vt mediam quis ſermonum formam eligat, quæ ſanè talis eſt vt neceſſaria omnia demonſtret, & ea quæ ab aliis ſunt obſcurè tradita enarret, quæque omiſſa ſunt adiiciat. Proinde in iis de iudiciis libris Galenus omnia quidem quæ neceſſe eſt eum qui morbi ſolutionem prænoſcere voluerit ſcire demonſtrauit, non tamen omnia quæ à prioribus dicta ſunt tranſcripſit, ſed quæ ab illis obſcurè dicta ſunt enarrauit, quę verò prætermiſſa ſunt adiecit. Quapropter quum in primo libro duodecimum ſectionis primę Hippocratis aphoriſmum enarraſſet, quòd non exiguam ex ipſius morbi natura futurorum prænotionem medicus nanciſci poſſet copioſè admodum demonſtrauit, quòd ſcilicet obſcurè hoc ab Hippocrate dictum eſſet. Hîc autem vbi de locorũ laborantium & febrium complicatione illi eſſet dicendum, ad Archigenis commentarios lectorem ablegat, vt qui dilucidè & exquiſitè in illis de laborantibus locis, & febrium dignotionibus egerit. Et pollicetur hoc loco libros quos ſubinde de laborantibus locis ſcripſit, vt hinc palàm fiat libros de iudiciis ante eos quos de laborãtibus locis inſcripſit eſſe editos. Atque hæc ferè ſumma eſt eorum omnium quæ hoc capite tractat Galenus. Vnum tamen hic adiiciendum eſſe iudicaui, nempe quòd putemus eo loco vbi ſignum illud () adpoſuimus aliquid eſſe in Greco Aldini codice omiſſum.

Hominum peruerſum in diſcẽdo iudicium.

Archigenes decẽ de febriũ dignotione libri.

Breuitatis amantes.

Media ſermonũ forma quæ?

©BIUM

Nam duplicem prolixitatis modum vt pollicetur non distinguit, quum tamen illum
„ antiquus interpres diserte explicet, qui præsentem locum ita conuertit. Et prolixitatis
„ quidem duo sunt modi. Vnus qui versatur in perscrutatione rerum vtilium. Alter qui
„ in refellendis aliorum falsis opinionibus consistit. Quare sic restituendum hunc Ga-
„ leni locum censeo. Etquum hæc quam reprehendunt prolixitas natura duplex sit, ve-
„ luti nũc distinguam. Vna quidem quæ vtilia omnia docet, altera verò quæ falsas alio-
„ rum opiniones refellit, harum vtranque vituperant. Nisi fortè hæc verba, veluti nunc
„ distinguam, ad sequentia quispiam referre velit, vbi ait: prolixitatem verò quæ vtilia
omnia docet, atque vtrà quæ nonnulli falsò sunt opinati refellit. Sed tamẽ in antiquo
interprete etiam repetuntur, vt coniiciamus locum hunc esse mutilum.

CAPVT IX.

RVrsus igitur repetentes, quod huic tractationi proprium est narremus. Proprium verò est viam exercitationis de compositis morbis tradere talem, qualem paulò antè de simplicibus tradidimus. Exquisitas enim febres siue intermittentes, siue continuæ fuerint statim à principio cognoscere licet. Quæ verò aliarum permixtione variant & adulterantur, eas difficile quidem est primo die, neque tamen impossibile, vt agnoscamus: plurimas tamen velin secundo, vel tertio, aut omnino quarto die exquisitè inuenire licet. Nullum enim est neque genus, neque species morbi, quæ non tertio vel quarto die cuius naturæ sit euidenter appareat. Inuadat enim febris aliqua horrida simul & omnino inæqualis tum in pulsibus, tum in eo qui est in toto corpore calore, vt sæpiùs prope vigorem esse, aut mediũ augmenti obtinere existimetur. Rursus verò horrida fiat, & pulsus minores, ac debiliores, & tardiores, & rariores habeat, & calorem ab extremis quidem recedentem, circa ventrem verò & thoracem exuperantem, hanc sanè quispiam meritò semitertianam forè, magis verò iam esse sperauerit. A multis autem tertio die cognoscetur. Verũ hæc quidem mixta est ex biliosa & pituitosa febribus, paulò antè expositis, nõ inuicem complicatis, sed per totum confusis.

COMMENTARIVS.

Reuertitur hoc loco Galenus ad cõpositas febres, viamque ac rationem tradit qua illæ perinde atque simplices cognosci queant. Vt autem exquisitè ac simplices febres, siue intermittentes siue continuę fuerint, facilè & statim primo die cognosci possunt, quemadmodum in præcedentibus est expositum capitibus: ita sanè quæ aliarum permixtione variant ac compositæ sunt difficulter, & rarò, nisi in secundo, vel tertio, aut omnino quarto die exquisitè dignoscuntur. Nullum enim morbi genus est, quod nõ tertio vel quarto die cuius naturæ sit euidenter se ostendat. Quanquam fieri potest vt composita quoque febris primo statim die cognoscatur. Principiò autem febris, quæ per confusionem mixta est, exemplo, quomodo compositus morbus cognosci debeat ostendit. Si enim inuadat febris aliqua horrida simul & omnino inæqualis, tum in pulsibus tum calore, vt sępiùs propè vigorem, aut medium augmenti esse videatur. Rursus si horrida fiat, & minores, debiliores, tardiores, & rariores pulsus habeat, & calorem ab extremis partibus recedentem, & circa ventrem ac thoracem exuperantem, certum erit hanc fore semitertianam, quam Græci ἡμιτριταῖον appellant. Pro cuius loci pleniore intellectu sciendum est, horridam febrem, Galeno lib. 2. de differen. febrium cap. 8. & lib. 1. Eipde. commen. 1. attestante, esse in qua magnam accessionis partem hor

ror

ror occupat. Vel, vt libro primo Epidemiorum, commentario vigesimotertio, constitutionis primæ, ait, quando per augmentum & incrementum accessionis diutissimè horrent ægri. Neque enim quibus initio accessionis horrores fiunt, isto appellat nomine Hippocrates, sed quibus per totam ferè accessionem horroris symptoma producitur. Talis quidem est semitertiana, mixta ex biliosa & pituitosa febribus, altera enim dierum & tertiana intermittens, & quotidiana continua simul inuadunt, non inuicem implicatæ, sed per totum confusæ. Quocirca accessionis initium fit cum horrore, qui medium inter rigorem & frigefactionem obtinet locum, quorum alterum tertianam febrem, alterum quotidianam comitatur. Præterea vt inæqualitas non tantùm in pulsibus, sed & calore sit oportet. Alius enim tertianæ, magnus nimirum, vehemens & frequens est pulsus, alius quotidianæ, nempe minor, debilis, & rarus. Calor itidem in tertiana vehemens, in quotidiana contrà remissior, vt nihil mirum sit in iis omnibus esse inæqualitatem. Altera dies solam habet quotidianam, hinc est quòd cum horrore & extremorum refrigeratione inuadat, pulsusque in ea sint minores, debiles, rari & tardi, talia enim esse signa quotidianæ suprà, nempe capitibus tertio, quarto & quinto diximus. Quum itaque febris hæc ex tertiana & quotidiana constat, meritò huic semitertianæ nomen inditum est, tota enim eius natura, Galeno etiam libro secundo de differentiis febrium, capite septimo subscribente, dimidia parte alterutram prædictarum febrium habet. Atque hactenus hæc de semitertiana dixisse sufficiat.

Quæ verò ex complicatione ipsarum consistit, quadrifariam fit, vel tertiana ac quotidiana commixtis, vel continua quotidiana cum tertiana continua, vel tertiana cum quotidiana continua, aut quotidiana intermittens cum tertiana continua. Harum verò mixtionum nulla primo die exquisitè dignoscitur. Secundo autem imminente die, agnoscere haud difficile est, ac multò magis tertio, & rarò fit vt quarto indigeas. Fiat enim, verbi gratia, primo die accessio cum rigore, deinde calida & perurens febris accensa, implacida molestáve, & sitibunda sit, & celeriter ad vigorem perueniat, pulsusque æquales magnos, vehementes, frequentes, & celeres habeat. Sit autem similiter pulsibus & calor omnino æqualis, deinde cum vomitu & sudore desinat, & quædam febre vacans quies ipsi succedat, manifestum est talem accessionem tertiani circuitus esse propriam. Secundo verò die quotidianæ accessio fiat, neque enim de ipsis millies dicere necessarium est, hîc mentem ad horas accessionum adhibere oportet, vt quid de tertio die prænoscas. Nam si tertianæ, verbi gratia, febris accessio prima hora fiet, vndecima verò quotidianæ, sic quidem vtriusque principia manifesta erunt, & magis vbi plus inuicem distent. Si verò vtraque eadem inuaserit hora, mixta omnino accessionis species erit. Et ei qui perspicere potest, veluti mixtio quædam quotidiani & tertiani circuitus facta videtur. Discernit autem eos manifestè quartus dies, quum iam artifici etiam secundo cognoscantur. Adhuc autem deprehensu difficilior fit intermittentium cum continuis mixtio, vt multis etiam omnino fieri non posse videatur. Simul enim eundem hominem ad quietem febre vacantem peruenire, & nequa-

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 493 sur 637

quam ſine febre eſſe ex tali mixtione accidit, quòd omnium minùs fieri poteſt. Verum ſi quis & hîc vtriuſque febris naturam exquiſitè cognoſcere queat, manifeſtè ſciet quòd huiuſmodi mixtio fieri poſſit. Nuper igitur muliercula quædam in paribus diebus horridam acceſsionem habebat exquiſitæ ſemitertianæ propriam, in imparibus autem manè quidem alteram quandam eâ quæ præceſſerat multo minorem, vt altera die ſemitertianæ acceſsio iterum inuadere videretur, quod in ipſa fieri conſueuit. Octaua verò hora diei, altera cum vehementi rigore inuadebat acceſsio omnia exquiſitè tertianæ febris adferens indicia. Hæc autem tertia noctis hora, ſudoribus & bilis vomitibus fracta, in paris diei horam ſecundam extendebatur. Vbi verò iam propè quietem febre vacantem veniſſet, rurſus horrida illa & inæqualis acceſsio, quam in paribus diebus diximus fieri, ſuccedebat. Poſteà per vniuerſam diem malignè coarctata & rurſus impetum faciens vix tandem occidente Sole ad vigorem perueniebat Noctis autem hora quarta declinare incipiebat. Deinde manè quum adhuc plurimæ ſupereſſent reliquiæ, augmentum non valdè inæquale vſque ad octauam horam intendebatur. Pòſt quum iam manifeſtè vigorem obtinere hæc febris videretur, altera exquiſitè tertianæ formam retinens acceſsio ſuccedebat. Hanc nos febrem confeſtim die ſecunda ex complicatione ſemitertianæ & tertianæ eſſe factam cognouimus. multò verò certiorem tertius dies cognitionem præbuit. Aque in ſpem venimus alterum tertianæ circuitum citò deſiturum, alterum autem in longiùs tempus extrahi, atque ſic accidit. Et tum apertè reliqua morbi pars viſa eſt ſola eſſe ſemitertiana, principium vtique totius circuitus in pari die faciens, in die verò impari iterum accendebatur. Tales quidem mixtiones non eſt vniuſcuiuſque cognoſcere. Si qua verò febris primo die exquiſita tertiana eſſe videtur, deinde altero die rurſus ſimilem exquiſitè priori acceſsionem habuerit, hæc toleratu facillima eſt, duplex exiſtens tertiana. Sic autem & duæ & tres inuicem quartanæ vt plurimùm complicantur, quas acceſsionum ſpecies à quotidianis diſcernit. Neque enim quòd ſingulis diebus acceſsio fit tutum eſt quotidianarum indicium, ſed & febris ipſius & ſymptomatum ſpecies quotidianam diſcernit.

COMMENTARIVS.

Oſtendit hoc loco Galenus quatuor eſſe bilioſæ & pituitoſæ, quarum paulò antè mentionem fecit, hoc eſt, tertianæ & quotidianæ febris complicationes, quas etiam libro ſecundo de febrium differentiis, capite ſeptimo recenſet, mutato tamen ordine. Nam quæ hîc ſecunda eſt, illic quartam facit, & quæ hoc loco ordine tertia eſt, illic ſecundam ſtatuit, quę verò hîc, quarta eſt, illic tertiã facit. Prima itaque complicatio eſt, qua tertiana & quotidiana intermittentes miſcentur. Secunda, vbi tertiana & quotidiana continuæ permiſcentur. Tertia, quando tertiana intermittens, & quotidiana continua. Quarta, vbi quotidiana intermittens, & tertiana continua miſcentur. Harum autem quatuor iam dictarum

dictarum commixtionum nulla primo die exquisitè cognoscitur. Secundo autem die imminente agnoscere haud difficile est, ac multo magis tertio, ac rarò fit vt quarto ad earundem dignotionem egeamus, quod exemplis aliquot Galenus monstrat. Primum verò exemplum, tertianæ & quotidianę intermittentium mixtionem ob oculos ponit. Si enim primo die fiat accessio cum rigore, dein febris vehemens & perurens implacida molestáve accendatur, & sitibunda: hoc est, si rigorem excipiet calor vehemens, perurens, & qui ægrotantem grauiter afficit atque molestat, sitimque affert: Neque enim ἀσώδης febris, vt libro quarto de victu acutissim. morborum, commentario quadragesimosecundo attestatur Galenus, alia est quàm in qua ægri grauiter afficiuntur, atque implacidè molestéque se habent, nec iacentes se se vno in loco continere possunt. Prætereà si celeriter ad vigorem perueniat, pulsusque æquales, ac calorem æqualem habeat, & cum vomitu scilicet bilioso & sudore desinat, & quies febre vacans ipsi succedat, manifestum est talem accessionem tertiani circuitus esse propriam. Nam eiusmodi omnia quæ iam recensuimus in tertianæ febris accessione euenire suprà, capite nimirum tertio, diximus. Si autem secundo die quotidianę intermittentis, græcè enim est ἀμφιμερινῆς, accessio, quæ qualis sit, suprà capite quinto exposuimus, fiat, tum ad horas accessionum animum adhibere oportet. Si enim diuersis horis inuaserint, verbi gratia tertianæ accessio hora prima, quotidianę verò vndecima, tum vtriusque principia erunt manifesta, & quo magis distant, eo erunt etiam manifestiora. Si verò vtraque febris eadem inuaserit hora, mixta omnino accessionis species ex tertiano & quotidiano circuitu erit. Quas quidem quartus dies manifestè discernit, quòd tum scilicet tertiana in quietem febre vacantem desinat, quanquam artifex aliquis qui febrium formas ac symptomata earundem, & non tantùm diem accessionis considerat, etiam secundo statim die illas cognoscere, ac discernere possit. Atque hactenus exemplum mixtionis duarum intermittentium febrium Galenus subiecit. Cęterùm intermittentium cum continuis commixtio deprehensu difficilior est. Hinc fuerunt qui hanc mixtionem prorsus fieri non posse dixerunt. Quippe simul eundem hominem ad quietem vacantem febre peruenire, & nequaquam sine febre esse ex tali accideret mixtione, quòd tamen fieri non posse videtur. Sed facilè qui talia dicunt refutantur, quòd enim vnus & idem homo ad quietem febre vacantem perueniat, & simul nequaquam sine febre sit, nihil absurditatis habet. Nam ratione alterius, nempe intermittentis febris, fit vt illius saltem respectu iam febre vacet. Quia verò illi commixta est alia, nimirum continua, fit vt huius respectu nunquam sit sine febre. Quapropter prædicta quorundam admiratio non aliunde oritur, vt etiam libro secundo, de differentiis febrium, capite septimo testatur Galenus, quàm quòd intermittens ignoratur, ea quidem ratione quòd æger nunquam à febre prorsus liberatur. Porrò intermittentem cum continua miscери posse Galenus historia quadam confirmat, vnde omnibus palàm fit semitertianam cum tertiana intermittente miscери posse. Fuisse enim mulierem quandam inquit, quæ in diebus paribus horridam habebat accessionem exquisitę semitertianæ propriam, id est, eiusmodi cuius magnam partem horror vt suprà diximus, occupauit. Vnde palàm fit exquisitę semitertianæ fuisse accessionem. Quippe exquisita semitertiana non est, Galeno libro secundo de differentiis febrium, capite octauo teste, nisi vbi tertianę & quotidianæ febris æqualis fuerit mixtio. Quum itaque æquales magnitudine fuerint, & febris ex bile intermittens, & ex pituita continua, accessionis initium fit cum horrore, qui medium inter rigorem & frigefactionem obtinet locum, quorum alterum tertianam febrem, alterum quotidianam comitatur. In diebus autem paribus horridam accessionem cœpisse haud temerè dixit Galenus. Nam quum

Tertianę & quotidianæ intermittentium mixtio.

ἀσώδης febris.

Intermittentium cum continuis cōmixtio deprehensu difficilis.

Semitertianæ cū tertiana intermittente commixtio.

Exquisita semitertiana.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 495 sur 637

©BIUM

ſemitertiana, vt libro primo Epidemiorum, conſtitutio.prima, commentario vigeſimotertio idem teſtatur Galenus, totum circuitum octo plurimùm & quadraginta horarum habeat, vt alterius horridæ acceſsionis initium in dies pares ſemper incidat neceſſe eſt. Verbi gratia, ſi diei paris hora prima horrida acceſsio primùm inuaſit, vt iterum ſequenti die pari eadem hora inuadat oportet, quòd ſcilicet vniuerſum hoc illius circuitus tempus horis quadraginta octo conſtat. Cæterùm in imparibus diebus manè alteram prædicta mulier acceſsionem habebat, ea quæ præceſſerat multò minorem, vt altera die, ſcilicet impari ac mitiore, ſemitertianæ acceſſio iterum inuadere videretur, quòd in ipſa quidem conſueuit fieri. Nam vt loco iam citato autor eſt Galenus, ſemitertiana altera die mitiore, impari nimirum in qua ſola quotidiana inuadit, alteram iterum acceſsionem adfert priori quidem remiſsiorem minorémue. Quod Hippocrates etiam libro primo Epidemiorum, conſtitutionis primæ, aphoriſmo vigeſimotertio iis verbis ſignificauit. Febres horridæ, continuæ, acutæ, omnino non intermitentes. Modus erat ſemitertianus, vna die leuiores, altera verò iterum inuadentes. Non autem temerè dixit Galenus: vt altera die ſemitertianæ acceſsio iterum inuadere videretur. Neque enim verè fuit ſemitertianę acceſsio, vt quæ paribus tantùm diebus fieret, ſed alicui eſſe exiſtimari potuit. Non fuiſſe autem quæ ſequuntur euidentiſsimè docent. Octaua enim hora diei imparis acceſsio cum vehementi inuadebat rigore, omnia exquiſitæ tertianæ, capite tertio huius libri expoſita indicia præ ſe ferens. Hæc autem etſi tertia noctis hora ſudoribus & bilis vomitibus, nonnihil mitigaretur ac frangeretur, tamen adhuc in ſecundam paris diei horam extendebatur, Vbi autem iam prope intermiſsionem & febre vacantem quietem veniſſet, rurſus horrida illa & inæqualis acceſsio, hoc eſt ſemitertianæ, quando ſcilicet tertiana intermittens & quotidiana continua ſimul inuadunt, ſuccedebat. Deinde per vniuerſum diem malignè coarctata, & rurſus impetum faciens, vix tandem occidente Sole ad vigorem perueniebat. Quippe, vt teſtis eſt lib. 1. Epidem. commen. 3. Galenus, ſemitertiana horridas habet inuaſiones ac repetitiones. Quare quum à primo impetu ad incrementum ſe conferunt, tametſi iam mediocriter progreſsæ videntur, alterum horrorem cum conſtrictione ſeu coarctatione inducunt, ab hoc alterum incrementum, deinde aliam coarctationem, & horrorem. Coarctationem autem diximus, quam Galenus ὑποσολὴν appellat, repreſsionem, ſubmiſsionem in ſemitertiana, quando ſcilicet ſe veluti quieſcens reprimit, & coarctat, ac quaſi occulta manet, idque propter humorem frigidum, qui tardiùs febrilem calorem concipit. Noctis hora quarta declinare incipiebat. Poſteà manè quum adhuc plurimæ huius febris ſupereſſent reliquiæ, augmentum non valde inæquale vſque ad octauam intendebatur. Deinde quum iam manifeſtè vigorem ſuum obtinere ſemitertiana videretur, altera acceſsio tertianæ intermittentis per omnia formam ſeruans ſuccedebat. Quocirca confeſtim ſecunda die Galenus hanc febrem ex ſemitertiana & tertiana eſſe complicatam cognouit. Prætereà Galenus in eam ſpem vocabatur, vt citò tertiana deſineret, ſemitertiana verò longiùs duraret, & ita euenit. Atque tum quidem manifeſtè reliqua pars quæ remanſit, viſa eſt ſola eſſe ſemitertiana, quæ vtique vniuerſi ſui circuitus, qui eſt, vt diximus, magna ex parte horarum octo & quadraginta, principium in pari die faciebat, in die verò impari, iterum accendebatur. Ea autem acceſsio ſolius quotidianæ fuit. Porrò accidit vt interdum duæ inuicem complicentur tertianæ quarum hæc primo die, altera deinceps ſecundo die acceſsionem habeat. Hæc quidem febris toleratu facillima eſt, quòd nimirum intermiſsionem, aut ſaltem remiſsionem habeat. Eodem pacto nonnunquam duæ quartanę inuicem complicantur, quas quidem omnes complicationes, acceſsionum ſpecies à quotidianis febribus diſcernunt. Neque enim quòd ſingulis diebus inuadit febris, ideò quotidiana cenſenda erit, ita enim ſæpe quis duas tertianas, aut duas quartanas eſſe quotidianam

Semitertianæ coarctatiões & cõſtrictiones.

Duarum tertianarum complicatio.

Duarum quartanarum.

quotidianam iudicabit: sed inſpicienda potiùs ipſius febris, & eius ſymptomatum, quę ſuprà expoſita ſunt, ſpecies. Ita enim nullo negotio diſcernuntur.

Oportet igitur in omni re primùm fieri artificem, quemadmodum quiſpiam noſtrorum præceptorũ nominauit, demum ſic ipſa aggredi opera. Artificem autem fieri, eſt primùm quidem & maximè vniuerſæ quæ artι ſubiecta eſt materiæ ſimplices vires cognoſcere, deinceps verò ipſarum mixtiones, quot & quales ſint. Nam de medicamẽtorum compoſitione & vſu eadem eſt methodus, quemadmodum in commentariis de ipſis ſcriptis demõſtratum eſt. Quum autem duplex medicis materia exiſtat, altera in qua finis fit, quæ eſt hominum corpora, altera verò præſidiorum, à quibus, vel per quæ fit finis. Tractatio quidem de medicamẽtis, ad ſecundam materiam pertinet. Præſens verò, ad primam. Nunc igitur in ſermonibus de febribus diſcere oportet, quòd tria ſunt omnia febrium à putridis humoribus accenſarum genera. Quædam enim à flaua bile, & hæ quidẽ plurimæ ſunt: quædam verò ex atra bile, quædam ex pituita conſiſtunt. Sermo autem ille haud exiguus eſt, quòd nonnunquam humoribus iam dictis malè habentibus febris accenditur: neque enim ſanè quum ſecundum naturam ſe habent. Sed in hoc etiam ſermone quòd non mirum ſit, ſi ex naturâ frigidis humoribus putrefactis febris accendatur, demonſtratum eſt, & quòd omnis aliarum febrium varietas, ex horum fit mixtione. Verùm & febres diaræ vocatæ, & adhæc quæ hecticæ appellantur, alia duo genera ſunt, ab iis quæ acutæ nominantur ſeparata. Et quòd acuta febris, vel aliquo dictorum humorum putreſcente, vel parte phlegmone obſeſſa fit. Et quòd phlegmones vox non veterum more ſit inaudienda. Omnia verò hæc multis admiratione digna videntur, quemadmodum & id quod paulò antè dictum eſt, num intermittens continuæ interdum miſceri queat. Non minùs autem hoc, quòd nulla quiete febre vacãte ægrotanti accidente, ſolæ intermittentes miſceantur. Atque hoc etiam euidenter demonſtrauimus non tertianis ſolùm, aut quotidianis, ſed & quartanis accidere. Quum enim plures inuicem complicantur, ſiue eiuſdem generis ſint, ſiue non, ſæpe ſecunda incipit, priuſquam prima in quietem febre vacantem deſinat. Hoc verò in longioribus acceſſionibus maximè contingit. Nam in iis quæ intra primum interuallum ceſſant (ſic verò vocant duodecim horarum ſpatium) vel multos oportet complicari circuitus, vel ea quæ ex intermittentibus compoſita eſt ad continuitatem peruenire haud poteſt. Plurimas verò ita complicatarum febrium medici qui circa hæc parum ſunt exercitati, ſi quidẽ acutiores videntur omnes ſemitertianas vocant: ſi verò tardiùs moueantur, erraticas. Poſtquàm enim ſemel facultatem arripuerunt putandi, quod in ſemitertianis multæ fiant ſubmiſſiones coarctationéſve, & in erraticis ſine ordine principia, omnes eiuſmodi febres quarum compoſitionem ignorant, ſemitertianas, aut erraticas appellant, etiamſi ſæpe manifeſtiſſimam proportionem habeant. Sicuti adoleſcens qui prope autumni finem, prima die, horam circiter quintam febricitare cum exiguo rigore quum cœpiſſet, ac deinde multo veſperi

Primùm fieri oportet artificẽm, deinde aggredi opera.

Artificem fieri quid?

Medicis duplex eſt materia.

Tria febrium á putridis humoribus ortarum genera.

Acuta febris.

Ceſſantes intra primum interuallum.

Hiſtoria.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 497 sur 637

©BIUM

parum ſudaſſet, pòſt horà noctis ſeptima priuſquam exquiſitè ſine febre eſſet, rurſus cum exiguo rigore febricitare cœpit, & dein paululum quum ſudaſſet, ſecunda die horam circiter decimam rurſus ſimiliter acceßionem habens, pari quoque ratione noctu ſudauit. Poſteà tertia die hora quidem ſecunda, cum vigore febricitare cepit, priuſquam prior declinatio in quietem febre vacãtem deſineret. Nobis igitur vniuerſam febris ſpeciem contemplantibus, trium tertianarum appa ruit eſſe complicatio. Quæ enim prima die horam circiter quintam cœpit, & quæ ſequenti nocte rurſus hora ſeptima, & quæ ſecunda die hora decima, omnia tum pulſibus, tum calori tertianarum propria ſeruabant. Iam verò & quòd cum rigore, & cum ſudore fiebant, tertianarum proprium habebant. Nulla autem earum in quietem febre vacantem deſinebat, quod ſequentis tertianæ acceßio priùs incipiebat. Proinde ſi nulla alia inuaſiſſet, horis tribus aut quatuor aliis homo exquiſitè ſine febre fuiſſet. Trium quidem tertianarum complicatio ſecunda die ſta tim nobis manifeſtè viſa eſt. Quòd autem anticipando acceßiones haberent, tertio primùm die cognouimus. Nam hora ſecunda inuaſit febris, non quinta, quemadmodum in prima die. Tertiani verò circuitus indicia iis quæ in prima die omnia manifeſtiora attulit. Ab hoc verò die obſeruantes omnes acceßiones duabus aut tribus horis inuenimus anticipantes. Quare & illa quæ primæ proportione in circuitus ſucceßione reſpondebat, quinto die, oriente Sole facta eſt, ſeptimo aũt die multo citiùs, veluti circa horam noctis nonam. Deinde quæ poſt hanc eadem proportiõe hora noctis ſeptima. Quæ verò deinceps ſecuta eſt, hora quarta fiebat. Quæ autem huic ſucceßit, rurſus hora quarta. Quæ verò poſt hunc, quinta. Quæ deinceps, ſexta. Decima autem à principio acceßio hora octaua facta eſt. Propor tione huius aliæ duæ poſt ſeptimum circuitum non ſolùm non anticiparunt, ſed etiam tardiùs inuaſerunt. Vnde iam omnibus manifeſtiſſimè apparuit, & iis etiam qui ſemitertianã eſſe ipſam putabant, quòd plurimùm decepti eſſent. Quippe longitudine acceßionum ad octo horas cotracta, ipſaque acceſſionis inuaſione non ampliùs anticipante, ſed duabus horis tardius occupante, in quietem febre va cantem acceßiones deſierunt. Et ſic iam paulatim de longitudine aliquid dementes, ceſſauerunt: primùm quidem quæ leuiſſima erat, deinceps verò quæ magnitudine ſecunda, & tertia quæ illarum vehementiſſima erat. Quod ipſum non mediocre fuit teſtimonium, ipſas ab initio ſtatim tres tertianas fuiſſe. Sed cuius gratia omnia hæc dicuntur, ad hoc nũc rurſus reuertor, quòd exercitari oporteat, quo ſimplices affectus exquiſitè dignoſcamus, vt ſcilicet quum ſoli conſiſtunt ſtatim primo die facile cognoſcamus. Inuicem verò complicatos, ſi non primo die, ſaltem ſecundo, vel tertio, vel omnino quarto exquiſitè dignoſcamus. Nos igitur haud latuerunt ſecundo die hæ tres tertianæ, non ſanè alia de cauſa, quam quòd earundem naturam exquiſitè noſcebamus. Tale enim quid in morborum dignotionibus accidit, quod per totam vitam omnibus nobis contingit. Quippe amicos qui nobis familiariſſimi ſunt per longum interuallum ſtatim primo intuitu agno-

agnoſcimus. Si verò quempiam ſemel, aut bis vidimus, aut ſæpiùs quidem, ſed nõ aſſiduè, non etiam hunc ſimiliter neque per longum interuallum, neque confeſtim cognoſcimus: ſed nonnunquam multo tempore ambigimus ac dubitamus num Coriſcus, verbi gratia, aut Socrates ſit. Sic igitur & in morbis ſe habet. Proprium cuiuſque ſignum eſt, quod qui ſæpiùs contemplatus, promptè agnoſcit, potiſſimùm vbi ſimplex & ſolus fuerit. Febrium igitur quæ citra laborantem locum in humoribus putrefactis accenduntur tres ſunt primæ ac ſimplices formæ, vna pituitoſarum, altera melancholicarum, & tertia bilioſarum. Quas ſi quis exquiſitè ſingulas ſeorſim ac ſolas cognoſcere ſtuduerit, haud etiã difficulter earundem mixtiones ſic inuenerit.

Febriũ quę in humoribus putrefactis citra laborãtẽ locũ accẽduntur, tria ſunt ſigna.

COMMENTARIVS.

Hortatur hoc loco Galenus ne quis artis opera aggrediatur, niſi primùm artifex factus ſit. Artifex autem fiet, vbi primùm quidem & maximè ſimplices vniuerſæ materię quæ arti ſubiecta eſt facultates, dein verò ipſarum mixtiones quot & quales ſint cognouerit. Id quod medicamentorum compoſitio & vſus liquidò demonſtrat. Nemo enim rectè componere poteſt medicamenta, neque etiã compoſitis probè vti, niſi ſimplicium, ex quibus compoſita conſtant, facultates priùs exquiſitè cognouerit, quemadmodum copioſè in commentariis de medicamentis tum ſimplicibus, tum compoſitis demonſtrauit Galenus. Quocirca nemo etiam ſe in dignoſcendis febribus fore artificem ſperet, niſi priùs ſimplices febres exactè prænoſcat. Cęterùm quum medicis duplex ſit materia, vna in qua finis ſit, id eſt, quæ ſanitate fruitur. Hęc autem non eſt niſi hominis corpus, quod veluti materia in ſe ſanitatem recipit. Altera verò materia medicorum, non eſt niſi remedia per quæ, vel à quibus finis & ſanitas fit. Tractatio quidẽ de medicamentis ad ſecundam materiã, nempe præſidiorum per quę conſequitur ſanitas, pertinet. Præſens verò quæ eſt de febribus tractatio, ad primam materiam, id eſt, corpus humanum quod febribus corripitur & moleſtatur, ſpectat. In ea itaque tractatione hoc primùm diſcere oportet, quòd omnium febrium quę à putridis humoribus oriuntur & accenduntur tria ſint genera. Quædam enim à flaua bile excitantur, & hæ quidem plurimæ ſunt, ac tertianæ appellantur. Quædam ab atra bile accẽduntur, & quartanæ dicuntur. Quædam ex pituita conſiſtunt, atque quotidianæ nominantur: quemadmodum libro ſecundo de differentiis febrium capite primo & ſecundo, Galenus copioſiùs monſtrauit. Et ſermo quidem ille, quòd ex humoribus iam dictis malè habentibus & putrefactis, & non quum ſecundum naturam ſe habent, accẽdatur febris, prolixus admodum eſt, quod ex hoc loco Galeni iam citato, & aliis nonnullis vbi de harum febrium noticia tradit, euidentiſsimum fit. In eo enim ſermone etiam demonſtratum eſt, non eſſe mirum quòd ex humoribus natura frigidis putrefactis accendatur febris, idque capite iam citati libri quarto: Prætereà ibidem demonſtratum eſt, quòd omnis aliarum febrium varietas ex horum humorum mixtione fiat, idque capitibus. 7. 8. & 9. eiuſdem libri. Porrò febris diariæ & hecticæ alia duo genera ſunt ab iis quæ acutæ dicuntur ſeparata. Sunt enim in vniuerſum omnium febrium genera tria. Vnum, quod in ſpiritu accenditur, & diaria dicitur. Alterum, quod in ſolidis accenditur, & hectica vocatur. Tertium, quod in humoribus conſiſtit, & putrida appellatur, vt copioſè admodum libro primo, de differentiis febriũ Galenus oſtendit. Cęterùm acutæ febres ſunt, quæ vel ab aliquo dictorum humorum putreſcente fit, vel ob partem quæ phlegmone obſidetur, quemadmodum ſuprà & fuſiùs capite ſexto paulò antè citati libri dictum eſt. Demonſtratum quoque eſt, quòd vox phlegmone hoc loco non ſit veterum more, pro φλογώσει ſcilicet, audienda. Nam Hippocrates & alij veteres, vt

Artifex quãdo fit medicus.

Nemo citra ſimpliciũ cognitionẽ, cõpoſitis rectè vti poteſt.

Medicorum duplex materia.

Febriũ putridarũ tria genera.

Omnium febriũ genera tria.

Acutæ febres.

Phlegmone vox veteribus quomodo vſurpata.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 499 sur 637

©BIUM

alibi copioſiùs monſtrauimus,phlegmonem pro omni calido & afferueſcente tumore acceperunt.ideoque ſub hac voce herpetas,eryſipelata, carbunculum & alios eius generis calidos tumores complexi ſunt.Quapropter quando Galenus febres à phlegmone fieri ait, phlegmonen accipit pro tumore ſupra efferueſcentiam dolente,duro,& tactui renitente.Porrò omnia quæ hactenus hîc & alibi de febribus à Galeno commemorata ſunt,multis admiratione digna videntur, quemadmodum etiam id,quòd intermittens cum continua miſceri queat,& quòd intermittentes ita ſibi complicentur, vt ægrotanti nulla prorſus quies febre vacans accidat: quòd tamen Galenus non tantùm tertianis,aut quotidianis,ſed etiam quartanis euenire euidenter demõſtrauit.Hoc autem non alia de cauſa accidere ſolet,niſi quòd ſæpe vbi plures inuicem intermittentes complicantur,ſecunda acceſsio incipit, priuſquàm prima in quietem febre vacantem finiatur.Quod in iis potiſsimùm acceſsionibus accidit quæ longiores ſunt.Quippe in iis febribus tertianis quæ intra primum interuallum,hoc eſt,intra duodecim horarum ſpatium,ceſſant,vel multos circuitus complicari oportet, vel ea quæ ex intermittentibus compoſita eſt ad continuitatem peruenire non poteſt. Quòd nimirum propter acceſsionum breuitatem,antequam prima in quietem febre vacãtem finiatur, ſecunda acceſsio non ſuccedat.Hinc eſt quòd Galenus non temerè dixerit in longioribus maximè acceſsionibus accidere,vt febris quæ ex intermittentibus tertianis compoſita eſt,ad quietem febre vacantem haud perueniat. Quare ſi duæ tantùm tertianæ exquiſitæ inuicem complicatę eſſent,propter acceſsionum breuitatem(exquiſitę enim tertianæ acceſsio,vt libro ſecundo de differentiis febrium capite tertio teſtis eſt Galenus,duodecim ad ſummum horarum æquinoctialium ſpacio finitur)ad quietem febre vacantem peruenirent.Quod ne accidat,multas febres tertianas exquiſitas complicari oportet,aut iis aliquas accedere quæ productæ vel extenſæ tertianæ vocantur,quarũ aliquæ in acceſsione,Galeno eodem in libro,capite octauo autore,vigintiquatuor horas abſumunt:aliquæ triginta,nonnullæ triginta ſex,& aliquę etiam plures.Prętereà notat hoc loco Galenus quorundam medicorum inſcitiam,qui omnes complicatas febres paulò acutiores ac celerioris motus,ſemitertianas vocant,contrà eas quæ tardiùs mouentur,erraticas.Nam poſtquam illam ſibi facultatem arripuerunt vt putent in ſemitertianis multas fieri ſubmiſsiones ſeu coarctationes,vt comprehenſum eſt,& in erraticis eſſe ſine ordine principia, omnes febres quarum compoſitionem ignorant:ſemitertianas,aut erraticas nuncupant, etiamſi febres ſic compoſitæ manifeſtiſsimam proportionem habent.Quòd ex hiſtoria cuiuſdam adoleſcentis qui triplici tertiana laborabat oſtendere conatur Galenus.Is ſanè adoleſcens in fine autumni primo die,horam circiter quintam,cum exiguo rigore quum febricitare cœpiſſet,ac deinde profundo veſperi parum ſudaſſet,poſteà hora noctis ſeptima priuſquàm ad quietem febre vacantem prior acceſsio peruenisſet,alia cum exiguo rigore rurſus febre correptus eſt,& quum parum ſudaſſet,ſecundo die horam circiter decimam,tertiam acceſsionem habens,noctu,vt anteà,ſudauit.Tertio deinceps die hora quidem ſecunda iterum cũ rigore febricitare cœpit,priuſquam prioris acceſsionis declinatio in quietem febre vacantem deſineret.Galenus itaque quum vniuerſam febris ſpeciem diligenter contemplatus eſſet,trium tertianarum eſſe complicationem cognouit. Nam febris quæ primo die horam circiter quintam inuaſit,& ea quæ ſequenti dein nocte hora quidẽ ſeptima,& quæ ſecundo die hora decima corripuit adoleſcentem, omnia tertianarum propria indicia,tum in pulſibus,tum in caloris qualitate,ſeruabant.Nulla verò harum trium febrium in quietem febre vacantem deſinebat,idque ideò,quòd ſequentis tertianę acceſsio ſemper priùs quàm præcedens finita eſſet,incipiebat.Quare ſi nulla alia febris inuaſiſſet,horis tribus aut quatuor adoleſcens ille ſine febre eſſe potuiſſet. Trium autem tertianarum complicationen ſibi ſecundo ſtatim die eſſe manifeſtè deprehenſam Galenus inquit,idque,vt dictum eſt,ex febris forma diligenter conſiderata. Quòd autem

Cur intermittentes ita ſibi cõplicẽtur, vt ęgrotãti nulla quies febre vacans accidat.

Primũ interuallũ tertianarum.

Tertianæ productæ.

Hiſtoria adoleſcẽtis qui triplici tertiana laborabat.

©BIUM

autem anticipando acceſsiones haberent,non niſi tertio die primùm cognouit. Nam tertio die febris,hora ſecunda,non quinta,quemadmodum primo die,inuaſit,adeoq; tres horas integras anticipauit. Prætereà tertius etiam dies omnia indicia tertiani circuitus iis quæ primo die apparuerunt manifeſtiora attulit. Quum itaque à tertio die omnes acceſsiones obſeruaſſet Galenus, duas aut tres horas anticipare deprehendit. Quocirca acceſsio illa quæ primæ in circuitus ſucceſsione reſpondebat,quinto die oriente Sole facta eſt,hoc eſt,poſt duodecimam noctis.Proinde ſi acceſsiones primi,tertii,& quinti dierum contuleris,tunc tertii diei acceſsio primi reſpectu,quatuor horas, & quinti diei,tertii reſpectu,duas horas anticipauit. Septimo die acceſsio multò celeriùs inuaſit,nempe hora noctis nona, adeoque quatuor anticipauit horas. Dein quæ nono die facta eſt acceſsio,eadem proportione,duas nimirum horas anticipando,hora noctis ſeptima inuaſit.Acceſsio autem quæ vndecimo die inuaſit,hora quarta facta eſt,ideoque tres anticipauit horas.Rurſus quæ die decimotertio inuaſit, ordineque ſeptima fuit,itidem vt ea quæ vndecimo,quarta noctis hora facta eſt,adeoque in vigore tum febrem fuiſſe ſignificauit.Octaua acceſsio die decimoquinto facta, cœpit poſt occupare,quinta enim noctis hora inuaſit, certiſsimumque declinationis ſignum fuit. Quæ die decimoſeptimo facta eſt,hora noctis ſexta inuaſit, eademque proportione, vt prior,hora vna pòſt occupauit.Decimonono die facta acceſsio, quæ à principio decima fuit,octaua noctis hora inuaſit,adeoque duabus horis pòſt occupauit. Proportione huius acceſsionis decimæ,aliæ duę poſt ſeptimum circuitum factæ, id eſt,octaua & nona,non ſolùm non anticiparunt,ſed & tardiùs inuaſerunt, priores duæ vna hora,poſterior autem duabus,præcedentis reſpectu,horis. Quod facilè ex ſequenti ſchemate ſtudioſi ſupputabunt.

Febris	Acceſsio.	1.2.3.4.5.6. 7. 8. 9. 10.
	Dies.	1.3.5.7.9.11.13.15.17 19.
	Circuitus.	1.2.3.4.5. 6.7. 8. 9. 10.

Vnde manifeſtiſsimè omnibus apparuit, prædictas febres, propterea quòd celeriùs motę ſunt,non fuiſſe ſemitertianas:neque quòd tardiùs motę ſunt,fuiſſe erraticas.Nã quum longitudo acceſsionum eſſet iam ad octo horas contracta, ipſaque acceſsio nõ ampliùs anticipaſſet,ſed duabus horis tardiùs inuaſiſſet,febres in quietem febre vacantem finitæ ſunt.Proinde ſenſim aliquid de longitudine adimentes tandem ceſſauerunt,primum quidem tertiana quæ leuiſsima,& cæteris mitior erat,deinceps verò quæ vehementia ordine ſecunda,& tertia quæ omnium trium erat vehementiſsima.Poſtremùm Galenus cauſam affert cur omnia hæc copioſiſsimè dixerit, hanc nimirum, vt medicus ſe exerceat,quò ſimplices primùm affectus dignoſcat,ita vt vbi ſoli conſiſtũt, nullo negocio primo ſtatim die illos agnoſcat.Quum verò inuicem cõplicati fuerint, ſi non primo, ſaltem ſecundo, vel tertio, aut omnino quarto die exquiſitè cognoſcat. Hinc eſt quòd Galenum hæ tres tertianę ſecundo die non latuerint, naturam enim earundem exquiſitè cognouit,quæ quidem qualis ſit,in præcedentibus aliquot capitibus abundè eſt expoſitum. Cæterùm ſimilitudo quæ in contextu ſequitur explicatione,quòd intellectu facilis ſit,non eget.Socratis autem & Coriſci(quem Socraticũ fuiſſe Strabo libro decimotertio philoſophum teſtatur)nominibus hîc & alibi ſæpe exempli gratia vtitur,haud ſecus atque Dionis & Theonis. Prętereà formas diximus febriũ ſpecies,quas propria ſigna conſtituunt.Galenus χαρακτῆρας vocat.

CAPVT X.

EOrum verò omnium quæ locis phlegmone obſeſſis accidunt,forma vtique compoſita eſt.Quædam enim loci indicia præ ſe ferunt, quædã autẽ cauſæ ipſum lædẽtis.Veluti in pleuriticis ſuccingens coſtas mẽbrana tanquam locus laborans phlegmone obſeſſa neceſſariò dolorẽ, Pleuritidis ſymptomata. Dolor pungens.

©BIUM

quia neruosa est, inferet sed hunc quidē pungentē, ac latè extēsum, eò quòd laborās pars membrana sit. Tales enim sunt membranarum, quæ sensu sunt præditæ, dolores. Et sanè quia pars est è numero instrumentorum quæ respirationi famulantur, necessariò animal difficulter spirabit. Quoniam verò etiā cordi proxima est, facilè aliquid feruoris inflammationísve ei impartit. Si verò hoc accidit, animal febre corripietur. Quemadmodum eò quòd pulmoni vicina est, promptè etiam illi suū cōmunicabit affectū, præsertī quū sit adeò mollis ac rarus, vt omnē humidā substātiā prōptè suscipere queat. Tussiet igitur cōfestī homo, non tamē statī oīno expuet: sed siquidē plurimum & quod crassius est à phlegmone defluxerit, tussiendo expuet. Si verò parū & tenue, irritabit quidē necessariò, ita vt tussī moueat, nō tamē expuet priusquàm coaceruatū simul & cōcoctū, copiosius simul ac crassum factū fuerit. Verùm hoc quidē ipsius affectus, & nō laborātis loci inditiū est. Postquàm enim pathema exquisitè cōstrictum fuerit, & velut alligatū in seipso vniuersum cohibuerit fluxū, pleuritides in quibus nihil expuitur efficit. Quum verò abundè laxum fuerit, & pulmoni aliquid impartierit, tunc illi & plurimùm tussiunt, & expuunt. Speciei igitur phlegmones, non laborantis loci hoc est indiciū. Num verò magis pituitosus, aut bilios sit phlegmonen procreans humor, è sputorum forma scies. Nam & spumosa, & rufa, & pallida, & flaua, & rubra, & nigra expuunt. Quæ verò horum spumosa sunt, magis pituitosum fluxum demonstrant. Quæ autem flaua, syncerè bilios um. Quæ verò rufa, amaræ bilis fluxum & ista, sed mixtum esse non paucum seros um excrementum cum flaua bile significāt: & multò plus, vbi pallida quis expuerit. Sic nigra quoque, melancholicum fluxum ostendūt. Quemadmodum quæ colore magis quodāmodo rubra sunt, plurimū quidē sanguinis, parū autē amaræ bilis humorē efficientē phlegmonē participare mōstrāt, ideóq; omniū sputorū hæc sunt mitissima, sicuti puto, nigra omniū exitiosissima. Et sanè magnitudines in oībus dictis symptomatis, magnitudinis affectus erūt indicia. Exigua verò symptomata, exiguū significant affectū. Nequaquàm igitur omnia omniū propria sunt, sed singula propriū alicuius peculiare indiciū. Etenim quæ duo aut tria simul significare videntur, si accuratè hæc perquiras, altero quidem eorum quæ in iis accidunt laborantem locum, altero autem affectum, altero ipsius magnitudinem, altero aliquod eorum quæ consequuntur symptomatum significant. Pulsus igitur pleuriticorum hæc omnia significat, atqui nō omnia eodem modo. Verùm siquidem vnà cum tensione durus est, laborantem locum esse neruosum monstrat. Si verò serratilis, affectum esse phlegmonen. Sin celer simul & creber, & magnus, phlegmonen febrem sequi. Si verò singula quæ diximus signa maiora, aut minora fuerint, aut magnum, vel exiguum esse affectum significabunt. Mihi autem hoc exempli gratia nunc dixisse sufficiat, neque enim iam instituī de laborantibus locis tractare, sicuti neque de febribus, aut typis, aut causis: sed singulorum horum memini, simul viam quandam qua in iis oporteat exercitari monstrare volens, quam si quis habet, etiamsi nihil seorsim de iis quæ

diximus

Difficultas spirandi. Febris.

Tussis.

Vnde aridę tussis in pleuritide.

Sputorū indicia.

Pulsus pleuriticorum.

diximus ſcripſiſſemus, poſſet ipſe per ſeipſum, modò ſagacis ingenij, & laborum amans fuerit, ex aliis quæ ſcripta ſunt, quod reliquum eſt inuenire. Quum verò ſimul vtilitatem ſingulorum quæ dicta ſunt indicare vellem, & differentias febrium & typorum, & affectuum, & cauſarum, & ipſorum laborantium locorum commemoraui.

COMMENTARIVS.

Symptomata quæ phlegmone obſeſsis locis eueniunt duplicis ſunt generis. Quædã enim locum laborantem indicant, quędam uerò cauſas locum ipſum lędentes. Quę locum laborantem indicant in pleuritide, qui non eſt niſi coſtas ſuccingens membrana, verbi gratia quatuor numero ſunt ſymptomata. Primum eſt dolor, quòd nimirum laborans locus eſt neruoſus, & is quidem punctorius & extenſus, quòd ſcilicet locus laborãs membrana ſit. Talis enim dolor, vt etiam libro quinto de laborantibus locis capite ſecundo teſtatur Galenus, hoc eſt, qui eſt perinde ac ſi locus vel intendatur, vel pungatur, à pleuritide inſeparabilis eſt. Secundum ſymptoma quod in phlegmone coſtas ſuccingente accidit, eſt ſpirandi difficultas, quæ non alio nomine accidit niſi quòd pars laborans ſit è numero inſtrumentorum reſpirationi ſeruientium. Quippe membrana quæ hoc modo laborat intercoſtales vocatos muſculos, qui reſpirationis organa ſunt, vt in libello de cauſis reſpirationis teſtis eſt Galenus, ambit, vt ea phlegmone obſeſſa, neceſſe etiam ſit muſculos eos quos attingit, lædi. Tertium ſymptoma eſt febris acuta, quæ ideò accidit quòd ſuccingens mẽbrana cordi vicina eſt, adeoque facilè illi aliquid feruoris inflammationiſque impartit. Quartum ſymptoma eſt tuſsis, quæ non aliam ob cauſam fit, quàm quòd ſuccingens membrana pulmoni ſuum affectum communicat, adeoque humorem qui à phlegmone defluit, pulmo, quia mollis ac rarus eſt, promptè in ſe ſuſcipit. Atque hæc quidem iam dicta ſymptomata quatuor locum laborantẽ in pleuriticis oſtẽdunt. Cæterùm ſi id quod à phlegmone defluxit plurimum & craſſum fuerit, tum ſputum etiam, quintum quidem pleuritidis ſymptoma apparebit. Si verò idipſum paucum & tenue fuerit, irritabit quidem, ac tuſsim mouebit, nihil tamen æger expuet, priuſquàm coaceruatum ſimul & cõcoctũ, copioſum ſimul & craſsum factum fuerit. Verùm expuere aliquid aut nihil omnino, non quidem laborantem locũ, ſed affectum ipſum indicat. Quippe quum malum exquiſitè cõſtrictum fuerit, & quaſi vinctum & ligatum in ſe vniuerſum fluxum cohibuerit, pleuritidem ſiccã, & in qua nihil expuitur, efficit. Si verò abũdè laxum fuerit, & pulmoni fluxus aliquid impartierit, tunc qũi eo laborant malo tuſsiunt, atque expuunt. Et animaduertendum hoc loco, Galenum propemodum Methodicorum loqui more, qui, vt libro primo therapeuticæ methodi capite tertio, & in libro de ſectis metipſe autor eſt, duos tantùm eſſe ſimplices morbos, quorum vnum στεγνὸν, hoc eſt, adſtrictum, alterum verò ῥοώδες, id eſt, fluxum ſeu laxum dicebant. Sed non eſt quòd quiſpiam alio nomine iis vocibus vſum eſſe Galenum putet, quàm vt illis pleuritidis, ſeu phlegmones coſtas ſuccingentis membranæ, differentias, exprimeret. Eſſe enim differentias potiùs morborum, quàm morbos, loco paulò antè citato luculenter admodum Galenus oſtendit. Et quidẽ eſſe differentias morborũ & non morbos, quæ ſequũtur manifeſtè cõuincũt, ita enim ſubiicit. Speciei igitur phlegmones, & non laborantis loci hoc, id eſt, expuere aliquid, aut minus, inditium eſt. Qualis autem ſit ille qui phlegmonen procreauit humor, è ſputorũ forma cognoſcitur. Nam ſi ſpumoſum quod expuitur fuerit, humoris defluxum pituitoſum eſſe demõſtrat. Siverò flauum, ſyncerè bilioſum. Sin rufum, bilioſum etiã iſtud fluxum, atqui mixtum non parum ſeroſi excrementi cum flaua bile eſſe ſignificat: & multò quidem plus, vbi ſputum pallidum fuerit. De differentia verò horum trium colorum, rufi nimirum, flaui, & pallidi, libro primo capite duodecimo abundè dictũ eſt.

Symptomata quę phlegmone obſeſsis locis eueniũt duplicis generis.

Pleuritidis ſymptomata. 4.

Dolor.

Spirandi difficultas.

Febris acuta.

Tuſsis.

Sputum.

Sputorũ forma.

Porrò ſi ſputum quod pleuritici expuunt nigrum fuerit, melancholicum fluxum mõſtrat. Quod autem colore quodammodo rubrum fuerit, & ferè ad ceraſorum coloré acceſſerit, plurimùm quidem ſanguinis, parum autem amaræ bilis phlegmonen procreantem humorem participare mõſtrat, ideoque hoc omnium ſputorum mitiſsimũ, ſicuti nigrum exitioſiſsimum eſt. Cæterùm magnitudo ſymptomatum, affectuum magnitudinem ſignificant. Sunt enim affectus ſymptomatum, quæ illos ſequuntur cauſæ, vt copioſiùs libro primo de ſymptomatum cauſis capite ſecundo, Galenus monſtrauit. Denique non omnia ſymptomata omnium quæ in corpore ſunt propria ſunt indicia, ſed ſingula peculiare alicuius inditium exiſtunt. Quippe quæ duo aut tria ſimul ſignificare videntur, ſi acuratè hæc perquiras, altero quidem eorũ quæ in illis ſymptomatis accidunt laborantem locum, alterum autẽ affectum ipſum, altero ipſius affectus magnitudinem, altero autem aliquod eorum quæ conſequuntur ſymptomatum indicat. Quod pulſus pleuriticorum exemplo Galenus liquidò demonſtrat. Nam ille hæc omnia ſignificat, non tamen omnia eodem modo. Nam ſi illi accidat durities vnà cũ tenſione, laborantem locum eſſe neruoſum ſignificat. Si verò ſerratilis, affectũ ſignificat eſſe phlegmonen. Si eidem accedit celeritas, frequentia, & magnitudo, ſymptoma quod phlegmonen conſequitur, nempe febrem indicat. Quòd ſi verò ſingula eorum quæ diximus ſigna maiora, aut minora fuerint, aut magnum aut paruum affectum ſignificabunt. Poſtremùm Galenus cauſam affert cur hoc loco laborantium locorũ mẽtionem fecerit. Quum verò quę ab eo afferuntur explicationem nullam prorſus requirant, ad alia quæ mox ſequuntur enarranda, progrediemur.

Non omnia ſymptomata omniũ quæ in corpore ſunt propria indicia exiſtere.

Pulſus pleuriticorum.

CAPVT XI.

IN iis igitur omnibus hunc exercitatum eſſe oportet, qui primis diebus morbi ſpeciem exquiſitè cognoſcere voluerit. Vel enim ſimplex eſt febris, vel compoſita, vel cum laborante loco, vel diaria, vel hectica. Verùm ſi ſimplex fuerit omnino humoris qui ipſam procreauit indicia affert: ſi verò compoſita, ex quot ſimplicibus compoſita fuerit febribus, tot etiam humorum multitudinem indicabit. At ſi hæc demonſtrabit, num etiã morbus diuturnus ſit, aut nõ, ſimul indicabit. Si enim pituitoſus fuerit, neceſſariò diuturnus erit: & magis etiam, ſi melancholicus fuerit. Si verò bilioſus, breuis temporis erit. Sic etiam laborãs locus qui in aſsiduo eſt motu, calidus & rarus, & princeps, acutiorem fore morbum portendit. Qui verò neque in aſsiduo motu eſt, & frigidus ac denſus, & ignobilis, in longius produci tempus ſignificat. Simili modo etiam affectus, ſiquidem difficilis motus fuerit, & frigidior ac denſior, diu duraturum indicat. Sin facilè mouebitur, calidiorque ac rarior fuerit, citò ſolui. Eodẽ pacto de cauſis etiam iudicandum eſt. Proinde quicunque accuratè totam morbi hypotheſin cognouerit, haud exiguam portionem ad prænotionem habebit. Morborũ igitur quæ cum magno & repentino certamine fiunt, ſolutiones, quas præcipuè iudicationes appellari dicebamus, febrium quæ ex calidis conſtant humoribus proprias eſſe putandum. Poſt has, quicũque ſunt partium principum facilè mobiles, & calidi affectus. Diariæ verò & hecticæ febres, & ſine magna perturbatione, & minimè celeres faciunt mutationes. Verùm quòd etiam has interdum, nomine abutentes, iudicia vocent, in ſequentibus dicetur. Iam verò finem imponere præſenti volumus ſermoni, in vnã omnia quæ priùs dicta ſunt, ſummã redigẽtes.

Iudicatio quid propriè.

Iudicatio impropriè.

Commenta-

COMMENTARIVS.

Principio huius capitis monet Galenus quòd eum qui primis diebus febris ſpeciem exquiſitè cognoſcere voluerit, in iis omnibus quæ dicta ſunt exercitatum eſſe oportear. Febrium autem ſpecies deprehendet medicus, ſi vel ſimplicem, vel compoſitam, vel cum laborante loco exiſtentem, vel diariam, vel hecticam eſſe ſciet. Quòd ſi verò ſpeciem febris deprehendit, vnà etiam quæ ſit ea vnde hæc nata eſt, cauſa intelliget. Si enim ſimplex fuerit, verbi gratia tertiana, tum eam ex bile eſſe procreatam monſtrabit. Sin quotidiana, ex pituita. Si verò quartana, ex atra bile. Quòd ſi autem compoſita fuerit, ex tertiana nimirum & quotidiana, vt ex duabus febris hæc conſtat, ita etiam à duobus natam eſſe humoribus, bile ſcilicet & pituita, indicabit. Porrò quum medicus febris ſpeciem, humoremque vnde procreata eſt cognouerit, inde etiam num breuis, aut diuturna ſit futura ſciet. Nam ſi humor vnde naſcitur febris ſit pituitoſus, neceſſariò, vtpote frigidus ac craſſus, adeoque vt ſoluatur difficilis, hæc febris diuturna erit, idq; magis ſi melancholicus fuerit humor, vt in quartana, quòd is ſolutu adhuc ſit difficilior. Si verò bilioſus, breuis febris futura eſt, propterea quòd is humor facilè ſoluatur. Atq; ita primò quidem ex ſpecie tum febris, tum humoris eam procreatis nũ breuis aut diuturna futura ſit, cognoſcitur. Secũdò, ex laborante loco idem cognoſcitur. Si enim in frequenti eſt motu, & calidus, & rarus, ac princeps, breuiorem & acutiorem morbum fore ſignificabit. Quippe motus, calor, & raritas, omnia quidem vt citiùs ſoluatur morbus efficiunt. Quibus accedit quòd locus laborans princeps eſt, à quo natura quicquid eſt noxium quàm poteſt celerrimè amouere ac propulſare feſtinat. Contrà ſi aſsiduo motu laborans locus deſtituitur, frigidus quoque, denſus, ac ignobilis fuerit, in longius tempus extrahi morbum ſignificabit. Nam motus priuatio, frigiditas, ac denſitas, ſingula ad difficilem morbi ſolutionem conducunt. Quum autem ignobilis ſit, ad illam deponere potiùs ſuperuacua, quàm ab ea propulſare natura conabitur. Tertiò ex affectu ipſo, num breuis aut diuturna ſit futura febris cognoſcitur: idque eodem quo ex laborante loco modo. Quartò ex ipſa cauſa, pari quidem ratione, prout illa ſcilicet vel calidior frigidiórve, rarior aut denſior, facilis vel difficilis motus fuerit. Quapropter quicunque totam morbi hypotheſin, acuratè cognouerit, non modicam partem ad prænotionem habebit. Hypotheſis autem non eſt niſi cauſa vel negotium de quo controuerſia eſt, certis quibuſdam circunſtantiis circunſcriptum. Priſci Iuriſconſulti ſpeciem, recentiores autem caſum legis nominant. Vt hypotheſis hoc quidem loco non ſit niſi cauſa morbi, vel morbus ſuis circunſtantiis circunſcriptus. Circunſtantiæ autem morbi ſunt, locus in quo conſiſtit, num calidus, frigidus, rarus, denſus, princeps, vel ignobilis ſit. Cauſa, num calida, frigida, humida, vel ſicca fuerit. Item tempus, & id genus alia quæ capitibus tertio, quarto, & quinto huius libri dicta ſunt. Has itaque vnà cum morbo ſi quis cognouerit, non paruum ad prænoſcendum progreſſum ſe feciſſe putet. Nam hinc vtrum per iudicationem, aut citrà iudicationem morbus ille finietur ſciet. Quod febrium exemplo Galenus oſtendit. Quæ enim ex calidis conſtant humoribus, hæ cum magno & repentino certamine, hoc eſt, cum iudicio, finiuntur. Celerem enim motum habent. Poſt prædictas febres, per iudicium ſoluuntur affectus partium principum facilè mobiles, & calidi. Vt autem affectus, ita etiam vnà febres quæ illos comitantur. Diariæ autem febres, & hecticæ, ſine magna perturbatione, nec ſubitas permutationes faciunt, adeoque ſine iudicio paulatimve ſoluuntur. Appellant autem nonnulli, nomine abutentes, mutationes etiam ſenſim factas, iudicia, vt infrà nempe capite primo, & ſecundo, libri tertii, dicemus.

Febrium ſpecies vt deprehẽdũtur.

Quo pacto, nũ breuis aut diuturna ſit febris, cognoſcatur.

Hypotheſis quid?

Circunſtantiæ morbi.

Nũ per iudicationẽ, aut citra illam morbus finietur.

CAPVT XII.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 505 sur 637

©BIUM

Epilogus dictorum.

SI subitas in morbis mutationes velis præno ſcere, neceſſe tibi erit vt primùm principium, & augmentum, & vigorem, & declinationẽ cognoſcas ac præno ſcas. Hæc ipſa verò & ex morbi ſpecie, & regione, & anni tempore, vnà cum illis quæ iis cognata ſunt, & circuituum proportione, & adhæc ex iis quæ ſuccedunt, aſſequeris. E morbi vtique ſpecie, ad has tres ſimplices & primas reſpiciens febres, nempe pituitoſam, melãcholicam, & bilioſam. Exercitato autem te vt primùm exquiſitas & legitimas cognoſcas, ita enim & aliquando compoſitas inuenire poteris. Exquiſitæ verò & legitimæ tum ſunt, quando & ætas, & anni tempus, & regio, & conſtitutio & natura, & victus ratio quæ præceſſit, & præſentia ſymptomata, & in ſumma omnia quæ prædicta ſunt ſpeciei humoris conueniunt. Quum itaque humores in venis manẽt, cõtinuæ ab ipſis febres fiunt. Si verò mouẽtur, & in oẽs corporis partes propelluntur, hæ quæ cũ rigore aut horrore incipiũt, & cum ſudore in quietem febre vacantem finiuntur, febres generantur. Eſt autem ex ipſis tertiana quidem intermittens, & continua, breuis temporis. Quartana autem intermittens, & cõtinua, diuturna. Minùs verò iis diuturna quotidiana intermittens & continua.

Exquiſitæ & legitimæ febres.

Cõtinuæ febres.

COMMENTARIVS.

Principio huius capitis, vt in fine eius quod præcedit eſt pollicitus, omnia ferè quæ in ſuperioribus ſunt tradita breuiſsimo quodam epilogo repetit, nempe quæ alicui ad ſubitas prænoſcendas mutationes, ſiue iudicationes morborum cognitu neceſſaria ſunt, febrium citra phlegmonen ex humorum putredine natarum exemplo vſus. Quũ autem omnia quæ à Galeno hoc loco afferuntur ſint clara admodum, & ſuprà, libro nimirum primo & ſecundo abundè expoſita, non eſt cur prolixiorem addamus enarrationem. Vnum tamen nobis prætereundum non erit, hoc ſcilicet. Vbi nos conuertimus conſtitutio, hîc Græcè eſt κατάστασις. Non ſignificat autẽ hoc in loco niſi præſentem aeris conſtitutionem, qua in ſignificatione Hippocrates ſæpe in libris Epidemiorum vſus eſt.

κατάστασις.

Si has prõptè cognoſcere ſciueris, haud etiã difficilè erit eas quæ in laborãtibus locis cõſiſtũt inuenire. In omnibus enim phlegmone obſeſsis partibus, humorũ impactio quæ locũ probè difflari prohibet, cõfeſtim humores putrefacit, ſtatim quoq; calorẽ quendã malignũ accendit, qualis etiã in omnibus aliis quæ putruerunt generatur. Quando itaq; huius caloris modus ſimplex fuerit, alicui prædictarũ febriũ neceſſario aſsimilatur. Magis autem, ſi verum dicere oportet, vna ex illis eſt, vel bilioſa, vel melancholica, vel pituitoſa. Audiuiſti verò Hippocratem alicubi dicentem, qui ſunt morbi acuti, aut quòd hos acutos nominãt morbos, quorum febres omnino continuæ ſunt. Proinde ſi ſeorſim ac per ſe ſingulas cognoſcere febres ſtudueris, non etiam difficulter, neque quum ſimul pulmonis, aut lienis, aut iecoris, aut ventriculi aliqua phlegmone fuerit, ſpeciem eius dignoſces, et totius morbi quoad ſoluatur longitudinem præno ſces. Omnino enim fluxus qui phlegmonen efficit, vel flauæ bilis eſt, vel atræ, vel pituitæ. Si igitur ſynceræ ac multæ flauæ bilis fuerit, tunc eryſipelata, et herpetas facit, Si verò atræ bilis fuerit, cancros, aut phagedænas, aut elephantiam, aut aliquod eorum quæ ita difficulter ſanan-

Cur in phlegmone febris excitetur.

ſanantur malorum. Quæcunque verò à pituita irruente in tumorem attolluntur, hæc ædemata vocantur. Nudus igitur ac ſolus vnuſquiſq; eorũ quos diximus humorũ, quodlibet dictorũ malorũ exquiſitũ efficit. Sãguini verò permixtus, et deinceps in aliquã irruẽs partẽ, vel ſcirrhoſas, vel eryſipelatoſas, vel ædematoſas facit phlegmonas. Scirrhoſas quidẽ, melãcholicus. Eryſipelatoſas verò bilioſus. Oedematoſas autẽ pituitoſus. Quũ verò ſanguis ipſe ſecũdũ naturã ſe habẽs impactus in loco fluxioni obnoxio putruerit, malũ quidẽ phlegmone eſt. Simplex autẽ ex ipſa febris accẽditur, ſimilis maximè diariis quæ ex adenum phlegmonis oriũtur: nam & adenũ phlegmone ex bono fit ſanguine. Manifeſtũ verò quòd quũ hîc putreſcere cœperit, non etiam bonus manet, ſed bilioſus fit. Atq; in eo illud obſeruatur, quòd tria ſint vniuerſa ſimpliciũ febriũ genera. Quæ enim ex putrefacto fit ſanguine, iam quodãmodo bilioſa eſt: ſi vtiq; in naturalibus ſermonibus rectè demonſtratũ eſt, quòd ſanguis ex moderato fit calore, flaua verò, ex plurimo, atra autem ex abundè immodico. Quicquid igitur pingue & leue in ſanguine eſt, flaua fit bilis. Quod verò craſſum ac veluti fex eſt, vbi immodicè excalefactum exaruerit, atra fit bilis. Fit verò quandoq; atra bilis, quum flaua bilis aſſatur. Duplex enim eius generationis modus oſtenſus eſt. Omnes igitur quæ ex laborante aliqua particula accenduntur febres, aliquem prædictorum vel ſimplicem, vel compoſitũ characterem habebunt. Simplicem quidem, quando vnus humor aliis abundè præualuerit. Non ſimplicem verò, quando mixti facultas apparuerit. Nonnunquàm autem nõ apparet ſolùm, ſed & ex æquo cum altero dominatur. Interdum etiã tres viribus æquales cõmiſcẽtur. Verùm quẽadmodum eum qui ſcit vinũ, & mel, & aquã ſeorſim exquiſitè cognoſcere, neq; horũ mixtio latebit: eodẽ etiam arbitror modo neque is qui ſingulas prædictarum febrium exquiſitè dignoſcere poteſt, harum mixtionem ignorabit. Quare principium omnium eiuſmodi optimum eſt, iſtas tres febres, quotidianam, tertianam, & quartanam poſſe exquiſite cognoſcere: ſimiles enim ipſis omnino ſunt etiam iiſdem proximæ continuæ. Non igitur ad plures & obſcuras cõſiderationes, ſed paucas ac manifeſtas om nẽ tibi exercitationẽ redigã. In iis enim exercitatus, facilè primis diebus morbi formam genúsve deprehendes.

Oedemata.

Phlegmone quid?

Sanguis putreſcẽs bilioſus fit.

Tria vniuerſa ſimplicium febrium genera.

Num ex putrefacto ſanguine fiat febris.

Atræ bilis duplex generatio.

COMMENTARIVS.

Quum paulò antè Galenus breuiter admodũ quomodo febres ex humorũ putredine natæ cognoſci poſſent expoſuiſſet, nunc qua ratione quæ ex laborantibus locis oriuntur febres dignoſcantur oſtendere pergit, inquiens, Si eas quę ex putridis generantur humoribus febres promptè cognoſcere ſciueris, facilè quoq; eas quæ ex phlegmone partium quarundam procreantur inuenies. Modus enim generationis taliũ febriũ is eſt. In parte phlegmone obſeſſa humor ita impactus eſt, vt ſubinde probè diffflari nequeat, quare confeſtim putreſcat neceſſe eſt. Quod vt citiùs fiat, calor etiã qui in parte illa excitatur efficit. Nam, vt autor eſt capite 3. libri de inæquali intemperie Galenus, feruet qui in ea eſt ſanguis, adeoq́ue fluxio ipſa calida eſt. Debent autem, vt idem Galenus lib. 9. the. metho. capite 3. ait, quæ putreſcunt tum calida humidaq́ue eſſe, tum verò difficilem diffflationem tranſpirationémve habere. Quod copioſiùs etiam librovnde-

Cur humor phlegmonẽ creans putreſcat.

Quę putreſcunt calida & humida ſunt.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 507 sur 637

©BIUM

cimo capite quarto oſtendit. Putrefactus autem humor ſtatim calorem malignum accendit, qualis etiam in omnibus aliis rebus quæ computruerunt generatur. Id quod etiam capite 2. libri de morborum cauſis Galenus iis confirmat verbis. Ex
" putredine calefiunt tum corpora reliqua omnia, tum maximè ſemina & ſtercora.
" Cæterùm ſtercora putrefacta plurimùm calefieri eleganti hiſtoria libro tertio, de temperamentis capite ſecundo, Galenus monſtrat, vbi ex ſtercore columbino iam putri & excalfacto domum in Miſia Aſiæ conflagraſſe tradit. Quum itaque caloris à putredine excitati modus ſeu forma fuerit ſimplex, alicui ſimplicium & exquiſitarum febrium neceſſariò aſsimilatur. Vt enim illæ ab humoribus putrefactis vel bilioſis, vel pituitoſis, vel melancholicis excitantur: ita etiam calor phlemonarum. Immo ſi verum dicere oportet, vna eſt prædictarum febrium vel bilioſarum, vel pituitoſarum, vel melancholicarum, eò quòd fluxio vel flauæ, vel atræ bilis, vel pituitæ fuerit. Et quum phlegmone à iam dictis humoribus excitata, ſit morbus acutus, conſequitur etiam febres quæ has comitantur eſſe continuas. Nam vt ſectionis ſecundæ aphoriſm. commentario decimonono, & ſectionis ſeptimę commentario primo, Galenus teſtis eſt, acutorum morborum febres omnino ſunt continuæ, quòd illi etiam continui ſint, neque quoad ſoluantur intermittant. Quod Hippocrates etiam ſignificauit, dum morbos acutos eſſe ſcribit, quorum febres omnino ſunt continuæ. Locus autem eſt in primo Epidemiorum ſectione tertia, vbi ita ſcriptum reliquit. Εἰσὶ δὲ ὀξύτατοι μὲν καὶ μέγιστοι, καὶ χαλεπώτατοι νόσοι καὶ θανατωδέστατοι, ἐν τῷ σωφέχει πυρετῷ. Quod eſt, Sunt autem acutiſsimi, & maximi, & grauiſsimi morbi, maximéque lętales, in continua febre. Cæterùm ſi ſingulas febres ex laborantibus locis natas ſeorſim cognoſcere medicus ſtuduerit, non etiam difficulter complicatas dignoſcet, vbi ſcilicet ſimul ex pulmonis, lienis, iecoris, & ventriculi phlegmonis naſcuntur, & quam diu etiam ſint duraturæ. Nam fluxus qui phlegmonen efficit vel flauæ bilis, vel atræ, vel pituitæ eſt. Si itaque ſynceræ bilis ac multæ fuerit fluxio. tunc eryſipelata, & herpetas facit. Si autem atræ bilis, cancros, phagedænas, elephantiam, aut aliquod eorum quæ difficulter ſanãtur malorum, vt carbunculos, vlcera maligna, telephia, & chyronia dicta, de quibus omnibus alibi copioſè ſcripſimus. Porrò quæ à pituita confluente ac cum impetu irruente intumeſcunt. œdemata vocantur. Nudus igitur ac ſolus ſingulorum iam trium dictorum humorum, bilis vtriuſque & pituitæ ſcilicet, quodlibet prædictorum malorum, nempe phlegmonen, eryſipelas, œdema, & ſcirrhum, exquiſitum efficit. Si verò ſanguini permiſcetur, & deinde in aliquam corporis confluat partem, vel ſcirrhoſas, vel eryſipelatoſas, vel œdematoſas phlegmonas procreat, Schyrroſas quidem, vbi humor ſanguini mixtus melancholicus fuerit, eryſipelatoſas verò, vbi bilioſus, œdematoſas, quando pituitoſus fuerit: quæ quidem ſingula Galenus libro decimoquarto, therap. methodi cap. primo, ſecundo & 3. Et lib. 2. ad Glauco. cap. 1. Et in fine libri de morb. diffe. fuſiùs proſequitur. Quum verò ſanguis ipſe ſecundum naturam ſe habens impactus in loco fluxioni obnoxio putruerit, malum quidem phlegmone eſt. Simplex autẽ ex ipſa phlegmone in hunc modũ nata febris accenditur, quę ſimilis eſt iis diariis, quæ ex adenũ phlegmonis oriũtur. Nã & adenũ phlegmone ex eo fit ſanguine, eo ſcilicet, vt lib. 2, de diffe. feb. ca. 9. atteſtatur Galenus, tantũmodo calefacto, ad adenas confluente. Tamen quãprimùm is putreſcere inceperit, nõ eſt cur ſubinde bonus manere queat, ſed bilioſus fit. Putreſcit autem in phlegmonis ſanguis, eodem in loco Galeno teſte, duplici de cauſa, & quia nõ, vt cõprehenſum eſt, diffluat, & quia à natura nõ conuincitur. Porrò quũ ſanguis putrefactus, nõ maneat bonus, ſed fiat bilioſus, febris etiã quę ex putrefacto fit ſanguine, quodãmodo bilioſa exiſtit. Vnde oĩbus palàm fit, tria tãtùm eſſe febriũ genera, nẽpe bilioſam, pituitoſam, & melãcholicã. Nã febris ex ſanguine putrefacto nata, ꝓpter cauſam iã expoſitã, ſub bilioſa meritò cõmprehẽditur, tum etiam

Acutorũ morborum febres continuę.

Sanguis in phlegmone cur putreſcit.

Febris ex ſanguine nata, ſub bilioſa cõprehẽditur.

etiam quia ſimilem acceſsionum proportionem aſſumit, qualem tertianæ maximè, ac alię bilioſæ febres obtinent. Quod in iis qui pleuritide laborant, eo tempore quo rubea expuunt, Galenus loco paulò antè citato obſeruatum eſſe teſtatur. Ex hoc etiã loco nulli non perſpicuum fit, Auicennam Arabem, quem falsò plerique medicinæ principem faciunt, Fen.1.capite quarto tract.2.cap. quadrageſimoquinto, perperam Galenum erroris inſimulare, quaſi is nullam planè febrem à ſanguine putrefacto fieri opinatus ſit, quum hoc illi ne per ſomnium quidem in mentem venerit, & hîc diſertè fateatur, febrem à putrefacto ſanguine generari. Accedit quòd libro de differentiis feb. 2.capite nono, ex profeſſo quæſtionem hanc explicans, num ſit febris è ſanguine putrefacto procreata, manifeſtè etiam ex ſanguine putrefacto ac tranſmutato, febrem ſimpliciorem quidem tum in reliquis, tum in caliditatis qualitate mitiore, fieri ſcribat. Nequaquàm igitur inficias it Galenus febrem à putrefacto ſanguine generari, ſed hoc tantùm hic & alibi contendit, non eſſe ob id, quòd à ſanguine putrefacto generatur febris, neceſſarium, vt trita & ab omnibus medicis recepta ſimplicium febrium in tria genera diuiſio è medio tollatur, quum ea quæ ex ſanguine putrefacto orta eſt febris, ſub bilioſa conprehendatur. Sed excutiamus Auicennæ rationes quibus Galeni ſententiam conuellere conatur, vt quàm ſint ridiculè luculenter intelligamus. Principiò Galeni verba peſsima refert fide Auicenna, in hunc ſanè modum. Nam, inquit, ſanguis quum putreſit, cholera fit, & non eſt ſanguis. Galenus enim hoc loco non ait quum putreſcere incipit ſanguis, haud manet ſanguis, & fit bilis: ſed non manet bonus ſanguis, atqui fit bilioſus, vel vt ſua locutus eſt lingua, πικρόχολος, id eſt, in eo flaua ſeu amara bilis redundat. Ita perpetuò veriſsimum eſt, quod vulgato iactatur diuerbio, nihil eſſe à ſycophante morſu tutũ. Præterea nõ dicit Galenus, vt impoſtor Auicẽna illi aſcribit, febris fit cholerica, nõ ſanguinea: ſed febris quę ex putrefacto fit ſanguine, quodãmodo bilioſa eſt, quòd ſcilicet ſanguis iam ſit trãſmutatus, atq; adeò bilioſus factus, atq; talem acceſsionũ proportionẽ habeat, qualẽ tertianæ, & aliæ bilioſæ febres. Quòd autẽ quodãmodo bilioſus fiat ſanguis putrefactus, ex ſecundo de natur. facultatibus libro demonſtrat, in quo ſanè libro inter cætera dictum eſt, ſanguinem à moderato calore fieri, flauam autem bilem ex plurimo, atram verò ex eo qui abundè immodicus eſt. Proinde quum ſanguis putridus plurimùm incaleſcat, & calore quidem, vt dictum eſt, maligno, quid mirum ſi tum bilioſus fiat? Nam quum plus ſatis calefit ſanguis, tum quicquid in eo pingue ac tenue eſt, fit flaua bilis. Quod verò craſſum ac veluti fex eſt, atra. Id quod etiam teſtantur quę idem Galenus libro ſecundo de differentiis febrium capite nono, ſcribit, inquiens. Si ſanguis ſupra modum aſſatur, pars quidem eius ſubtilior ac pinguior omnino in flauam conuertitur bilem: quæ autem craſsior, in atram: quod in iis tumoribus qui carbunculi appellantur, contingit: nam in illis, ſanguinis ſupra modum efferueſcentis in melancholicũ humorem fit tranſmutatio. Fit etiam interdum atra bilis, quando atra bilis aſſatur. Duplicem enim generationem, vt ſectione tertia apho.comm.12.teſtatur Galenus, atra bilis obtinet. Alteram ex ſanguine craſſo: alteram verò ex flaua bile immodicè aſſata. Vtriuſque hoc etiam in loco fit mentio. Cæterùm redeundum nobis tandem ad Auicennam erit, qui poſtquàm abundè falsò calumniando Galenum ineptiuit, tandẽ quæ ſit febris ſanguinis docere aggreditur, eã nẽpe eſſe aſſerens quàm Hippocrates συνόχου hoc eſt, continentem appellat. Quaſi verò Galeno hoc genus febris fuerit incognitum, quóque nomine eſſet vocandum ignorauerit, quum tamen omnibus qui vel à limine Galenum ſalutauerunt notum ſit, illum exquiſitiſsimè Synochum deſcripſiſſe, & in ſuas ſpecies digeſsiſſe libro nono therapeuticæ metho. & libro ſecundo de differentiis feb. capite ſecundo, & ſuprà capite huius libri ſexto. Certè ſi Auicenna ipſe tam probè febrium naturam & genera ac Galenus noſter tenuiſſet, nunquam ſe tam turpiter hoc loco dediſſet. Quid enim magis ridiculum, quàm febrem ex putrido ſanguine natam, de

Galenus à calumnia vindicatur Auicennæ.

Auicennæ rationes excutiuntur.

Atræ bilis duplex generatio.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 509 sur 637

©BIUM

Synochus quid? qua hic loquitur Galenus, appellare Synochum. Quippe Synochus putrida febris eſt, vt metipſe Galenus libro ii. therap. metho. capite quarto atteſtatur, quãdo ſanguis vel in oĩbus æqualiter vaſis, vel in maximis putreſcit. Hoc autem loco, & capite nono libri ſecundi de differentiis febrium, Galenus non de eo ſanguine qui in venis, ſed de eo qui ad aliquam partem procubuit ſolus, in eoque phlegmonen concitauit, loquitur. Abeo ſanè concitata febris, non ſynochus, id eſt, continens, ſed συνεχὴς, hoc eſt, continua dicitur. Quum enim phlegmone ſit morbus acutus, conſequitur quòd ab ea procreata febris ſit continua. Nam vt libro ſeptimo aphoriſ. commentar. primo inquit Galenus, ὀξέων νοσημάτων αἱ πυρετοὶ πάντων εἰσὶ συνεχεῖς: acutorum morborum febres omninò ſunt continuæ. Quomodo verò continentes & continuæ inter ſe febres differant, alibi abundè monſtrauimus. Vt omnibus conſpicuum ſit Auincennam ſtultitiam atque ignorantiam ſuam hîc pulchrè prodidiſſe. Galenum autem in hoc capite de febribus ex phlegmone potiſsimùm partium, & aliis earundem tumoribus præter naturam natis loqui, euidentius eſt quàm vt à me demonſtrari debeat. In capite etiam nono libri ſecundi de differentiis febrium, de eodem locutum eſſe ſanguine, hæc eius ibidem verba manifeſtè conuincunt. Quando, inquit, in aliqua parte corporis plurimus acerua» tus ſanguis eiuſdem vim opprimit, corrumpi conſueuit, ac tum præcipuè quã in par» uis vaſis propter craſsitudinẽ obſtruitur, aut propter multitudinem impingitur, quẽ» admodum in adenum tumoribus, ac turberculis, atque in ſumma, in phlegmonis v» niuerſis. Non in huiuſcemodi affectibus duplici de cauſa corrumpitur ſanguis, & quia » ſcilicet non diffiatur, & quia à natura non ſuperatur. Quòd verò quæ non diffiantur » putreſcere ſoleant, indicant exteriora omnia, veluti fructus, ſemina, & veſtes. Quum itaque hîc Galenus loquatur de febre ſanguinis quæ phlegmonen comitatur, eaque, vt dictum eſt, continua ſit, meritò bilioſis continuis, vt quę idem cum intermittentibus genus, vt capite ſexto huius libri comprehenſum eſt, obtineant, annumeratur. Similem prætereà acceſsionum proportionem, qualem tertianæ oſtendunt febres, aſſumunt. Quod ſe in laterum phlegmonis, quo rubeum maxime exponunt tempore obſeruaſſe, libro ſecundo de differentiis febrium Galenus atteſtatur. Rubeum autem in pleuritide expuitur, vbi ſanguis qui ſecundum naturam ſe habuit phlegmonen fecerit. Atq; hęc ad Auincennę falſas calumnias confutandas hactenus dixiſſe ſufficiat, iam ad ea quæ in contextu reliqua ſunt explicanda reuertamur. Omnes igitur, inquit Galenus, quæ ex laborante aliqua particula accenduntur febres, aliquem prędictorum, nempe vel ſimplicem, vẽl compoſitum, characterem ſiue modum habebunt. Simplicem quidem, quando vnus duntaxat humor in tumore qui excitatus eſt aliis præualuerit. Cõpoſitum verò, quando mixti alicuius humoris facultas apparuerit. Nonnunquam verò non ſolùm apparet, ſed etiam cũ altero humore illi mixto ex æquo dominatur. Hoc eſt, interdum non ſolùm accidit duos inuicem commiſceri humores, verumetiã vterq; in ea mixtione ex æquo dominatur. Accidit etiam interim vt tres inuicem miſceantur humores viribus ęquales. Et quidem febres ex horum mixtione procreatas medicus facilè cognoſcet, ſi prædictarum ſingulas dignoſcere potuerit. Quemadmodum enim is qui ſeorſim vinum, mel, & aquam exquiſitè agnoſcit, horum etiam prõptè mixtionem dignoſcet: ita etiam is qui ſingulas ſeorſim febres ſimplices exquiſita ratione cognoſcit, harum mixtionem non ignorabit. Quapropter optimum cognoſcendarũ febrium ex phlegmone partium natarum principium eſt, vt tertianam, quotidianam, & quartanam intermittentes exquiſitè cognonſcamus, quòd ſcilicet continuæ, quales ſunt omnes de quibus nunc agimus febres, vtpote illis vicinæ & proximæ (eiuſdem enim cum iis, vt dictum eſt, generis ſunt) ipſis omnino, propter cauſas paulò antè expoſitas, ſimiles ſint. Facillimè igitur formam & genus compoſitarum omnium febrium cognoſces, ſi primùm ſimplices exquiſitè dignoſcere ſtudueris.

Rubrum quando in pleuritide expuitur.

Simplex character.
Compoſitus.

CAP VT

CAPVT XIII.

QVo quidē pacto quiſpiā ab initio duo genera febriū cognoſcat, expoſitū eſt. Dico aūt duo febriū genera, & quod ex partib⁹ laborātib⁹, & quod ex ſolis humoribus accēditur. Reliquū igitur eſt vt de tertio genere febriū, quas Diarias appellari diximus, agamus. Sūt aūt illæ ſpiritus tantummodo pathemata, citra humorum putredinem, aut partis phlegmonen, extra eas quæ in adenum tumoribus accidunt. Harum verò generationis cauſæ manifeſtæ ſunt, vigilia, cruditas, triſtitia, timor, ira, ſolicitudo, deuſtio Solis, refrigeratio, laſſitudo, ebrietas, & omnia quæcunque iis ſimilia ſunt. Quomodo igitur etiam has in primo die cognoſcere oportet deinceps exponam. Communiter quidem pulſus omnium ad celeritatem & frequentiam accedunt, & ſæpiùs ad magnitudinem. Exquiſitè autem eam quæ ſecundum naturam eſt æqualitatem, & molliciem, & ordinem retinent. Similiter etiam vrinæ, hæ quidem ſublimamenta bona: illæ autem ſubſidentias habent: quædam verò nebulas. Omnes autem boni ſunt coloris. Quemadmodum & calor omnium vaporoſus eſt, ſed iis quidem confeſtim ad primam manus iniectionem, illis verò poſteriùs. Omnibus præterea maligna abſunt ſymptomata, de quibus nos in prognoſticis Hippocrates docuit. Hæc igitur omnium diariarum febrium communia ſunt ſigna.

Diariæ febres.

Signa diariarum communia.

COMMENTARIVS.

Poſtquam Galenus quo pacto duo genera febrium, quorum alterum ex putrefactis humoribus, alterum verò ex laborantibus partibus originem ducit, eſſent cognoſcenda abundè admodum in iis quæ præcedunt expoſuiſſet, nunc quidem ad tertium genus quod eſt diariarum febrium, progreditur, primumque quòd in ſpiritibus duntaxat accendātur, citra humorum putredinem, aut alicuius partis phlegmonem, exceptis tamen iis quæ ex adenum tumoribus phlegmonisve excitantur, quæ etſi ſunt diariæ, tamen ex ſanguine in adenibus putrefacto naſcuntur, oſtendit. Quum autem plura de diariis iis febribus libro primo de differen. feb. & ad Glauconem, item libro 8. 9. & decimo therap. metho. Galenus ſcripſerit, & nos etiam alibi diariarum febrium naturas abundè explicuerimus, non eſt cur fuſioribus commentariis hoc loco opus eſſe putemus. Ad earundem igitur cauſas breuiter enarrandas veniamus, quarum quidem potiſsimas decem altero huius capitis loco Galenus recenſet. Has autem omnes vocat προφάσεις, id eſt, cauſas manifeſtas ſeu euidentes: id enim hanc vocem ſignificare libro quarto vict. acut. morb. commen. 20. & 49. metipſe Galenus teſtatur: neque id ſanè temerè. Nam diariæ omnes, vt fuſiùs libro primo de differen. feb. cap. 7. monſtratur, à cauſa externa, manifeſta, primitiuáve originem habent. Quum verò de iis copioſiùs in locis paulò antè citatis Galenus, & nos in noſtris de medendi ratione libris fuſiſsimè tractauerimus, nihil attinet hîc longiùs repetere. Tertio huius capitis loco quopacto diariæ febres ſint cognoſcendæ docet. Quum verò duplicia ſint illarū ſigna, communia & propria, primùm de communibus verba facit. Horum primum quidem eſt pulſus, qui ad celeritatem & frequentiam, ſæpiùs etiam ad magnitudinem accedit, quòd etiam loco iam citato, & lib. 3. de prædictione ex pulſibus teſtatur. Exquiſitè autem eam quæ ſecundum naturam eſt æqualitatem, molliciem, & ordinem ſeruat. Ad celeritatem autem atque frequentiam pulſus tendit propter robur facultatis validum, & vrgentem vſum neceſsitatémve, Quum verò mouendi inſtrumentum impeditum non eſt, & vrgenti neceſsitati obſequitur, magnitudinem etiam acquirit.

Diariaria ex ſpiritibus accendi-tur.

προφάσεις.

Signa diariarum communia. Pulſus.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 511 sur 637

©BIUM

Quia autem in diariis neque humorum redundantia ſit, neque obſtructio tanta quæ motum remoretur, neque arteriæ durities, quam valida virtus vſu efflagitante nó niſi magna vi diſtendat, ideò nulla vel in mollicie, vel ordine eſt inæqualitas. Alterum ſignum omnibus diariis commune, eſt quòd vrinę ſunt boni coloris, nempe ſubrufæ, & vel ſublimamenta bona, hoc eſt, candida, leuia, & ęqualia, vel tales ſubſidentias, vel candidas nebulas habet, in ſumma, vt libro primo de diffe. feb. capite. 7. ait, concoctio in vrina apparet. Tertium eſt, quòd calor omnium eſt vaporoſus, adeoque ſuauis. Ideoque plurimæ illarum in madores ſoluuntur, nonnullę in lenes ſudores, aut omnino, vt libro primo ad Glauconem teſtatur, velut vapor aliquis copioſus eximo corpore exhalat. Quartum ſignum, quòd in diariis nullum malignum apparet ſymptoma, qualia ſunt ea quæ ab Hippocrate in prognoſticis recenſentur. Atque hęc quidem communia ſunt diariarum febrium ſigna, de quibus locis etiam ſuprà citatis copioſiùs agit Galenus.

Vrina.

Sublimamenta bona.

Calor.

Symptomata.

Propria verò ſingularum ſunt, quemadmodum etiam libro primo de curandi ratione ad Glauconem à me dictum eſt. Incipiam verò nunc ab animi perturbationibus, ſolicitudine, timore, ira, & triſtitia, ſermonem. Si enim manentibus etiam animi perturbationibus conſideratio fiat, è pulſibus maximè dignoſcere tentabimus, vt in libris de pulſibus ſcriptum eſt. Poſt hæc autem & ab aliis ſumptam dignotionem petere oportet. Si verò perturbationes ipſæ ſedatæ fuerint, affectus autem remanet, debile obſcurúmve quidem & in pulſibus perturbationum febrem efficientium indicium inuenies. Tibi autem ſine pulſibus etiam reliqua omnia ſufficient. Communiter enim omnibus vrinæ rufiores ſunt. His verò qui ob triſtitiam febricitant caloris potiùs acrimonia quàm multitudo adeſt: ſicuti his qui propter iram, contrà. Sed & gracilitas corporis manifeſtior in iis qui triſtitia affecti ſunt, quàm iis quos ſolicitudo vexat, & oculorum cauitas, & quidam præter conſuetudinem vitioſus color. Hæc quidem communia ſunt omnium aliorum quomodolibet cura & ſolicitudine implicitorum. Maximè verò ex oculis diſcernere oportet. Licet enim ex iis in ſanis etiam animi mores ac indolem coniectare. In ægris verò manifeſtiora ſigna, ei quidem qui perſpicere poteſt. Sic ſanè eos qui propter diſciplinas, aut contemplationem aliquam cura affecti ſunt, ab iis quos triſtitia corripuit diſcernere conuenit. Eos autem quos ob vigilias febris inuaſit, vitioſi coloris forma diſcernit. Quippe facies ipſis ſubtumida, & oculorum motus manifeſti: vix enim palpebras attollunt, & oculorum humiditas adeſt. Siccíores nanque iis qui triſtitia, quàm qui ſolicitudine afficiuntur. Cauitas autẽ commune omnium eſt ſymptoma, triſtitiæ, vigiliæ, ſolicitudinis, non tamen etiam iræ, Huic enim neque oculorum cauitas, neque vitioſus color manifeſta ſunt, & calor etiam copioſior, & qui celeriter ex profundo effertur, ac magnitudo pulſuũ haud imminuitur, quemadmodum in vigiliis, triſtitia, & cura. Quocirca iram manifeſtè admodum ab ipſis diſtingues. Illa verò inuicem diſcernes vti dictum eſt. Eorum verò qui ex laſſitudinibus febricitãt, cutis eſt ſiccior, quàm in alia quacunque diaria febre. Atqui hoc quidem omnibus qui ex laſſitudine febricitant commune eſt in eo quidem, quòd ad vigorem vſq; protrahitur, tempore, in eo verò quod

Proprią ſigna.

Perturbationum animi.

Mores & indoles ex oculis coniectantur.

Laſſitudinum.

quod deinceps eſt, plurimis quidem qui non ſuprà modum fatigati ſunt, madores quidam, aut calidus vapor è profundo attollitur quibuſdam verò etiam in iis quæ vigorem comitantur temporibus ſiccitas manet, Accidit autem hoc iis potiſſimũ qui ſupra modũ laſſati ſunt, aut Sole deuſti, aut refrigerati vnà cum laſſitudine. Et pulſus etiam non ſimiliter in vtriſque ſe habent, exigui enim ſunt iis qui ſupra modum fatigati ſunt, magni verò aliis. Quæ verò ex cutis denſitate febres accenduntur (denſatur autem vel refrigerata, aut acerba qualitate ipſi confertim incidente, veluti ei qui ſe alumino ſa in aqua lauit) hæ ſole omnium febrium malũ adſtrictum ſunt. Licet autem ipſas tactu dignoſcere, perinde atque ſqualidas aridas ve febres, quæ & ex laſſitudine, & ex deuſtione Solis fiunt: neque enim harũ denſitas tactum exercitatum latere poterit. Sed & caloris motus quodammodo increſcit. Nam primo occurſu mitis apparet, acrior verò ſi diutiùs tangendo immoreris fit. Tamen in iis neque vrinæ rufæ, neque corporis moles concidit, proinde neque oculi cani & aridi fiunt, ſed in quibuſdam humidiores, ac prominentiores quàm pro naturali conſtitutione videntur. Neque etiam pulſus, quemadmodum in mœrore, cura, vigiliis, atque immodicis exercitationibus, minores ſunt. Earum autem quæ ex adenum phlegmonis fiunt febrium pulſus ſunt maximi, celeres, ac crebri, calorque multus, & à vigore ſtatim mador quidam ex alto calidus effertur, ſed tamen ſuauis. Eiuſmodi enim febribus acrimonia & mordacitas omnium minimè ineſt. Facies etiam in iis omnino rubicunda fit, & tumida magis, & vrina ſubalba. Communis verò omnibus iis febribus diariis æqualitas pulſus eſt. In harum enim paucis admodum in vno ictu inæqualitas apparet, ſed nec ipſa valdè manifeſta, & euidens. Dicta ſanè mihi ſunt diariarium febrium indicia. De hecticis verò nunc nõ eſt tempeſtiuum dicere, nulla enim in primis diebus, ſed temporis progreſſu eiuſmodi fit. Proinde de iis in illis quæ ſequuntur dicetur. Iam verò præſentem librum hîc finiam.

Ex cutis denſitate.

Ex adenum phlegmone.

COMMENTARIVS.

Quæ ſint propria ſingularum febrium diariarum indicia hoc loco Galenus oſtendit, adeoque ad verbum quæ libro primo de curandi ratione ad Glauconem de iiſdem perſcripta ſunt repetit, ab animi perturbationibus exorſus. Si, inquit, manentibus etiã animi perturbationibus conſideratio ſit, à pulſibus maximè diarias cognoſcere tentandum, quemadmodum in lib. 4. de cauſis pulſuum eſt ſcriptum. Ibidem enim quales ſint iracundiæ, triſtitiæ, timoris, & læticiæ pulſus, copioſè explicatur. Plura quoque de iis pulſibus diximus lib. 4. de medendi ratione noſtra, capite primo, vt hoc nomine prolongare ſermonem non ſit opus. Quòd ſi verò animi perturbationes ſedatæ ſint, cęterum affectus ab iis procreatus remanet, aliis ſignis dignoſcendæ ſunt febres. Nam quum perturbationes iam ſint compoſitæ, adeoque cauſa febrium iam abierit, obſcurum ac debile tantùm ſit harum perturbationum in pulſu iudicium eſt neceſſe. Quare ad alia indicia reſpiciendum erit, è quibus etiam ſine pulſu differentias diariarum febrium deprehendere licebit. Talia verò ſunt quę ex vrinis, calore, oculorum, & totius corporis habitu ſumuntur. Nam quòd ad vrinam attinet, in omnibus id genus febribus ex animi perturbationibus natis, vrinæ rufiores, aurúmve referentes, ob bilis admixtionem, quam animi perturbationes, Galeno lib. 2. de temper. cap. 8. teſte, pariunt,

Ex animi perturbationibus.

©BIUM

apparent. Verùm his qui ex mœrore febricitant acrior, copioſior autem & ſuauior ex ira calor eſt. Triſtitia enim quia corporis humorem abſumit, illud reddit aridius, ac proinde calorem etiam acriorem, & parciorem. Ira contrà quæ non eſt niſi ſanguinis circa cor feruor quidam, calorem vberiorem, & ſuauiorem facit. Sed & corporis macies manifeſtior in iis qui mœrore afficiuntur, quàm iis quos cura & ſolicitudo conficit. Quàm enim vniuerſum corpus emaciet mœror, quotidiana experientia docet, & dictum illud Solomonis, ſpiritus triſtis oſſa exiccat. Plus itaque quum exiccet triſtitia quàm cura, maior etiã in illa quàm hac macies, & extenuatio apparet. Eadem de cauſa oculorum quoq; cauitas maior ſit in mœrore, quàm cura. Color etiam corporis præter conſuetudinem in vtraque animi perturbatione iam dicta accidit, eô quòd ambæ exiccent, & ſanguinem abſumant, quo quidem abſumpto vt corpus vniuerſum bono etiam deſtituatur colore oportet. Has duas autem animi perturbationes, curam ſcilicet ac triſtitiam, ex oculis, vt comprehenſum eſt, diſcernere eſt neceſſe. Nam ex oculis in ſanis quoque animi mores coniicere licet, quemadmodum Hippocrates libr. 2. Epidemior. ſectione .5. ita ſcribens teſtatur. Quicunque oculis paruis, mali. Qui oculis magnis, boni. Qui verò humidis gratioſi. In ægris tamen manifeſtiora ex oculis indicia ſumuntur, quæ omnia Hippocrates in prognoſticis annotauit. Atque ad iam dictũ modum eos qui propter aſsiduam in diſciplinis meditationé, ab iis qui mœrore conficiuntur, diſcernere oportet. Porrò eos qui ex vigiliis febricitant, vitioſi coloris forma, ac ſpecies ab aliis diſcernit. Facies enim ipſis ſubtumida eſt. Quippe vigilia, concoctionem impedit, humorum & vaporum crudorum copiam parit, coloremq́ue natiuum minuit, vt non mirum ſit huius comitem eſſe vitioſum colorem, ac faciei tumorem. Hinc eſt quòd oculi grauiter moueantur, palpebræq́ue vix attollantur. Nam oculorum nimia humiditas, eos grauat, atque quò minùs promptè attollantur efficit. Horum autem nihil in mœrore & ſolicitudine fit, quòd in iis oculi inareſcant. Cauitas autem oculorum commune ſymptoma eſt triſtitiæ, vigiliæ, ſolicitudinisq́ue, quòd ſcilicet omnia hæc oculorum & totius etiam corporis humiditatem depaſcantur. Iræ tamen hoc ſymptoma non conuenit, quòd ſcilicet in ea ſanguis tandem extra feratur. Hinc etiam eſt, quòd in illa neque oculorum ſit cauitas, neque vitioſus color, ac pulſus magnitudo non imminuatur, quemadmodum in vigilia, triſtitia, & cura. Quare ab iſtis iram manifeſtè admodum diſcernere licebit. Iſta verò à ſe inuicem, vt dictum eſt, diſtinguenda erunt. Porrò eorum qui ex laſsitudine febricitant cutis ſiccior eſt, quã in alia quacunque diaria febre, quòd ſcilicet laſsitudo non fiat niſi ab immodica exercitatione quę corpus exiccat, eiusq́ue humiditatem exhaurit. Et hoc quidem omnibus qui ex laſsitudine febricitant ſiue mediocriter ſiue immodicè fatigati ſunt, commune eſt vt cutem ſiccam habeant, vſq; ad vigoris tempus. Nonnullis verò, iis nimirum qui mediocriter fatigati ſunt, in declinatione acceſsionis mador quidam, aut calidus vapor ex alto corporis attollitur, & ex cute erumpit. Quibuſdã, nempe iis qui vehementer ſunt fatigati, etiam poſt vigorem ſiccitas perſeuerat, ſcilicet propter vehementia exercitia vapore ac humore reſoluto. Accidit quoque, vt iis qui Sole plurimùm vſti ſunt, aut vnà cum labore refrigerati, cutis per totam acceſsionem arida maneat. Quippe frigus corpus denſat, adeoq́ue ſudoris emanationem prohibet. Pulſus etiam in vtrisq́ue diſsimiles ſunt. Nam ſupra modum exercitati ac laſſati exiguos habent, ob virium imbecillitatem, pulſus. Qui autem modicè ſunt fatigati, eô quòd iis nondum collapſę ſint vires, magnos obtinent pulſus. Quæ verò ex cutis denſitate naſcũtur febres, hæ ſolę omnium febrium pathema adſtrictum ſunt. Qua iterum loquendi ratione ad methodicorum reſpicit placita, vt ſuprà etiam dictum eſt, qui duo pathematum genera ſtatuerunt, vnum fluxum, alterum adſtrictum. Denſatur autem cutis duabus maximè rationibus, frigore ſcilicet, aut qualitate acerba confertim incidente, vt accidit ei qui ſe aluminoſa lauit aqua, cuius meminit lib. 8. therap. method. cap. 2. Galenus, quo etiam

Ira quid.

Ex oculis animi mores coniicere licet.

1. prognoſt. 13.

Ex vigiliis.

Cauitas oculorum.

Ex laſsitudine.

Ex cutis denſitate.

Denſatio cutis.

©BIUM

etiam in loco,vt etiam lib.9.plura de cauſis denſitatis agit.Has autem febres tactu diſcernere licet,iis enim cutis durior,ac cõpactior ſentitur.Sed & caloris motus quodammodo increſcit.Primo enim occurſu mitis apparet,deinde vbi diutius admotam manum contineas, acrior apparet. Nam per adſtrictæ ac denſatę cutis exiguos meatus primùm parum exhalat, ideoque calor qui foras fertur ſuauis ſentitur. Progreſſu autem temporis impoſitam manum magis ac magis calefacit, ita vt tandem hanc mordeat ſenſim auctus in manu calor. Cęterùm in iis neque vrinæ rufæ ſunt, quòd ſcilicet ſanguis haud ferueat, neque bilis quæ vrinam rufam reddat, gignatur: neque corporis moles concidit,propterea quòd cutis denſitas vaporis & humoris reſolutionem impediat. Vnde etiam fit vt oculi neque caui,neque aridi, ſed humidiores potius ac prominentiores,quàm pro naturali habitu videantur. Sed nec pulſus, vt in mœrore,cura,vigiliis,aut immodicis exercitationibus,minores ſunt,quàm per ſanitatem,verùm niſi obruta facultas ſit,maiores,vſu ſcilicet efflagitante.In diariis verò quę ex glandularum phlegmone contrahuntur,pulſus ſunt maximi, quia vrget neceſsitas, id eſt, febrilis calor,neceſsitatique morẽ gerit facultas. Hac ratione celeres ſunt,& frequentes ob ſolam neceſsitatem.Calor multus,tum propter phlegmonen, tum febrem ipſam ex phlegmone excitatam.Mador etiam quidam ex alto corpore ad cutem fertur calidus,ſed tamen ſuauis,quòd à materia benigna fiat. Nihil enim acrimoniæ habent eiuſmodi febres, cùm ſolus phlegmones calor, non etiam putris fumus ad cor permeet.Caloris abundantiam faciei rubor,& tumor comitatur,Vrinę ſubalbæ,quòd caloris ſuauitas ſanguinem non vehementer calefecerit, vnde nec bilem, quæ vrinas tingat, generauit. Communis autem omnibus febribus diariis eſt pulſus æqualitas, quòd ſcilicet mouendi inſtrumentum impeditum non ſit,neque obſtructione,neque humorum,vel vaporum acrium abundantia,neque compreſſu,niſi ſit admodum ingens phlegmone.Quod ſi tamen inæqualitas in vno arteriæ occurſu ſit,ea adeò obſcura eſt,vt vix tactu percipi poſsit.Atque hęc de diariarum indiciis dixiſſe ſufficiat. De hecticis autem nunc non eſt tempeſtiuum dicere, nulla enim primis diebus fit hectica,ſed temporis progreſſu. De ſignis autem hecticæ febris plura habet Galenus libro primo de differentiis febrium,capite nono.

Pulſus æqualitas.

LIBRI SECVNDI FINIS.

Claudii Galeni pergameni, de Iudiciis

LIBER TERTIVS, LEONHARTO Fuchſio interprete.

CAPVT I.

INſtitutum noſtrum eſt,ſicuti priùs dicebatur,omnis in morbo mutationis,præſentis quidem cognitiones, futuræ autem prænotiones dicere.Quũ verò iſta ſex fiant modis,de ſingulis ſeorſim ſcribere tentandum.Hoc ipſum autem priùs eſt memorandum,quòd ſex ſunt omnes in morbis mutationum differentiæ. Aut enim ſubitò ad ſanitatẽ traducunt,aut confeſtim interimunt,aut ſenſim horum vtrunque,vel mixtim fit. Senſim quidem,aut morbo decreſcente,vel virtute laborantis diſſoluta.Mixtim verò,quando ſubita aliqua ad

Sex omnes in morbis mutationum differentiæ.

©BIUM

melius, vel peius mutatio fit, dehinc autem vſque ad perfectam ſolutionem, aut mortem, totum quod reliquum eſt paulatim marceſcit. De prima igitur repentina ad ſanitatem mutatione dicimus, quòd prædictarum omnium optima eſt, ideóque ipſam præcipuè iudicium nominant: quoniam naturâ omnia quæ præter naturã ſunt exactè ſuperante efficitur. Aliarum autem mutationum ea quæ ad celerem mortem finitur, malum eſt iudicium. Quæ verò effatu dignum habẽt momentum, haud tamen integram ſolutionem efficiunt, deficientia imperfectáve iudicia appellantur. Quemadmodum & quæ paulatim aut virtute, aut morbo marceſcente fiunt, ſolutiones ſimpliciter, non iudicia vocantur.

Iudiciũ propriè quid?

Malum iudiciũ.

Deficiens ſeu imperfectum.

Solutiones.

COMMENTARIVS.

Primo huius tertij de iudiciis libri capite, Galenus quod initio primi etiam libri dictum eſt repetit, nempe quòd inſtitutum ſuum ſit in iis libris velle docere, quomodo quis mutationes in morbis iam præſentes cognoſcere, aut adhuc futuras prænoſcere poſsit. Sunt autem harum mutationum ſex in vniuerſum differentiæ. Prima, quando ſubitò ad ſanitatem traducuntur morbi. Altera, vbi confeſtim morbi interimunt. Tertia, quando paulatim ad ſanitatem morbo deficiente marceſcentéve reuertuntur. Quarta, vbi ſenſim virtute laborantis diſſoluta, ad mortem tranſeunt. Atque hæ ſunt mutationum in morbis quatuor ſimplices differentiæ. Quæ deinceps ſequuntur, quinta nimirum & ſexta, mixtæ ſunt, ex ea quæ ſubitò & paulatim fit mutatione. Quinta enim eſt, vbi ſubitò ad melius mutãtur morbi, ſed ſubinde totum quod reliquum eſt vſque ad integram ſolutionem ſenſim abſumitur. Sexta verò, quando confeſtim ad peius commutantur, ſed dehinc totum quod reliquum eſt vſque ad mortem paulatim ſoluitur. Cęterùm prima, repentina ſcilicet ad ſanitatem mutatio, quòd omnium aliarum optima ſit, potiſsimum & præcipuè iudicium ſeu criſis appellatur. Nã hæc ipſa fit quando natura omnia quæ præter naturam ſunt exactè ſuperat. Secunda autem mutatio quę ad celerem finitur mortem, malum nominatur iudiciũ, eò quòd natura ab iis quæ prẹter naturam ſunt vincitur ac ſuperatur. Quinta & ſexta, quòd effatu dignum ad melius aut peius habent momentum, non tamen integram efficiunt ſolutionem, deficientia ſeu imperfecta iudicia nominantur, & meritò ſanè, aliquid enim de morbo reliquum faciunt. Tertia & quarta, quòd paulatim aut morbo, aut virtute marceſcente fiant, ſimpliciter ſolutiones, non iudicia nuncupantnr, propter cauſas ſequenti capite exponendas.

Sex mutationũ differentiæ.

Iudiciũ propriè vel ſimpliciter. Malum iudiciũ.

Deficiens.

Solutio.

CAPVT II.

Ola igitur repẽtina ad ſanitatem mutatio ſimpliciter iudicium appellatur. Ac fit quidem omnino per manifeſtas quidem excretiones, aut effatu dignos abſceſſus. Quicunque enim morbi aliter quieuerint, malignius reuertuntur. Præcedit autem huiuſmodi excretiones & abſceſſus, non exigua in corpore laborantis perturbatio. Nam inquietudines, vigiliæ, deliria, comata, ſpirandi difficultates, oculorum caligines, difficiles ſenſus. dolores capitis, ceruicis, & ſtomachi, multarumque aliarum partium corporis. Nonnullis verò aurium ſonitus, & ante oculos ſplendores apparent, & lachrymæ inuoluntariæ effluunt, & vrina ſupprimitur, & labrum agitatur, & alia quædam pars tremula fit, & obliuio, & adſtantium ignoratio, & vehemens incidit rigor, & acceſsio omnino conſuetam anticipat horam, & multus æſtus, ſitiſque

Iudicium ſimpliciter bifariã fit.

Symptomata iudiciũ præcedentia.

ſitiũsque intolerabilis ſequitur, clamantque, & exiliunt veluti ſtolidi, neque figuram decubitus ſeruare poſſunt. Deinceps multus confeſtim ſudor erumpit, aut vomitus aliquis non exiguus ſequitur, aut venter confertim ſoluitur, aut largè ſanguis profluit, vel etiam omnia ſimul accidunt, ac metus haud exiguus intuentibus iniicitur. Et huic rei adſtans plebeius quiſpiam re ipſa coactus exclamauit, quòd laborans de vita iudicaretur. Neq; medicorum quiſpiam priuatim ei quod accidit hoc nomen impoſuit, ſed omnino neceſſe eſt vt is qui præſens fuit conturbatus, & exclamans, id quod factum eſt iudicium nominarit. Medici autem eſt generoſi, vt neque perturbetur, neque vt eius quod futurum eſt euentum ignoret. Præſtat verò vt in prænoſcendo futuro iudicio ſe exerceat. Neque enim dignotio de præſentis iudicij euentu multum à prænotione eius quod futurum eſt diſtat, ſed vtrunque ex eadem contemplatione rectè aſſequitur.

Iudicium cur dictum?

COMMENTARIVS.

Principio huius capitis Galenus mõſtrat quid ſit iudicium abſoluto ſermone, ſimpliciterve, hoc eſt, ſine adiectione, nempe repentina morbi ad ſanitatẽ mutatio. Hanc quoque bifariam fieri ſubiicit, per manifeſtas ſcilicet excretiones profluuij ſanguinis narium, vomitus, alui deiectiones, ſudores, & id genus alias: vel per abſceſſus. Quicunque verò morbi aliter quieuerint, aut leuiores facti fuerint (id enim ἐξέξασάνησεν ppriè denotat. Nam ἔξασις laboris eſt leuamentum) ij maiori cum malitia reuertũtur, quod per hoc verbum ὑποξοωιάζει innuere Galenus voluit. Quippe ὑποξοωιάζω idem quòd ὑποστρέφω, id eſt, poſtliminio reuertor, aut recidiuam facio. Et ὑποξοπὴ idem quod ὑποστροφὴ, id eſt, recidiua, vt in expoſitione antiquarum dictionum Hippocratis Galenus eſt teſtis. Secundo huius capitis loco, quę huiuſmodi excretiones & abſceſſus prę-cedant, aut futuri iudicij ſint ſigna communia docet. Quæ quum ſint perſpicua, & ſuprà etiam libro primo, capite ſeptimo, & decimoquarto, & libro primo, apho. com. duodecimo, item libro primo de diebus iudicatoriis expoſita, non eſt cur nominatim enarremus. Tertio loco, vnde ſubita iſta mutatio iudicij nomen nacta ſit oſtendit. Neque enim medicorum quiſpiam priuatim hoc ei nomen impoſuit, ſed potiùs aliquis è plebe & rerum medicarum imperitus, qui in iſta perturbatione ægrotanti adſtans, tot ſymptomatum concurſu conturbatus ac territus, exclamauit nunc de ægrotantis vita imminere iudicium. Quapropter ei quod accidit nomen iudicij impoſuit. Quarto præſentis capitis loco, Galenus docet generoſi & excellentis medici eſſe, vt videns eiuſmodi in corpore perturbationem non timore percellatur, neque eius quod futurum eſt euentum ignoret. Quod fiet ſi ſe in prænoſcẽdo futuro iudicio exerceat. Facilè autem eius quod futurum eſt euentum agnoſcet, ſi priùs eius quod iam præſens eſt cognitionem habeat. Nam vtrunq; iudicium ex eadem contemplatione rectè aſſequitur. Quæ autem ſint præſentis, & adhuc futuri iudicij ſigna, in ſequentibus diſertè explicabit.

Iudicium ſimpliciter.

ἔξασις. ὑποξοωιάζω.

Signa futuri iudicij.

Iudicium quare dictum?

Generoſi medici eſt ſignis iudicatoriis nõ terreri.

CAPVT III.

ETſi iam omnia hæc à me dicta ſunt partim in primo de diebus iudicatoriis commentario, partim in duobus qui hunc præcedunt libris: dicã tamẽ etiam nunc ea omnia ſummatim, quæ & quale erit quod iam adeſt iudicium monſtrant, & id quod futurum eſt præmonſtrãt. Primùm quidem & omnium maximum, concoctiones ex vrinis, & deiectionibus, & ſputis conſiderare. Nam ego qui iam millies iudiciis interfui, nullum vnquam eorum qui concoctionibus præcedentibus iudicati ſunt, vidi morientem.

Concoctiones vnde cognoſcendæ.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 517 sur 637

©BIUM

Non æqualem omnibus signis dignitatem tribuere oportet,

Non tamen æqualem omnibus signis dignitatem tribuere oportet: sed in thoracis & pulmonis vitiis, animum sputis præcipuè attendere conuenit, neque tamen vrinarum contemplationem negligere: sed & deiectiones alui simul inspicere oportet. Si verò solùm febricitent, sine alicuius visceris affectu, aut iecoris, aut renum, aut vesicæ, aut lienis phlegmone, vrinis maximè animũ adhibere cõuenit. Quemadmodum si ventriculus laboret, alui deiectionibus primùm, nõ tamen vrinæ sunt negligendæ. Semper enim vbi febris fuerit, siue ex solis putridis accensa humoribus, siue partem phlegmone obsessam secuta, vrinas tibi maximè inspiciendas censeo, atque inde concoctiones esse cognoscendas, vt anteà dictum est. Primum itaq;

1. Boni iudicij signa.

& maximum boni iudicij imminentis signum sunt concoctiones. Secundum autẽ

2. quod ab aliquo die indice anteà indicatur, cui diei iudicantis annexa & coniuncta est facultas. Deinde verò species morbi ipsius. & mos. Species quidem, si tertiana, vel quotidiana vel febris ardens, vel pleuritis, vel peripneumonia. Mos autem, si mediocris & mitis, aut prauus & malignus sit morbus. Adhæc deinceps, si speciei morbi excretio respondeat. Si enim ardens fuerit febris, vel sanguinem è naribus fundat, vel post vehementem rigorem multum & calidum è toto corpore sudorem excernat, aut vomat, vel deiiciat bilioſa necesse est. Similiter &

Species morbi.

Mos morbi.

Excretiones vt respondeãt morbis.

tertiana vomitibus, & deiectionibus bilioſis, & sudoribus multis toto corpore manantibus iudicetur. In quotidiana aũt pituita cerebri vacuetur, & multi in toto corpore sudores fiãt. Iudicat aũt & phrenitim sudor bonus, & præcipuè si è capite multus & calidus profluxerit, vniuerso reliquo sudãte corpore. Sed accidit vt phrenitis etiã per profluuiũ sanguinis è naribus interdum tutò iudicetur. Lethargus tamen, aut peripneumonia, sanguinis per nares profluuio non delectantur. Pleuritis autem in medio horum est, minùs enim quàm ardens & phrenitis: magis autem quàm peripneumonia & lethargus profluuio sanguinis nariũ soluitur. Abũdè verò soluit iecoris & lienis phlegmonas sanguinis per nares profluuium, quandoquidẽ vnà cum acutis febribus viscera phlegmone obsidẽtur. Et oẽs hypochondriorum phlegmonas calidas & acutas, sanguinis è naribus profluuium iudicat. Oportet autem per rectitudinem profluere sanguinem, ex dextra quidem nare, iecore, vel iis quæ sub dextro sunt hypochondrio laborantibus. Ex sinistra verò, liene, & quæ illic sunt partibus. Iuuat autẽ & sudor bonus omnes quæ sunt in hypochondriis phlegmonas calidas & acutas. Iecoris verò gibba phlegmone obsessa, tribus maximè excretionis modis obediunt, profluuius sanguinis è naribus, & sudoribus bonis, & multis vrinis. Caua autem, deiectionibus bilioſis, & sudoribus nonnunquam verò etiam vomitibus. Multò autem magis per vrinas expurgari expetunt quàm gibba iecoris, omnia quæ iuxta renes & vesicam laborauerunt: quemadmodum quæ iuxta thoracem & pulmonem sunt, sputis. Sudores verò omnibus febribus proprij ac familiares sunt, præcipuè ardentibus. Iuuãt autem non parum feruentes phlegmonas, quando vt anteà dictum est, cum concoctionibus fiunt. Iam verò & quotidianas febres iudicant cum vomitibus &

Sanguinem in iudiciis per rectitudinem profluere oportet.

deiectioni-

deiectionibus pituitosis. Et quartanas, si atra simul & varia vacuentur. Semitertianas etiam, si biliosa simul & pituitosa. Iudicant autem parotides lethargos, & omnia capitis mala. Alij etiam decubitus omnes diuturnas febres tutò iudicare consueuerunt. Sed nondum de diuturnis morbis dicere nobis propositum est. Repentinæ enim mutationes acutorũ sunt morborum, quarum optimam qualis sit nunc enarramus: quòd scilicet omnino non sit sine concoctione, & quòd in aliquo die iudicatorio sit, & adhæc ab aliquo indice prius indicetur, & quòd iudicij speciem morbo conuenientem exhibet. Hac autem te hortor simul considéres & ægrotantis ætatem, & naturam, & victum qui antecessit, & locum in quo ægrotat, & anni tempus, & præsentem constitutionem. Si enim quemadmodum morbus est biliosus, verbi gratia, & hæc singula similiter biliosa fuerint, bilem in iudicationibus expurgari oportet. Veluti si pituita exuperat, pituitam vacuari cõuenit. Varijs autem humoribus superantibus, variam etiam esse vacuationem oportet. Quum verò hæc omnia tibi fuerint probè explorata, tunc ex euentu reliqua sunt assequenda. Si enim vbi laborans iudicatus est, febris soluatur, aliúsq; symptomatis liberetur, & pro ratione vacuationis meliore colore præditus sit, & melioribus pulsibus, & insurrectionibus robustior, hoc quidem optimum est iudicium. Si verò aliquid horum deficiat, tantùm ab optimo abest, quanta eius quod deficit facultas existit.

Repentinæ mutationes sunt acutorum morborũ. Optima mutatio seu iudicatio quæ?

COMMENTARIVS.

Principio huius capitis quid in sequentibus tribus capitibus dicturus sit Galenus proponit, nempe ea quæ etiam in primo de diebus iudicatoriis libro, & duobus qui præsentem præcedunt dicta sunt. Summatim enim ea quæ quale sit quod iam adest iudicium demonstrant, & quale id quod futurum est præmonstrant, hoc in libro tertio docebit. Inter ea autem quæ iam imminens bonum iudicium ostendunt primum 1.
quidem signum & omnium maximum sunt cõcoctiones, quę in vrinis, deiectionibus, & sputis considerantur. Maximum autem esse signum Galenus hinc colligit, quòd nunquam, etsi milies iudiciis interfuerit, aliquem mortuum esse viderit eorũ qui concoctionibus præcedentibus iudicati sunt. Cæterùm non omnia iudicatoria in omnibus morbis æqualem obtinent dignitatem. Nam in thoracis & pulmonis malis, sputa potissimùm considerare oportet. Non oportet tamen vrinę contemplationem, & deiectionum inspectionem negligere. Si verò ęger solùm febricitat, citra alicuius visceris, verbi gratia, iecoris, renum, vesicę, aut lienis, phlegmonen, vrinas maximè considerare cõuenit. Sin ventriculus laboret, alui deiectionibus primùm, deinde etiam vrinis animum attendere oportet. Per ea enim loca cuiusque partis excrementa vacuantur, vt libro primo, capite septimo copiosiùs dictum est. Secundum iam imminentis 2.
iudicij signum est, vt id iudiciũ sit anteà ab aliquo indice die indicatum. Quid autem per indicem diem sit intelligendum libro primo, capite decimosexto est expositum. Non autem temerè index dies est considerandus, huic enim diei quæ iudicat facultas est annexa & coniuncta, sic certè, vt si indicatũ sit iudiciũ ab aliquo die indice, necesse sit esse bonũ. Maximã nanq; vim habet dies iudicatorius, qui priùs ab aliquo indice est indicatus. Tertiũ iudicij boni signũ est species excretionis, morbi speciei & mori cõueniens. Quid aũt sit per speciem, & morem morbi intelligendum, & in contextu, & lib. primo, cap. 3. suprà expoſuit Galenus. Quę verò sit conueniens cuique speciei morbi excretio, hîc ordine quodam, & satis luculenter Galenus monstrat, inquiens. Si ardens

Imminentis boni iudicij signa.

Non omnia iudicatoria signa in omnibus morbis æqualem habent dignitatem.

Dies index cur considerandus?

3.

Quę conueniens cuique speciei morbi excretio.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 519 sur 637

©BIUM

Ardens febris. fuerit febris,tunc vel iudicatio fit per ſanguinis è naribus profluuium, vel rigore adueniente per multum & calidum ſudorem emanãtem,vel per vomitum, vel deiectionem bilioſorum.Quum enim ardens febris non fiat niſi ex flaua bile intra vaſa putreſcente,omnes certè prædictæ excretiones,per quas vel ſanguis bilioſus, vel bilioſa

Tertiana febris. excrementa vacuantur illi morbo conueniant oportet. Pari ratione febris tertiana meritò per vomitionem & deiectionem bilioſam, & ſudores biloſos toto è corpore

Quotidiana. manantes iudicatur.Quotidiana verò febris,vtpote non ex bile,ſed pituita nata,com

Phrenitis. modiſsimè per crebras pituitæ vacuationes,& ſudores multos è toto corpore excretos iudicatur.Phrenitis per ſudorem etiã bonum,præſertim ſi è capite multus & calidus profluxerit,vniuerſo etiam reliquo corpore ſimul ſudante,iudicatur. Non autem temerè adiectum eſt,à Galeno,per ſudorem bonum:ſi enim malus fuerit ſudor,phrenitim non iudicat.Bonus autem eſt,ſi fit in die iudicatorio,& ſi è capite,tanquam parte

Bonus ſudor. laborante,non frigidus,ſed calidus,neque paucus,ſed multus profluxerit, vniuerſo etiam reliquo corpore ſimul ſudante. Quod Hippocrates noſter in prognoſticis ita

1.prognoſt.29. ſcribens confirmat.Sudores optimi cenſentur in omnibus acutis morbis, ſi in die iudicatorio fiant,febrimque integrè finiant. Boni etiam vbi vniuerſo corpore æqualiter inſudante,æger morbum faciliùs ſuſtinere videtur.Contrà,inutiles, qui id efficere non valent.Peſsimi omnium ſunt frigidi,& vbi duntaxat caput,aut facies, aut ceruix

Phrenitis quid? inſudat.Porrò fit etiam vt phrenitis interdum tutò per profluuium ſanguinis narium

Lethargus, iudicatur,vt quæ non ſit niſi cerebri aut eius membranarum phlegmone. E ſanguine autem procreari phlegmonen notius eſt,quàm vt pluribus oſtendi debeat. Lethargus

Peripneumonia. autem, etiamſi malum ſit capitis, tamen quum ex pituita fiat, ſanguinis ex naribus profluuio non delectatur.Peripneumonia etiam raro per ſanguinis narium profluuium iudicatur,crebriùs per alui diectionem,aut puris per vrinam excretionem. Cæterùm pleuritis medium inter quatuor mala quę dicta ſunt,nempe ardentem febrem,

Pleuritis. phrenitim,lethargum,& peripneumoniam,locum obtinet. Quippe minùs quàm ardens febris & phrenitis,magis autem quàm lethargus profluuio ſanguinis è naribus

Iecoris & lienis phlegmone. ſoluitur.Iecoris autem & lienis phlegmonæ ſanguinis narium profluuio abundè iudicantur: quòd ſcilicet horum viſcerum phlegmonæ febres etiam acutæ, quibus hoc genus excretionis familiare eſt,comitantur.Omnes quoque alias hypochondriorum

Sanguinem per rectitudinẽ profluere oportet. phlegmonas calidas & acutas,eadem de cauſa iudicat.Oportet autem tum ſanguinem per rectitudinem profluere, ex dextra quidem nare, iecore laborante, vel iis partibus quæ in dextro ſunt hypochondrio.Ex ſiniſtra verò,liene, & quæ in ſiniſtro ſunt hypochondrio partibus laborantibus. Quod etiam Hippocratis teſtimonio confirmat Galenus capite decimoquinto libri de curandi ratione per ſanguinis miſsionem, ita

» ſcribens.Quæcunque ſanguinis eruptiones per rectitudinem fiunt, maximam ægro-
» tantibus commoditatem afferunt. Quę contrà ſanguinem excernunt, nihil iuuant,
» aut etiam nocent, quòd ſcilicet interdum citra mali leuamen vires exoluant. Neque
» enim liene magno exiſtente è dextra nare erumpens ſanguis,neq; in iecore è ſiniſtra

Iecoris gibba phlegmone obieſſa. » vllam adfert vtilitatem.In cuius quidem loci explicatione multa in noſtris commentariis diximus huc pertinentia, quæ nunc lubens prætereo. Cæterùm iecoris gibba phlegmone obſeſſa tribus maximè excretionis modis obediunt, nempe profluuiis ſanguinis narium,ſudoribus bonis, vtpote reliquis etiam phlegmonis communes, & multis vrinis,quæ quidem excretio illi ſitus ratione eſt maximè familiaris.Hinc eſt quòd lib.7.therap.method.cap.vltimo,& lib.decimotertio therap. metho.cap.duo-
» decimo,& lib.2.de curan.ratio.ad Glauco.cap. 7. ſic ſcriptũ reliquerit.Sicuti iecoris
» cauum per aluum purgatur,ita gibba eius per ea quę modicè vrinas mouẽt.Atq; hoc eſt quod hîc ait:caua autẽ iecoris deiectionibus bilioſis, & ſudoribus,nonnunquã etiã vomitibus,humoribus nimirũ ad ventriculũ tranſmiſsis obediunt. Multò verò magis per vrinas expurgari expetunt quàm gibba iecoris, omnes partes quæ iuxta renes &

veſicam

veſicam, vtpote præcipuis vrinę reddendę inſtrumentis, ſunt, quemadmodum quæ iuxta thoracem & pulmonem ſunt, per ſputa, quòd ſcilicet hæc ſint loca per quæ prędictarum partium excrementa commodiſsimè vacuantur, vt in præcedentibus libris ſæpe eſt dictum, & capite nonageſimonono artis paruę eſt oſtenſum. Sudores autem eſſe febribus omnibus proprios Hippocrates ſatis etiam in aphoriſmis confirmat iis verbis. Sudores febricitantibus ſi euenerint tertio die, & quinto, & ſeptimo, & nono, & vndecimo, & decimoquarto &c. boni ſunt: iij enim ſudores morbos iudicant. Iuuant autem non parum feruentes phlegmonas, maximè ſi cum ſignis cōcoctionis fuerint. Si enim citra ſigna concoctionis ſudores eueniunt, laborem potius, Hippocrate vbi ſuprà teſte, & recidiuam ſignificant. Quòd verò quotidianas & quartanas febres cum vomitibus & deiectionibus illis conuenientibus etiam iudicent ſudores, anteà eſt dictum. Semitertianas verò iudicant deiectiones per quas biliosa & pituitoſa vacuantur, quòd febres illæ ſint compoſitę, & ex bile & pituita putreſcentibus natę. Lethargos autem, & omnia capitis mala, iudicant parotides, hoc eſt, phlegmonæ in glandibus quæ auribus adiacent factæ. Nam impetus morbi totius ad glandulas illas, vtpote raras ac ſpongioſas, & ad recipienda ſuperuacua abiles, conuertitur. Alij etiam decubitus omnes diuturnas febres iudicare conſueuerunt. Decubitus autem hoc loco vocamus quæ Græcis ἀποσκήμματα dicuntur, nec ſunt, vt diximus libro primo, capite ſeptimo, niſi humores qui loco quem priùs infeſtarunt relicto, in alterum confluunt, quemadmodum etiam copioſiùs libro ſecundo ad Glauconem, capite duodecimo Galenus monſtrauit. In altero huius capitis loco Galenus docet non eſſe ſui inſtituti, vt in iis libris de diuturnis morbis aliquid dicat, vt quibus iudicium non conueniat. Iudicium enim quum non ſit niſi repentina, vt comprehenſum eſt, mutatio, acutis tantùm morbis conueniat neceſſe eſt. Diuturni enim ſenſim & paulatim mutantur, non repentè. Qualis autem ſit repentinarum mutationum ea quæ optima eſt, tribus quidem ſignis paulò antè cognoſcere docuit. Primùm, quòd hęc mutatio non fit niſi omnino præcedat concoctio. Secundò, quòd fit in aliquo die iudicatorio, & ab aliquo indice priùs indicata eſt. Tertiò, quòd iudicij ſpeciem morbo conuenientem exhibet. Vt autem cognoſcas num iudicij ſpecies morbo conueniat, neceſſe eſſe Galenus ait, vt ſimul conſideres ęgrotantis naturam, ætatem, victum qui pręceſſit, & locum in quo ægrotat, anni tempus, & præſentem aēris conſtitutionem. Si enim prædicta omnia biliosa fuerint, quemadmodum ipſe morbus biliosus eſt, bilem in iudicationibus expurgari oportet. Si verò contrà hæc omnia perinde atque morbus ipſe fuerint pituitoſa, pituitam vacuari in iudicatione conueniet. Quòd ſi verò in morbo, & aliis anteà dictis varij humores ſuperauerint, variam etiam in iudicationibus vacuationē fieri oportet. Hoc eſt, vt varii tum vacuentur humores neceſſe eſt. Porrò vbi hęc omnia natura nimirum ęgrotantis, ætas, & alia tibi probè explorata fuerint, tūc ex euentu reliqua facilè aſſequeris. Si enim poſtquam æger iudicatus eſt, febris ſoluitur, aliaq; ſymptomata deſierint, & laborans pro ratione vacuationis meliore colore prædituſ fuerit, ac melioribus pulſibus, & vbi inter ſurgendum robuſtior quàm anteà ſibi videtur, tum ex iis omnibus agnoſces iudicium hoc fuiſſe optimum. Si verò aliquid iam dictorum ſignorū deficiat & abſit, tantùm ab optimo abeſt iudicio, quanta illius ſigni quod deficit eſt facultas & potentia. Id quod quiſque facilè per ſe ſingula ſigna expendens cognoſcet.

4. aphor. 36.

Parotides.

Decubitus.

Iudicium acutis tantum morbis conuenit.

Qua ratione cognoſcendū num iudicij ſpecies morbo cōuenit.

CAPVT IIII.

Sic quidem optimum iudicium quum præſens eſt cognoſcere oportet, id autem quod futurum eſt hoc modo. Morbi natura contemplanda, num biliosa, vel pituitoſa, vel melancholica, vel mixta. Scripta verò ſunt indicia in eo qui hunc præcedit libro. Secundò, tempus anni,

Iudicium quod futurum eſt vt cognoſcendum.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 521 sur 637

©BIUM

& laborantis ætas, & temperatura, & quæcunq; alia ijs cognata, de quibus paulò antè dictum eſt, conſideranda. Et oportet vtique ſi vnius ex iis facta fuerit mentio, eorum etiam quæ non dicta ſunt recorderis: longum enim eſſet omnia recenſere. Poſt hæc acceſsionum circuitus conſiderandi ſunt, ſiue tertio quouis die, vel quarto, vel ſingulis diebus, ſiue nequaquam fiant, quemadmodum in iis quæ propriè Synochi nominantur videre licet. Si enim feſtinauerint, & conſuetam ſemper anticipauerint horam, & multò vehementiores fuerint, & tertio quouis die occurrerint, celeriter iudicium fore monſtrant. Si verò lentè moueantur, & eadem inuadant hora, & ſingulis diebus fiant, longo pòſt tempore iudicium fore ſignificant. Deinceps in iis quod maximum eſt, concoctiones intueri oportet, & harum maximè effatu dignis mutationibus mentem adhibere. Si enim in diebus indicibus fiant, quòd ſequentes iudicatorij dies hominem ſint à morbo liberaturi, annunciabunt. Summatim enim, vt in præcedentibus libris dictum eſt, vniuerſa morborum conſtitutio, per quatuor commemorata genera cognoſcetur, de quibus „ *Hippocratem in aphoriſmis in hunc modum diſſeruiſſe diximus. Acceſsiones,* „ *& conſtitutiones morbi, & anni tempora, & circuituum inter ſe incrementa,* „ *ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue longiore tempore fiant, indicabunt. Dein-* „ *ceps ait. Sed & ex iis quæ ſuperueniunt, veluti in pleuriticis ſputum, ſi ſtatim* „ *quidem incipiente morbo appareat, abbreuiat: ſin poſteà appareat, producit. Plurima autem narrauimus in primo libro de iis ſuperuenientibus ſignis, quæ concoctionem morbi demonſtrant: & quo pacto à iudicatoriis vocatis ſignis & ſymptomatis differant. Si igitur horum memor es, ſpero te facilè prænoſcendi & dignoſcendi optimi iudicij in hoc libro facultatem adepturum. Reliqua enim artificioſa quadam coniectura prænoſcuntur.*

COMMENTARIVS.

Iudicium quod futurum eſt quatuor modis prænoſcitur.

Quum in eo quod præcedit capite quomodo optimum iudicium, quod iam præſens eſt, ſit cognoſcendum expoſuiſſet, nunc quomodo id quod futurum eſt ſit prænoſcendum monſtrat. Quatuor autem modis idipſum poſſe prænoſci docet. Primùm ex morbi natura, conſideranda nimirum num hęc bilioſa, aut pituitoſa, aut melan-
1. cholica, aut ex iam dictis mixta fuerit. Indicia autem quibus hæ naturæ cognoſcuntur in capitibus tertio, quarto, & quinto præcedentis libri ſcripta ſunt. Secundo ex anni
2. tempore, ægrotantis ætate, & temperamento, ac aliis quæ huius ſunt συστοιχίας, hoc eſt, ordinis & cognationis, de quibus paulò antè, in capite nimirum quod præcedit, & libro primo, capite quarto. Item libro ſecundo, capite tertio & ſequentibus dictum eſt. Quare quum hęc omnia inter ſe ſint cognata, dum vnius ex iis fit mentio, reliquorum recordare oportet, quòd ſcilicet longum eſſet omnia omnibus in locis recenſe-
3. re. Tertiò ex acceſsionum circuitibus, ſiue ij tertio quouis die, aut quarto, aut ſingulis diebus, aut nequaquam fiant, quemadmodum in Synochis vocatis febribus videre licet. Siquidem habent hæ vnam duntaxat acceſsionē ab initio ad finem perpetuò manentem, vt libro. 2. capite. 6. diximus. Si enim feſtinauerint acceſsionum circuitus, ac ſemper conſuetā anticipauerint horā, aut vehementiùs afflixerint, & tertio quouis die, inuadant, tum morbum hunc citò iudicatum iri ſignificant. Si verò tardè moueantur, atque eadem inuadant hora, ac ſingulis diebus reuertuntur, tardiùs morbum iudicari demon-

demonſtrant,vt copioſiùs libro primo capite tertio oſtenſum eſt. Quartò prænoſcitur futurum iudicium ex concoctionibus ipſis. Si enim in diebus indicibus apparuerint,tunc ægrum ſequenti iudicatorio die à morbo liberatum iri denunciabunt,vt libro primo fuſiùs eſt monſtratum. Cęterùm quòd vniuerſa morbi cõſtitutio,id eſt,forma ex iam dictis quatuor generibus cognoſcatur,libro primo capite tertio & ſequentibus,vbi aphoriſmum primę ſectionis duodecimum interpretatus eſt Galenus,copioſè dictum eſt. De ſuperueniẽtibus etiam ſignis in libri primi capite ſeptimo plura narrauimus. Quare quum omnia hæc in iis qui præcedunt libris fuſiſsimè ſint explicata, vberiorem commentationem haud requirunt. Quòd ſi itaque horũ omnium memor fueris,facilè optimum iudicium & dignoſces,& prænoſces. Reliqua autem iudicia,quæ non ſunt optima,non certa aliqua,ſed tamen artificioſa coniectura aſsequeris. 4

Optimum verò iudicium,quod ſanè ſolùm ſimpliciter iudicium vocari diximus,non coniecturâ,ſed certò quiſpiam prænouerit. Omnia enim in talibus morbis ſigna ab initio ſtatim periculo vacare videntur. Quum igitur omnino eiuſmodi fuerint, in primo quaternario iudicium denũciant, quẽadmodum in prognoſticis ita ſcribens Hippocrates docuit. Mitiſsimæ febres, & quæ cum ſecuriſsimis ſignis fiunt,quarto die finiuntur,aut anteà. Fieri enim nequit quin febris quæ ſecuriſsima omnia ſigna habet,& quæ pernicioſiſsima, hæc non in primo quaternario occîdat,illa verò liberet ægrotantem. Sicuti ſi parum diſceſſerit,hæc quidem à ſummè pernicioſis,illa verò à ſummè ſalubribus, non contingit eiuſmodi febres ſeptimum tranſcendere diem. Num verò iudicium vehemens & conflictatorium fiat,aut mediocre,aut neque omnino iudicium ſed ſimpliciter ſolutio,non etiam ex pernicioſis & ſalubribus ſignis,ſed aliis prænoſcitur. Duo autem ſunt horum genera,magnitudo,& motus morbi. In quibus primis ſtatim diligenter exercitari oportet,vt ipſa facilè à more ac ſpecie morbi diſcernere poſsimus. Sed ſpeciẽ quomodo dignoſcere oporteat, in ſecundo horum commentariorum dictum eſt. Tertiana enim,& quotidiana,& quartana,& ſemitertiana, & pleuritis, & peripneumonia,& phrenitis morbi ſpecies ſunt. Si verò benignus,aut malignus fuerit morbus, ex ſubſequentibus ſymptomatis cognoſcitur, quæ omnia propemodum Hippocrates in prognoſticis enumerauit. His autem annumerare oportet concoctionis,& cruditatis ſigna. Magnitudo verò & motus morbi,ab iis diuerſa ſunt. Debiles equidem & exiguæ febres,interdum valde malignæ ſunt,& aliæ calidæ & deũrentes,vt inquietudinem ſimul & æſtum, & ſitim intolerabilem afferant,attamen nonnunquàm nihil habent periculi. Dictũ autem anteà eſt, nihil differre ſiue quis vehementiam,ſiue magnitudinem morbi nominet. Ab iis autem omnibus motus differt,& ex tempore partiũ acceſsionis cognoſcitur. Quũ enim in ſingulis acceſsionibus quatuor ſint partes, principium,augmentum,vigor, & declinatio,vel febris aliqua has omnes celeriter percurrit, aut tardè,vel nonnullas ipſarum citiùs,nonnullas verò tardiùs. Si igitur omnes celeriter pertranſit, quòd ad iudicium feſtinat manifeſtum eſt,& omnino febris illa eſt intermittens. Neque enim fieri poteſt,vt quæ omnes celeriter percurrit, cõtinna etiam maneat: quemadmodum neque ſi in omnibus partibus tardat, etiam intermittere poteſt.

Optimũ iudiciũ vt prænoſcendũ.

Vehemẽtia eadẽ quę magnitudo.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 523 sur 637

©BIUM

Intermittẽs febris quæ?

Liquet verò quòd eam quæ in quietem febre vacantem desinit, intermittentem vo co. Continuæ autem febris omnino vna pars aliqua longa est, interdum etiam duæ, & tres, & omnes. Febris quidem eius quæ propriè Synochus nominatur, vigor diuturnus est: imo tota hæc febris vigor existit. Eius verò quæ non est synochus, non tamen in quietem febre vacãtem desinit, si vigor aliis partibus sit diuturnior, motus est celer: si verò breuior, tardus. Quum itaque morbi species, & magnitudo, & motus, & mos fuerint definita, & species ex propriis symptomatis cognita, magnitudo verò ex eorundem quãtitate, motus autem ex tempore partium accessionis, mos verò ex symptomatis quæ superueniunt, adiectis quoque tempore anni, regione, natura, & similibus, nunquid quispiam seruabitur, aut morietur, ad tria hæc, nempe speciem, morem & magnitudinem, respiciens inuenies. Potissimùm autem ex iis, mori animum attendere oportet

Synochus tota vigor existit.

COMMENTARIVS.

Optimũ iudiciũ certò prænoscitur.

Hoc inloco Galenus docet quòd optimũ iudiciũ, quod solùm, absoluto sermone & simpliciter, vt capite secundo huius libri dictum est, iudicium vocatur, non coniectura artificiosa, quemadmodum reliqua, sed certò & firmiter prænoscatur. Omnia enim in talibus morbis signa statim ab initio periculo vacant, & securitatẽ pollicentur. Quũ itaque omnino secura fuerint signa, in primo quaternario futurum iudicium nunciabunt, quemadmodum in tertio prognosticorum aphor. 2. Hippocrates docuit. Quam quidem sententiam, & alia quæ hîc in contextu sequuntur, quum libro primo capite decimosexto abundè explicauerimus, non est cur hîc longiores esse velimus. Optimum igitur & pessimum iudicium ex signis saluberrimis & pernitiosissimis cognoscitur. Num verò vehemens aut conflictatoriũ (ἀγωνιστικὸν Galenus nominat, quod nõ sine difficultate & labore fit) aut moderatum sit futurum iudicium, aut omnino nullum, sed simplex solutio, id quidem nõ ex pernitiosis, & salutaribus signis, sed ex aliis, quorum duo sunt genera, nimirum magnitudo, & motus morbi cognoscitur. In iis igitur nos diligenter exercitari oportet, vt ipsa scilicet à more, & specie morbi discernere valeamus. Porrò species morbi quomodo sit dignoscenda, in capite tertio, & sequentibus aliquot dictum est. Species morbi, sunt tertiana, & quotidiana febris, pleuritis &c. Num verò morbus sit benignus seu mitis, aut malignus, ex iis quæ huic superueniunt & succedunt symptomatis deprehenditur. Symptomatis autem quæ morbo succedunt cõcoctionis & cruditatis signa annumerãda sunt. Cæterùm magnitudo & motus morbi à specie & more morbi differunt. Accidit enim interdum vt debiles & paruę febres, propter symptomata quæ illis succedunt, valde malignæ sint, & periculum minentur. Contrà accidit etiam vt alię febres sint ita calidę & deurentes, adeoque vehementes, vt inquietudinem simul & æstum, & sitim intolerabilem afferant, & tamẽ nihilominùs nihil periculi habent. Quòd autem magnitudo nihil à vehementia distet libro primo capite tertio est expositum. Porrò ab iis omnibus, nempe specie, more, ac magnitudine, differt motus, qui certè ex tempore partium accessionis, hoc est, principij, augmenti, vigoris, & declinationis, deprehẽditur. Si enim celer est morbi motus, has omnes quatuor partes breui tempore percurrit. Si verò tardus, longo. Accidit autem vt interdũ nonnullas ex iis quatuor partibus citiùs, nonnullas verò tardus percurrat. Si omnes celeriter pertransit morbus, adeoque motus eius velox est, quòd ad iudicium properet, id est, non procul absit iudicium, manifestum est. Febris autem hæc quę omnes partes accessionis celeriter pertransit è numero est intermittentium. Neq; enim fieri potest vt febris quæ omnes partes citò percurrit maneat continua, sed intermittat, necesse est. Si enim non intermitteret & continua maneret, accessionis partes celeriter non per-

Iudicium ἀγωνιστικόν.

Num morbus sit mitis aut malignus quomodo cognoscendum.

Debiles & exiguæ febres interdum malignæ,

tran-

transiret. Eadem ratione febris quæ in omnibus accessionis partibus immoratur, intermittens esse non potest, sed planè continua sit oportet. Intermittentem autem febrem Galenus vocat quæ in quietem febre vacantem definit, vt fusiùs libro secundo de differentiis febrium capite primo, & secundo monstratum est. Continuę autem febris omnino vna aliqua pars longa est, interdum etiam duæ, & tres, & nonnunquàm etiam omnes, prout vel est tertiana, quotidiana, aut quartana. Nam quartana cõtinua singulas accessionis partes longas habet. Febris autẽ eius quę propriè Synochus appellatur, sicut est ea species quæ Græcis ἀκμαστικὴ & ὁμότονος dicitur, vigor diuturnus est, imò vniuersa febris vigor est. Quippe à principio vsq; ad finem æqualis permanet, nec vllam habet remissionem, sed tantisper hominem deurit, donec humores illam efficientes aut absumantur, aut concoquantur, aut vtrunq; patiantur. Eius verò febris quæ nõ est Synochus, haud tamen in quietem febre vacantem desinit, hoc est, continuæ, si vigor aliis partibus fit diuturnior, tũc motus est celer, id est, citò febris hæc finietur. Si verò vigor cæteris accessionis partibus breuior fuerit, tardus est motus, adeoque non ita citò desinit. Nam quis est qui nesciat quòd ad velocem febris motum requiratur vt caloris vehementia seu vigor non sit breuior quàm aliæ accessionis partes, sed longior? Breuis enim vigor febris etiam segnitiem seu motus tarditatem præ se fert. Quum itaque medico qualis sit morbi species, & num magnus aut paruus, celeris aut tardioris motus, mitis aut malignus, fuerit definitum, idque ex propriis symptomatis, eadem quantitate, tempore partium accessionis, & ex symptomatis quæ succedunt, adiectis insuper tempore anni, regione, natura, & similibus, victus scilicet ratione quę antecessit, ac temperamento, de quibus omnibus libro primo & secundo dictum est, nunquid æger seruabitur, aut morietur sciet, modo ad speciem, magnitudinem, & morem morbi respiciat. Potissimùm autem mori animum attendere oportet. Malignũ enim morbum, magna ex parte vehemens & lætale iudicium comitatur. Contrà benignum & mitem, moderatum & salutare.

Intermittẽs febr.

Synochus prę-priè dicta.

Nunquid verò iudicabitur morbus aut minùs, primùm quidem ex motu & magnitudine cognosces: dein ex specie ipsius, posteà ex anni tempore, & aliis quæ huic cognata sunt. Ex iis quidem quæ succedunt non omnibus, sed ex iis quæ paulò antè dixi, quæ cum iudiciis iam incipientibus inuadunt, aut parum ipsa anteuertunt, quæ vtique propriè signa iudicatoria vocamus. Nam quum trifariã quæ succedunt diuisa sint, in ea quæ morem ostendere consueuerunt, & ea quæ iudiciũ fore in propinquo significant, & præterea in ea quæ non solùm vt signa, sed etiam vt causas iudicii statuimus, primum quidẽ ex iam dictis genus simplex est, quædam enim ipsorum praua, quædam verò semper bona existunt. Secundum verò & tertium, non semper idem neque ostendere, neque efficere solent, sed pro morbi temporibus variant. De iis autem omnibus in libro primo abundè dictum est, Perspicuitatis igitur gratia ante oculos ponatur ægrotus quispiam, qui primo die euidẽtissima salutis signa habeat: huic enim omnino in primo quaternario morbus finietur: num vero per iudicium, aut solutionem, magnitudine & paruitate definitur. Siquidem magni, omnino iudicantur, qui verò exigui fuerint, soluuntur solùm. Dies autem iudicii, ex motu inuenietur. Nam si febris synochus siue cõtinens fuerit, & nullum erratum commissum sit) semper enim huius oportet meminisse (in quarto die futurum esse iudicium sperandum. Si verò continua fuerit, tũ magnitudinem & motum intueri oportet. Fieri enim potest vt in tertio, aut quinto die

Num iudicabitur morbꝰ vnde cog noscendum.

Signa iudicatoria quæ?

Quæ succedunt trifariam diuisa.

Exemplum.

Dies iudicii vt inuenienda.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 525 sur 637

©BIUM

Iudiciũ cũ acceſſione concurrit. iudiciũ accidat. Tertio quidẽ, ſi morbus magnus ſit, & celeriter moueatur. Quinto autẽ die, ſi non admodũ magnus ſit, neq; celeriter moueatur. Quippe iudiciũ cũ acceſsiõe cõcurrere oportet. Atq; ita rarũ eſt vt in leuiore die iudicetur febris, adeò vt Archigenes bis tantùm per vniuerſã ſuã vitã viderit. Ego verò in hãc vſq; horã, ſemel. Atq; hæc cauſa eſt, quemadmodũ etiam in libris de diebus iudicatorijs dictum eſt, vt iudicium ſæpe à quarto in tertium, & quintum transferatur diem.

Morbꝰ peracutꝰ. Qui enim ita celeriter iudicatur morbus, eſt peracutus. In omnibus autem peracutis, vel continentes omnino febres eſſe, vel continuas, ſed quæ tertio quoque die acceſsionem habent, neceſſe eſt. Continentes quidem rariores ſunt, & vbi nihil erratum fuerit, in quarto iudicantur, natura propriis circuitibus ad iudicium perueniente.

Rarò accidit vt nullus error committatur. Rarò verò accidit, vt nullus error admittatur. Continuæ verò quæ in acceſsionibus iudicantur, tertio, aut quinto die meritò ſoluuntur. Si enim interdum quarto etiã die iudicẽtur, ratione acceſsionis, quæ tertio die fit, id patiuntur. Quæ enim circa vndecimam, verbi gratia, diei tertij horam inuadit acceſsio, aut tertia nocte, aut quarto die iudicium adfert. Quando itaque primo die (iterũ enim hæc dicenda) euidens aliquod concoctionis ſignum videris, reliquis videlicet omnibus periculo vacantibus, iam quidem certò ſcias quòd primo quaternario morbi ſolutionem accidere neceſſe ſit. Quòd ſi etiam magnitudinẽ eius inſpicias, vnà diſces, quòd cum iudicio ſoluetur. Ex motu vtique morbi, quòd vel tertio, vel quarto, vel quinto fiet iudicium ſperare oportet. Siquidẽ celeriter admodũ moueatur, tertio: ſi verò quodãmodo tardiùs, quinto, ſi aũt cõtinẽs fuerit, quarto.

Motus morbi.

Motus celeritatẽ adiuuantia. Motus celeritatẽ adiuuat morbi magnitudo, & anni tẽpus, & ætas, & regio, & alia quæcũq; naturâ eſſe biliоſa ſæpiùs dicta ſunt. Tarditatẽ verò motus, cõtraria. Æſtate enim, adoleſcẽs, natura calidior, ex inedia, & labore, ac cibis potibuſq; biliоſis, iudiciũ tertio vt die fiat adiuuabũt, præſertim ſi quæ præceſsit cõſtitutio abũdè ſicca, & præſens etiã, & regio in qua ægrotat naturâ calidior fuerit. Si verò etiã tertiana iudicia tũc populatim graſſata fuerint, certior cõiectura eſt. Quòd ſi oĩa cõcurrãt cõtraria, & motus morbi tardior, neque magnitudo effatu digna, & tempus hybernum, æger autem vel naturâ pituitoſior, aut declinantis ætatis, in quinti diei acceſsionem iudicium peruenturum ſperare oportet. Verùm magis etiam, ſi & regio frigida & humida fuerit, & præſens conſtitutio ſimilis, & iudicia quæ populatim vagantur quintana, & alia iis proportione reſpondent, ocium ſcilicet, ſatietas, & cibi pituitoſi plurimo antè tempore comeſti. Rurſus igitur alius ægrotus ſubiiciatur nullum adhuc manifeſtum concoctionis ſignum habens, neque in primo, neque in ſecundo diebus, neque tamen perniciоſum, ſed omnino periculo vacantia omnia: ſeruabitur videlicet etiam iſte, ſed in primo quaternario non integrè liberabitur. Oportet igitur te diligenter animaduertere, nunquid aliquod manifeſtum concoctionis ſignum oſtendat. Nam ſi hoc fiat, vt ſeptimo die morbus, modò interdum nullus error admiſſus ſit, ſoluatur neceſſe eſt. Num verò per iudicium, vel non, è magnitudine morbi diſcernendum. Manifeſtum enim eſt, ſi magnus fuerit,

Aliud exemplũ.

rit,omnino cum iudicio ſolui. Si verò etiam celeriter motus fuerit, etiam magis id fiet. Proinde & ſi aliquis error, non tamen admodum magnus, apud ægrotantem admiſſus fuerit,omnino etiam cum iudicio ſoluetur, & ita quidem in ſeptimo iudicium occurſurum ſperandum. Quòd ſi non admodũ velociter moueatur, aliquis verò error apud hominem commiſſus fuerit, in nonum diem iudicium transferetur. Rurſus igitur alius æger ſubiiciatur ex iis qui periculo vacant, & qui die ſeptimo primùm manifeſtum aliquod concoctionis ſignum habet: hic quidem ſi magnus ſit morbus, & celeriter moueatur, vndecimo magis, quàm decimoquarto iudicabitur. Si verò minor ſit, & non omnino velociter moueatur, decimoquarto potiùs quàm vndecimo iudicabitur. Atqui aliis ſignis definiendum erit, ſi etiam iuuenis ſit, & naturâ biliоſus, & æſtas, & in regione natura calida, & prior victus ratio, & præſens conſtitutio, omnia ad calidiùs vergant, omnino in vndecimo die ille iudicabitur: quemadmodum ſi omnia contraria iis quæ dicta ſunt ægrotanti adfuerint, decimoquarto. Si verò nonnulla quidem affuerint, nonnulla verò non, atque interim aliquis error admiſſus ſit, vt vndecimo die iudicetur morbus fieri non poteſt. Sæpe verò neque decimoquarto, vbi maius fuerit erratum. Si verò nihil fuerit erratum, mixtaque ſint ſymptomata, exercitato ac acuto tum medico, vt ea quæ maiorem vim habent ſigna diſcernat, & illi quod ab ipſis præoſtenditur iudicio magis fidat, in hiſce adeò ambiguis prænotionibus, opus erit. Quod ſi verò non in ipſo ſeptimo die, tamen in aliis quæ ſunt inter ſeptimum & vndecimum, id quod futurum eſt exquiſitè inuenire licet. Si enim vel magnitudo, vel velocitas motus morbi in iiſdem diebus intendatur, ac concoctionis ſignis effatu digna adiectio facta fuerit, huiuſmodi ægrotus vndecimo die iudicabitur. Quẽadmodum ſi contraria fuerint, in decimoquarto. Subiiciatur igitur rurſus ægrotus qui in morbo vacante periculo primis diebus tardiorem febris motum habeat, neque admodum perurenti febre laboret, ſed cum ſignis cruditatis: quòd quidem intra decimumquartum huiuſmodi non liberetur morbo, tam manifeſtum eſt. Si verò in illa ipſa, vel poſteà, è temporibus morbi definietur. Nam principij ſigna diu durantia, morbum eſſe diuturnum monſtrabunt. Augmenti verò ſigna ſi quarto, aut ſeptimo apparuerint die, aliquid decimoquarto ſperandum: in vndecimo autem definietur. Nam ſi hæc tria in hoc die concurrãt, & motus velocitas quæ ſufficienter ſit aucta, & febris magnitudo, & prætereà manifeſtum cõcoctionis indicium, decimoquarto iudicium fiet. Magis verò etiam, ſi anni tempus, & ætas, & natura ægri, & quæcunque alia ijs proportione reſpondent, ad iudicij celeritatem conferunt. Si verò ſolùm manifeſtum concoctionis ſignum vndecimo die appareat, neque tamen morbi magnitudo, neque motus celeritas vrgeat, in decimoquarto haud iudicabitur. Sed ſi anni tempus, & ætas laborantis, & quæcunque iis cognata ſunt ad frigidius declinent, fortè morbi ſolutionem in vigeſimo futurã ſperandum eſt. Quòd ſi mixta quodammodo fuerint, & dies decimuſquartus concoctionis ſigna abundè ſatis auxerit, decimoſeptimo die iudicium occurret. Si verò

Tertiũ exẽplum.

Exẽplũ quartũ.

©BIUM

neque decimoquarto aliquid nouatum fuerit, diligenter admodum iis quæ decimo-ſeptimo futura ſunt animum attendere oportet. Nam ſignum quod in eo apparet, fidiſſimum erit, etiamſi exiguum admodum fuerit, & vigeſimo die iudicium fore præmonſtrabit.

COMMENTARIVS.

Nũ morbus per iudiciũ, aut ſine iudicio finiatur, quinque è rebus cognoſcitur.

Poſtremo huius capitis loco Galenus nunquid per iudicium, aut ſine iudicio morbus finiatur, quinque è rebus cognoſci poſſe oſtendit, nempe ex motu, magnitudine, & ſpecie morbi, anni tempore, & aliis quæ huic cognata ſunt, atque iis quæ morbo ſuccedunt, non quidem omnibus, ſed ex iis quæ paulò antè, capite nimirum ſecundo huius libri commemoraui, quæ cum iudicio iam incipiente inuadunt, aut parum ipſum anteuertunt, & propriè ſigna iudicatoria vocantur. De quibus etiam capite 7. & octauo libri primi, & capite decimoquarto dictum eſt, ibidemque inter cætera oſtenſum eſt, ſigna quæ morbo ſuccedunt eſſe triplicia, nempe quæ morem morbi oſtendunt, id eſt, concoctionis & cruditatis ſigna, hæc enim mitem vel malignum eſſe morbum oſtendunt: & quæ in propinquo fore iudiciũ ſignificant, hoc eſt, iudicatoria, & quæ non ſignorum tantùm iudicatoriorum, ſed cauſarum etiam vicem obtinent. Primum autem horum generum ſimplex eſt, hoc eſt, idem perpetuò oſtendere natum, ita nimirum vt quædam huius generis, nempe cruditatis ſigna perpetuò praua ſint: quædam verò, concoctionis ſcilicet, ſemper bona. Secundum & tertium, id eſt, quæ ſigna ſolùm iudicatoria, aut ſigna, & cauſæ ſimul ſunt, non ſemper idem oſtendunt, & efficiunt, ſed pro morborum temporibus variant. Si enim in principio, aut augmento morbi apparent, malum oſtendunt & efficiunt iudicium. Si verò in vigore & poſtquàm concoctionis ſimul ſigna adſunt apparent, bonum, vt locis paulò antè citatis fuſiùs eſt monſtratum. Cæterùm quæ hactenus in hoc capite à Galeno dicta ſunt, ea nunc exemplis aliquot, quatuor nimirum, illuſtrat. Primum eſt ægroti, qui primo die euidentiſſima

Exẽplũ primũ in quarto futurum eſſe iudicium monſtrans.

ſalutis ſigna habet, huic enim in primo omnino quaternario morbus finietur, propter cauſas ſuprà expoſitas. Num verò morbus ille finietur per iudicium, aut ſolutionem, ex magnitudine, & paruitate morbi definiri poteſt. Si enim magnus fuerit, per iudicium finietur. Sin exiguus, ſolutione. Dies autem in quo iudicium futurũ eſt, ex morbi motu inuenietur. Si enim febris fuerit continens, & nullum erratum admiſſum ſit (huius nãque ſemper meminiſſe oportet, quòd ſcilicet error admiſſus iudicium etiam remoretur) ſperandum eſt iudicium in quarto die eſſe futurum. Si verò continua fuerit, tum non ſolùm motum, ſed & magnitudinem intueri oportet. In hac enim febre fieri poteſt vt aut in tertio, aut in quinto die iudicium fiat. Tertio, ſi febris magna fuerit, & celeriter moueatur: Quinto autem die, ſi non admodum magna fuerit, neque celeriter moueatur. Cur autem neceſſe ſit vt iudicium incidat in tertium aut quartum,

Iudiciũ cũ acceſſione concurrit.

hæc eſt ratio, oportet enim iudicium cum acceſsione cõcurrere, hoc eſt, oportet vt in acceſsione plurimùm iudicium fiat. Quum autem febris continuæ acceſsio in imparibus diebus fiat, vt in iiſdem etiam iudicia occurrant, neceſſe eſt. Quocirca rarò admodum accidit vt in leuiore die, in quo febris remiſsio ſit, febris iudicetur, adeò vt Archigenes ſe non niſi bis per vniuerſam ſuam vitam hoc die febrè eſſe iudicatam vidiſſe ſcriptum reliquerit. Galenus ſemel tantùm ſe cõſpexiſſe atteſtatur. Atque hæc quidem cauſa eſt, quòd nimirum in acceſsionibus plurimùm iudicia accidunt, veluti in libro primo etiam de diebus iudicatoriis dictum eſt, vt iudicium ſæpe à quarto die, in quo alii morbi peracuti qui febres non ſunt iudicantur, in tertium, aut quintum trãſferatur. Hinc eſt quòd Hippocrates libro ſexto Epidemiorum, ſectione ſecunda, apho. 10. & 2. lib. Epide. ita ſcriptum reliquerit, Febres vnum intermittentes diem, altero vnà cum iudicio rigorem obtinent de quinto in ſeptimum circuitum. Qui autem quarto die iudicatur morbus, exquiſitè peracutus eſt, vt ſectionis primæ aph. 7. copioſiùs oſtẽdimus.

dimus. Omnes autem peracutas febres neceſſe eſt vel continentes omnino febres eſſe, vel continuas, ſed eas quæ tertio quoque die acceſsiones habent, id eſt, tertianas vel ardentes. Cæterarum enim febrium nulla ex peracutarum numero exiſtit. Continentes quidem rariores ſunt, & vbi nihil erratum fuerit, in quarto iudicantur. Habent enim vnam acceſsionem, Galeno libro ſecundo de differentiis febrium capite vndecimo teſte, quæ ad quartum, magna ex parte, extenditur. Et tum quidem natura propriis circuitibus, quos in iudicandis morbis, quando proprio vtitur motu, & ab alio non impellitur, obſeruat, ad iudicium venit. Qui autem illi ſint circuitus, libro primo capite decimoſexto expoſuimus. Rarò autem accidit, noſtris præſertim temporibus, vt in continentibus nullus admittatur error, ideò ſæpe vſque ad quintum, aut ſeptimum, Galeno libro ſecundo de differentiis febrium capite vndecimo teſte, iudicium extrahitur. Continuas verò quę nō iuxta numerum dierum, ſed in acceſsionum potiùs circuitibus iudicantur, in tertio aut quinto die iudicari cōſentaneum eſt. Si verò interdum quarto etiam die iudicantur, idipſum certè acceſsionis ratione, quæ fit tertio die, accidit. Nam acceſsio quæ circa vndecimam diei tertii horam, hoc eſt, ſtatim pòſt Solis occaſum, inuadit, aut tertia nocte, aut quarta die, prout in hanc, vel illam vigor acceſsionis inciderit, iudicium adfert. Quando igitur primo die manifeſtū aliquod concoctionis ſignum conſpexeris, & reliqua omnia ſigna periculo vacant, tū certò ſcias morbi ſolutionem in primo quaternatio futuram. Quòd ſi magnus etiam fuerit morbus, cum iudicio ſoluetur. Motus verò morbi, diem iudicii ſignificabit, num ſcilicet tertio, vel quarto, vel quinto iudicium ſit futurum. Nam ſi celeriter moueatur, tertio: ſi verò quodammodo tardiùs, quinto. Sin continens fuerit, quarto, propter rationes ſuprà dictas. Motus celeritatem adiuuant anni tempus calidum, ætas, regio, & alia quæcunque natura bilioſa ſunt. Tarditatem autem motus, contraria, anni nimirum tempus frigidum, ætas, regio, natura, & victus ratio præcedens frigida. Verbi gratia, ſi æſtas fuerit, & laborans ætate adoleſcens, natura calidior, & vſus ſit inedia, labore, cibis & potibus bilioſis, tunc omnia hęc iuuabunt vt tertio die iudicium fiat: præſertim ſi quæ præceſsit temporis conſtitutio abundè ſicca fuerint, & præſens etiam conſtitutio, & regio in qua ægrotat naturâ fuerint calidiores. Si verò etiam iudicia quæ paſsim fiunt in tertium incidunt diem, certior erit coniectura. Quòd ſi verò omnia contraria fuerint, & motus morbi tardior, neq; magnitudo effatu digna, hybernum tempus, æger autem natura bilioſus, aut ætate delinans, in quinti diei acceſsionem peruenturum eſſe iudicium ſperabis: idq; magis ſi etiam regio frigida & humida fuerit, & tēporis præſens conſtitutio ſimilis, & iudicia quæ paſsim fiunt in quintum inciderint diem, & alia, ociū ſcilicet, ſatietas, & victus præcedēs pituitoſus acceſſerint. Atq; de primo, quod in primo quaternario futurum eſſe iudicium demonſtrat, exemplo, hactenus. Nunc alterum Galenus ſubiicit exemplum, quo quando in ſeptimo ſit futurum iudicium oſtendit. Rurſus, inquit, alius ſit ægrotus qui nullum adhuc manifeſtum concoctionis ſignum neq; primo, neq; ſecundo die habeat, neque tamen vllum adſit pernitioſum ſignum, ſed omnia periculo vacent, ſeruabitur quide etiam iſte & nō morietur, in primo tamē quaternario non integrê à morbo liberabitur. Quapropter diligenter animum attendere oportet, num quartus dies aliquod manifeſtum concoctionis ſignum oſtēdat. Si enim aliquod in eo apparuerit, ſeptimo die, modò nullus error ſit admiſſus, morbus ſoluetur. Nunquid verò per iudicium, vel non, hoc è magnitudine morbi cognoſcetur. Magnus enim ſi fuerit, cum iudicio ſoluetur. Si verò etiam celeriter moueatur, magis idipſum cōtinget. Proinde etiamſi error aliquis, haud tamen admodum magnus, eſt commiſſus, tamen nihilominus cum iudicio ſoluetur morbus, & quidē die ſeptimo. Quòd ſi velociter moueatur morbus, error tamen aliquis effatu dignus admiſſus ſit, in nonū diē, iudiciū transferetur. Tertiū exemplū, iudicium 11. vel 14. occurſurū die demōſtrat. Sit itaque æger qui nullum habeat periculoſum ſignum, & ſeptimo primùm die mani-

Peracutę febres quæ?

Akerū exēplū in ſeptimo futurum iudiciū oſtēdens.

Tertiū exēplū vndecimo, vel decimoquarto futurum monſtrans iudicium.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 529 sur 637

©BIUM

festum aliquod concoctionis signum in eo se ostendat,morbusque magnus sit,& celeriter moueatur,hic quidem vndecimo iudicabitur die. Si verò exiguus sit morbus,& non omnino celeriter moueatur,decimoquarto iudicabitur. Verùm aliis etiam signis definiendum erit num vndecimo,vel decimoquarto iudicium sit futurum.Si enim æger est iuuenis,& naturá bilioſus,æstas etiam est,regioque calida,victus qui præcesit,& præsens temporis constitutio ad calidius vergãt, in vndecimo iudicium expectandum erit.Sin omnia contraria fuerint,decimoquarto iudicium occurret.Quòd si verò nõnulla ex prædictis rebus affuerint,nonnulla verò defuerint, atque intereà etiam erratũ aliquod admissum fuerit, in vndecimo iudicari morbus nequit,sed in decimumquartum incidet iudicium.Sæpe verò neque in decimoquarto iudicabitur morbus,vbi nimirum erratum magnum admodũ admissum fuerit. Si autẽ nihil sit erratũ,ac symptomata ipsa mixta sint, tum quia ambigua iam est prænotio,exercitato & acuto medico opus erit,qui ea quę maiorem vim habent signa,ab aliis quæ minus possunt discernere sciat,& qui illi iudicio quod à signis maiorem vim obtinentibus præostenditur magis fidat,quàm alteri quod à signis minorem habẽtibus facultatem significatur. Cæterùm si in septimo die id quod futurum est medicus exquisitè inuenire nequit, tamen idipsum poterit in aliis qui inter septimum & vndecimum sunt diebus cognoscere. Nam si vel morbi magnitudo,vel motus velocitas in iisdem diebus augeatur,ac concoctionis signis effatu digna adiectio facta fuerit,ægrotus ille in vndecimo iudicabitur: quẽadmodum si omnia iam dicta contraria fuerint,in decimoquarto.Quartum exemplũ quod à Galeno subiicitur,quo pacto sciri possit quando decimoquarto morbus iudicetur,demonstrat.Si enim ægrotus laboret morbo haud periculoso, & primis diebus motum tardiorem habeat,neque admodum perurẽti febre correptus sit,signaque cruditatis adsint,quòd quidem intra decimumquartum huiusmodi morbo nõ liberetur, manifestũ est.Anverò in quartodecimo,aut posteà,è morbi tẽporibus dcisernetur.Ná principii signa si diu durant,morbum esse diuturnum monstrabunt. Si verò quarto, aut septimo signa augmenti apparuerint die,aliquid decimoquarto esse futurum sperandum est:quale verò hoc sit,vndecimo definietur.Nam si tria hæc,nempe velocitas motus quæ abundè aucta sit,& magnitudo febris, & præterea concoctionis signum aliquod manifestum,concurrant,decimoquarto iudicium fiet.Idque magis accidet,si anni tempus,& ætas,& natura ægri,& quæcunque alia iis proportione respondeãt, id est, calida fuerint,ad iudicii celeritatem conferent.Si autem manifestum concoctionis signum solum in vndecimo apparet,neque tamen magnitudo morbi, aut celeritas vrgeat & adsit,in decimoquarto haud iudicabitur morbus.Quòd si verò anni tempus,& laborantis ætas,& quæcunque iis cognata sunt,vt est,temperatura,regio, constitutio, victus præcedens,& id genus alia,de quibus iam sæpe dictum est,ad frigidius declinent, solutionem in vigesimo die futuram sperandum est. Quòd si mixta quodammodo fuerint iam dicta,decimusque quartus concoctionis signa abundè satis auxerit, non in vigesimum,sed in eum potiùs qui hunc præcedit iudicatorium diem, nempe decimumseptimum incidet.Si verò neque decimoquarto aliquid nouatũ fuerit,diligenter admodũ iis quæ decimoseptimo futura sunt animũ attẽdere oportet. Nã signũ quod in eo apparet,fidissimum est,ideoq; etsi exiguũ est tamẽ vigesimo die iudiciũ fore prænõstrabit. Quæ quũ omnia sint manifesta,& rationem è superioribus notam habeãt, non est cur prolixiorem commentationem requirant.Quapropter ad sequentis capitis enarrationem progrediemur.

CAPVT V.

Optima iudicia quæ?

QVòd verò hæc omnia iudicia quæ enumerauimus omniũ sint optima, hoc est,periculo vacãtia perfecta & firma,si quis oĩa quæ ab initio dicta sunt assecutus est,nulla etiã demõstratione eget. Quãdo enĩ cũ optimis signis,et exqsitè optima cõcoctione fiũt,necesse est optima esse: quando-

quandoquidem ſola concoctio iudicii celeritatem, & ſalubrem ſecuritatem ſignificat. Neque enim animo concipere licet, in exquiſita concoctione morbis malum iudicium occurrere. Exquiſita verò concoctio in vigore fit. Atque idcirco ſtatim ab initio admonuimus in nullo prænoſcendo ſic eſſe exercitandum, vt in morbi vigore. Si enim victus forma hunc reſpiciendo conſtituitur, & in illo optimum fit iudicium, & hic eſt omnium iudiciorum regula: ſi enim id quod huic proximum eſt, ſemper eo quod magis diſtat melius exiſtit: in nullo ſic ſe exercitare oportet medicum, vt in prænoſcendo vigore. Eſto enim vt in die decimoquarto à te vigor ſperetur, aut verò propter morbi magnitudinem, aut motus celeritatem, aut propter aliud externum irritamentum iudicium in vndecimo inuadat, vt perfectam ipſam, aut omnino bonam ſperes, fieri haud poteſt: ſed vt prorſus in metu ſis per hoc tempus neceſſe eſt, præſertim vbi morbus non omnino periculo vacat. Quòd ſiquidem ſalubris eſſe apparet, ne vel cum grauibus ſymptomatis iudicium fiat, vel non perfectum, vel omnino reuertatur neceſſe eſt vereri: adeò maxima quædam in concoctionibus, & propterea etiam in vigore, vis eſt.

Exquiſita cõcoctio fit in vigore.

In vigoris prænotione exercitãdũ.

Maxima in cõcoctionibus & vigore vis eſt.

COMMENTARIVS.

Principio huius capitis Galenus quòd omnia iudicia, de quibus præcedenti capite dictum eſt, omnium ſint optima, id eſt, ſecura, perfecta, & firma, nulla egere demonſtratione, duplici de cauſa, docet: quòd ſcilicet cum optimis ſignis, & exquiſitè optima concoctione fiant, quæ certè ſola, Hippocratis teſtimonio, iudicii celeritatem, & ſalubrem ſecuritatem oſtendit. Nemo enim animo ſuo concipere poteſt in exquiſitè optima concoctione, malum occurſurum in morbis iudicium. Cæterùm quum exquiſita concoctio non fiat niſi in vigore, ideò hortatur Galenus, quod etiam ſuprà libro primo capite primo, & nono illum feciſſe conſtat, vt in nulla alia re ſic ſe exercitet medicus, ac in vigore prænoſcendo, idque duabus potiſsimùm de cauſis. Primùm, quòd nulla victus forma morbo conueniens, niſi eo cognito, conſtitui queat, vt paulò pòſt fuſiùs monſtrabimus. Secundò, quòd in eo non niſi optimum fiat iudicium, adeoque omnium iudiciorum regula ſit. Nam omnè iudicium quod vigori proximum eſt, ſemper eo quod magis diſtat melius eſt. Quod exemplo ſeu hypotheſi quadam Galenus monſtrat. Eſto, inquit, vt die decimoquarto ſpes ſit fore vigorem, verùm aut propter morbi magnitudinem, vel eiuſdem velocitatem, aut propter aliud externum irritamentum, anni nimirum tempus calidum, regionem item calidam, iudicium in vndecimo inuadat, vt omnino bona, & perfecta ſit fieri nequit, ſed vt in magno ſis metu toto hoc tempore neceſſe eſt, præſertim ſi morbus non omnino ſit extra periculum. Non enim hoc iudicium fit niſi temerario naturæ motu, & antequàm concoctio ſit perfecta. Si autem ſalubris ſit morbus, tamen verendum eſt ne vel cum grauibus ſymptomatis iudicium fiat, vel non perfectum, vel tale quod reuerſionem minetur, idque nulla alia de cauſa, quàm quòd iudicium fiat nondum exquiſita apparente concoctione, & extra vigoris tempus. Tanta certè in concoctionibus, & propterea etiam in vigore, quæ hoc tempore tantùm, vt comprehenſum eſt, fiunt, vis eſſe ſolet.

Optima iudicia.

1. Epide. ſect. 2. conſti. 2.

Quare in prænoſcẽdo vigore ſe exercitare debes medicus.

Nam ſi morbi nõnulli in vigore non iudicati ſunt, vt in declinatione iudicẽtur fieri nequit. Quicũq; enim ſemel vigoris tẽpus trãſgreſſi fuerint, hi paulatim ſolſoluuntur. Et nullum ſanè eſt vigore elapſo, me quidem iudice, mortis periculum.

Vigore elapſo nullum eſt mortis periculum.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 531 sur 637

©BIUM

Quanquàm putant quidam, ſe vidiſſe qui in declinationibus mortui ſint. Verùm ſiue experientia, ſiue ratione iudicare oportet, ipſos alia quàm morbi ratione eſſe mortuos noui. Omnes nanque erroribus interierunt, potiſsimùm quidem ſuis, interdum etiam medicorum. Sic ſanè experientia teſtatur neminem in declinatione morbi ratione mori. Sed hac etiam multò magis ratio. Neque enim fieri poteſt vt poſtquàm morboſæ cauſæ iam concoctæ ſunt, & natura ſuperauit, vt etiam homo moriatur, modò à medicis rectè curetur. Vbi enim natura pugnauit, & expugnauit, & maximæ morbi vehementiæ reſtitit, & quæ infeſtabant deuicit, hoc enim eſt concoctio: vt deinceps hæc ipſa ſuccumbat fieri non poteſt. Et quidem ſi inuicta ſit à morbo natura, vt mors ſuccedat nullo pacto fieri poteſt. Siquidem mors nihil aliud eſt, quàm omnimoda naturæ proſtratio. Vbi verò ipſa ſufficit, dominatur ac vincit, hominem ſeruari eſt neceſſe. Ex omnibus igitur morbi partibus hanc maximè quæ vigor nominatur vt nos prænoſcere exerceamus ratio cogit.

Nemo in declinatione, morbi ratione moritur.

Quid eſt concoctio.

Mors quid?

COMMENTARIVS.

Secundo huius capitis loco, aliam rationem cur vigor morbi ſit prænoſcendus ſubiũgit, nimirum hanc, quòd vigore elapſo certò ſcire poſsimus deinceps non futurum iudicium, neque vllum eſſe mortis periculum. Nam ſi morbus in vigore non eſt iudicatus, vt in declinatione iudicetur fieri haud poteſt, quòd ſcilicet non ſubitò, ſed paulatim tum ſoluatur. Nullum autem eſſe mortis poſt vigorem periculum primùm experientia ipſa teſtatur, quæ neminem eſſe morbi ratione in declinatione mortuum abundè docet. Deinde ratio quoque idipſum confirmat. Fieri enim haud poteſt, vt poſteaquàm cauſæ morboſæ iam concoctæ ſunt, adeoque malum à bono ſeparatum, & natura noxia ſuperauit, vt homo ſubinde moriatur, modò à medicis rectè curetur. Vbi enim natura non ſolùm aduerſus morbum pugnauit, verumetiam eundem expugnauit, ac maximæ morbi vehementiæ, quæ in vigore fuit, reſtitit, & quæ moleſta erant deuicit (hoc enim eſt concoctio) vt deinceps ſuccumbat, quòd ſcilicet nihil ſit quod illi aduerſetur. Quòd ſi itaque accidat vt natura à morbo non vincatur, vt mors ſubſequatur nullo modo fieri poteſt. Siquidem mors nihil aliud eſt, quàm omnimoda naturæ proſtratio. Vbi igitur ipſa ad debellandum morbum ſufficit, illique dominatur, ac eundem vincit, hominem ſeruari eſt neceſſe. Neq; iis quæ diximus aduerſantur quòd aliqui viderint nonnullos in declinatione eſſe mortuos, idipſum enim non morbi ratione, ſeu propter morbi violentiam, ſed propter errores vel proprios, vel medicorum euenit. Proprios vt accidit ei quæ cœnata eſt intempeſtiuè in Epide. Medicorum, qui perfectæ iudicatis, adeoque iam propter excretiones debilitatis medicamenta præbent, aut aliter naturam iam imbecillam vexant. Quum itaque prædicta omnia ex vigoris prænotione ſcire liceat, in nullo alio morbi tempore cognoſcendo tantùm nobis ſudandum erit, ac in ipſo vigore. Sed quum paulò antè dixerit Galenus concoctionem non eſſe niſi vbi natura moleſta deuicit, animaduertendum erit eũm non niſi de altera ſpecie concoctionis loqui, quæ partim naturalis, partim præter naturam eſt, & quæ non eſt niſi humoris morbum efficientis alteratio. De qua quum copioſè ſectione 1. aphoriſm. commentario viceſimoſecundo dixerimus, non eſt cur temerè hîc ſermonem prolongemus.

Vigore elapſo nullum futurum eſt iudicium.

Obiectionis ſolutio.

Concoctio.

Etenim ſi homo moriatur aut non, nemo prænoſcet, niſi vigoris tempus præ-

prænouerit. Tunc enim primùm mori eſt neceſſe, quando vires à morbo vincũtur. Siue autem vires ſiue naturam dixero, idem te nunc intelligere oportet. Et quidem vtrum primùm vincetur ſcire tibi non conceditur, ſi id quod futurum eſt omnino incertum ſit. Si enim intra vnum diem iudicium futurum eſt, æger ſeruabitur priuſquàm vires à morbo proſternantur. Si verò ante viginti dies, ſi ita accidat, vigor accidere non poſsit, vt interea temporis virtus fatigetur fieri poteſt, adeò vt ſi eadem omnia ægrotantium appareant, alter quidem ſeruetur, alter autem, propter rempus futuri vigoris moriatur. Si itaque quis aliam nos diſtinctionem edocere poteſt, qua morituros & ſeruaturos diſcernere liceat, non eſſet fortè ad hoc neceſſaria futuri vigoris dignotio. Sed quum iidem apparent morbi, quis ſit ſalutem allaturus, & quis mortem, aliter atque ego nunc dixi, inuentri non poteſt, maxima etiam ex eo vigoris prænoſcendi neceſsitas oritur. Hippocrates igitur inquit, coniicere oportet num æger ad vigorem vſque morbi perdurare poſsit, & nunquid ille priùs deficiat, & cum illo victu perdurare nequat, aut morbus anteà deficiat, ac retundatur. Videtur quidem Diocles, & Pliſtonicus, & Praxagoras, & Philotimus, atque omnes in ſumma præſtantiſsimi medici, nihil aliud ad cognoſcendum num moriatur, aut ſeruetur, inueniſſe melius. Qui verò omnia artis bona euerterunt ac ſuggilarunt, ab iis neque aliud quid ſapientius inuentum eſt, & hoc ſumme neglectum. Quis enim horum ſeſe exercet vt aut morbi magnitudinem, aut robur virtutis cognoſcat, aut futurum vigorem prænoſcat? Et tamen citra horum trium exquiſitam cognitionem de ſalute nihil inuenire licet, non magis quàm num aliquis geſtando oneri ſufficiat, citra id vt ſciat hominis robur, & oneris magnitudinem, & viæ longitudinem. Vis enim geſtanti proportione reſpondet, morbus verò oneri, longitudo autem temporis vſque ad vigorem, longitudini viæ. Quo igitur pacto ſciri poteſt num æger ſufficiat, ſi nulla vigoris prænotio habeatur? Ex omnibus itaque ratio ipſa cogit, in nullo nobis ſic exercitandum eſſe, atque in futuri vigoris prænotione. Si enim victus ratione rectè vti non licet citra huius prænotionem, & de ſalute, vel morte laborantis alio modo manifeſta cognitio haberi nequit: ſed neque de iudicio ſiue omnino, ſiue nequaquàm erit, & ſi fit, quando, & quale erit, ſine vigoris prænotione ſciri non poteſt, maximum vtique fuerit, & primum omnium artis opus, vt in futuri vigoris prænotione nos exerceamus. Quomodo autem hoc facere oporteat, anteà dictum eſt.

Facultas & natura idẽ ſignificãt.

Simile.

COMMENTARIVS.

Futuri vigoris tempus hác etiam de cauſa eſſe prænoſcendum hoc in loco Galenus docet. quòd nemo vtrum æger moriatur, aut ſeruetur ſcire queat, niſi vigoris tempus priùs cognoſcat. Tũc enim primùm mori ægrotantẽ eſt neceſſe, quãdo vires à morbo vincuntur. Nihil autẽ refert ſiue vires ſiue naturã dixeris, natura enim hîc vt aliàs ſæpe apud Galenũ idẽ quod vis aut facultas, quod etiã li. 2. de ſymp. cau. cap. 1. teſtatur ſigni-

Futuri vigoris tẽpus cur prænoſcendum.

Natura.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 533 sur 637

©BIUM

ficat. Facultates autem gubernantes corpus noſtum eſſe tres è Galeni lib. 9. therapeuti. metho. cap. decimo abundè conſtat, quare ad eum locum lectorẽ ablegamus. Nunquid vtique morbus aut natura priùs vincetur nulli datur ſcire, ſi id ꝙ futurum eſt illi omnino incertum ſit. Si enim intrà vnius diei ſpatium iudicium futurũ eſt, certè æger priuſquàm vires à morbo proſternantur ſeruabitur. Fieri enim nequit vt tantillo temporis ſpatio vires deficiant. Si verò morbi vigor ante vigeſimum diem fieri non poſſit, vt virtus intereà temporis fatigata deficiat, euenire poteſt. Quocirca ſi ſunt duo ægri quibus oĩa ſigna ſint eadẽ, alter quidẽ ſeruabitur, alter autẽ morietur, idq; propter vigoris tẽpus, quod huic longius adhuc abeſt, illi verò proximũ eſt. Moritur itaq; æger alter, eò quòd in eo temporis ſpatio quod ad vigorem eſt, vires deficiant. Seruatur autem alter propterea quòd vires eius ad vigorem vſque ſufficiunt. Quum itaque morbi quibus duo iam dicti ægrotantes laborant, iidem ſunt, alteri autem vigor propè eſt, alteri autem longiùs diſtat, nemo vter illorum moriatur, aut ſeruetur alia ratione aut via certiùs inuenire poteſt, niſi ex vigoris prænotione. Vnde liquidò apparet, vigoris prænoſcendi maximam eſſe neceſsitatem. Quod Hippocrates etiam ſectionis primæ aphor. nono iis innuere verbis voluit. Coniicere, inquit, oportet an æger ad vi-
" gorem vſque morbi perdurare queat, & nunquid ille prius deficiat &c. Nam ſi perdu-
" rauerint ægri vires vſque ad vigorem, ſeruabitur. Sin demoliantur, adeoq; æger priuſquàm vigor aduenerit deficiat, morietur. Non ſolùm autem Hippocrates, ſed & Diocles, Pliſtonicus, Praxagoras, Philotimus, & omnes alii præſtãtiſsimi medici nihil aliud quod ad cognoſcendũ nũ moriatur, vel ſeruetur æger eſſet meliùs quàm vigoris prænotionem inuenerunt. Quare meritò Galenus hoc loco notat quorundam immenſam ſtultitiam, ac immodicum ad calumniandum ſtudium, vt qui omnia artis bona euertere ac ſuggilare, & hoc quod iam de vigoris prænotione dictum eſt prorſus negligere voluerunt, nihil tamen interim quod melius ac ſapientius eſſet inuenientes. Nemo enim illorum fuit, qui aut magnitudinem morbi, aut robur virtutis cognoſcere, aut futurum vigorem prænoſcere ſtuduerit: quum tamen citra horum trium exquiſitam notitiam de ſalute ægri nihil inuenire licet: id quod eleganti ſimilitudine comprobat Galenus, quæ quum ſit ſatis clara & perſpicua, longiore explicatione non eget.

Tribus de cauſis in prænotione vigoris ſeſe exerceat medicus.

Ex prædictis itaque omnibus palàm fit, in nulla re pariter exerceri medicum oportere, atque in vigoris prænotione, idque tribus de cauſis. Primùm quòd victus ratio in nullo morbo ſine huius prænotione rectè inſtitui poſsit, vt ex ſententia Hippocratis quam pulò antè citauimus ſatis liquet. Secundò, quòd de ſalute, aut morte ægrotantis niſi vigor prænoſcatur manifeſta noticia haberi nequeat. Tertiò, quòd citra huius cognitionem num futurum ſit iudicium: & ſi fit, quãdo, & quale ſit, ſciri nõ poſsit. Quomodo autem vigorem prænoſcere oporteat, primo libro eſt expoſitum.

CAPVT VI.

NVnc verò quod anteà dictum eſt, repetẽdum. Si ex noticia magnitudinis morbi, & robore virtutis, & tẽpore vigoris nũquid ſeruabitur æger, aut morietur prænoſcimus: poterimus etiã ſic aliquid de tẽpore, ac modo iudicii colligere. Si enim morbus omnino periculo vacare inueniatur, & neq; celeritas eius, neq; magnitudo vrgeat, neq; quicquã erroris apud ægrotãtẽ admittatur, tũ iudiciũ tẽpus vigoris expectat. Et hoc quidẽ optimũ eſt iudiciũ, fit enim morbo iã cõcocto. Si verò vel propter magnitudinẽ morbi, vel motus celeritatem, vel propter aliquod aliud irritamẽtum intra vigorẽ morbus iudicari cogatur, tantò præſens iudicium eo quod optimum eſt deterius erit, quantùm vigorem anteuertit. Quòd ſi verò ad vigorem vſque ſufficere nequeat, in hoc morbo

ægrotan-

ægrotantem mori eſt neceſſe, non tamen omnino prope vigorem: fit enim multò citiùs, & ſtatim circa totius morbi initia. Iudicium enim aut in vigore, aut parum ante ipſum fit. Mors autem in tribus temporibus, principio, augmento, & vigore. Mors quo tempore accidit.

COMMENTARIVS.

Repetit hoc loco Galenus quæ antè de magnitudine morbi, robore virtutis, & vigoris tempore dicta ſunt, docetque quemadmodum ex iis tribus, nunquid æger ſeruabitur, aut morietur, cognoſcimus, ita etiam ex iiſdem num iudicium futurum ſit nec ne, & quando, & quale futurum ſit deprehendimus. Si enim morbus omnino vacauerit periculo, & neque celeritas motus, neque magnitudo morbi vigeant, neque aliquis error apud ægrum admittatur, tum iudicium vigoris tempus expectat, hoc eſt, iudiciũ non fit donec vigoris tempus aduenerit. Et iudicium quod tum accidit, optimum certè eſt, quòd fiat morbo iam concocto. Si autem vel propter magnitudinem morbi, vel celeritatem motus, vel propter aliquod aliud irritamentum, verbi gratia, quia æger iuuenis eſt, & naturâ bilioſus, & tempus æſtiuum, & locus calidus, & propter id genus alia quæ iudicij celeritatem, vt capite quarto huius libri dictum eſt, efficiunt, intra vigorem, id eſt, priuſquàm vigor aduenerit, morbus iudicari cogatur, tum iudicium illud tantò eo quod eſt optimum deterius erit, quantùm vigorem anteuertit. Si enim plurimùm anteuertit, eo ſit deterius neceſſe eſt. Sin parum ante vigorem acciderit, minùs etiam ab optimo aberit. Quòd ſi verò ægri vires ad vigorem ſufficere nequeant, vt is ex hoc morbo moriatur neceſſe eſt, nõ tamen omnino prope vigorem. Quippe ſi ad vigorem vſque perdurarent vires, ſeruaretur potiùs æger, quàm interiret. Quum itaq; vires vſque ad vigoris tempus ſufficere nequeant, vt multò citiùs, & ſtatim quidẽ circa totius morbi principium æger ille moriatur cõtingit. Iudicium enim non fit niſi in ipſo vigore, aut parum ante vigorem. Mors autem tribus morbi temporibus accidit, nempe principio, augmento, & uigore, vt capite nono fuſiùs oſtendemus. Iudicij & Mortis tempus.

CAPVT VII.

QVùm autem plures ſint res, vt manifeſtus ſermo fiat, ſingulis proprium nomen imponere nobis Sophiſtæ concedant. Quanquam verò non concedunt, longũ valere ipſis iuſſis, nõ enim illis, ſed iis qui veritati ſtudent hic liber componitur, ſic conſideremus. Si quidem aliquis confeſtim morbo liberatus eſt, omnino huic aliqua effatu digna vacuatio per vomitum, aut aluum, aut ſudores, aut vrinam, aut ſanguinis è naribus profluuium, aut hæmorrhoïdas ex ſede, aut menſium emanationem in mulieribus accidit. Atqui parotides etiam tempore oportuno apparentes non paucos liberarunt: itẽ ad genua, & pedes, & ad aliam quampiam ignobilem partẽ decubitus. Et quidem iis omnibus antecedit atque aſſidet haud exigua in laborantis corpore perturbatio: delirant enim, & difficulter ſpirant, & inquieti ſunt, & alia quæ priùs dicta ſunt patiuntur. Vnus quidem is eſt modus liberationis morborum, quẽ non ego tantùm dilucidioris doctrinæ gratia iudicium nominari cenſeo, ſed & veteres omnes ita appellauerunt. Alter verò, alia quidem omnia huic eadem habet, hoc verò ſolo differt, quòd non perfectè à morbo liberat. Nominatur verò & hic nõnunquam ſimpliciter iudicium, quemadmodum & prior: interdum etiam cum adiectione, imperfectum iudicium, aut deficiẽs iudicium. Quicunque autem morbi ſenſim deſinunt, ſolui quidem in præſentiarum dicantur, non autem iudi- Perturbatio iudicationis. Iudicium quid? Solui morbum.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 535 sur 637

©BIUM

cari: etsi aliquando ita per abusionem nominari diximus. Sed nunc tribus iam dictis singulis proprium perspicuitatis gratia imponatur nomen. Iudicium quidem simpliciter, repentina morbi liberatio. Deficiens verò iudicium, repentina imminutio. Solutio autem simpliciter, quæ plurimo tempore, & paulatim fit, Quemadmodum verò in iudiciis necessario vel effatu digna vacuatio, vel omnino decubitus cum veloci aliqua perturbatione fit: ita in solutionibus neque vlla agitatio, neq; vacuatio, neque decubitus accidit. Tres sanè hi mutationis morborum modi, quum æger seruabitur.

Iudicium simpliciter.
Deficiens.
Solutio.

COMMENTARIVS.

Quum in fine huius capitis quod præcedit quibus temporibus iudicium. & quibus mors accideret exposuisset Galenus, nunc præsentis capitis initio tres modos permutationis morborum quum æger seruabitur esse docet, singulisque sua imponit nomina. Primus modus est, quando aliquis repente à morbo liberatur, idque per aliquam effatu dignam vacuationem quæ vel per vomitum, vel per alui excretionem, vel per sudores, vel vrinas, vel sanguinis è naribus profluuium, vel per hæmorrhoides, vel in mulieribus per menses fit. Non paucos etiam ægros parotides à morbo liberant, modò tempore opportuno, hoc est, post humorum concoctionem, appareant. Item decubitus ad genua, & pedes, & ad alias eius generis partes ignobiles. Atque iis omnibus vacuationum generibus antecedit, imò coniuncta est & assidet, magna perturbatio. Nam delirant, difficulter spirant, inquieti sunt, & alia quæ capite secundo huius libri diximus symptomata patiuntur. Hunc quidem modum liberationis morbi non solũ Galenus, sed & omnes veteres dilucidioris doctrinæ, quam Sophistæ aspernantur ac fugiunt, gratia, per excellentiam iudicium nominant. Alter modus liberationis fit, vbi repentè aliquis à morbo per aliquam prædictarum vacuationum liberatur, attamen non integrè & perfectè. Atque hic quidem nonnunquam, vt prior, simpliciter iudicium appellatur: interdum etiam cum adiectione aliqua imperfectum, aut deficiés iudicium. Tertius modus est, quando morbus sensim finitur. Et hic quidem solutio, & non iudicium vocatur, vt capite primo huius libri fusiùs est dictum. Nonnunquam verò per abusionem etiam iudicia, vt capite vndecimo libri secundi expositum est, nominantur. Iudicium itaque simpliciter siue per excellentiam, est repentina morbi liberatio. Deficiens verò seu imperfectum iudicium, repentina morbi diminutio. Solutio autem simpliciter, quæ plurimo fit tempore, & paulatim. Cæterùm vt in iudiciis necessario effatu digna aliqua fit vacuatio, vel omnino decubitus cum aliqua perturbatione: ita in solutionibus nulla neque agitatio seu perturbatio, neque vacuatio, neque decubitus, ἀποσκήμματα Græcis vocatur, accidit. Atq; hactenus de tribus mutationis morborum modis, quibus æger seruatur, & à morbo liberatur.

Tres modi permutationis morborum quum æger seruatur.
Primus.
Iudicium.
Imperfectum iudicium.
Solutio.
Iudicium simpliciter.

Tres verò alij istis contrarij sunt, quum moriturus est æger. Vel enim repentè quispiam moritur, vnà cum perturbatione & agitatione, & quibusdam excretionibus, aut decubitu effatu digno. Vel non moritur cum istis, sed multò deterior fit morbus. Vocentur autem hæc duo iudicia communiter non bona, nihil enim refert, siue hoc modo, siue mala ipsa nominemus. Priuatim verò vtraque, prius quidem perfectum, secundum autem deficiens appellatur. Tertia autem species malæ permutationis quæ paulatim fit vsque ad mortem, marasmus nominetur. Hæc itaque tria, aliis tribus contraria sunt. Quartus autem modus est repentinæ mutationis ad deterius, sine magnis excretionibus, & decubitu, quam iudicium non appello.

Modi tres morientium.
Iudicia non bona.
Marasmus.

appello. Quòd igitur hunc modum alium ab iis eſſe dicimus, quos cum aliqua agitatione, & perturbatione, ac effatu dignis excretionibus, aut decubitu aliquo fieri diximus, vnicuique manifeſtum eſt. Nam fieri ſine iis ſymptomatis, quæ priùs iudicatoria nominauimus, & ſine excretionibus, aut decubitu, differt ab eo qui cũ illis accidit. Nunquid autem rectè: vel minùs huic modo mortis nomẽ iudicij adimimus, hoc eſt de nomine, non de re ambigere. Ego enim docui quatuor modos inuicem diſtantes, & ſingulis perſpicuitatis gratia diuerſum imponere nomen cenſui. Si quis verò meliùs, aut clariùs nominare poteſt, de nomenclatura cum ipſo nõ contendam. Docendi autem commoditas non in hoc eſt, ſed in eo vt quis ſingulos modos quum adſunt dignoſcat, & futuros præneſcat. Neque etiam ſi cauſas ſingulorum modorum deinceps explicare tentarem, deinde quiſpiam ipſis tanquam iis quæ non rectè habent contradicens, ſe his ipſis modis contradicere putaret, rectè opinaretur. Quòd enim tot ſint modi quibus ægrotantes & ſanantur & moriuntur, ac quòd iam dictis nominibus appellentur, & præſentes dignoſcere, aut futuros præneſcere, hoc ipſum ad curationes vtile eſt. Atque nominibus acquieſcere, dignotiones autem & prænotiones experientia explorare conuenit.

COMMENTARIVS.

Secundo huius capitis loco Galenus tres alios modos prædictis contrarios, quum æger eſt moriturus, recenſet. Primus eſt, vbi quiſpiam repentè vna cum perturbatione quæ præcedit, & quibuſdam excretionibus, aut decubitu aliquo effatu digno moritur. Et is quidem modus iudicium malum perfectum nominatur. Secundus modus eſt, quando non repentè cũ iis quæ dicta ſunt moritur æger, ſed multò deteriùs quàm anteà ſe habet. Et hic quidem modus iudicium malum deficiens ſiue imperfectum vocatur. Tertius modus malę permutationis eſt, quando paulatim fit ad mortem tranſitus: qui vtique Græcis μαρασμός, latinis verò ariditas, marcor, defectio, quôd ſcilicet humidum natiuum paulatim areſcat, atque ſubinde tabeſcat corpus, nuncupatur. His tribus prioribus contrariis Galenus quartum modum adiicit, qui fit quando repentè morbus in deterius mutatur, ſine magna aliqua excretione, aut decubitu noxiorum humorum in alias partes. Hic certè modus iudicium non appellatur duplici de cauſa, quòd neque cum agitatione ac perturbatione, neque cum effatu dignis excretionibus, aut decubitu, quę duo ad iudicium requiruntur, fiat. Cętera, quia nihil difficultatis habent, nullam explanationem requirunt.

Tres modi morientium.

Iudicium malũ perfectum.

Iudicium malũ deficiens.

μαρασμός.

CAPVT VIII.

SI verò vnde has inueniamus edocere conanti mihi quiſpiam in contradicendo exercitatus, qualis admirabilis ille Aſclepiades fuit, ſermonem impediat ac interrumpat, hũc meminiſſe oportet, quòd iſtud agens non rem ipſam, ſed verba de ea cauillatur. Neque enim quòd nõ fiant aliquæ in corpore ægrotantis perturbationes repentinæ affirmare poteſt Aſclepiades, neque quòd non ſequãtur poſt ipſas ſæpe effatu dignæ excretiones, neque quod non magna laborantibus in ipſis fiat permutatio, neque quod nõ hoc ipſum vocatur iudicium, ſed quòd iſta non fiant natura pugnante cum morboſis cauſis, hoc demonſtrare tentabit: non parum etiam in illis delirans, propter admirabiles tumores & meatus, quos ſuppoſuit, quorum gratia neque facultates

Aduerſus Aſclepiadẽ diſputat.

Aſclepiadis elementa.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 537 sur 637

©BIUM

animal gubernantes cognouit,neq; quòd hæ omnia ad ſalutẽ tũ ſanorũ,tum ægrotantiũ faciunt,neq; quòd ipſæ iudicant morbos.Sed fortè poteſt quid in rebus ſenſum latentibus nugari, nihil tamẽ quod ad rem medicã pertinet huiuſcemodi nugæ attingunt:neq; enim nos modos iudiciorũ cognoſcere, neq; prænoſcere eiuſmodi ſophiſmata prohibent. Plurimùm enim ſæpe delirabit tũ Aſclepiades,tũ omnes qui nõ norunt,q̃ naturæ ſunt morborũ medici,prænoſcere autẽ mortis aut ſalutis modum nunquam poterunt.Et tamen quo pacto non turpe erit medicum ſimiliter plebeis iudicio imminente perterreri ac obſtupeſcere,quẽ oportuit non ſolùm quod iam ſit iudicium quorſum ſit euaſurum conoſcere,ſed & id quòd futurũ eſt prænoſcere.Et quidem hæc omnia quæ ad iudicium attinent,neque ad ea quæ futura ſunt prænoſcenda,neque ad ea quæ iam adſunt dignoſcenda ex aliis principiis haud inueni,quàm quæ Hippocrates propoſuit.Etenim quod ea quæ ſunt in corpore concoquantur,& non concoquantur,Hippocraticis,non Aſclepiadicis principiis conſentanea ſunt.Et quòd natura multas habeat facultates,quibus animal gubernatur,vnum quoddam eſt Hippocratis dogma,& ſine hoc præſentem contemplationem ſcientia complecti non poſſumus.Neque enim ad concurſus ſignorum numero infinitos reſpicere oportet,tanquam in ſingulis horum propriam obſeruationem aſſequi queamus,ſed omnia particularia ad vnum hunc referre ſcopum,de quo quum verba feci,ſophiſtarum recordari ſum coactus, qui non modò nihil vtile inuenire ſtudent,ſed etiam quæ rectè inuenta ſunt ſuggillare. Et tamẽ melius foret quum nos intuentur & diem in quo iudicabitur morbus prænoſcentes, & modum iudicij prædicentes, & iam præſens quem finem ſit habiturum cognoſcentes,ſtudere vt hanc ſpeculationem diſcerent, ex qua talia inueniuntur, & non more plebeiorum ſtupeſcere, quorſum id quod præſens eſt ſit euaſurum ignorantes.

Sophiſtarum ſtudium.

COMMENTARIVS.

Inuehitur hoc capite Galenus in Aſclepiadem,hominem in contradicendo exercitatum,quòd repentinas in corpore ægrotantis perturbationes quæ iudicia antecedunt,& quæ has ipſas ſequuntur effatu dignas excretiones, adeoque iudicia ipſa, non fieri à natura cum morboſis cauſis pugnante,affirmare auſus ſit, vtpotè quam mortẽ eſſe dixerit,vt lib.6.Epide.par.5.commen.primo copioſiùs monſtrauimus. Cauſam autem huius abſurdę opinionis Galenus reiicit in admirabiles illos ὄγκους καὶ πόρους, id eſt,tumores & meatus,ex quibus animatium corpora eſſe concreta, vt libro primo de tuenda ſani.cap.5.atteſtatur idem Galenus,& multis aliis in locis, Aſclepiades affirmauit.Hanc enim falſam hypotheſin multa alia abſurda comitata ſunt, nempe quòd negauerit quatuor eſſe facultates corpus animalium gubernantes,& quòd hæc omnia ad ſalutem ſauorum & ægrotantium faciunt,& quod illę ipſæ iudicant morbos.Quid multa?quum Aſclepiades, & qui illius ſecuti ſunt ſententiam negauerint naturas eſſe morborum medicos,quod lib.6.Epide.par.5.aphoriſmo primo Hippocrates cõſtanter affirmat,nihil mirum hos ſæpiùs deliraſſe,& mirificas excogitaſſe nugas, quarum hic & alibi, potiſsimùm verò in libris de naturalibus facultatibus, Galenus meminit. Cæterùm in dignoſcendis & prænoſcendis iudiciis non eſſe reſpiciendum more Empiricorum ad συμβλήματα,hoc eſt,concurſus ſignorũ infinitos,hoc loco Galenus hortatur, ſed omnia particularia ſigna ad vnum hunc ſcopum, num ſcilicet quæ in corpore

Naturam inertẽ appellauit Aſclepiades.

ὄγκοι καὶ πόροι Aſclepiadis.

Naturę morborũ medici.

pore ſunt noxia concocta ſint à natura, vel minus eſſe referenda. Empiricos autem ad concurſum atque congeriem ſymptomatum & ſignorum quæ in laborante ſunt loco reſpicere, & conuenientem ex eis curationem obſeruare, in Compendio noſtro abundè diximus, & quid illi ipſi τήρησιν, id eſt, obſeruationem appellent ibidem explicauimus, Quare nō eſt cur hic longiores nos in enarrādis Galeni verbis eſſe oporteat.

Concurſus ſeu Syndrome Empiricorum.

Ego itaque non rarò huiuſmodi medicos expertus ſum, quomodo noſtram prænotionem vbi apud ægrotos in præcio habitam inſpexiſſent admirati ſunt, & vt diſcere ſtuduerunt. Poſteaquam verò quiſpiam ipſos docere incipit, & de concoctione morborum, aut robore naturæ, vel aliqua aliarum rerum, ſine quibus contemplatio de iudiciis conſiſtere nequit, quippiam differat, quomodo inquiunt mihi perſuadebis quòd aliqua ſit natura, aut quòd omnia ad ſalutem animalium faciat, aut quòd eadem exernente ſuperuacua aliqui liberantur à morbo, aut quòd calidum in animalibus ſit efficaciſſimum, aut quòd ex calido, frigido, ſicco, & humido corpora commixta ſint? Aduerſus quos rurſus ego dicere conſueui. Tu quidem ô vir cœpiſti tanquam diſcipulus, audis verò tanquam † *is qui contradicit. Non enim tibi ſufficit operum naturæ quorum te cœpit admiratio methodum perdiſcere, ſed principia eiuſdem inquirere conaris, non ſolùm vt medicus, ſed etiam vt phyſicus ſeu naturalis. Et tamen ſatiùs tibi fuiſſet vt contrario modo de principiis iudicares. Multò enim melius eſſe puto te admiranda opera quæ principia illa ſequuntur intuentem, aliquam etiam fidem habere iam principiis ipſis. Nam fides artium contrà ſe quam inuentiones habet. Ex operibus enim creduntur, ex principiis autem inueniuntur. Mihi igitur opus aliquod inuenire nō licet niſi veris vtar principiis. Proinde mihi inuenienti neceſſarium fuit naturalem contemplationem exquiſitè inuenire, tibi verò, operibus artis iam inuentis, viam diſcere ſufficit. Quare ſi tempus haud ſuppetit vt tanquam naturalis omnia diſcas, tantùm ſaltem ratiocinari tibi adſit, quòd nulla alia præter hanc ſit via quæ vt id quod futurū eſt prænoſcas efficiat, neque neceſſe ſit etiam principia ſcientiâ complecti, quum iam frui poſſis iis quæ per ſcientiam inuenta ſunt. Qui enim hæc primùm inuenire conatus eſt, is in magno periculo fuit ne temere tempus contereret. Neque enim verum aliquod ex falſis inuenire principiis licet. Tibi verò qui ab inquiſitione liber es, & qui ea quæ iam rectè ſunt inuenta addiſcere cupis, ſuperuacaneum eſt principia perdiſcere, præſertim ſi ad hoc non ſatis temporis ſuppetat, neque aliquid eorum quæ deſunt inueniendi te cupîdo teneat, ſi tibi ſufficit iis ſolùm quæ inuenta ſunt rectè vti. Hypotheſis igitur loco habens aliquam eſſe vitalem facultatem, ſtude vt eius in imbecillitate ac robore cognoſcas affectum. Vbi verò in iis exercitatus fueris, ſtude te ipſum dein exerceas, vt promptè cognoſcas omnium tam in magnitudine, quàm etiam in more morborum differentias, poſt hæc futurum vt vigorem prænoſcas. Quum verò hæc omnia didiceris, tunc te ipſum exerceas exquiſitè cōiicere quantus ſit morbus, & quantum virtutis robur, & quanto perdurare tempore*

† ἀντιλογικὸς græcè eſt, epitheton accommodatiſſimum Sophiſtæ, vt qui omnia ad cōtentionem rapiat.

Fides artiū contrà ſe quàm inuentiones habet.

Ex falſis verum inueniri nequit.

©BIUM

poſsit. Plurimùm autẽ te in hoc iuuabit, in operibus exercitatio. Priusquàm verò ſingula quæ dixi exquiſitè perdiſcas, nihil tibi proderit ſæpe ægrotantes intueri homines. Quomodo igitur ſingula hæc exquiſitè vt diſcas incipere oportet? Non ſecùs atque anteà dictum eſt. Nam quòd oportet morbi inuenire magnitudinem, & eiuſdem morem, adhæc etiam vigorem, exquiſitè commemoraui. In ſingulis autem facultatibus imbecillitatem, aut robur, in alio libro in quo de multitudine conſideratur anteà narraui. Hinc itaq; earum dignotiones exquiſitè diſcere oportet: vti verò ad medicationes, vt in aliis oſtenſum eſt, & nunc non minùs ad eam quæ de iudiciis habetur contemplationem.

COMMENTARIVS.

Pergit Galenus in confutatione eorum qui Aſclepiadis imitantur opinionem, atq; quanta horum ſit ſtuipiditas & impudentia monſtrat. Nam quum non rarò Galenum futura apud ægrotantes prædicere cõſpexiſſent, in admirationem quidem rapti ſunt, & eos diſcendi ſtudium inuaſit. Verùm vbi eoſdem de concoctione morborum, aut robore naturæ, aliisque rebus ſine quibus contemplatio de iudiciis conſiſtere nequit, docere cœpit, ſtatim illi contradicentes, ſunt reluctati, vt quibus perſuaderi nõ poſſet aliquam eſſe naturam, quę omnia ad ſalutem animalium faceret, & ſuperuacua excernere. Quare meritò culpandi fuerũt tanquam ij, qui quum operum naturæ, quorum eos admiratio cœpit, methodum perdiſcere debuiſſent, ipſi potiùs eius principia inquirere conati ſunt, quod phyſici, vt qui exactiùs de principiis differit, erat, non medici. Satiùs itaque erat vt contrario ſanè modo de principiis iudicarent, ita nimirum vt principiis ipſis fidem haberent propter admirãda naturæ opera, quę principia ipſa ſequuntur. Quippe medicinæ ac reliquarum omnium artium fides contrà ſe quàm inuentio habet. Ex operibus enim fit vt illis credatur, ex principiis autem inueniuntur. Quum itaque iam inuentis artis operibus frui poſsint, nec opus ſit cognitione principiorum, ideò eos hortatur vt relictis principiis, iis priùs quæ rectè ab aliis inuenta ſunt vtantur. Viam itaque prænoſcendi id quod futurum eſt, quam in his libris docuit, Galenus vt illi complectantur, contenti quibuſdam hypotheſibus, ſuadet, præſertim cum illis ad diſcenda principia non ſat temporis ſuppetat, nec aliquid inueniendi eos cupido terreat. Porrò viam prænoſcendi breuiter in iis ſitam eſſe Galenus cenſet, vt primò ſciamus aliquam facultatem eſſe vitalem, quę variè pro eius tum imbecillitate, tum robore afficitur. Dein vt cognoſcamus differẽtias morborum in magnitudine, & more, & vigoris prænotionem, quemadmodum in ſuperioribus abundè monſtratum eſt. Atque hæc ferè eſt poſtremæ huius capitis partis ſumma.

Fides artiũ contrà ſe quàm inuentio habet.

Via prænoſcendi breuiter monſtrata.

CAPVT IX.

QVemadmodum enim qui omnia ſigna bona obtinet, primo quaternario ſanabitur, eodem, arbitror, modo, cui omnia mala adſunt, omnino & ille intra primum quaternarium morietur. Verùm qui ſeruatur, omnia morbi vniuerſalia pertranſit tempora, principium, augmentum, vigorem, & declinationem: quanquam nonnullis non videtur per repẽtina iudicia fieri declinatio. Dicetur autem paulò pòſt de iſtis. Moriturus autem ad declinationis tempus pertingere haud poteſt, non tamen etiam neceſſariò ad vigorem. Fieri enim poteſt vt ipſe in augmenti, & principij etiam tempore moriatur, vt vero iudicetur non eſt neceſſe: potiſsimùm ſi in principio morbi moritur. Hoc autem accidit, vbi natura à morbo plurimùm ſuperatur. Tunc enim neque certare

certare aduerſus ipſum conatur, ſine autem certamine iudicium non fit. Quartus igitur hic eſt mortis modus, qui nulli ſalutis modo aßimilis eſt. Nullus enim repentè à morbo liberatus eſt ſine iudicio.

COMMENTARIVS.

Principio huius capitis quæ ſuprà capite quarto dicta ſunt repetit Galenus, atque qui primo quaternario ſanabuntur, aut morientur docet. Sanabuntur enim quibus omnia ſigna bona adſunt, contrà quibus mala omnia, peribunt. Cæterùm qui ſeruantur, illi omnia morbi vniuerſalia tempora pertranſeunt, nempe principium, augmentum, vigorem, & declinationem. Quanquam ſunt qui morbos in quibus repentina fiunt iudicia declinationem habere non putant. Dicetur autem de iſtis paulò pòſt. Qui verò morientur, ad declinationis tempus pertingere non poſſunt. Nemo enim, vt monſtratum eſt capite quinto huius libri, vi morbi in declinatione periit. Etſi autem ad declinationem morituri non pertingant, non eſt tamen ob id neceſſe, vt in vigore moriantur, quum fieri queat vt in augmento, aut principio pereant. Tamen tum non eſt neceſſe vt iudicetur morbus, potiſsimum ſi in principio morbi moriatur æger, quod accidere ſolet vbi omnino à morbo ſuperatur natura. Vbi autem natura omnino à morbo vincitur, tunc certare aduerſus ipſum non conatur, non fit autẽ ſine certamine iudicium, igitur tum ægrum mori ſine iudicio, id eſt, ſiue excretione, aut decubitu eſt neceſſe. Atque hic quidem quartus eſt modus, cap. 7. huius libri expoſitus, qui nulli trium ſalutarium modorum ibidem dictorum aſsimilari poteſt. Non primo, & ſecundo, quia illi fiunt cum excretionibus aut decubitu. Neque etiam tertio, quia is paulatim fit, quum quartus, de quo hîc ſermo eſt, repentè fiat, ſine tamen, vt diximus, iudicio. Quum igitur nemo repentè à morbo, citra iudiciũ ſit liberatus, conſequitur quartũ hunc mortis modũ ſalutaribus repẽtè factis aſsimilari non poſſe, quòd hi quidem cum excretione effatu digna, aut decubitu: ille verò citra hæc ipſa accidat.

Non fit ſine certamine iudiciũ.

Multi verò qui haud iudicati ſunt repentè moriuntur, plurimi quidem in acceßionum principiis: illi potißimùm, qui ob multitudinem, aut craßitiem materiæ, aut phlegmones magnitudinem exitialiter laborant. In declinationibus verò, quibus virtus imbecilla eſt. Nam & ſcire oportet, quod omnibus aliis veriùs exiſtit, quòd in particularibus acceßionum declinationibus quàm plurimi pereunt. Quod quum nonnulli vident, etiam in vniuerſali declinationis tempore fieri poſſe vt aliquis moriatur arbitrantur. Verùm hoc non ita ſe habet. Vbi enim morbi vigor præteriit, natura iam deuicit, alioqui enim morbus non declinaſſet. Nullus autem modus morbi tum excogitari poteſt, excepto eo qui ex errore accidit. De hoc autem nunc conſiderare haudquaquam nobis conſilium eſt, ſed ſi morbi ratione fit. Neque igitur hoc vnquam fieri vidi, neque ratio id inuenit. Verùm in particularibus acceßionum declinationibus plurimos ſæpe mortuos vidi, neque ratio mirum eſſe teſtatur, quòd imbecilla virtus tempore principij acceßionis, & augmenti, & vigoris ſufficere queat, quum habitus ipſe tum adhuc ſit compreſſus, ac veluti conſtrictus. Declinationis autem tempore calore rurſus à medio ad extrema moto, habitum diſcuti ac diſſolui contingit. Horum itaque nonnulli repentè moriuntur, vt ij qui adſtant animo potiùs deficere, quàm mori ipſos putent. Quidam verò paulatim, non repentè intereunt, atque hi quidem omnes mori incipiũt in vigore acceßionis, latent autem plurimos, adeò vt celeriter

In particularib⁹ acceſsionib⁹ cur aliqui moriãtur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 541 sur 637

©BIUM

admodum,& citiùs quàm ſperaſſent ipſis à vigore in declinationem tranſire videantur. Atqui manifeſtiſsima ex pulſibus cognitio. Neque enim parum intereſt inter eos qui mortis ratione citiùs quàm ſperabatur ad imaginationem declinationis perueniunt, & qui verè declinant. In vtriſque enim confertim febrilis calor diſcutitur. Fit autem à maximè contrariis cauſis, ſiquidem robur naturæ imbecillitati maximè contrarium eſt. Vehementior igitur ſemper, & magis ordinatus, & æqualis fit pulſus in bonis declinationibus. Nam natura validiùs omnem confertim foràs propellit febrilem calorem. Debilior autem & magis inordinatus, ac inæqualis eſt pulſus, in pernitioſis declinationibus. Quippe tum vnà cum alius febrilis calor effluit, atque hinc opinio melioris declinationis fit. Paulò pòſt quum ad exonerandum ventrem ſurgunt, animi defectum incurrunt, & nonnulli pauco & tenaci ſudore effuſo, mortui ſunt, etiam abſque hoc quod ſurgunt. Sic quidem in acceſsionum declinationibus ſine iudicio moriuntur. In principiis verò, propter repentinam humorum ad interiora motum, veluti ſuffocata & extincta natura, haud ſecùs quàm ſi quis viridium lignorum copiam confertim flammæ ſuperiniiciat. Reliqua eſt igitur quæ ſine iudicio in exitialium morborum vigore mors accidit, naturâ à nimia acceſsionis vehementia ſuperata. Sic etiam in augmentis ipſarum acceſsionum moriuntur, non alio quodam modo, quàm vigoris ratione. Omnino enim quando à vehementiſsimo morbo virtus ſuperatur, ratione vigoris moriuntur. Accidit verò interdum etiam in augmentis acceſsionum, atqui hoc rariùs contingit. Et modus ille idem cum eo qui in vigore fit. Tres igitur ſunt omnes mortis modi, iis qui citra iudicium moriuntur euenientes. Primus quidem qui in acceſsionum fit inuaſione, in magnis omnino phlegmonis, partem aliquam principem obſidentibus, aut multitudine, craſsitudine, & tenacitate humorum intrò confertim confluentium, vt meatus ſpiritus omnino obturent. Alter verò qui in vigore accidit, natura à morbi violentia ſuperata. Alius autem & reliquus qui in declinationibus accidit, rariſsimus eſt, robore vitali ſoluto. Horum verò neuter cum iudicio fit, neque enim naturâ in iis mortibus ab initio propulſare morbum tentauit. Quando autem tentauerit, ſed ſuccubuerit, hoc quod euenit malum iudicium nomino. Et fit omnino vel cum excretione, vel decubitu effatu digno, vnà cum reliqua perturbatione quæ anteà eſt expoſita.

Tres mortis modi citra iudicium morientium.

COMMENTARIVS.

Tres mortis modi eorum qui citra iudicium moriuntur.

Tres eſſe omnes mortis modos iis qui citra iudicium moriuntur euenientes hoc in loco Galenus oſtendit. Primus qui in acceſsionum principiis fit. Quippe plurimi tum moriuntur, idque propter magnitudinem phlegmones principem aliquam partem obſidentis, vel multitudinem, craſsitiem, ac tenacitatem materiæ, quæ ſpiritus meatus obturat: vel propter repentinum humorum ad interiora motum, qui naturam veluti ſuffocant & extinguunt, haud ſecùs q̃ ſi quis viridium lignorum copiã cõfertim flammæ iniiciat. Secundus modus, qui in declinationibus acceſsionum accidit. Nã plurimi in particularibus acceſsionũ declinationibus moriuntur. Quod quũ nõnulli vident, fieri etiã poſſe vt in vniuerſali declinationis tẽpore aliquis moriatur arbitrãtur.

Quod

Quod tamen falſum eſſe capite quinto huius libri monſtratũ eſt. Atque eius rei ratio hęc eſt ꝙ vigore pręterito natura morboſas cauſas concoxerit,ac deuicerit, alioqui morbus non declinaſſet. Vbi autem natura morbũ ſuperauit, vt aliquis vi morbi moriatur fieri haud poteſt. Moriuntur tamen interdum in declinatione vniuerſali ægrotantes,atqui erroris,nõ morbi ratione,vt loco citato fuſius eſt dictum. Quòd verò in declinationibus acceſsionum moriantur nequaquam mirum videri debet. Imbecilla enim virtus tempore principij,augmenti,& vigoris ipſius acceſsionis ſufficere poteſt, quòd tum adhuc ſit veluti compreſſa,conſtricta,& vnita. Declinationis autem tempore, quum calor rurſus à medio corporis ad extrema mouetur, diſcutitur ac diſſoluitur habitus corporis, haud aliter quàm vbi virtus nimio gaudio laxata exteriora petens diſcutitur ac diſsipatur. Qui itaque hac lege moriuntur, horum aliqui repentè pereunt, adeò vt qui adſiſtunt ipſos animo potiùs deficere, quàm mori exiſtiment. Quidam verò paulatim intereunt, atque ij omnes in vigore acceſsionis mori incipiunt, plurimos autem latent,ita ſanè vt celeriter admodum,& citiùs quàm ſperaſſent ipſis à vigore in declinationem pertranſire videantur. Sed quum non parum interſit inter eos qui mortis ratione citius quàm ſperabatur ad imaginationem declinationis perueniunt,id eſt,eos qui falſò,& qui verè declinant,manifeſtiſsimè ex pulſibus diſcernuntur. In bonis enim ſeu veris declinationibus pulſus ſemper fit vehementior, & magis ordinatus & æqualis. Natura enim tum validiùs omnem confertim foras propellit febrilem calorem. Debilior autem pulſus & magis inordinatus ac inæqualis,in pernitioſis,hoc eſt,iis quæ mortis ratione fiunt,declinationibus. Tum enim vnà cum aliis febrilis calor effluit & expirat,hincque adeò accidit, vt opinionem nonnulli de meliore declinatione concipiant. Sed quàm falluntur, euentus ſatis docet. Quippe paulò pòſt quum ad exonerandam aluum ſurgunt,animi defectum, quod colico dolore laborantibus etiam accidere ſolet,incurrunt, & nonnulli pauco & tenaci ſudore effuſo,mortui ſunt,etiam abſque hoc quod ſurgunt. In vtriſque igitur declinationibus calor febrilis confertim diſcutitur,attamen à contrariis cauſis. In vera enim declinatione,à robore naturæ:in falſa autem ab eiuſdem imbecillitate. Nemo enim neſcit robur naturæ imbecillitati maximè contrarium eſſe. Atque hactenus quo pacto in particularibus declinationibus ſine iudicio moriantur diximus. Tertius mortis citra iudicium modus eſt,qui in vigore accidit,natura à nimia acceſsionis vehementia,& morbi violentia ſuperata. Qua quidem de cauſa etiam in augmento acceſsionum, quod tamen rariùs accidit,moriuntur: quòd ſcilicet tum à vehementiſsimo morbo natura ſuperetur. Atque hi tres ſunt mortis modi quorum neuter fit cum iudicio, neque enim natura ab initio in id genus mortibus morbum propulſare tentauit. Non fit autem,vt paulò antè dictum eſt, ſine pugna & certamine naturę iudicium. Quando autem natura certare cum morbo tentat, ac vincitur,iudicium malum nominatur,vt ſuprà quoque oſtenſum eſt.

Moriuntur interdum in declinatione vniuerſali ægrotantes.

Pulſus in vtris declinationibus qualis.

Iudiciũ malum.

CAPVT X.

DOrum autem iudiciorum prænotiones minus ſunt certæ, & prudente admodum, & artificioſo, exercitatoque medico indigent. Primùm quidem nunquid fiant, ſecundò verò, num in hoc die, deinceps an confeſtim hominem interficiant, aut ſolùm lædant. Sed priùs exercitari oportet in optimorum iudiciorum prænotione, de quibus anteà dixi. Deinde in iis quæ non ſunt optima, attamen bona, atque deinceps ad mala progrediendum. Quemadmodum enim in iis eſt plurimum

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 543 sur 637

©BIUM

In bonis iudiciis plurimũ eſt certitudinis.

incertitudinis & coniecturæ, ita in bonis plurimum eſt ſcientiæ & certitudinis.

Naturæ motus ordinati.

Definiti enim ac ordinati ſunt naturæ motus, vbi valida eſt, & materiæ dominatur, & propria ratione agit. Indefiniti verò & inordinati, ideóque incogniti, vbi victa eſt. Verùm ſi quidem perfectè ſuperatur, neque principio iudicare, neq; omnino reſiſtere poteſt. Et ſi parum quidem ad pugnam exurgit, confeſtim vincitur. Cauſa verò huius intempeſtiui aſſultus, eſt morbi violentia, quæ irritat, & acuta eſt. Videtur enim natura nihil horum tolerare poſſe, ſed ſtatim ad propellendum id quod moleſtum eſt feſtinat. Veluti videre licet manifeſtè in iis quæ ventriculum & ſtomachum mordent, torquent, & grauant, ſiue quouis alio modo irritant. Quæ enim in ſuperficie natant, per vomitus expellere conatur. Quæ verò in inferioribus locis continentur, per ſedem excernit. Et hoc quidem maximũ eſt intempeſtiui iudicij ſignum. Quæ enim in tempore fiunt, hoc eſt, in vigore, & concoctionibus factis, etiamſi nullum irritamentum adeſt, in calidis & magnis morbis incidere uidemus. Quæcunque verò antè erumpunt (ſic autem vocat Hippocrates omnia quæ antè vigorem ad iudicium incitantur) ob aliquod irritamentum idipſum patiuntur. Et iudicium tantò eo quod in vigore fit deterius, quantò anticipauit.

Quæ iudicia opportuna.

Ante erumpẽtia quę?

COMMENTARIVS.

Malorum iudiciorum prænotiones incertæ.

Bonorum certæ.

Confert inter ſe principio huius capitis Galenus iudicia bona & mala, atque horum quidem prænotiones incertas eſſe, ac prudente, artifice, & exercitato indigere docet, qui primùm ſciat nunquid fiant, ſecundò quo die, & tertiò vtrum confeſtim ægrotantem interficiant, an tantùm lædant. Illorum contrà certas ac ſtabiles eſſe præmotiones oſtendit, atque quæ vtriuſque rei ſit cauſa exponit. Nam in bonis iudiciis natura valida admodum & robuſta eſt, ac materiæ dominatur noxię. propriaque ratione agit, atque ſuo modulo operatur, neque caſu vllo interturbatur proinde vt tum definiti ac ordinati ſint eius motus, adeoque prænotiones etiam de illis motibus certæ ſint, oportet. Contrà in malis iudiciis, natura eſt imbecilla, & à noxia materia uincitur, ideoque vt eius motus ſint incerti ac inordinati, adeoque incogniti neceſſe eſt. Quapropter quum plurimum incertitudinis & coniecturæ ſit in malis iudiciis, & contrà in bonis multum ſcientiæ ac certitudinis, priùs medicum exercitari oportet in optimorum iudiciorum prænotione, de quibus capite huius libri quarto diximus. Deinde in eorum quæ etſi non ſunt optima, bona tamen exiſtunt, atque tandem ad malorum prænotionem eſt progrediendum. Cæterùm quando natura in malignis morbis omnino ſuperatur, tunc neque initiò iudicium efficere, neque reſiſtere quicquam poteſt. Quanquam verò parum ad pugnam exurgit, confeſtim tamen vincitur. Sed dices, quæ huius intempeſtiui inſultus aduerſus morbum quem vincere nequit cauſa exiſtit? Nulla ſanè niſi morbi violentia, quæ naturam etiam inuitam ad pugnã vocat, & irritat. Quippe natura quum nihil eorum quæ infeſtãt tolerare poſſit, ſtatim irritata ad eorundem expulſionem ſe accingit, perinde atque ſolet in iis quæ ſtomachum, & ventriculum ſua acrimonia mordent ac torquent, aut ſua mole grauant, aut quouis alio modo irritant, facere. Nam tum quæ in ſuperficie ventriculi natant, ea per vomitum expellit. Quæ autem in inferioribus illius locis cõtinentur, ea per ſedem excernit. Porrò quòd natura non niſi irritata, & non proprio motu ad noxiorum expulſionem exurgit, hoc maximum eſt intempeſtiui iudicij ſignum. Nam iudicia tempeſtiua. id eſt, quę in vigore fiũt, & cõcoctionibus iã abſolutis, etiamſi nihil ſit quod irritet naturã, in calidis & magnis morbis fieri conſpicimus. Quæ verò iudicia ante erũpunt, προεκρίγυται, ſic enim

Cur natura aduerſus morbum quẽ vincere nequit inſurgit?

Iudicia tempeſtiua.

Iudicia quę antè erumpunt.

enim Hippocrates omnia quæ ante vigorem ad iudicium irritantur nominat, non fiunt niſi natura ab alio quopiã irritata & impulſa. Et quantò magis ante vigoris tempus incidit iudicium, tantò deterius eſt. Nam quũ concoctiones non fiant niſi vigoris tempore, certum eſt iudicia tantò eſſe deteriora, quantò magis humorum cõcoctionem præueniunt. Qua quidem de re libro primo copioſè diximus. Animaduertendũ autem hoc loco erit, hanc dictionem προεκρήγνυται minus concinnè interpretes conuertiſſe diſrumpuntur, id enim quod paulò antè diximus, & in noſtra conuerſione expreſsimus denotat. Hinc libro. 6. Epide. par. 6. apho. 25. ἔκκρισις Hippocrates iudicatorias eruptiones vocat, vbi ita ſcriptum reliquit. οἷσι τὰ ἐπὶ διαφόρῳ, ἐκκρίσεις πεπαλαίωσι. ἔστι δ' ὅτε καὶ μακρότερος. Id eſt. Quibus æſtatis morbi eueniunt, iis quinto die iudicatoriæ eruptiones fiunt. Sunt verò quibus tardiùs accidunt. Vt igitur ἔκκρισις in ea quam nunc citauimus ſententia omnis generis exeretiones iudicatorias, ſiue per ſanguinis narium profluuium, ſiue alui deiectionem, vomitum, ſudorem vel id genus alias excretiones, & abſceſſus Hippocrates nominat: ita etiam ἐκκρίνεσθαι eidem non aliud hoc in loco ſignificat niſi erumpere ſeu apparere iudicia.

προεκρήγνυται.

ἐκκρίνεσθαι.

Simili verò modo in pernitioſis morbis ſe habet, neque enim iudicium vigorem expectat, aut rarò admodum, ſed in augmentis omnino occîdit, vel etiam in principiis. Si igitur dies aliqua index futurum eſſe iudicium præoſtendit, ſimul etiam malum oſtẽdet. Age enim quarto die viſa ſit primùm in vrina nebula nigra, aut ſublimamentum nigrum, aut aliquid aliud huiuſmodi: ſint verò & alia omnia ſigna ac ſymptomata pernitioſa, æger ille omnino morietur. Verùm ſi in imparibus acceſſiones fiant, ſeptimo die iudicabitur. Si verò in paribus, ſexto. Certiorem verò tibi expectationem faciet morbi motus. Si enim celeriter moueatur, iudicium accelerans fore ſimul teſtabitur: hoc eſt, ſexto die. Si verò tardè, in ſeptimo. Quum verò dies index malum eſſe futurum iudicium non præoſtendit, neq; prænotio eius facilis erit. Oportet tamen hîc animaduertere ſigna quæ dicam. Eſt autem primum horum & maximum in pernitioſis morbis quòd ſine iudicio morietur ſignũ, virtutis imbecillitas. Neque enim eiuſmodi virtus ad pugnam contra morbum excitatur. Secundum verò, ſi nullum omnino, & neque minimum concoctionis ſignum affuerit. Et adhæc ſi magnus, & malignus fuerit morbus, non tamen celeriter moueatur. Quum enim hæc affuerint, omnino citra iudicium morietur.

Hypotheſis.

Signum maximũ in pernitioſis morbis, quod ſine iudicio morietur.

COMMENTARIVS.

Paulò antè intempeſtiuorum iudiciorum Galenus meminit, & eorundem cauſas expoſuit. Nunc iudicia pernitioſorum morborum itidem eſſe intempeſtiua docet, eò quod vigoris tempus non expectent, aut rarò admodum, ſed magna ex parte in augmentis, vel in principiis interficiunt. Quibus autem ſignis prædicta iudicia cognoſcantur, & quo vtiq; die accidant deinceps oſtendere Galenus pergit, inquiens. Si igitur in iam dictis pernitioſis morbis dies aliqua index futurum eſſe iudicium præoſtenderit, tamen non niſi malum oſtendet. Vt verbi gratia, ſi in quarto morbi die viſa eſt primùm in vrina nebula nigra, aut ſublimamentum nigrum, aut ſubſidentia nigra, ſintque omnia alia ſymptomata pernitioſa, morietur quidem omnino ægrotus ille, eò quòd ſingula iam dicta pernitiem certam, vt libro primo, capite duodecimo oſtenſum eſt, portendant. Si autem acceſsio morbi fit in diebus imparibus, iudicium malum in ſeptimo futurum eſt. Si verò in paribus, ſexto die accidet. Certiorem tibi expectationem pariet morbi motus. Si enim celeriter mouetur,

Iudicia pernicioſorum morborum intempeſtiua.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 545 sur 637

©BIUM

cum motus celeritas iudicij quoque celeritatem vnà teſtabitur, hoc eſt, ſexto die futurum eſſe iudicium ſignificabit. Si verò tardè mouetur, in ſeptimo. Quòd ſi verò index dies nullum mali iudicij futuri indicium præbuerit, tum neque facilis ipſius erit prænotio. Atque hactenus de morte quę in pernitioſis morbis cum iudicio accidit.

Signa tria mortis citra iudiciũ euenientis.

Cæterùm tria deinde eſſe ſigna mortis in pernitioſis morbis citra iudicium euenientis monſtrat. Primum & maximum, eſt virium imbecillitas. Neque enim virtus imbecilla aduerſus morbum dimicatura, vt prędcedenti eſt dictum capite, exurgit. Secundũ eſt, ſi nullum omnino, & ne minimum quidem concoctionis ſignum adeſt. Id enim naturę ſummam imbecillitatem oſtendit, vt quæ cruditatem vincere nequeat. Tertium, ſi magnus, & malignus fuerit morbus, nõ tamen celeriter mouetur. Si enim celeriter moueretur, iudicium quidem aliquod, vt dictum eſt iam ſępiùs, fieri poſſet.

Mortis diei prænotio.

Mortis verò diei prænotio ex eo fit, vt quantùm morbus ſuperet naturam conſideremus, & ex grauioribus acceßionibus. Si enim effatu dignus fuerit exceſſus, & virtus parum adhuc reſiſtere videatur, mors citò ſubſequetur. Sin contraria affuerint, tardiùs. Sit igitur, exempli gratia, multus quidem exceſſus, non tamen manifeſtum, nunquid vnum diem vel duos mors prorogari poterit? Hoc autem acceßionum circuitibus definietur. Quo enim die acceßio futura eſt, eo morietur. Et horam diei qua hoc accidet, facile eſt iam dignoſcere, ſi in vniuerſum eorum quæ paulò antè dicta ſunt meminerimus, vbi docuimus in quibus vtique morbis principia acceßionum mortem maximè afferunt: in quibus verò vigores & declinationes. Particulatim autem in ſingulis ægrotis præcedentiũ dierum recordatio tibi quàm plurima commonſtrabit. Si enim ex ipſa morbi ſpecie in qua maximè acceßionis parte morietur quiſpiam prænoſcere nequeat, eorũ quæ in prioribus contigere diebus recordatus, qua ſcilicet eorum parte æger maxime grauatus fuerit, & pernitioſa illi affuerint ſymptomata, ſic vtiq; aliquid etiam de futuris coniicere poterit. Sit rurſus verò cognitum morbum eſſe pernitioſũ, non multã verò virtutis proſtrationẽ: primùm ſanè hinc manifeſtũ eſt, morte non eſſe vicinam. Dein verò inquirendum num iudicium fieri poßit. Huius verò inuentio tum ex contemplatione quomodo virtutis robur ſe habeat, tum ex morbi motu, & adhæc ex ſignis concoctionis. Si enim virtus robuſta fuerit, & morbus celeriter moueatur, & aliquod concoctionis affuerit ſignum, non indecens eſt naturam moliri iudicium. Quòd ſi verò virtus quodammodo labefactata fuerit, ac morbus tardè moueatur, & nullum concoctionis ſignum affuerit, hunc iudicari haud contingit. Quòd autẽ ſi morbus virtute ſit fortior, non neceſſario virtus ipſa imbecilla ſit, in alio demonſtraui libro, atq; inde imbecillæ virtutis propria ſigna diſcere oportet. Vt enim omnia ſimul percenſeantur omnino fieri nequit. Omnium verò meminiſſe ſimul, & nihil eorum quæ ſeorſim quiſpiam didicit prætermittere, ſed omnia in ſingulis ægrotantibus complecti nequaquam difficile, nedum impoßibile.

Prędcedentiũ dierum recordatio plurima cõmonſtrat.

Signa quibus nũ futurum ſit iudiciũ deprehenditur.

COMMENTARIVS.

Mortis dies duabus potiſsimum è rebus prænoſci poteſt.

Hoc in loco quo pacto mortis dies prænoſci poſsit Galenus monſtrat, nempe duabus potiſsimum è rebus. Primùm ex eo vt ſciamus quantùm morbus ſuperet naturam.

©BIUM

naturam.Secũdò ex grauioribus acceſsionibus. Si enim morbus plurimùm ſuperauerit,& virtus parum admodum reſiſtat,mors haud diu aberit.Si cõtrà acciderit vt morbus quidem virtutem ſuperet,non tamen plurimùm,& virtus multùm reſiſtat,tardior mors erit.Sed demus exceſſum illum quo morbus naturam ſuperat eſſe ſatis magnum, quomodo tunc ſcire poterit medicus num mors vnum,vel duos prorogetur dies? Ex acceſsionum quidem circuitibus hoc ipſum deprehendet.Nam quo die futura eſt acceſsio,eo etiam morietur æger.Cæterùm diei horam in qua æger morietur facilè dignoſces,ſi eorum quæ generatim capite nono huius libri dicta ſunt memineris.Ibidẽ enim monſtrauimus in quibus morbis principia acceſsionum mortem afferunt,& in quibus vigores ac declinationes.Quòd ſi igitur quiſpiam tempora acceſsionis cognouerit,ac morbi ſpeciem,facilè inde qua hora æger morietur deprehendet. Particulatim verò in ſingulis ægris præcedentium dierum recordatio in dignoſcenda mortis hora plurima demonſtrabit. Si enim ex ipſa morbi ſpecie in qua maximè acceſsionis parte æger morietur quiſpiam prænoſcere nequeat, recordatus eorum quæ in prioribus contigẽre diebus,qua ſcilicet dierum parte & hora æger magis grauatus fuerit,& illi pernitioſa ſymptomata affuerint,ſic etiam aliquid de futura morte coniicere poterit.Nam eadem hora qua languidior ac grauior fuit æger, & exitialia eidẽ ſuperuenerunt ſymptomata,morietur.Porrò ſi verè cognitum fuerit morbũ eſſe pernitioſum, non multùm autem adhuc proſtratam virtutem,primùm hinc ſatis conſtat mortem non eſſe vicinam,quòd virtus nondum admodum proſtrata vitam tueri queat. Tamen quum mors nondum vicina eſt,inquirendum medico erit,num iudiciũ fieri poſſit?Quod è tribus cognoſcet rebus,nempe,robore virtutis,morbi motu,& ſignis concoctionis,quemadmodum Galenus luculenter & ordine in contextu oſtendit,vt nihil opus ſit hoc loco noſtra commentatione.Non eſſe autem neceſſarium vt quum morbus fit virtute fortior,ob id virtus imbecilla ſit,Galenus ſe in alio docuiſſe libro inquit, in quo autẽ ſi non eũ quẽ de plenitudine inſcripſit intelligit,nõ ſatis cõpertũ habeo. Puto autem eum librun in quo idipſum præſtitit incuriâ hominum cum aliis multis intercidiſſe.Quomodo verò virtus imbecilla ſit cognoſcenda,in fine etiam capitis 13. libri primi de curandi ratione ad Glauconem Galenus iis oſtendit verbis. Vitalis quidem,inquit,virtus,quæ ex corde prodit,ex pulſuum debilitate cognoſcitur. Quæ autem ex iecore oritur, ac naturalis & altrix dicitur,ex cruentis alui deiectionibus initio quidem aquoſis ac tenuibus,deinde verò amurcæ in modum craſsis.Quæ verò ex cerebro originem ducit,animalem nonnulli peculiari nomine vocant, arbitrarii motus imbecillitate deprehenditur.Hæc ille.Sed de virtutibus multa etiam libro nono theſ. methodi idem Galenus habet.

Hora qua æger morietur vt dignoſcenda.

Recordatio præcedentiũ dierũ.

Rurſus igitur recordantes eorum quæ in iis quæ præcedunt recenſuimus, ad ea quæ ſequuntur,progrediamur.Diximus optima iudicia in vigoribus fieri, in augmentis autem,in iis quidem qui ſeruabuntur,vel deficientia, vel non ſecura: in iis verò qui morientur,vel confeſtim interimere,vel magnam in deterius inferre mutationem.In principio autem morbi iudicium non fieri.Eſſe verò optimorum iudiciorum exquiſitas prænotiones,aliorum autem coniecturales, & magis vbi ſigno caruerint.Ita verò vocari diximus,quæ à nullo die indice anteà indicantur. Sed & hæc etſi non multo priùs tempore,ſaltem paulòpòſt futura prænoſci oportere diximus.Futuram autem prænotionem ex eo quòd natura à morbo infeſtatur ac vehementer irritatur,& ex repentina præter rationem in corpore perturbatione.Omnino enim iudicio futuro aliquid nouatur,vel in reſpiratione, vel in mẽte,vel auditu,vel viſu,vel tolerandi facilitate,vel in aliquo eorum quæ iam ſæpiùs

Iudicia ſigno carentia.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 547 sur 637

©BIUM

dicta ſunt,& quæ vno complectentes nomine iudicatoria ſymptomata, & ſigna nuncupauimus. Quinetiam quod ab Hippocrate in aphoriſmis dictum eſt.
» Quibus iudicatio inſtat,iis nox quæ acceſsionẽ præcedit difficilis eſt:hoc eſt quod nunc diximus. Si igitur in morbo qui iudicium oſtendit,& nox difficilis fiat,& in ipſa acceſsio citiùs inuadat cum nouis quibuſdam ſymptomatis, in eadem acceſsione fieri iudicium neceſſe eſt.

COMMENTARIVS.

Repetit poſtremo huius capitis loco Galenus quæ in capite præcedenti nono & in hoc decimo dicta ſunt. Quæ quum ſint perſpicua & anteà à nobis abundè explicata, vberiore explanatione non egent. In fine autem,quæ dixit, Hippocratis ſententia ex ſectio. ſecundæ aphoriſm. decimotertio deſumpta confirmat,nimirum quòd in morbo in quo futurum iudicium oſtenditur,ſi nox quę acceſsionem prędcedit difficilis eſt, & ipſa acceſsio celeriùs quàm anteà inuadit cum inſuetis ſymptomatis, in eadẽ acceſsione fieri iudicium neceſſe ſit. Plura in huius aphoriſmi enarratione ex commẽtariis noſtris decerpant ſtudioſi.

CAPVT XI.

Hippocrates omniũ optimarũ diſciplinarũ dux.

QVale verò erit,hoc eſt,num per ſanguinis narium profluuium, vel vomitus,vel ſudores, vel per aliquod aliud eorum quæ iam ſæpe dicta ſunt,deinceps explicare conabor,exorſus ſermonem ab eo qui no
» bis omnium optimarum diſciplinarum dux fuit,qui in primo Epide-
» miorum libro in eum ſcribit modum. Capitis & colli dolores ac grauitates cum
» febribus,& ſine febribus, phreniticis quidem afferũt conuulſiones, ſed & æruginoſa vomunt,& quidam ex his celeriter moriuntur. In ardentibus autẽ & quibuſdam aliis febribus, quibus colli dolor,& temporum grauitas, & caligo oculorum,aut etiam hypochondriorum tenſio citrà dolorem fit, iis per nares ſanguis
» profluit. Quibus verò grauitates totius capitis,& cordis dolores,ac faſtidia adſunt,ij bilioſa,& pituitoſa vomunt. Plerunque verò pueris in talibus malis conuulſiones fiunt. Mulieribus autem tum eadem,tum ex vtero dolores. Senioribus verò,ex quibus iam calor ſuperatur,paraplegiæ vocatæ,aut furores,aut melancholica,aut oculorũ priuatio. In libro autem prognoſticorum rurſus ita Hippocrates
» inquit. Quæcunque verò febris longiorem traxerit moram, homine alioqui ſaluberrimè affecto,neque dolore ob phlegmonen,neque propter aliam manifeſtam cauſam infeſtante,huic abſceſſus cum tumore,ac dolore in aliquo orticulo,& præcipuè in imis partibus expectandus eſt. Fiũt autem huiuſmodi abſceſſus magis &
» in breuiori tẽpore iis qui iuniores ſunt triginta annis. Statim verò expectare abſceſſum oportet,ſi febris vigeſimum diem præterierit. Senioribus autẽ minùs fiũt,
» quamuis diuturnior ſit febris. Huiuſmodi verò abſceſſum expectare oportet, vbi
» febris continua fuerit. In quartanam autem mutabitur,ſi intermittens fuerit,&
» errabundo modo inuaſerit,& ſi hæc omnia faciens, autumno appropinquauerit.
» Quemadmodum verò iis qui iuniores ſunt triginta annis abſceſſus fiunt:ſic quaranæ magis iis qui triginta ſunt annorum,& ſenioribus accidunt. Cæterùm ſcire
» oportet abſceſſus magis hyeme fieri,tardiuſq; ceſſare,ac minùs reuerti. Sufficiũt quidem

quidem hæc, & valde manifesta sunt, quæ de abscessibus dicta. Adiungens ve-
rò ipsis quæ deinceps de excretionibus in hunc scribit modum. Quicunque in fe- »
bri non mortali dixerit se caput dolere, aut etiam præ oculis tenebrosum quiddam »
apparere, si cordis morsus huic accesserit, bilios us vomitus aderit. Si verò etiam ri »
gor inuaserit, & partes infra hypochondrion frigidæ fuerint, adhuc celeriùs vo- »
mitus aderit. At si quid biberit, aut comederit sub hoc tempus, valde citò vomet. »
Porrò quibus horũ dolor fieri primo die cœperit, hi quarto die magis quàm quinto »
premuntur, septimo verò liberãtur. Plurimi tamen horũ tertio die dolere incipiũt, »
vexantur autem maximè quinto, liberantur verò nono, vel vndecimo. Qui verò »
quinto die dolere incœperint, aliaque iuxta rationem priorũ ipsis acciderint, quar »
todecimo euadunt. Fiunt autem hæc & viris & mulieribus, in tertianis maxi- »
mè. Iunioribus quidem fiunt & in iis, magis verò in continuis, & in synceris ter- »
tianis. Quibuscunque verò in eiusmodi febre caput dolentibus pro eo quòd tene- »
brosum quiddam præ oculis appareat visus hebetudo contingit, aut splendores ob »
oculos obuersantur, pro cordis verò morsu in hypochondrio vel dextro vel sinistro »
aliquid tenditur, neque cum dolore, neque cum phlegmone, iis sanguinem de nari- »
bus pro vomitu profluxurum expectandum est. Magis tamen & hîc in iuniori- »
bus triginta annis sanguinis fluxum expectare oportet. His autẽ qui triginta sunt »
annorum, & seniores, minùs: verùm in iis vomitus sunt expectandi. Et hæc qui- »
dem sufficiunt. Præter hæc verò & illorum meminisse conuenit, quæ in eodem ab »
Hippocrate scribũtur libro. Capitis autem dolores vehementes, & continui, cum »
febre, siquidem lætale aliquod signum accesserit, pernitiosi valde sunt. Si verò sine »
talibus signis, dolor vltra vigesimum diem progrediatur, sanguinis è naribus pro- »
fluuium, aut alium abscessum ad infernas partes expectare oportet. Sed dum do- »
lor recens est, sanguinis fluxum per nares, aut suppurationem expectare conuenit, »
cum aliàs, tum si dolor circa tempora, & frontem fuerit. Magis autem sanguinis »
profluuium expectandum est in iunioribus triginta quinque annis, senioribus verò »
suppuratio. Et in sermone quoque de peripneumonicis ita inquit. Quibus ex phle- »
gmone pulmonis abscessus iuxta aures fiunt, & suppurantur, aut in infernis par »
tibus, & fistulam efficiunt, ij euadunt. Deinde subiiciens ait, Huiusmodi verò sic »
considerare oportet. Si febris non quieuerit, & dolor non sedatus fuerit, ac sputum »
pro ratione non prodierit, neque deiectiones alui biliosæ fuerint, neque solutu facti- »
les, neque synceræ, neque vrina valde multa, & multam subsidentiam obtinue- »
rit, reliqua verò signa omnino euasurum significauerint, iis abscessus eiusmodi fu- »
turos sperare oportet. Fiunt autem partim in infernis partibus, quibus videlicet »
aliquid phlegmones iuxta hypochondria affuerit: partim in supernis, quibus scili- »
cet hypochondrium molle, & doloris expers permanserit: verùm difficilè aliquã- »
diu spirans, sine vlla euidenti occasione desinet. Atque de tumoribus hypochon- »
driorum verba faciens sic inquit. Significant autem huiusmodi tumores, in princi »
pio quidem mortem breui affuturam tempore. Si verò viginti dies excesserint, & »

©BIUM

» neque febris quieuerit, neque tumor conſederit, ad ſuppurationem cõuertitur. Fiũt
» autem in primo circuitu, etiam ſanguinis è naribus profluuia, & valde vtiliter.
» Verùm interrogare oportet an caput doleant, aut oculis caligent. Si enim horum
» quid fuerit, ad eum locum repet. Magis tamen in iunioribus quinque & triginta
» annis, ſanguinis eruptionem expectare oportet. Et hæc etiam ab Hippocrate in
» prognoſticis dicta ſunt, quæ iudicij motum indicant. Quicunq; vrinas tenues &
» crudas multo tempore mingunt, ſiquidem reliqua veluti illis qui ſeruabuntur ſi-
» gna adſint, iis abſceſſum ad loca quæ infra tranſuerſum ſunt ſeptum expectare
» oportet. Hæc ſanè in prognoſticis breuiter ab ipſo Hippocrate dicta ſunt, qui
» qualis ſit futuri iudicii modus docet. Adiicit verò ipſis non pauca particulatim
» in libro prædictionum, & Epidemiorum, veluti, quòd vrinæ retentiones ante rigo-
» rem: & quòd rubicundi oculi, ſanguinis è naribus fluxum denotant. Eodem mo-
» do & de lachrimantibus oculis, & rubicundis malis, & de ipſa nare. Et præte-
» reà quòd inferius labrum agitatum, futurum vomitum portendat, Et quòd cum
» capitis dolore coma, & ſurditas confeſtim facta parotidum ſunt ſigna. Et multa
» alia huiuſmodi particulatim ſcribit, quæ ſanè omnia potentia continentur in iis
» quæ in prognoſticis dicta ſunt.

COMMENTARIVS.

Quale iudicium futurum.

Poſtremo huius libri capite quale ſit futurum iudicium, hoc eſt, num per ſanguinis narium profluuium, vel per vomitum, vel ſudores, vel per alui deiectionem, vel per ali quod aliud eorum quæ iam ſæpiùs præſertim capite 14. libr. primi, dicta ſunt, traditurus Galenus, initiò ſententias aliquot ex Hippocrate producit, in quibus ille diſertè ſuã de prænoſcendo futuri iudicii modo ſententiam expoſuit, vt per has ſcilicet ſuã quoque de iudiciorum qualitate, quam paulò pôſt ſubiiciet opinionem confirmet, ac ſtabiliat. Orditur autem ab ea ſententia quæ perſcripta eſt libro primo Epidemiorũ ſect. 2. conſti. 2. vbi ita de iudiciorum modo & forma ſcriptum reliquit. Capitis & colli do-
» lores ac grauitates cum febribus & ſine febribus. Quibus vtique verbis Hippocrates,
» quo capitis & colli dolores, ac grauitates ſolent erumpere, & quas habeant differentias
innuit. Pergit dicens, Phreniticis quidem conuulſiones afferunt, deſiccatis nimirum
» cerebro & eius membranis à bilioſo ſanguine, & ab ipſa flaua bile iam peruſta. Hinc fit
» vt quidam ex iis æruginoſa vomant, & quidam ex iis ſtatim à vomitionibus morian-
» tur, qui ſcilicet virium robore deſtituti ſunt. In ardentibus autem cæteriſque quibuſ-
» dam febribus, quibus colli dolor, & temporum grauitas, aut caligo oculorum, aut etiã
hypochondriorum ſine dolore tenſio fit, iis ſanguis è naribus profluit. Nam calor capitis ſurſum trahit ſanguinem, & iecur eundem impellit. Impetus autem humorum in caput, dolor colli, temporum grauitas, & oculorum caligo, adde etiam hypochondriorum ſine dolore tenſio, ſigna ſunt. Quare ſanguinis eſt ê naribus expectanda eruptio. Quibus autem totius capitis grauitates, & cordis dolores, & faſtidia adſunt, bilioſa &
» pituitoſa vomunt. Bilis ſiquidem pleniùs calefacta, & vehementer aſſata exhalationẽ ſeu fumum quendam ad caput remittit, ob quam capitis dolor ac grauitas naſcitur. Cęterùm bilioſus humor mordens, cordis, id eſt, oris ventriculi, quod veteres cor, vt alibi fuſiùs demonſtrauimus, appellarunt, dolorem committit, & ob eam rem bilioſa vomi-
» tio accidit. Plerunque verò pueris in talibus malis conuulſiones fiunt: idque propter
» neruoſi generis tum imbecillitatem, tum molliciẽ. Mulieribus autem eadem accidũt,
eò quòd homines ſunt, & omnia quæ viri membra, exceptis pudendis, eadem habent:

&

& ab vtero dolores. Senioribus verò, & quos iam calor deficit, paraplegię, hoc eſt, reſolutiones ex apoplexia in partem aliquam decumbentes: aut furores ſeu maniæ, id eſt, citra febrem deliria. Quæ omnia ſolent accidere ſenibus naturę imbecillitate, quæ excernere vomitu, aut profluuio ſanguinis excrementa in capite collecta nequit. Vnde nõnunquàm proueniunt cæcitates, vbi in oculos irrumpant. Altera Hippocratis ſententia quam hoc loco citat Galenus, eſt viceſima quinta libri tertii prognoſticorum, vbi ta ſcriptum reliquit. Quæcũque verò febris longiorem traxerit moram, homine alioqui ſalubriter affecto &c, neque enim opus eſt vt integram repetamus, aut etiam interpretemur ſententiam Hippocratis, vt quæ intellectu facilis ſit, & à Galeno copiosè in prognoſticorum commentariis enarrata. Docet autem quibus ſignis medicus nũ per abſceſſus iudicetur morbus cognoſcere poſsit. Tertia ſententia quæ hoc loco à Galeno citatur, itidem ex tertio prognoſticorum eſt deſumpta libro, in quo quidem ordine 32. exiſtit. Eſt autem prolixa admodum, & abundè ſatis loco iam citato à Galeno expoſita, vt nihil attineat in eius explicatione nos eſſe longiores. Summatim tamen primò quibus ſignis deprehẽdere liceat num per vomitum iudicetur morbus, docet. Dein verò num potiùs per profluuium ſanguinis è naribus morbum iudicari contingat oſtendit. Quarta ſententia ex Hippocrate à Galeno producta, eſt itidem ex tertio prognoſt. libro decerpta, atque in eo quidem ordine 13. exiſtit, & ſatis à Galeno in ſuis com. enarrata. Tradit autem ſigna quib⁹ nũ per ſanguinis fluxum è naribus, aut abſceſſum, aut ſuppurationem iudicetur morbus, cognoſcimus. Quinta Hippocratis citata à Galeno ſentẽtia, eſt in lib. 2. progno. ordine 64. & ibidem in comm. abundè explicata. Tradit autem, in ſumma, ſigna, quibus, num pulmonis phlegmone per abſceſſus ad adenas ſub auribus, aut ad infernas partes factos iudicetur, deprehendere licet. Sexta ſententia perſcripta eſt in libro primo prognoſticorum, & illic ordine triceſimaquarta, copiosè etiã à Galeno ibidem enarrata. Tractat autem de tumoribus hypochondriorum, atq; quopacto illi deſinãt, ac iudicentur, edocet. Septima ex prognoſticis citata ſententia eſt in ſecundo libro 54. in qua futuri abſceſſus ſigna percenſet, vt abundè in ſuis in hanc ſententiam ſcriptis commentariis Galenus expoſuit. His quæ de iudiciorum forma Hippocrates in prognoſticis ſcripſit, plurima particulatim in libris prædictionum, & Epidemiorum adiecit. In libro enim in ſexto Epidemiorum par. 1. aph. nono. in hunc ſcribit modum. Vrinæ retentiones ante rigorem. Quam ſententiam nos copiosè in noſtris commentariis, ad quos nunc lectorem ablegamus, explicauimus. In libro autem primo prædictionum apho. 44. ita ſcriptum reliquit Hippocrates. Colli dolores, oculi impensè rubicundi, ſanguinis fluxum ſignificant. De oculis verò lachrimantibus libro primo Epidemiorum ſectio. ſecundæ, conſtitu. 3. ſic ſcribit. Quibus in acutis febribus, ardentibus præſertim, lachrymæ præter voluntatem defluunt, his ſanguinis à naribus eruptionem expectare oportet: idque ſi reliqua pernitiosè non habeant. Duæ ſententiæ de malis rubicundis & naribus in præſentia mihi non occurrunt. Et ea etiam in qua tradit labrum inferiùs agitatum vomitum ſignificare. Hæc autem Hippocratis dicto: In capitis dolore coma & ſurditas, circa aurem abſceſſum aliquem eructat: primo libro prædictionum ordine eſt 73. & ibidem à Galeno explicata.

Paraplegię. Manię.

Summatim nihil aliud in modo iudicij conſiderare oportet quàm naturæ inclinationem ſeu motum, quem Hippocrates in prognoſticis manifeſtè indicauit, partim quidem cordis morſus, & rigoris mentionem faciens in quibus vomitus futurus eſt: partim ſpirandi difficultatis, & ſplendoris, in quibus ſanguinis ex naribus profluuium. Ad hæc de alui excrementis & vrinis, in quibus ait: neque biliоſæ fuerint alui deiectiones, neque ſolutu faciles, & ſynceræ, neque vrina valde multa, & multam ſubſidentiam habens. Si quid enim tale fuerit, manifeſtum eſt

Quid in modo iudicii cõſiderãdũ.

©BIUM

quòd huc repit morbus,& per iſta expurgatur. Si verò huc non repit, & cum ſalubribus ſignis prorogatur,abſceſſum futurum expectare oportet.Obſeruare autem in iis naturæ motum conuenit.Nam ad inferna loca inquit futuros abſceſſus,quibus circa hypochondrium aliquid phlegmones, hoc eſt, inflammationis & caloris affuerit:eò quòd infrà repunt humores qui peripneumoniam efficiũt.Vniuerſum enim hunc ſermonem inſtar exemplı de peripneumonicis habuit. Vbi verò ipſi ad inferna loca non repunt,hypochondrium ſemper molle ac dolore vacans erit.Homo verò aliquandiu ſine manifeſta cauſa difficilè ſpirabit,& manifeſtũ eſt quòd huic in ſupernis partibus abſceſſus fieri neceſſe ſit:hoc eſt, iuxta adenas quæ poſt aures ſunt,Statim verò ipſi & aliquod aliorum ſignorum quæ in capite accidunt aderit,veluti coma,& repentina ac præter rationem ſurditas,& grauitas capitis,aut temporum,aut tale quid aliud.Nullum igitur deeſt iudicij modi ſignum,ſed omnia,exceptis pulſibus,ab Hippocrate dicta ſunt. Plurimi verò qui priſcam loquendi breuitatem aſſequi haud ſunt exercitati,quædam deficere arbitrantur.Nos igitur altera dictione manifeſta hæc ipſa dicamus,fortè enim ſic edocti,neque impoſsibile eſſe putabunt futuri iudicij modum prænoſcere, neque in exercitatione etiam torpebunt.

COMMENTARIVS.

In modo iudicii naturę inclinatio ac motus cõſiderãdus medico,

Summam omnium Hippocratis paulò antè citatarum ſententiarum hoc loco Galenus exponit,nempe nihil aliud in iis docuiſſe Hippocratem, quàm quòd medicum in modo iudicii naturæ inclinationem ac motum conſiderare oporteat. Quod manifeſtiſsimum fit ex ea ſententia quæ libro ſecundo prognoſticorum ſexageſimaquarta eſt,quam hoc loco Galenus breuiter admodum, attamen perſpicuè, enarrat, vt nihil opus ſit noſtra explicatione, præſertim quum abundè etiam in prognoſticis à Galeno ſit expoſita,Nullum itaque iudicium modi futuri iudicii ab Hippocrate , demptis iis quæ ex pulſibus ſumuntur,omiſſum eſt . Quanquàm plurimi ſecus cenſeant , non quidem alia de cauſa,quàm quòd priſcam loquendi breuitatem, qua Hippocrates vſus eſt,non aſſequantur.Horum itaque gratia Galenus ſequenti dictione ſigna quæ obſcurè ab Hippocrate prodita ſunt,manifeſtiſsimè exponet,vt ſcilicet inde diſcant non eſſe impoſsibile vt aliquis iudicii modum prænoſcat, adeóque in eo prænoſcendo ſe ſubinde alacriùs exerceant.

Quale erit iudicium quomodo definiendum.

Quum igitur quòd iudicium erit ex iis quæ anteà diximus prænoueris , deinceps quale erit hoc modo definiendum.Primùm quidem an acutus & calidus ſit morbus,& iudicium in primis circuitibus fiat: neceſſarium enim eſt in talibus iudiciis non abſceſſum,ſed excretionem occurrere.Secundò autem num diuturnus ac tardus, ſiquidem eiuſmodi morbi per decubitus ſedari conſueuerunt:præſertim vbi vrinas tenues ac crudas plurimo tempore minxerint. Si enim multam ac bonam ſubſidentiam habent,magis conſentaneum eſt paulatim coctum iri morbum, quàm per abſceſſum finiri.His autem definitis,deinceps conſiderandum,ſiquidem per excretionem iudicabitur,num profluuium ſanguinis aliquod,vel ſudor,vel vomitus,vel deiectio alui erit.Si verò per abſceſſum,qualis pars,vel articulus abſceſſum excipiet. In iis verò qui excretione iudicabuntur bifariam definire oportet, ſcili-

ſcilicet ex futuræ ercretionis ſignis, ſi affuerint, & ex aliarum, ſi non affuerint. Certiùs enim ſperabis eum qui ſemper præoſtenditur iudicationis modum, vbi nullus aliorum te diſtraxerit. Me igitur de ſingulis ſeorſim dicere oportet, te verò non ſolùm hunc in ægrotantibus intueri, ſed ſingulos alios contemplari.

COMMENTARIVS.

Manifeſtiùs nunc Galenus quàm in paulò antè ab ipſo productis ſententiis fecerit Hippocrates, quale ſit futurum iudicium oſtendere pergit, inquiens. Quum iam ex iis quæ anteà dicta ſunt prænoueris quòd iudicium erit, deinceps quale erit hoc pacto definies. Primùm conſiderabis an acutus & calidus ſit morbus, & iudicium fiat in primis circuitibus, nam talia iudicia non per abſceſſum, ſed per excretionem fieri neceſſe eſt. Morbus enim calidus, & concoctu facilior, vt etiam libro ſecundo prognoſticorum, commentario triceſimoquarto teſtis eſt Galenus, per excretionem iudicatur: quòd ſcilicet ex humoribus calidioribus ac tenuioribus, qui ad excretionem paratiſsimi ſunt, conſtet. Si verò diuturnus & tardus fuerit morbus, id eſt, concoctu difficilis, & ex craſsiore frigidioreque humore conſtans, per abſceſſum ſeu decubitum iudicabitur, quòd ſcilicet ad excretionem humor ille minùs ſit idoneus. Hoc autem tum maximè accidit, quum plurimo tempore tenuem & crudam vrinam, Hippocrate etiam libro ſecundo prognoſticorum aphoriſm. triceſimoquarto atteſtante, minxerint, vtpote quæ humorum cruditatem certò præ ſe ferat. Quippe concoctio craſsiorem non ſolùm vrinam, ſed etiam deiectionem, & item excreationem, ac pituitam per deſtillationem & grauedinem, necnon & pus in vlceribus reddit. Quòd ſi itaque multam & bonam, id eſt, albam, leuem & æqualem, ſubſidentiam vrinæ habuerint, adeoque tenues haud fuerint, conſentaneum eſt, morbum paulatim concoctum iri, & minimè per abſceſſum finiri. Hanc enim ſubſidentiam concoctionis eſſe ſignum libro primo, capite duodecimo ſatis eſt oſtenſum. Cæterùm ſi omnia ſic fuerint definita, adeoque hinc perſpicuum ſit morbum per excretionem iudicatum iri, conſiderandum erit num per aliquod ſanguinis profluuium, vel ſudorem, vel vomitum, vel alui deiectionem iudicium fiat. Quòd ſi verò per abſceſſum, qualis illum pars corporis, vel articulus excepturus ſit conſiderandum. Porrò in iis morbis qui excretione iudicabuntur, bifariam de excretione quæ futura eſt definiendum erit. Nempe ex propriis futuræ excretionis ſignis, ſi modò adſint: & ex ſignis aliarum excretionum, ſi propria non adfuerint. Certiùs nanque ſperabis eum qui ſemper à ſuis præoſtenditur iudicii modum, vbi nullus aliorum excretionũ modorum te in diuerſum traxerit. Quòd vt rectiùs coſequerentur ſtudioſi, Galenũ non piguit de ſingulis excretionum modis ſeorſim tractare. Hortatur autem medicum, vt non ſolùm hunc, quem ſperat futurum excretionis modum in ægrotantibus inſpiciat, ſed & ſingulos alios modos contempletur, quòd ex iis quæ ſequuntur planiſsimum fiet.

Morbus calidus per excretionem iudicatur.

Morbus frigidus per abſceſſum.

De excretione bifariam definiendum erit.

Si igitur præter rationem venter ſupprimitur, aut vrina, iudicio propè exiſtente, rigorem expectare oportet. Si verò hic aderit, definiendum nunquid poſt ipſum fiat ſudor, aut vomitus, aut alui deiectio, aut aliqua horum, aut omnia. Et primùm quidem ad morbi ſpeciem reſpiciendum eſt. Si enim exquiſitè ardens fuerit, ſtatim etiam rigoris prænotio certior erit. Quippe quod admodum ardet, biliоſum eſt. Dictum eſt autem in iis quæ præcedunt, quòd humor ille vbi vehementiùs mouetur, rigorem effi-

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 553 sur 637

©BIUM

cit. Post hæc autem illud etiam considerandum, nunquid vrinis tantum, aut etiam aluo suppressa rigore correptus sit. Si enim ambobus, multus necessariò erit sudor. Sin solis vrinis, considerare oportet nunquid excrementa alui plura aut pauciora ante iudicium prodierint. Si enim insigniùs multò, inclinationem ad hunc locum cognoscere oportet. Si verò pauciora, inclinationem ad sudores. Si autem vomitus etiam signa affuerint, per ambas excretiones ille iudicabitur. Et sanè magis per earum alteram, quæ vtique magis prævaluerit, vel æquè per vtranque, vbi indicia æqualia quodammodo fuerint. Si verò vomitoria signa haud affuerint, solùm sudores expectare oportet: idque magis vbi laborantes increscente accessione delirauerint, & partes exteriores calidiores ac rubicundiores fiunt, & vapor quidam calidus, qualis priùs non aderat, exhalat. Quòd si verò etiam pulsus vndosus fuerit, & insigniter mollis, magis etiam sudores expectare oportet. Durus autem pulsus, vomitus magis quàm sudores ostendere solet. Altus enim omnis excretionis indicium est, veluti etiam qui vehemens existit. Magnus verò si fuerit motus ad exteriora magis quàm interiora signum est. Quum autem vtraque inclinatio duplex sit, ea quidem quæ ad exteriora fit, per sanguinis è naribus profluuium, aut sudores: quæ verò ad interiora, per aluum, & gulam: vndosus quidem pulsus sudores, magnus autem simpliciter profluuium sanguinis è naribus præostendet. Quòd si verò inclinatio ad interiora prævaluerit, vbi vomitus signa aberunt, per alui deiectionem ille iudicabitur. Si autem affuerint, potiùs per vomitũ. Si verò etiã affuerint, & aluus insigniter subducta fuerit, per vtraq; iudicabitur. In pluribus verò iudiciis pulsus inæqualis fit, præsertim vbi cum certamine & periculo fiunt: multò autem magis quum bilioſi humores in ventriculum confluunt, & vnà quoque reliqua vomitus signa adsunt, quæ ab Hippocrate dicta sunt. Atque pulsus omnino inæquales fiunt, vbi stomachus mordetur ac grauatur. Sed signa à pulsibus desumpta Hippocrates, vel quia cognouit, vel quia non magni momenti esse putauit, haud produxit.

Iudicia è pulsu sumpta.

Cur Hippocrates pulsus signa neglexit.

COMMENTARIVS.

A rigore cur exordiùs Galenus.

Galenus hoc loco de singulis priuatim excretionum modis tractaturus à rigore orditur, veluti ab eo qui expultricis facultatis validus est motus, ac omnes propemodũ excretiones præcedit. Eo itaque excitato, certum est aliquas excretiones subsequuturas. Principiò itaque quomodo iudicatorium rigorem in morbo futurum prænoscere oporteat edocet, inquiens. Si igitur præter rationem, & sine causa manifesta, aluus, aut vrina supprimitur, vbi iam proximum est iudicium, rigorem iudicatorium sperare oportet. Quòd Hippocrates etiã lib. 6. Epidem. par. prima, apho. 9.

Iudicatorius rigor vt prænoscendus.

» iis significauit verbis. Ante rigorem vrinæ suppressiones. Considerandum autem nũ
» à bonis signis fiant, & aluus deiiciat, somniq; adsint. Similiter autem & febris mo-
» dus, & quæ ex lassitudinibus. Quam quidem sententiam nos copiosè in nostris comm. enarrauimus. Quòd si itaq; ex iam dictis signis sciamus rigoré esse iudicatorium, definiẽdum subinde erit qualis ipsum secutura sit excretio, sudor nimirũ, aut vomitus, aut alui deiectio, aut horũ aliqua, aut oĩa. Quod deprehẽdemus, si primùm ad morbi speciem

ſpeciem reſpexerimus. Si enim febris exquiſitè ardens, adeoque bilioſa fuerit, ſtatim etiam iudicatorii rigoris prænotio certior erit. Nam vt quarti aphoriſm. quinquageſimooctauo teſtis eſt Hippocrates: Qui à febre ardente correptus eſt, ſi rigor ſuperuenerit, à morbo liberatur. Addit & hoc loco Galenus eius rigoris rationem, inquiens. Febris admodum ardens bilioſa eſt, ideoque nihil mirum ſi in ea dum quicquid eſt bilioſum expurgatur, rigor eueniat. Dictum enim eſt libro ſecundo capite tertio, quãdo bilioſus humor vehementiùs mouetur, tum excitari rigorem. Morbi ſpecie agnita, deinde conſiderandum erit nunquid vrina tantùm ſuppreſſa, aut aluo etiam adſtricta, rigor inciderit. Si enim ambobus, vrina nimirum & aluo ſuppreſsis, rigore correptus eſt æger, multus neceſſariò ſudor erit. Nam quum ſeroſæ humiditatis in corpore aceruatæ tria ſint vacuationis loca, aut enim per vrinam, aut per aluum, aut per ſudores vacuatur: neceſſe eſt vt duobus prioribus locis ſuppreſsis, per tertium, nempe ſudores copioſè admodum vacuetur. Si verò ſola vrina ante rigorem ſuppreſſa fuerit, conſiderandum tum erit, nunquid ante iudiciũ plura alui excrementa, aut pauciora prodierint. Si enim inſigniùs multò quàm anteà conſueuit fieri, aluus excreuerit, rigor expectandus non erit, ſed cognoſcere oportet inclinationem ſeroſæ humiditatis ad aluum factam eſſe, adeoque vniuerſam hanc humiditatem naturam per aluum excreuiſſe. Vt nihil mirum ſit ſuperuacuis omnibus per aluum expulſis, retentam eſſe vrinam. Si verò pauciora per aluum excreta ſunt, inclinationem ſeroſæ humiditatis ad ſudoris loca factam eſſe coniicere oportet, ideoque rigorem iudicatorium ſudor ſubſequetur. Quòd ſi vomitus etiam ſigna, quæ paulò pòſt recenſebit Galenus, affuerint, per ambas excretiones, hoc eſt, per ſudorem & vomitum, æger iudicabitur. Et magis ſanè per earum excretionem alteram, cuius indicia magis præualuerint. Verbi gratia, per vomitum magis, ſi illius ſigna ſudoris ſignis præualuerint. Per vtranque excretionem æquè, ſi indicia harum æqualia quodammodo fuerint. Si autem vomitus ſigna non affuerint, tunc poſt rigorem ſudores tantùm expectare oportet: idque magis vbi ægrotantes increſcente acceſsione vaporibus ſurſum elatis delirant: & vbi partes corporis exteriores calidiores ac rubicundiores fiunt. Tum enim humorum ad eas fieri inclinationem ac motum certò monſtrabunt, & multò certiùs ſi vapor quidam calidus, qualis anteà non aderat, per eas partes exhalat. Vapor enim is ſudoris ſubſequentis quaſi certus quidam nuncius eſſe ſolet. Quòd ſi verò pulſus etiam vndoſus fuerit, & inſigniter mollis, magis quoque ſudores expectare oportet. Eſt autem pulſus κυματώδης ſeu vndoſus, vt libro primo de differentiis pulſuum capite viceſimotertio atteſtatur Galenus, in quo arteria non ſimul vniuerſa attollitur, ſed primo eius pars prima, deinde ſecunda, mox tertia, ab hac quarta, motu permanente continuò, atque inſtar vndarum ſeſe eleuantium, ſic quidem vt altera vnda ſemper priorem excipiat. Cauſa autem illius pulſus, vt idem libro ſecundo de cauſis pulſuum autor eſt, non niſi humorum copia exiſtit, vt nihil mirum ſit hunc eſſe ſudoris certum nuncium. Mollis autem pulſus eſt, quum mollior, ac veluti carnoſior apparet arteria. Qui itidem humiditatis nuncius eſſe ſolet. Durus contrà pulſus, qui fit quando durior ac veluti ſiccior, & corii modo rigidior in occurſu apparet arteria: vomitus magis quàm ſudores oſtendere ſolet. Hunc autem interdum fieri à conuulſione conſtat. Quum itaque vomitus motus ſit conuulſioni haud diſsimilis, quid mirum ſi durus pulſus huius eſſe index ſolet. Altus pulſus, qui non eſt niſi is, qui naturali pulſu profunditate maior eſt, omnis excretionis, quum auctam eſſe facultatem ſignificet, perinde atque is qui vehemens dicitur, indicium eſt. Magnus verò pulſus motus humorum ad exteriora magis quàm interiora ſignum eſt, validum enim facultatis robur, noxia ad exteriora propellentis, ſignificat. Cæterùm quum vtraque inclinatio humorum bifariam accidat, ea enim quæ ad exteriora fit, vel per ſanguinis narium profluuium, vel ſudores perficitur: quæ

Sudoris ſignum.

Pulſus vndoſus.

Mollis.

Durus.

Altus.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 555 sur 637

©BIUM

verò ad interiora, vel per aluum, vel per gulam ſeu ſtomachum: vndoſus quidem pulſus, vt dictum eſt, ſudores: magnus autem ſimpliciter ſanguinis ē naribus profluuium denunciat. Porrò ſi humorum ad interiora motus & inclinatio præualuerit, vbi nulla vomitus ſigna affuerint, per alui deiectionem æger iudicabitur. Si verò vomitus etiam ſigna affuerint, & venter inſigniter excreuerit, tam per vomitum, quàm alui deiectionem iudicabitur. In multis autem iudiciis, præſertim quæ non ſine maximo naturæ cum morbo certamine accidunt, adeoque periculo non vacant, pulſus fit inæqualis. Et maximè quando bilioſi humores ad ventriculum confluunt, illum mordentes ac grauantes. Atque hæc ſunt ſigna excretionum à pulſu deſumpta, quæ Hippocratem neglexiſſe Galenus dicit, vel quòd ea haud cognouerit, & prorſus ignorauerit, vel quòd non magni eſſe momenti putauerit.

Pulſus ſigna Hippocrates quare neglexit.

Vomitus ſigna.

Vomituum autem ſigna ſunt cordis morſus vnà cum capitis dolore, vertigines vnà cum tenebroſis atriſve quæ oculis obuerſantur, & inferioris labro agitato, ac plurima & tenui ſaliua defluente. Hæc verò omnia accidunt, vbi bilioſus ac mordax humor in ventriculo, & ſtomacho aceruatus fuerit, & vnà os ventriculi, quod veteres cor nominabant, momorderit, & cum ipſo ſtomachum totum intro, & ad inferna diuulſerit, vnde & labium ipſis agitatur, & ſaliua tenuis defluit. Tenebroſa autem quædam oculis obuerſantur, & vertigine vexantur, oculorumque caligine laborant, & caput dolent, aliquo ex bilioſo humore euaporante, & præterea neruorum conſenſu:

COMMENTARIVS.

Vomitus indicia. Cordis morſus.

Quæ ſint propria vomitus indicia, Galenus hoc loco monſtrat. Primum eſt cordis ſiue oris ventriculi (ita enim illud veteres appellarunt, vt copioſius libro quinto de laborantibus locis capite quinto Galenus oſtendit) morſus. Cuius nullam aliam eſſe cauſam Galenus ſubiungit niſi bilioſum ac mordacem humorem os ventriculi mordentem, quem natura moleſta ſubinde vomitu eiicit. Eſt autem os ventriculi exquiſiti admodum ſenſus, propter neruos ſatis magnos à cerebro ad hoc ipſum delatos. Alterum ſignum eſt capitis dolor, qui per conſenſum partim iam dictorum neruorum, partim propter bilioſi humoris exhalationem naſcitur. Tertium eſt vertigo, quæ itidem ob bilioſorum humorum ad cerebrum exhalationem fit. Quartum, quòd atra & tenebricoſa oculis obuerſantur. Fit autem hoc ideò quia flaua bilis pleniùs calefacta, & vehementer aſſata, atram exhalationem ceu fumum quendam ſurſum exhalat, quæ ad oculos permeans, turbulentiorem reddit in eis humorem naturâ ſplendidum ac purum. Hanc igitur exhalationem ſentiens à cerebro ad oculos permeans viſorius ſpiritus, perinde atque per ſuffuſiones, tenebricoſorum ſeu atrorum viſa efficit. Quintum eſt labii inferioris agitatio, quę propterea quòd bilis internam ventriculi tunicam mordeat, & intro, atque ad inferna conuellat, accidit. Conſtat enim ex diſſectione, vnam eſſe omnem hanc tunicam vniuerſam cōtinuam per omnia ſibi, & toti ventriculo, & gulæ, & linguæ, & palato, & ori. Hæc igitur eſt quæ labia agitat ac commouet, quoties ab acriore bile collecta in ore ventriculi mordetur. Sextum ſignum eſt, quòd multa & tenuis ſaliua per os defluit. Bilis enim præ ſua leuitate fluitare in ſuperficie aſſolet, & ob eam cauſam ad gulam aſcendit & os, ventriculi fundum relinquens, vt nihil mirum ſit tum crebrò ex ore ſaliuam tenuem, & plurimam effluere.

Vertigo. Tenebroſa oculis obuerſantia.

Labii inferioris agitatio.

Tenuis ac multa ſaliua.

Cæterùm

Cæterùm propria ſigna profluuij ſanguinis è naribus, ſplendores oculis apparentes: eò quòd humor flauus eſt. Hebetudines autem, quoniam humor multus confertim elatus ad ſuperiora ſpiritus meatus obſtruit. Sic verò & oculi lachrymantur, propter fluxionis copiam, quemadmodum etiam in lippitudinibus accidit. Eodem modo rubicundi videntur, vnà cum malis nonnunquam, & naribus. Proprium verò profluuii ſanguinis narium eſt etiam hypochondriorum ſine dolore tenſio. Nam & hoc haud exiguum eſt ſanguinis ad ſuperna vergentis indicium. Quemadmodum etiam ſpirandi difficultas, nam & hæc ſanguine in thoracem defluente fit. Si verò hypochondrium citra dolorem extendatur, non futuri profluuii ſanguinis ſignum, ſed phlegmones alicuius ibidem factæ, eſt ſymptoma. Quinetiam dolor capitis, etſi commune eſt vomitus & profluuii ſanguinis narium ſignum, tamen qui veluti mordax eſt, vomitus: qui verò veluti grauis, & diſtendens, pulſanſque, ac calidus, profluuii ſanguinis narium proprium ſignum. Sic etiam viſcerum in hypochondriis phlegmonæ, ſanguinis profluuii cauſæ ſunt ſimul & ſigna, vbi morbus per excretiones iudicabitur. Quòd ſi verò per contrarium profluere ſanguinem non eſt bonum, per rectitudinem, vt inquit Hippocrates, & experientia docet, bonum. Iam tibi facile narem vnde profluxurus eſt ſanguis, prædicere, vbi cauſam profluuii ſanguinis inueneris. Dextrum enim hypochondrium, ex dextra nare bonum affert iudicium: ſiniſtrum verò, ex ſiniſtra. Didiciſti autẽ priùs & bonorũ & malorũ iudiciorũ ſigna. Quomodo igitur difficile adhuc eſt narem ex qua profluet ſanguis prænoſcere, quum poſſis laborantem partem exquiſitè dignoſcere, & iudicii morem non ignores, & ſigna quæ ſanguinis profluuium indicant euidenter appareant? Præter hæc omnia & ætas, & anni tempus, & regio, & laborantis natura futurum ſanguinis profluuium ſignificare poſſunt,

Signa prò fluuii ſanguinis è naribus.

COMMENTARIVS.

Quum paulò antè quæ ſint vomitus indicia expoſuiſſet Galenus, nunc quæ ſint propria profluuii ſanguinis narium ſigna commemorat, eorundemque cauſas explicat. Primùm autem ſignum profluuii ſanguinis è naribus inquit eſſe ſplendores oculis obuerſantes, eò quòd humor qui profluxurus eſt flauus ſit. Flauum autem colorem ad ſplendidum vergere cap. 12. libri primi diximus. Secundum ſignum eſſe oculorũ hebetudines ait, quoniã humor multus ſurſum elatus, ſpiritus meatus obturat, vt hoc nomine hebetudinem viſus fieri neceſſe ſit. Tertium, quando oculi illachrymantur, id enim non fit ſine fluxionis copia, quod lippitudines etiam ſatis declarant, in quibus itidem propter copiam fluxionis ad oculos crebræ lachrymæ promanant. Quartum ſignum, oculi rubicundi. Quintum, malæ rubicundæ. Sextum, nares rubicundæ. Siquidem hæc omnia humorum ad caput motum denunciant. Septimum hypochondriorum ſine dolore tenſio, hæc enim ad ſuperna tendere humores ſignificat. Octauum, difficultas ſpirandi, quòd ſanguinem ſurſum, & in thoracem fluere monſtret. Non autem temerè dictum eſt ſine dolore, tenſio enim hypochondrii cum dolore, non profluuii ſanguinis, ſed alicuius potiùs phlegmones ibidem factæ indicium,

Profluuii ſanguinis narium ſigna.
Splendores oculis obuerſantes.
Oculorum hebetudines.
Oculi lachrymantes.
Oculi rubicũ di.
Malę rubicũdę.
Nares rubicũdę.
Hypochõdriorũ ſine dolore tẽſio.
Difficultas ſpirandi.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 557 sur 637

©BIUM

Dolor capitis. & ſymptoma eſt. Nonum dolor capitis, non quidem omnis, ſed is tantùm qui grauis eſt, diſtendens, pulſans, ac calidus. Nam ille ſanguinis ad caput confluentis copiam portendit. Hæc enim grauat, & diſtendit ſua copia, pulſat autem & calefacit ſua qualitate. Decimò viſcerum in hypochondriis, id eſt, iecoris & lienis, quorum hoc in ſiniſtro, illud in dextro hypochondrio ſitum eſt, phlegmonæ, profluuii ſanguinis ex naribus & cauſæ, & ſigna ſunt: vbi ſcilicet morbus per excretiones iudicabitur, Cauſæ, quòd ſcilicet ſanguinem ſurſum tendentem ſuppeditent. Signa verò, quia horum viſcerum phlegmonæ plerunque per ſanguinis è naribus eruptionem iudicantur. Et dextrum quidem hypochondrium, id eſt, iecoris phlegmone, ex dextra nare bonum affert iudicium: ſiniſtrum autem, hoc eſt, lienis phlegmone, ex ſiniſtra nare. Atque hinc etiam facile cuiuis erit, narem ex qua profluxurus eſt ſanguis prædicere. Nam ſi cauſam profluuii ſanguinis eſſe iecoris aut lienis phlegmonen cognoueris, & per rectitudinem profluere ſanguinem, bonum: per contrarium autem, malum eſſe ſciueris, nullo negotio ex qua nare ſit profluxurus ſanguis prædixeris. Cæterùm quid ſit rectitudo, & quapropter ſanguinis eruptio per rectitudinem facta ſit bona, contrà quæ per contrariũ fit, mala, copioſè admodum in explicatione capitum decimiquinti, & decimiſexti libri Galeni de curandi ratione per ſanguinis miſsionem diximus. Ad hos itaque locos lectorem relegamus, ne eandem rem denuò hîc cogamur narrare. Porrò præter iam dicta ſigna profluuium ſanguinis etiam ſignificare poſſunt ętas florens ſeu iuuenilis, vtpote in qua, Hippocrate tertii aphoriſm. 29. teſte, ſanguis abundet, anni tempus calidum, ver nimirum & æſtas, regio temperata, aut calida, & laborantis natura ſanguinea ac calidior.

Viſcerum phlegmonæ.

Ex qua nare ſanguis ſit profluxurus.

Sanguinis ſanè profluuij narium & vomitus exquiſita & propria ſunt indicia. Poſt vtraque horum, ſudorum. Si verò etiam per aluum excretio fiet, neque ita manifeſtum, neque proprium ſignum: ſed ex eo quòd adſunt excretionis ſigna, non adſunt autem vomitus, vel profluuij ſanguinis narium, vel ſudoris colligere licet. Quanquam autem nullum horum adeſt, tamen non hoc tantùm, ſed & per hæmorrhoïdes fieri poteſt iudicium, aut mulieribus per menſes. Non tamen diſtinguere illa eſt impoßibile. Grauitas enim lumborum inſignis, & dolor, & tenſio, hîc menſes præcedit. Hæmorrhoïdes autem non omnibus fluere conſueuerunt. Quibus igitur conſueuerunt, iis ſolis vtique quiſpiam haud facilè definiet. Aliis verò omnibus vbi concoctionis & excretionis ſigna affuerint, vomitus autem, aut profluuii ſanguinis narium, aut ſudoris indicia non affuerint, omnino venter perturbabitur. Hoc quidem pacto propria & communia modorum iudicij indicia diſcernere oportet, in iis ſcilicet morbis qui per excretionem iudicabuntur.

Menſium ſigna.

COMMENTARIVS.

Confert inter ſe hoc loco Galenus excretionum ſigna, & docet ſanguinis è naribus profluuii ac vomitus ſigna eſſe exquiſita & propria. Poſt hęc autem, maximè propria eſſe ſudoris ſigna. Eius autem excretionis (legendum enim in Græco codice, ἐκκρισις & non, vt habet Aldina æditio κρίσις) quæ per aluum fit, neque manifeſtum, neq; proprium eſt ſignum. Eam tamen eſſe futuram ex eo colligere licebit, quòd quidem excretionis (hîc iterũ falsò κρίσεως pro ἐκκρίσεως legitur) adſunt ſigna, nõ adſunt autẽ vomitus, aut profluuii ſanguinis narium, aut ſudoris indicia. Quanquam autem nullum iam dictorum trium ſignorum adeſt, tamen non tantùm hoc, id eſt, alui profluuium, ſed & per hæmorrhoidas, aut mulieribus per menſtrua iudicium fieri poteſt. Non eſt autem difficile, in mulieribus præſertim, definire, vtrum per menſes, aut alui deiectionem

Codex Græcus emendatus.

nem iudicium fiat,Si enim insignis lumborum grauitas,& tensio,& dolor fuerit,certũ est humorum inclinationem ad vterum esse,ideoque tum iudicium per menses,& minimè per alui deiectionem fiet. Cæterùm in viris quibus hæmorrhoides promanare certis & statis temporibus consueuere,non ita facile est distinguere num per alui deiectionem,aut hæmorrhoides iudicium fiat,quòd scilicet per eundem locum vtraque excretio prodeat,adeoque in ambabus excretionibus motus humorum ad anum fiat. Aliis autem omnibus viris quibus per consuetudinem hæmorrhoides nõ profluunt, vbi concoctionis & excretionis(iterum ἐυκρίσεως legendum)signa affuerint, vomitus autem,vel fluxus sanguinis narium, vel sudoris indicia defuerint, iudicium per alui ventrisve deiectionem futurum est. Atque hactenus de signis tum propriis,tum communibus,quibus modi iudiciorum eorum morborum qui per excretiones iudicantur distingui & discerni possunt.

Si verò ad abscessum conuertantur, communia quidem omnia sunt iudicia, vbi salubriter se æger habet,neque solui morbum, neque vrinam multam, & copiosam habentem subsidentiam, sed crudam ac tenuem apparere. Propria verò morborum non valdè diuturnorum, si æger subitò difficulter spirare cœperit, mox autem hæc spirandi difficultas desierit, & illam capitis grauitas & dolor, & coma,ac surditas exceperit, huic in glandulis post aures fieri abscessum necesse est. Si verò morbus iam diuturnus fuerit,neque vllum ex iis signis affuerit,appareat autem in aliquo infernorum locorum vel grauitas,vel tensio,vel inflammatio,vel dolor,huic in infernis partibus abscessum futurum sperabis. Exemplum verò vtriusque abscessus vnum morbum Hippocrates in prognosticis constituens,eos qui eius sermonem intueri possunt edocuit,quo pacto in vniuersum de omnibus abscessibus ratiocinari oportet. Quare mihi visum est præsentem hîc claudere librum. Si quis enim iis quæ ab Hippocrate dicta sunt nostra etiam addiderit,nondum autem artifex factus est,aut iudicia præneoscit, in sequenti libro,qui vltimus propositæ uobis tractationis erit,spero illum quod deficit cognitu-rum. Prudentibus ij tres sufficient,neque quarto indigent libro. signa abscessuũ.

COMMENTARIVS.

Postremo huius libri loco quæ sint communia & propria abscessum signa Galenus tradit. Communia,& quæ in quamuis partem futurum abscessum significant,tria esse inquit. Primum si æger salubriter se habeat, secundum si paulatim non soluitur morbus,tertium si vrina neque multa, neque multam subsidentiam habeat,sed cruda ac tenuis fuerit. Si enim multa fuerit,& copiosam subsidentiam habuerit,paulatim co qui & solui morbum significat,iuxta id Hippocratis dictum. Quibus spes est ad articulos futurum abscessum, liberat ab abscessu vrina multa,crassa & alba prodiens. Quę iam diximus confirmat etiam in prognosticis Hippocrates inquiens. Qui tenuem ac crudam multo tempore mingunt vrinam,siquidem alia ipsis salubria signa affuerint, iis abscessum expectare ad loca quæ sub hypochondriis sunt oportet. Propria verò & in singulis partibus factorum abscessuum signa sunt in morbis quidem non valde diuturnis,primum quidem spirandi difficultas celeriter incipiens, mox autem iterum desinens,quæ humores quidem sursum versus tendere,adeoque abscessum in supernis sedibus erupturum denunciat. Secundum capitis dolor & grauitas. Tertium coma,ac grauis sopor. Quartum surditas. Hæc enim omnia motum humorum superiora significant,adeoque in glandulis post aures futurum abscessum demonstrant. Si autem morbus iam diuturnus fuerit,neq; vllum ex iam dictis signis quatuor apparuerit, sed

Communia abscessuum signa tria.

4.aphor.74.

2.prognost.34.

Propria signa quatuor.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 559 sur 637

©BIUM

grauitas vel tenſio, vel feruor ſeu inflammatio (φλόγωσις eſt in græco) vel dolor in infernis partibus fuerit, motum humorum deorſum fieri, adeoque in illis partibus futurum abſceſſum nunciabunt. Vtriuſque autem abſceſſus, nempe eius qui in ſupernis, & eius qui fit in infernis partibus, Hippocrates vnum morbum nempe peripneumoniam, lib. 2. prognoſt. 64. & ſequentibus aliquot aphoriſmis conſtituens, edocuit quomodo in vniuerſum de omnibus abſceſsibus ratiocinari oporteat. Quare pluribus nō eſſe opus Galenus ad iudiciorum cognitionem putat, modò non grauetur aliquis diligenter quæ ſcripſit de iis rebus Hippocrates legere. Quanquam autem prudentibus ij tres libri ſufficient, tamen nihilominus quartum ſe de iudiciis ſcripturum librum pollicetur, quem tamen confeciſſe non cenſeo, quum neque inter græcos, neque latinos extet Galeni libros.

LIBRI TERTII FINIS.

Claudii Galeni pergameni, de Ratione CVRANDI PER SANGVINIS MISSIONEM, Liber vnus, Leonharto Fuchſio Medico interprete.

CAPVT I.

HIS qui de ſanguinis miſsione contemplationem inſtituunt, vna quidem & prima eſt ſpeculatio, vt qui affectus corporis vacuatione egeant conſiderent. Dein altera, quinam ea quæ per ſanguinis fit miſsionem. Quippe multi ſunt affectus, qui alia quapiam vacuatione, non ſanguinis miſsione indigent. Tertia poſt has conſideratio eſt. vt diiudicent qui hanc vacuationem citra noxam ferre queant. Nam nonnunquam quidē affectus reperitur qui ſanguinis miſsionem requirit, atqui ægrotans eam tolerare non poteſt: idque aut propter ætatem, aut anni tempus, aut regionis naturam, aut oris ventriculi vexationem, quod nomine abutentes ſæpe ſtomachum appellant: quemadmodum ſanè nunc etiam per totum hunc librum, breuitatis gratia, hac appellatione vtimur. Sed ſunt quoque qui ob vniuerſi corporis habitum ſanguinis miſsionem non ferūt, etſi, quòd ad morbum attinet, ea maximè egent.

COMMENTARIVS.

Tria principio iis qui ſanguinis miſsione rectè vti volunt ſunt conſideranda. πρόβλημα.

De curandi ratione quæ fit per ſanguinis miſsionem in hoc libro tractaturus Galenus, principiò tria proponit, quæ iis qui ſanguinis miſsione rectè vti volunt ſunt diligenter conſideranda. Primum eſt, vt ſciant qui corporis affectus vacuatione indigeant. Sunt enim morbi, vtpote ex defectu nati, qui adiectionem potius, quàm detractionem deſiderant. Quare quum nonnullis affectibus adiectione opus ſit, prima erit ſpeculatio (πρόβλημα enim hîc idem quòd θεώρημα ſignificat) vt qui illorum vacuatione egeant diligenter cognoſcant. Altera deinde ſpeculatio eſt, vt qui affectus eam vacuationem quæ per ſanguinis fit miſsionem exigant perſpectum habeāt. Quippe ſunt multi affectus qui vacuationem quidem deſiderant, atqui non eam quæ fit per ſanguinis miſsionem, ſed eam potius quæ fit per medicamenta purgantia, frictiones, balnea, ambulationes, motus, vnctionesque diſcutientes, vt capite decimo copioſius dicemus.

Tertia

Tertia ſpeculatio eſt,vt diiudicent qui hanc vacuationem quæ per detractionem ſanguinis fit,citra noxam ferre queant. Nam accidit vt nonnunquam affectus ipſe ſanguinis miſsionem expetat,cæterùm æger eam ferre nequeat, idque quinque maximè de cauſis. Primò propter ætatem;quòd neque pueri,neque admodum ſenes ſanguinis detractione commodè vti poſsint, quemadmodũ capite decimotertio copioſiùs demonſtrabitur. Secundò propter anni tempus:ſub Cane enim & ante Canem,in maximis etiam frigoribus,vt capite decimoquarto oſtendetur, nequaquã detrahimus ſanguinem,etiamſi hanc ipſam vacuationem affectus maximè efflagitat. Tertiò propter oris ventriculi κάκωσιν,hoc eſt afflictionem vexationémve, quę promptè ſyncopen & animi defectionem accerſere ſolet,ſanguinem mittere haud expedit. Hoc vétriculi os medici nonnulli abutentes nomine,ſtomachum appellant. Quod etiam ſectio. 7. Aphor.commen.57.ſcribit Galenus. Propriè enim loquendo,vt teſtis eſt lib.4.de vſu par.corp.huma. Galenus,omnis ventris cauíve ceruicem præpoſitam, inſtar iſthmi anguſtam,ſtomachus ſignificat. In eaque ſignificatione vox hæc antiquitus eſt vſurpata. Poſt Ariſtotelis verò ſeculum,vt idem teſtatur Galenus lib.5.de malè affe.lo. capite.4.ad οἰσοφάγου,hoc eſt gulam duntaxat hæc ipſa tranſlata eſt. Dein Galeni ætate, vt hîc,& libro iam citato.cap.5.metipſe teſtatur,ad os ventriculi,quod veteres καρδίαν dixerunt,transferri cœpit. Tandem poſt Galeni tempora,nomine hoc magis abutentes medici ad ipſum ventriculum tranſtulêre. Galenus autem,etſi in aliis ſuis libris ſtomachi vocabulo pro gula vtitur,tamen in hoc toto libello pro ventriculi ore vſurpat. Quartò à ſanguinis detractione abſtinemus propter habitum corporis denſum aut rarum,velut in explicatione ſexti capitis fuſiùs dicetur.

Cur ægri miſsionem ſanguinis ferre nõ poſsũt.

κάκωσις.

Os vétriculi per abuſum ſtomachus vocatur.

Stomachus propriè quid.

καρδία.

Quæ vbi quis definierit,ea quæ eſt de occaſione ſuccedit conſideratio, vti in alio quouis auxilio. Deinceps verò ea quæ eſt de venis quas incidere oportet. Quippe de iſtis abundè quæſitum eſt,nihilne vtique referat quam quis incidere venam volet,quum omnes omnibus affectibus æque proſint: an, quemadmodum Hippocrates & probatiſſimi medicorum quique conſueuerunt, plurimùm interſit hanc præ illa incidere? Cæterùm hac quoque conſideratione definita, ſuccedit de Scopis ſermo,quibus videlicet quis animum intendens,vacuationis menſuram coniectura aſſequatur. Poſthæc verò omnia in quibus vtique ſemel auferre præſtat,in quibus verò repetitam vocatam ablationem fieri conuenit,& quos ad animi vſque defectionem vacuare,in quibus autem hanc,veluti maximum detrimentum,cauere expedit. Hæc itaque conſiderare eum,qui rectè hoc præſidio vti volet,neceſſe eſt.

COMMENTARIVS.

Quæ ab illis qui ſanguinis miſsione rectè vti volent initiò ſunt conſideranda, ea iam dicta ſunt. Nunc verò Galenus ad alia progreditur,quę itidem ab iis qui ſanguiné mittere volunt contemplanda ſunt,ita inquiens: Poſtquàm ea quæ iam dicta ſunt definita fuerint,hoc eſt,ſi quis de iis certi aliquid conſtituerit,tum ea quę eſt de occaſione ſeu idoneo vtendi tempore conſideratio ſuccedit, quæ quidẽ in omni alio auxilio adhibendo obſeruari debet. Eſt autem occaſio, quæ Græcis καιρὸς dicitur, temporis pars in ſe habens rei alicuius idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. Adeoq; καιρὸς Græcis plus eſt q̃ tempus,nempe articulus,ipſumque momentum ac punctum,quod aiunt,in quo aliquid eſt agendum,vt ſectione prima aphoriſmorum commen.1.latiùs oſtendimus. Senſus itaq; verborum Galeni is erit. Poſtquàm medicus definiuit quòd æger vacuatione indigeat,& ea quę fit per ſanguinis miſsionem, illamq; citra noxam ferre queat,tum reliquum eſt vt conſideret quo temporis momento ea ſit facienda, caueatq; diligenter ne occaſionem amittat. Nã ſi in omni alio præſidio

Occaſio quid.

Senſus.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 561 sur 637

©BIUM

non eſt temerè negligenda occaſio,quanto minus in ſanguinis miſsione,quod omniũ aliorum auxiliorum præcipuum eſt,in magnis præſertim morbis,& in internis inflammationibus,prętereunda erit?Ea ſiquidem neglecta,de ægrotantis vita propemodum actum erit.Atque hinc eſt quòd Hippocrates dixerit occaſionem eſſe celerem & præcipitem.Ex iis itaque omnibus perſpicuum fit,Theodoricum Gaudanum virum alioqui doctum,hunc Galeni locum non rectè ſic conuertiſſe: quæ ſi quis etiam definire aggrediatur,particularis excipiet contemplatio &c. Nam quomodo in quouis alio auxilio particularis ſuccedat contemplatio nõ video,quandoquidem auxilium id nominis aliundè non ſit conſecutum,quàm ab eo cui auxilium præſtat. Neque enim vllum eſt auxilium quod omnibus opitulari queat.Vt enim vna victus ratio accommodari omnibus nõ poteſt,ita nec vnum auxilium omnib⁹ affectibus,ac corporibus prodeſt: quum ab iiſdem aliqui lædantur,aliqui iuuentur,vt copioſè lib. 5.de Tuenda ſanitate,cap.8 Galenus docet. Proinde quum per ſe auxilium ſit aliquod particulare, non eſt cur Gaudani conuerſio locum habere poſsit.Præbuit autem illi errandi occaſionem Græcus Aldinus codex,in quo ita ſcriptum eſt: τοῦτ' μέρος σκέψις ἡμᾶς διαδέχεται,hoc eſt,de parte ſuccedet conſideratio. Hanc enim lectionem eſſe deprauatam,ea quæ ſequuntur,abundè teſtantur. Quippe Galenus ſtatim ſubiicit aliã eſſe contemplationem de venis,vt ſcilicet quæ harum ſit incidenda ſciamus.Quòd ſi verò nobis conſtiterit quæ vena ſit ſecanda,ſimul quoque nobis in qua parte ea ſit incidenda innoteſcet.Quapropter ſi Græci codicis lectio vera eſſet,idem bis,nullo alio interueniẽte,inculcaſſet Galenus,quod abſurditate haud vacaret. Neceſſe igitur eſt vt deprauatam codicis Græci lectionem emendemus: quod quidem faciemus ,ſi pro τ' μέρος, legamus τ' καιρός,hoc eſt,de occaſione.Sic verò eſſe legendum in primis antiquus atteſtatur interpres,qui hunc locum ita conuertit: de tempore conſideratio: καιρός enim vocem ſemper tempus interpretatur,etſi plus quàm tempus,vt comprehenſum eſt,ſignificet.Dein ſic eſſe legẽdum,ex auxilij deſcriptione,quam author definitionum tradit,ſatis liquet, qui auxilium ita definit, βοήθημα ἕξις ἐπ' ὀφελείᾳ προσγιγνόμενον ἀνθρώποις,σωθῆναι ἐκ ποιότητος, ποσότητος, τάξεως,καιροῦ: Auxilium eſt quod vtiliter hominibus adhibetur,conſtans ex qualitate,quantitate,ordine,& occaſione.Quum igitur auxilij ratio occaſionis etiam conſiderationem includat,& ſanguinis miſsio auxiliorum omnium ſit præcipuum,rectiſsimè hoc loco Galenus in ea,perinde atque in quouis alio auxilio,occaſionem eſſe conſiderandam hortatur. Hanc conſiderationem excipit ea quę eſt de venis quas incidere oportet, quandoquidem fuerunt qui ſtatuerunt,quanquàm falſò,nihil referre quam quis venam ſecet,quum omnibus affectibus æquè proſint.Hippocrates autem, Galenus, & probatiſsimi quique medicorum diuerſum cenſent,vt qui ratione & experientia cognouerunt plurimùm intereſſe hanc ſiue illam quis in affectibus corporis diuidat venam , vt Pleuritidis exemplo infrà, capite nimirum decimoſexto clariſsimè oſtendet Galenus.Hac conſideratione definita,ſuccedit ſermo de Scopis , quibus quiſpiam intentus menſuram vacuationis ſaltem coniectura quadam aſſequi poteſt . Sunt autem hi ſcopi pręcipui quidem duo , magnitudo nimirum morbi, & virium robur , quemadmodum in capitis noni enarratione copioſiùs docebimus . Poſt hæc omnia qui ſanguinis miſsione rectè vti voluerit, conſiderabit, quibus ſemel, & quibus bis,ſæpiusque ſit ſanguis detrahendus,veluti fuſius capiteduodecimo dicemus. Poſtremùm contemplandum in ſanguinis miſsione, quos ad animi vſque defectionem vacuare expediat , & quos minus . Quam quidem conſiderationem loco iam citato Galenus abundè explicabit . Hæc itaque omnia eum,qui miſsione ſanguinis rectè vti volet,conſiderare oportet.

1.aphoriſm.1. Gaudani cõuerſio notatur.

Aldinus græcus codex emẽdat⁹.

βοήθημα quid. Auxilium.

Plurimùm interest hãc vel illam venam ſecemus.

Scopi menſuræ vacuationis duo.

CAPVT II.

Et de

ET de omnibus istis in tractatione de Medendi ratione dictum est, quemadmodum & priuatim aduersus Erasistratum, quòd ipse perperam ab hoc præsidio abstinuit. Deinde alium rursus librum conscripsimus aduersus eos Erasistrateos, qui virum hunc vsum esse hoc auxilio affirmant. Proinde odio digna est scelestorum Sophistarum tum vafritia, quòd quum mentiri se sciant, præ studio tamen nouarum rerum dolosè agunt: tum sapientiæ vanæ iactatio, quòd optimarum rerum ignari, contraria verbis commiscantur. Horum enim alterum Chrysippo Cnidio accidit, qui venæ sectionem è numero medicinalium præsidiorum prorsus sustulit. Sequuti sunt illum discipuli Medius & Aristogenes, clari & ipsi apud Græcos. His verò magis Erasistratus ad splendidissimam euectus gloriam Chrysippi sententiam retinuit. Huius deinceps discipuli, omnes initiò præceptoris dogmati insistebant, progressu autem temporis quidam horum ab eo defecerunt, pudore confusi impudentissimo. Nam quid aliud dicam in eos qui asseuerare audent Erasistratum venæ sectionis præsidium admittere, quum tamen nusquam in suis commentarijs vllo in malo hoc consulere videatur. Verùm consentaneum erat, inquiunt, vt ei qui inediam tanquam vacuatorium auxilium recipit, multò magis venæ sectiõe vacuet. Qui verò hæc dicunt, omnes venam incidendam esse in iis quibus Erasistratus inedia præcepit vti, censent. Quum igitur ipse in libro de Febribus in morborum principijs inediam adhibendam esse tradat, sequitur hunc omnibus sanguinem mittere illo vtique tempore, quemadmodum etiam ipsi loquuntur. Verùm maximum id malũ est si ita faciendum artem discentibus iuuenibus persuaserint, multoq; etiã peius si non alia quoq; quæ definire conuenit, considerauerint. Quapropter alio in libro ea exponere coactus sum, ac iuuenibus demõstrare Erasistratum nequaquam venæ sectione vsum: præstat enim hoc credere, quàm omnibus quibus ille vti inedia præcepit ordine incidere venam, maximumque ægrotantibus ex hoc præsidio commodum fieri, si quis eo rectè vtatur. Nõ igitur, mea quidem sententia, aliud quicquam me de venæ sectione scribere oportuit, quòd scilicet huius auxilij vsus in opere de Medendi ratione sit expositus, quemadmodum etiam in libris de Tuenda sanitate. In duobus verò libellis, quorum alter aduersus Erasistratum inscriptus est, alter contra Erasistrateos Romæ agentes, ea quæ ille non rectè est opinatus à me sunt demonstrata. Verùm cùm crebro à me multi amici medici, quos piget, vt mihi videtur, Medendi libros perlegere, efflagitarent, coactus tandem sum ad præsentem explicationem redire, ne scilicet inuidere illis videar, ac subinde conueniẽte ordine omnia de hoc præsidio narrare. Atque iam quidem tempestiuum est ordiri sermonem.

COMMENTARIVS.

In hoc capite secundo Galenus causam exponit quare hunc librum conscripserit, & cur denuò quæ in aliis locis abũdè de sanguinis missione dicta sunt, hîc repetere voluerit. Quippe de omnibus considerationibus quæ præcedẽti capite commemorauit, in libris de Medendi ratione abundè dictum est. Et quòd perperàm à venæ sectione

©BIUM

abſtinuerit Eraſiſtratus,oſtenſum eſt in eo libello quem priuatim aduerſum Eraſiſtratum ſcripſit.Nõ eſſe autem illum vſum venę ſectione,quemadmodum eius ſectatores mendaciter aſſerunt,in libello quodam commonſtrauit,quem aduerſus Eraſiſtratæos Romæ agentes conſcripſit.Duplici aũt ratione Eraſiſtrati ſectatores,quos hîc ſceleſtos Sophiſtas vocat,odio dignos eſſe ait.Primùm ob verſutiã ac vafritiam,ꝙ quũ ſe mentiri intelligant,ptæ ſtudio tamen nouarum rerum(id enim καινοτομία ſignificat)doloſè & malitioſè agunt. Secundò propter δοξοσοφίαν, id eſt vanæ ſapientiæ iactationem: quum enim optimarum rerum ignari ſint, tamen contrarium verbis comminiſcuntur,atque de rebus nullius momẽti temerè verba fundunt. Sic certè Chryſippus Cnidius,cuius Laërtius lib.7.de vita philoſophorum,& Galenus in libro aduerſus Eraſiſtratum ſæpe meminit,ab eoque multa illum didiciſſe teſtatur, ſanguinis miſsionem magno quidem errore,& ſummo ægrotantium periculo,è numero medicinaliũ præſidiorum ſuſtulit.Fuerunt ſanè præter Cnidium illum,eumque medicum, plures alij Chryſippi,Laërtio loco paulò antè citato authore, Vnus enim Solenſis ſeu Tarſenſis dialecticus inſignis. Alter Cnidij filius,Ptolemæi medicus. Tertius Eraſiſtrati diſcipulus. Quartus Georgicorum ſcriptor. Quũ igitur Chryſippus Cnidius Eraſiſtrati præceptor è remediorum numero venæ ſectionem ſuſtulerit,nihil miri,& huius diſcipulum idem hoc dogma,atque alios duos Medium & Ariſtogenem,quorum hîc meminit quique clari & magni nominis apud Græcos fuerunt, ſubinde mordicus tenuiſſe ac ſparſiſſe.Cæterùm Eraſiſtrati diſcipuli principiò in vniuerſum omnes præceptoris ſui dogmati inſiſtebant:progreſſu tamen temporis aliqui horum ab eo defecerũt, idq; vt facerent pudore quidem impudentiſsimo coacti ſunt.Nam quum primùm apertè venę ſectionem præceptoris ſui exemplo è medio tollerent,tamen tandem quum cernerent eius vſu medicos carere non poſſe,illam admittere,etſi nullo in malo hac ipſa vti vſquam in ſuis commentariis videatur, Eraſiſtratum conſtanter affirmabant. Id ipſum verò hac ratione oſtendere conabantur.Eraſiſtratus,dicebant,inedia tanquam vacuatorio auxilio vſus eſt,igitur multò magis venę ſectione vacuauit.Verùm quàm abſurda hęc ſit illorum ratio,hinc colligi poteſt.Nam qui hęc dicere audent,ij omnes ſtatuunt in ſingulis iis malis eſſe incidendam venam,in quibus Eraſiſtratus inedia vti cenſet.Idem autem in libro de Febribus inſcripto, in morborum principiis inediam adhibendam eſſe tradit,igitur in omnibus illis,eodemque tempore, ſanguis mittendus.Quàm verò periculoſum ſit,ita eſſe faciendum perſuadere iuuenibus,& artem diſcentibus,niſi alia quoque,quæ in incidenda vena definienda ſunt, cõſiderata fuerint, nemo non intelligit.Quare vt omnes Eraſiſtrati ſectatorum abſurditatem clarius intelligerent,coactus eſt Galenus priuatim ædito libello certis argumentis demonſtrare, Eraſiſtratum nunquam venæ ſectione vſum fuiſſe.Quòd nimirum præſtaret hoc ſcire iuuenes, ne ſcilicet omnibus detraherent ſanguinem quibus ille inedia vti præcepit, adeoque commodè hoc præſidium ægrotantibus adhiberent. Quum igitur abundè quæ ad vſum venæ ſectionis ſpectant, à Galeno in libris de Medendi ratione, deque Tuenda ſanitate expoſita ſint, & quæ minus rectè de ea opinatus eſt Eraſiſtratus in duobus aliis libellis,quorum in contextu mentionem fecit,confutata ſint,non erat opus quicquam aliud de venę ſectione ſcribere Galenum.Sed quũ crebrò amici aliqui, iique medici,quos libros de Medendi ratione legere piguit,a Galeno efflagitarint,horum aſsiduis precibus coactus eſt,vt ad tractationem hanc de ſanguinis miſsione rediret.Atque hæc paraphraſtica ferè huius capitis eſt explicatio.

καινοτομία.

δοξοσοφία.

Chryſippi plures.

Chryſippus Cnidius Eraſiſtrati præceptor.

CAPVT III.

AFfectus quidem vox, quemadmodum alibi quoque nobis dictum eſt, ab affici verbo deducta, ſimiliter illi de multis effertur rebus. Verũ nunc mutationes in habitum præter naturam, qualeſcunque fuerint, affectus

affectus per vniuersum hunc librum nominamus. Quæremus autem primò quot, qualesque sint affectus vacuationem poscentes: dein verò quinam illorum venæ sectionem poscant. Quum autem omnia, quæ in quæstionem veniunt, duo inuentionis instrumenta obtineant, nempe rationem & experientiam, idq; in omnibus artibus, nec minus per vniuersam vitam, necessarium esse puto, & nunc aut sola ratione, aut sola experientia, aut vtrisque, ea quæ proposita sunt inuenire. Quoniam verò ratio ipsa partim ex cõmunibus duntaxat notionibus incipiens inuenit & demonstrat: partim autem & iis quæ ex illis inuenta sunt ad demonstrationẽ vtitur, vtraque ratione omnes vti artes nobis demonstratum est. Et nos quidem in præsentia vtra earum vtilis reperiitur, illam deligemus. Priore quidẽ ratione oẽs per vniuersam vitã homines vtuntur, altera verò nõ oẽs, ad artifices enim tãtùm pertinet. Nã Geometra primũ suæ artis theorema per solã priorẽ rationem demõstrat. Deinde in secundo nõ sola priore vtitur, sed ad demonstrationẽ eius, quod ex primo probatũ est, coassumit. Quanto autẽ plus à primo theoremate recedit, tanto etiam magis à prima ratione discedit, ac postremò quidẽ paucissimis vtitur, per ea quæ demõstrata sunt alia demõstrans, & per illa rursus alia, & deinceps iterũ per illa alia, vt tandẽ demõstratio eorum ad ea, quæ plebeiis incredibilia sunt, progrediatur: Solis nimirum, Lunæ & Terræ non solùm magnitudinis, sed & distantiæ cognitionem. Ex quibus vtique inuentis horologia constituunt, & clepsydras, qui hac via incedentes, Solis Lunæque deliquia prædicunt. Pari ratione nostra quoque arte procedens oratio multis quæ aliis in operibus demonstrata sunt vtetur, vt quòd aliquæ sint facultates quæ animantia gubernant, quarum alias naturales, alias animales nominant. Cæterùm principia generationis in omnibus rebus materiam habent quatuor elemẽta, quæ tota inuicem misceri, & mutuò inter se agere consueuerunt. Quapropter nullam Asclepiadis mentionẽ in hoc libro faciemus, vt cuius elementa esse falsa in decimotertio de Demonstratione cõmentario, & in opere de Placitis Asclepiadis, in quo quintus & sextus liber elemẽtorum eius confutationem habet, ostendimus. Demonstratum verò & in commentario de Elementis Hippocratis, de effectricibus qualitatibus, quarũ nomina caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, & de humorum tum differentia, tum generatione. Dicta quoque sunt de medicamentis singulos humores purgãtibus pauca quædam in libro de Elementis, & singulatim in alio commentario. Vtilis etiam ad præsentem sermonem tractatio de Temperamentis, quæ eam quæ est de Elementis sequitur. Omnium verò maximè liber de Plenitudine, in quo monstratum est duplicem esse plenitudinem, vnam quidem ad vires, alteram, verò ad vasorũ, in quibus hæc continetur, amplitudinem. Vocatur autem hæc plenitudo à medicis Græcis κατὰ ἔγχυμα, id est, infusione. Optimum est igitur vt ij qui scienter scrutari ea quæ in hoc libro dicuntur, volent, de plenitudine librum perlegerint. Quæ verò iterum ille antea esse perlecta requirit, ipse iudicabit. Nemo verò miretur si tot opus sit nobis vt recte de venæ sectione consideremus. Non enim ad

Affectus quid.

Duo inuẽtionis instrumenta.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 565 sur 637

©BIUM

huius modò præsidij inuẽtionem, sed ad aliorum etiam omnium necessaria est iam comprehensorum cognitio. Proinde si citra illorum notitiam rectè curare liceret, haud tam accuratè ea prosequeremur. Hæc itaque præfari necesse fuit.

COMMENTARIVS.

Affectus quid.

Quum sæpe in hoc libro affectus voce vtatur Galenus, ideò initio huius capitis quid per eam intelligi velit breuissimè exponit. Quippe affectus generatim pro omni eo à quo aliquid aliquo modo afficitur accipi solet. Atque sic dicitur à verbo affici, quòd similiter atque affectus de multis dicitur rebus, nempe sanis, ægris, neutris, & inanimis quoque, cantu videlicet, harmonia, & oratione, vt copiosiùs capite primo libri de Sympto. diffe. docet Galenus. Dein affectus idem quòd constitutio significat, & tũ ad sanos & ægros quoque pertinet. Tertiò aũt omnem, quæ in id quod præter naturã est, mutationẽ denotat. Qua quidem in significatiõe in hoc libro à Galeno vsurpatur. Post hæc proponit de quibus initio huius libri sit dicturus, nempe quot qualesq; sint affectus qui vacuationem postulent, & quinã illorum uenæ sectionem exigant. Anteq̃ verò ad inuentionem atque explicationem earum rerum quæ proposuit perueniat, ꝙ duo sint omniũ eorũ de quibus quęritur inuẽtionis instrumenta docet, ratio scilicet & experiẽtia, vt lib. etiã. 1. The. meth. cap. 3. Et lib. 3. Prog. com. 12. & 1. Aph. cõ. 1. attestatur. Cæterùm ratio ipsa bifariã demonstrat & inuenit. Primùm ex cõmunibus dũtaxat notionib⁹ quæ Græcis vocãtur κοιναὶ ἔννοιαι, & nõ sunt nisi vniuersales quædã sentẽtiæ nobiscum natę, ac diuinitùs omniũ animis inscriptæ, quasq; natura omnes homines tenent. Aristoteles vocat principia, sunt enim initia & fontes omnium disciplinarum. Alij dignitates etiam appellant, ꝙ iure illis sit habenda fides: Maximas alij, ꝙ iis maximè credatur, vtpotè per se notis. Eiusmodi enim sunt, vt quisq; statim auditas probet. Quare quum iis in scientiis nihil prius superiusq; sit per quod confirmari queant, merito per has ipsas ratio primùm inuenit & demonstrat. Dein ratio ad demonstrationẽ vtitur iis quæ per notiones cõmunes inuẽta sunt. Priore modo demonstrandi omnes per vniuersam uitam homines utuntur: altero solùm artifices. Id quod Geometrarum exemplo ostendit. Hi nanq; primum suæ artis Theorema per solam priorem rationẽ, quæ scilicet ex cõmunibus notionibus procedit, demonstrãt. In. 2. autem theoremate demonstrando non solùm priore, sed eo etiam quod ex primo est probatum theoremate ad demonstrationem assumunt. Quanto verò plus à primo recedit theoremate Geometer, tãtò quoq; magis à prima ratione, quę ex cõmunibus notionibus procedit, discedere solet. Postremùm aũt pauciſsimis seu minimis (Græcè enim est ἐλαχίσοις) vtitur, quòd scilicet per ea quæ antea sunt demonstrata alia, & per illa rursus alia demonstret, donec ad ea quę plebeiis sunt incredibilia, nempe ad Solis, Lunę, & terrę magnitudinis ac distantię cognitionem, demonstratio progrediatur. Exempla eius rei multa extant apud Euclidem. Hîc monendus nobis lector erit, Græcum Aldinum codicem multò aliter habere quã nos cõuerterimus, ita nimirũ: ὁ γὰρ τοιαύτης ἐξηγήσεως ἐν μὲν πρῶτον θεώρημα ἐν αὐτῇ τέχνης λέγει τὸ πρότερον, εἶτα τῷ δευτέρῳ μόνῳ χρῆται προσλαμβάνει δὲ εἰς τὴν ἀπόδειξιν αὐτοῦ καὶ ἓν τῶν πρώτων κατασκευασθέν. Hãc autem lectionem esse deprauatam nemo non animaduertit, quòd nimirum tautologiam contineat. Primùm enim dicit, Geometrã in 2. demonstrando theoremate sola secũda ratione vti, & mox subiicit ad eius demõstrationẽ etiam coassumere quod ex primo est ostensum. Si secunda vtitur, certè aliquid quod antea demonstratum est ex cõmunibus notionibus ad demonstrationẽ coassumit. Quippe secunda ratione vti, non est nisi ea quę ex cõmunibus notionibus inuẽta sunt, ad demõstrationẽ adhibere, hoc est coassumere quod ex primo est ostẽsũ. Nihil itaq; differt dicere, sola secunda ratione vti, & coassumere quod ex primo ostensum est. Quinetiam antiquus interpres manifestè falsam esse hanc lectionem mõstrat, qui locum hunc ita reddidit. Ad secundum verò non sola vtitur, coassumit autem ad demon-

Duo inuentionis omnium instrumenta.

Ratio bifariam demonstrat.

Communes notiones.

κοιναὶ ἔννοιαι.

Principia.

Dignitates.

Maximæ.

Galeni locus emaculatur.

demonſtrationem eius & id quod per primum conſtructum eſt. Emendandus itaque is Galeni locus in hunc modum erit. εἴτ' οὖν τῷ δευτέρῳ μόνῳ χρῆται, προσλαμβάνει εἰς πῶ ἀποδειξιν αὐτῷ ἃ ἐκ τοῦ πρώτου κατασκευασθέν. Vt ſit is planè ſenſus illorū verborū quē in noſtra conuerſione expreſsimus, nēpe, Geometra in ſecundo ſuæ artis theoremate non ſolùm prima ratione, quæ ex communibus duntaxat notionibus inuenit, vtitur, ſed ad demonſtrationem huius theorematis etiam id aſſumit, quod ex primo theoremate eſt probatum. Perperam itaque αὐτῷ pro αὐτῷ legitur. Porrò qui ratione iam expoſita Solis Lunæque deliquia prædicunt, illi quoque horologia & clepſydras conſtruunt. Clepſydræ autem horologia fuerunt quæ aquam qua horæ notabantur inclu ſam habuerunt. Pro quibus hodie quæ arenulam, vel albicantē puluiſculum, quo horæ ſigillatim inuertendo notantur, incluſum obtinent, vtimur. Cæterùm vt Geometrę ad demonſtrationem interdum iis quæ per alia ſunt demonſtrata adhibent, ſic etiam in hoc libello Galenus noſter multis, quæ in aliis libris ſunt demonſtrata, ad inſtituti ſui probationem, veluti hypotheſibus quibuſdā, vtitur. Inter quę ſanè primum eſt, quòd aliquæ ſint facultates, naturalis nimirum & animalis, quæ animantia gubernant. Duarum verò hîc tantùm meminit, quum tamen tres eſſe lib. 9. Therap. method. cap. decimo, & in libris de Hippocratis & Platonis dogmatib⁹ diſertè tradat. quòd ſcilicet vitalem, quæ tertia exiſtit, & quam hoc loco præteriit, ſub naturali complexus ſit. Naturalem enim facultatem vocat quæ ex corde & iecore per arterias & venas corpori vitā & alimoniam impertit. Sic libro de muſculorum motu ſecundo, Galenus actionem naturalem vocat eam, quæ ex arteria & vena procedit, quod ſcilicet vtraque voluntatis expers ſit, & ſpontè ac naturaliter fiat. Alterum quod alibi, nempe in libris de Elementis, demonſtrauit, eſt quòd principia generationis in omnibus rebus pro materia habeant quatuor elementa. Principia enim quatuor ſunt qualitates, Galeno libro primo de humana natura commen. ſecundo teſte: ſumma ſcilicet caliditas, frigiditas, humiditas & ſiccitas, ex quibus & materia, elementa ipſa, quæ ſunt corpora ſimplicia, procreata eſſe conſtat. Hinc eſt quòd Galenus libro primo de Elementis inter reliqua ſic ſcriptum reliquerit: Per qualitates elementa facta ſunt. Quum enim ſumma caliditas materiæ innaſcitur, vniuerſum iam erit elementum. Eodem modo quum frigiditas, & humiditas, & ſiccitas innaſcitur. Hæ enim ſolæ ſubſtantiam ſubiectam alterantes, mutuæ inter ſe elementorum tranſmutationis cauſę ſunt. Principia verò dicta ſunt, quòd nihil ſe prius habeant ex quo procreata ſint, neque fiant ex ſe viciſsim, neque ex aliis, & quòd ex ſe omnia quæ fiunt naturaliter producant. Ignis itaque generationis principiū, materia eſt vniuerſis ſubiecta elementis, qualitatis expers: item calor ſummus materiæ innaſcens. Elementa autem quatuor, quæ principiorum ſunt materia, in rerum generatione non ſolùm inuicem commiſcentur, veluti in tritici, hordei, eruorum, & fabarum aceruo, accidit, ita vt ſic qualia ſint remaneant: ſed alterata tranſmutataque tota inuicem commiſcentur, & mutuò inter ſe agunt. Adeoque quòd in ſe mutuò agunt, non ex concretione & ſeparatione, ſed quòd ſubſtantia eorundem per ſe totam patiatur & alteretur, obtinent. Atque ita de elementorum ratione diſſeruit Hippoc. Porrò quum Aſclepiadis elementa falſa eſſe, tum in decimotertio de Demonſtratione libro, tum in quinto & ſexto de Placitis Aſclepiadis libris Galenus euidētibus rationibus docuerit, ideò illorum in hoc libro nulla fit mentio. Sunt autem Aſclepiadis elementa, minima & incōpacta corpuſcula quæ ille ἄγκους καὶ πόρους nominauit, vt conſtat ex libro primo de Tuenda ſanitate. capite 2. & libro primo Simplic. cap. 1. & cap. 1. libri de Differentiis morborum. Dolendum autem vnicè eſt, quòd Demonſtrationum quindecim libris Galeni hactenus, magno incommodo ſtudioſorum medicinæ, carere coacti ſumus, ab inūidis βιβλιοστάφοις occultatis. In iis enim multa ſunt quæ lucem præſenti, aliisque compluribus Galeni locis afferre poſſent. Sed bona ſpes eſt eos propediem in lucem prodituros. Ita enim ad me nuper doctiſsimus vir Ioannes

Sensus.

Clepſydræ.

Duarum tantùm facultatum animātia gubernantium, cur hic meminerit.

Naturalis facultas,

Actio naturalis.

Principia cur dicta.

Elementa quomodo inter ſe commiſceantur.

Aſclepiadis elementa.

Demonſtrationū quindecim libri Galeni propediē in lucē prodibūt.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 567 sur 637

©BIUM

Albertus Vuidmeſtadius, cognomento Lucretius, Iuriſcõſultus & Senator Bauaricus ſcripſit: Dũ paſsim Nicolai integritati cõſulere ſtudeo, fortè ſe mihi Galeni libri quindecim περὶ ἀποδείξεως offerunt ex Bibliotheca Ioann. Petri Feretrij Rauennatis, Iuriſconſ. doctiſsimi, & Mylenſium epiſcopi, qui eos ſe mihi per Craffteros mercatores, vt hinc in lucem exeant, miſſurum ſpopondit. Hæc ille. Quæ hoc loco commemorare volui, vt etiam aliis qui hos libros auidè expectant aliquam eorundem ſpem & haud dubiè certam facerem. Tertium quod in Commentario de Elementis demonſtrauit, eſt quòd quatuor qualitates de ſententia Hippocratis ſint effectrices, quũ contrà alij quidam primas duas effectrices, alias verò duas paſsiuas eſſe dixerint, quemadmodum lib. 1. de Naturalibus facultatibus Galenus teſtatur. In eodem etiam cõmen. 2. nimirum, aliquid eſt de differentia & generatione humorum, quę copioſius ſubinde lib. 2. de Nat. facult. Galenus demonſtrauit. In 2. quoq; de Elemẽ. lib. pauca quædã de medicamentis ſingulos humores purgantibus dicta ſunt, & ſeorſim in libello de Purgantium medicamentorum facultatibus. Quæ certê ſingula tanquam alibi demonſtrata tenere decet eum qui cũ fructu aliquo præſentem libellum de Curandi ratione per ſanguinis miſsionem legere voluerit. Vtile quoque erit vt is perſpecta habeat ea quæ in libris de Temperamentis, & de plenitudine inſcripto tradita ſunt & demonſtrata, præſertim quòd duplex ſit plenitudo, vna ad vires, altera ad vaſa, quæ Græcis medicis vocatur κατὰ τὸ ἔγχυμα, quòd ſcilicet humorum copia tum vaſis veluti infuſa ſit. Atque horum omnium cognitio non ſolùm ad tractationem eam quæ eſt de ſanguinis miſsione confert ac neceſſaria eſt, ſed ad aliorum etiam omnium præſidiorum quibus morbi profligantur inuentionem conducit. Hinc eſt quòd eadem tam accuratê proſecutus ſit Galenus.

Plenitudo, κατὰ τὸ ἔγχυμα.

CAPVT IIII.

CEterùm iam tempus eſt ordiri ſermonem, conſiderando quot ſint affectus qui vacuatione indigent. Si igitur eos quiſpiam experientia collectos recenſeat, ſola ad enarrationem opus eſt memoria. Quòd ſi verò rationali via, commune & vniuerſum inueniat genus neceſſe eſt. Ex illius deinde in ſpecies & differentias ſectione vſque ad extremas ſpecies, numerum affectuum qui vacuationem indicant inueſtigare oportet. Sic enim conſtare omnia quæ per viam ratione vtentem inueniuntur, demonſtrauimus.

Medicæ artis officium.

Quum itaque medicæ artis officium ſit, omnium partium corporis quæ ſecundum naturam ſunt actiones, ſi quidem pereunt, recuperare, tueri autem vbi ſaluæ fuerint, hæque conſtitutionem naturalem ſequantur: hanc quidem præſentem tueri, intereuntem verò recuperare neceſſe eſt. Poſtquam igitur demonſtratum eſt, primarias actiones à ſimilaribus corporibus perfici, ab inſtrumẽtariis verò ſecundarias, conſiderandum erit tibi quam vtilitatem aut noxam humores qui in corpore

Plenitudo duplex.

continentur partibus eius afferant. Quum itaque in libro de Plenitudine oſtenſum ſit bifariam fieri & dici multitudinem, vno quidem ſignificato ad vires, altero verò ad amplitudinem vaſorum humores continentiũ, quam nonnulli κατὰ τὸ ἔγχυμα, hoc eſt, ex infuſione nominant: vtrique vacuatione opus eſt, ſiue in ægrotante homine, ſiue ſano euenerint. Quemadmodum enim qui onus geſtat nõ protinus vbi grauatur ac fatigatur iam concidit & victus ab eo eſt: ad eundem modum vbi virtus à plenitudine grauatur, fieri poteſt vt nondum ægrotet homo. Si quidem nonnulli qui conſueta etiamnum munia obeunt, ſentire ſe graues, pigros, ſegnes,

ſegnes,& ægrè mobiles dicunt,ea ipſa eſt plenitudo ad vires:veluti etiam quum ab exercitiis tendi videntur,vt Eraſiſtratus dixit,implentur brachia & cubitus: haud exigua eſt alterius plenitudinis, quam κατὰ τὸ ἔγχυμα, hoc eſt, ex infuſione vocari dixi, eò quòd ex humoribus in vaſa infuſis conſiſtit & intelligitur, nota. Dictum verò eſt in libris de Sanitate tuenda, vbi in vniuerſo corpore fit vlceris ſenſus,potiſſimùm verò per motiones ipſas,hunc affectum vitioſi humoris eſſe ſobolem. Attamen hoc ipſum non paucis etiamdum conſuetas obeuntibus actiones accidere apparet.Interdum etiam in partibus quibuſdam corporis,non in vniuerſa eius mole,ſigna conſpiciuntur illis in partibus conſiſtentium affectuum,ſimiliũ iis quales vtique in toto corpore conſiſtere diximus. Quippe caput aliquando ſolum grauari,aut vlceris quendam ſenſum habere, vel temporum muſculos tendi, idque ſimpliciter,aut cum plurimo calore.Sic etiam in iecore,liene,ventriculo, coſtis,& tranſuerſo ſepto grauitatẽ ſæpenumero ſentimus.Pari ratione in ore ventriculi aut grauitatem,aut morſum,aut nauſeam,aut ciborum faſtidium,aut abſurdam appetentiam percipimus. Ad hæc fixi in parte aliqua dolores,idque aut propter humorum confertim ingruẽtem multitudinem,aut flatuoſum ob ſpiritum, vacuationem indicant, perinde atque ij dolores qui ob acrem humorem partem exedentem rodentemque excitantur.Sunt verò nonnulli qui ab intemperie naſcuntur, & horum ipſorum quidem alij à nuda citra humores intemperie, alij verò cum humoribus.In omnibus itaque iam dictis,infeſtantium humorum,aut vaporum vacuationes,hominem à malis liberant.Non tamen omninò venæ ſectione opus eſt,ſed ſufficit etiam purgatio,frictio,balneum, & inunctio diſcutientis alicuius medicamenti.Qui igitur ſunt affectus quos ſanguinis miſsio iuuat,deinceps dicantur.

COMMENTARIVS.

Quum initio huius libelli Galenus tria quæ iis qui ſanguinis miſsione rectè vti volunt conſideranda ſunt propoſuiſſet,nunc à primo exorſus, quot ſint affectus vacuatione indigentes docet.In huius verò rei inquiſitione,vt omnium aliarum,duplici inſtrumento eſt opus,experientia nimirum & ratione. Si experientia quiſpiam numerũ affectuum vacuatione indigentium inquirere,& inquiſitos ſubinde recenſere voluerit,ſola ad enarrationem eorundem affectuum opus eſt memoria.Meminiſſe enim oportet eorum omnium quos diutina experientia vacuatione egere obſeruauit. Quòd ſi verò logica ſeu rationali via in prędictis inquirendis affectibus vti quiſpiã velit,primùm commune & genus vniuerſum,hoc eſt quod in ſe complectatur omnes corporis affectus,inueniat neceſſe eſt. Quo quidem inuento illud in ſpecies & differẽtias digerat oportet,ita vt ſectio ipſa vſq; ad extremas ſpecies progrediatur.Ea inquiſitionis ratione vſus eſt Galenus in lib.de Different.morbor.inſcripto. Illic enim initiò genus conſtituit,quod ſubinde in ſpecies & differentias ſecat,ad extremas vſque ſpecies progrediens.Hoc eſt,vt noſtri hodie dialectici loquuntur,à genere generaliſsimo ad ſpeciem ſpecialiſsimam progredi oportet eum qui ratione rem aliquam inuenire conatur.Cæterùm quum artis medicę duo ſint officia, vnum quod actiones partium corporis quæ ſunt ſecundũ naturam tuetur,alterum quod ſublatas, profligãdis nimirum morbis,recuperat: atq; hæ quidem corporis conſtitutionem præter naturam,illę verò

Genus vniuerſum.

Artis medicæ duo officia.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 569 sur 637

©BIUM

naturalem ſequantur,oportet eam quæ naturalis eſt tueri,eam verò quæ præter naturam eſt immutare,quemadmodum lib.primo de tuen.ſanit.cap.primo etiam teſtatur idem Galenus ita ſcribens:Quum vna ſit ars quę circa hominis corpus verſatur, eius primæ ac maximè partes ſunt duæ:quarum alteram ſanitatis tuendæ, alteram morbi profligandi facultatem appelles.Earum contraria inter ſe officia ſunt,ſiquidé illi tueri,huic immutare conſtitutionem corporis eſt propoſitum.Hæc ille.Porrò quum alibi demonſtratum ſit à Galeno primarias actiones à ſimilaribus partibus perfici,ab inſtrumentariis verò ſecundarias,conſiderandum erit medico quam vtilitatem aut noxam humores in iiſdem partibus contenti afferant.Si enim copioſiores iuſto aut praui fuerint,earundem partium actionibus noxam afferent.Sin boni & mediocres, vtilitatem:ex iis nanque alentur.Fiunt autem iuſto copioſiores humores bifariam: vel enim ita augentur,vt vires partium grauent,& tunc plenitudo ad vires dicetur:vel tãta eorum eſt multitudo,vt ſua copia vaſa in quibus continentur diſtendant,atque tum plenitudo ad vaſa nominatur,vel ex infuſione,vt capite præcedente eſt dictum,& copioſiſsimè in libro de Plenitudine à Galeno monſtratum. Vtraque autem plenitudo vacuationem requirit,ſiue ſanis,ſiue ægrotãtibus accidat.Sanis autem poſſe accidere plenitudinem ad vires, eleganti & perſpicua ſimilitudine Galenus oſtendit.Quemadmodum enim,inquit, is qui graue aliquod onus geſtat non protinus ſimulatque grauatur ac nonnihil ſub eo fatigatur concidit,& planè ab eo vincitur:ſic fieri poteſt vt virtus hominis quidem à plenitudine grauetur eo nondum ægrotante. Vtcunque enim is ſe grauem,pigrum,ſegnem,& ægrè mobilem eſſe dicat,& ſentiat, tamẽ quum conſueta etiamnon munia obeat,ſanus adhuc ſit oportet. Quippe ſanitatem,vt lib. primo de Tuenda ſanitate,capite quarto,teſtis eſt Galenus, eam corporis cõſtitutionem appellamus,in qua in vitę actionibus nõ impedimur.Pari ratione euenit vt interdum altera plenitudo quæ ad vaſa dicitur ſanum corripiat, cuius ſignum eſt ſi ab exercitiis tendi videtur,& vt Eraſiſtratus dixit,brachia implentur. Diſtentio enim, vt in lib. de Plenitudine ait Galenus, eius quę ad vaſa nominatur effectus exiſtit. Et quid aliud eſt bonus athletarum habitus,cuius ſection. primæ Aphor.tertio meminit Hippocrates,niſi plenitudo ad vaſa,quæ etiam κατὰ σ᾽έγχυμα,ob cauſam hîc à Galeno expoſitam,appellatur? Accidere autem ſanis adhuc hominibus plenitudinem ad vaſa,ex vlceris ſenſu,qui nonnunquam illis per motiones accidit,fit manifeſtum.Neque enim is affectus eſt niſi vitioſi humoris ſoboles, vt lib.tertio de tuen.ſanit.cap.quarto Galenus in eum ſcribens modum atteſtatur: Vlceroſus affectus ab excrementorum copia tenuium ſimul & acrium oritur:quæ nimirum inter exercitandũ proueniunt duplici de cauſa:aut eo excremento quod craſsius erat fuſo & attenuato,non tamen toto expulſo,aut adipe mollíve carne liquata.Neceſſe enim eſt à tali humore ceu tenui & acri,pungi & quaſi vulnerari tum cutem,tum ipſam carnem. Hæc ille. Cæterùm affectus prędicti non tantùm in vniuerſo corpore,ſed etiam in partibus quibuſdam corporis interdum conſiſtunt.Quippe nonnunquam ſolùm caput grauatur, aut vlceris ſenſum habet.Interdum muſculi temporales nominati tantum tendi videtur,qui duo quidem ſunt,vtrinque enim vnus,qui à verticis,& temporis,& frontis, & cuneiformi oſsibus,& eo oſſe quod minorem ſedis oculi angulum amplectitur,amplo latoq; principio enaſcitur,ac maxillæ inferioris acuto proceſſui inſeritur.De quibus Galenus libro 4.Anat.admi.& lib.11.de Vſu part.multa. Tenduntur aũt interdum prædicti muſculi ſimpliciter,hoc eſt citra intemperiem aliquam,nonnunquam verò cum plurimo calore. Sic euenit vt grauitatem aliquando in ore ventriculi, aut morſum, aut nauſeam, aut ciborum faſtidium,aut abſurdam appetentiã ſentiamus,quæ quidem omnia plenitudinis alicuius ſigna exiſtunt. Adhęc in parte aliqua corporis dolores figuntur, aut propter humorum confertim ingruentium copiam, aut flatuoſum ob ſpiritum. Acres præterea humores partem aliquam corporis erodentes,& exedentes excitantur.

Humores bifariam iuſto fiunt copioſiores.

Sani plenitudinẽ ad vires interdũ incidunt.

Sanitas quid.

Bonus athletarũ habitus.

Vlceris ſenſus.

Muſculi temporales.

Doloris cauſæ variæ.

Denique

Denique dolor aliquando ab intemperie,vel nuda,hoc eſt,citra humores, vel cum humoribus naſcitur.Quas quidem omnes cauſas doloris,Galenus libro duodecimo thes. methodi,capite ſeptimo in duas contraxit, nempe continuitatis diuiſionem, & alterationem.Humorum enim copia confertim ingruentium, flatuoſi ſpiritus, & acres humores vnitatem ſoluunt,ideoque dolorem excitant.Intemperies autem alterando dolores mouent Quod etiam Hippocratem feciſſe cõſtat,qui,vt atteſtatur cap.quarto, de Inæquali intemperie,& libro primo de Symptomatum cauſis,capite quinto, Galenus,ita ſcriptum reliquit:Dum alteraſcit ac corrumpitur natura,dolores fiunt.Alteratur verò & corrumpitur cuiuſque natura,quum vel calefit,vel frigefit,vel ſiccãtur, vel humefit,vel eius vnitas ſoluitur . Quòd autem alterationem ipſam dolorem excitantem tum confertim factam,tum verò violentam eſſe oporteat,Galenus locis iam citatis,copioſè monſtrat.Porrò vt tandem qui ſint affectus vacuatione indigentes , Galenus diſertè ſignificaret,ſubiunxit inquiens:In omnibus iam dictis affectibus vacuatione humorum & vaporum opus eſt, quòd ipſa hominem à malis & doloribus liberet. Quum autem variæ ſint vacuationis ſpecies, non ſemper opus eſt venæ ſectione , ſed ſufficit interdum purgatio,vt vbi acres fuerint humores, interdum etiam frictio, balneum,& inunctio diſcutiẽtis alicuius medicamenti,veluti ſi propter flatus excitentur dolores,hæc enim tria flatus & vapores euocare poſſunt . Reliquum nunc eſt vt deinceps qui ſint affectus quos ſanguinis miſsio iuuat exponamus.

Omnes doloris cauſæ duę.

Nõ ſemper opus eſt venę ſectiõe.

CAPVT V.

NOn ſolùm partes animantis ex ſanguine aluntur,ſed & natiuus calor manſionem ex ſanguine obtinet,perinde atque ignis qui in foco eſt ex lignis ad ardendum idoneis, à quo totas ædes calefactas conſpicimus.Quemadmodum igitur ignis ille offenditur,interim quidem cõfertim ei iniectis lignis,interim verò tametſi non multis,tamen admodum humidis, nonnunquàm autem omninò non impoſitis,aut prorſus exiguis:ſic calor qui in corde exiſtit vel propter ſanguinis copiam, vel propter multam indigentiam , vel ob qualitatem frigidam ſeipſo minor efficitur.Interim verò maior, aut propter calidam ſanguinis qualitatem,aut ob exiguum defectum . Quicquid autem cor per caliditatem vel frigiditatem patitur , huius etiam confeſtim aliæ corporis partes participes fiunt.

COMMENTARIVS.

Alterum quod initio huius libelli iis qui ſanguinis miſsione vti rectè volent conſiderandum propoſuit Galenus explanaturus,nempe qui affectus ſint quos ſanguinis miſsio iuuat,quædam ad eam rem meliùs intelligendam neceſſaria præmitit, nempe quòd partes corporis omnes ex ſanguine nutriantur,& quòd ſuam manſionem natiuus calor ex ſanguine habeat.Si enim omnes corporis partes,veluti humore ſibi familiariſsimo,ex ſanguine aluntur,non erit certè detrahendus temerè, ne ſcilicet ſuo alimento partes illæ deſtituantur,corporiſque robur deiiciatur.Quòd ſi etiam calor natiuus mãſionem ſuam ex ſanguine obtinet, cauendum vnicè erit ne intempeſtiua ſanguinis miſsione natiuum corporis calorem imminuamus, aut prorſus extinguamus. Aut contrà permittamus, vt eiuſdem copia ſuffocetur.Quæ ſi calor natiuus ex ſanguine perinde atque ignis in foco ex lignis fouetur, fit vt iiſdem rationibus augeatur miminuaturque. Quemadmodum enim ignis à quo tota domus incaleſcit,lignis ei confertim iniectis ſuffocatur,aut prorſus extinguitur: ita quoque calor qui in corde exiſtit à copia ſanguinis.Quando enim venæ immodico ſanguine turgeſcunt,calor natiuus,

Oẽs partes corporis ex ſanguine aluntur.

Calor natiuus ex ſanguine fouetur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 571 sur 637

©BIUM

quòd ſcilicet perſpiratu ad refrigerationem deſtituatur,atteſtante in fine libelli de Bo no corporis habitu,& de Vſu reſpirationis Galeno,extinguitur.Et ſicuti ignis à lignis humidis,etiamſi multa non ſunt, detrimentum aliquod accipit:ita quoque calor natiuus à frigida aliqua qualitate offenditur,minorque fit.Minorem autem illum efficient frigida,vbi exigua quantitate aſſumpta fuerint,aut ſi minus ſint valida.Hinc eſt quòd Galenus lib.3.de Simpli.medic.facult.capite 18.ita ſcriptum reliquerit.Quæcunque frigiditate occidũt,ea exigua quantitate ſumpta mortem haud afferunt, nõ magis quàm ſi copioſę flammę pauxillum aquę inſtiles,aut lignum iniicias humidum ac viride.Sin copioſa fuerit qualitas frigida,tũ calorẽ,perinde atque ligna viridia & humida ſi multa confertim iniiciantur,ignem celerrimè extinguet. Denique vt ignis non impoſitis illi lignis,aut valde exiguis offenditur: ſic etiã calor natiuus ob ſanguinis multam indigentiam deficit. Materiam itaque vnde accenditur calor natiuus ſanguinem, vt in libro de Vſu Reſpir. ait Galenus, obtinet. Cæterùm calor cordis bifariam intenditur augetúrve,propter ſcilicet calidam ſanguinis qualitatem,&ob exiguum eiuſdem defectum.Per ἔνδειαν ὀλίγην autẽ,hoc eſt,defectum exiguum,intelligit commoderatam ſanguinis quantitatem : id quod ex contrariis paulò antè memoratis euidentiſsimum fit. Quippe minorem effici calorem cordis ab immodico ſanguine,& immodica eiuſdem indigentia dixit:igitur quod in medio eſt vtriuſque,illum fouet &conſeruat.In medio verò vtriuſque eſt exigua indigentia,hoc eſt ea,quæ non eſt immodica,ſed commoderata,tanta nimirum,vt commoderatum cordis calorẽ tueri & cõſeruare poſsit. Quod adſtruimus exemplo ignis & flammę, Galenus quoque in lib.de Vſu Reſpirat.in hunc modum ſcribens, confirmat:Commoderatio,inquit, omnium conſeruatrix eſt flammarum.Eodem modo igitur non diſsimile vero eſt contingere,&circa inſitum animãtibus calorem,vtpote qui materiam vnde accẽditur ſanguinem habet . Quo quidem in loco multa ad inſtitutum facientia reperient ſtudioſi,& lib 3.de Temper. capite 5. vbi animantia bifariam calidiora fieri, aut qualitate caloris intẽſa, aut ſubſtantia eius acta,copioſè monſtrat.Ex iis igitur perſpicuum eſt calorem cordis,perinde atque flammam,ab eadem materia non augeri modò,verumetiam aliquando extingui,vt fuſius cap.2.libri de Morb. cauſis Galenus mõſtrauit,ad quem locum lectorem ablegamus. Porrò quicquid cor per caliditatem,vel frigiditatem patitur,huius etiam confeſtim aliæ partes corporis participes fiunt.Nam tum veluti ex quodã fonte in vniuerſum corpus calor & frigus deriuatur.Hinc eſt quòd in febribus calor in corde præter naturam accenſus per arterias,tanquàm canales quoſdã, in vniuerſum corpus diſtribuatur . Et Galenus lib.3.de Simpl.medi.facul. capite 17.deleteria quæ frigiditate interimunt nõ poſſe interficere tradit,niſi prius cor refrigerent.Quòd ſi igitur vniuerſum corpus caleſcit, aut refrigeratur, id nõ fit niſi cordis & arteriarum miniſterio calorem & frigus huc deriuantium.

Calor cordis bifariã intenditur.

ἔνδειαν ὀλίγην.

Calor cordis ab eadem materia augetur & extinguitur.

Fit autem & vna aliqua in parte nonnunquam præter naturam tum caliditas,tum frigiditas,quemadmodum ſæpius à nobis in aliis commentariis eſt demõſtratum.Harum verò generatio bifariam accidit, interim propter humores calidos,aut frigidos,interim etiam ob ſolam intemperiem.Cæterùm particulares caliditates & frigiditates,quæcũque parti malè affectæ vicina ſunt ſimul alterant, in totum verò corpus,priuſquam cor alterent ,haud extẽduntur . Eundem in modum & corpus cordis duplici ratione alterari oſtenſum eſt, vel per intemperiem, vel ob calidos,aut frigidos humores,vel propter alicuius horum indigentiam.

COMMENTARIVS.

Quum anteà totius corporis caloris & frigoris cauſas expoſuiſſet,nunc eius qui in vna aliqua parte corporis excitatur cauſas commemorat.Nõ ſolùm verò in vniuerſo cor-

pore,verumetiam in vna aliqua eiuſdem parte fieri poſſe caloré & frigus in aliis libris demóſtrauit Galenus.Hinc initio libri de Inæquali intemperie ita ſcribit : Inæqualis intemperies aliàs in toto animantis corpore fit, incidit autem & in vna qualibet parte. Incaleſcũt autem & refrigerantur partes corporis bifariam,nempe vel propter humores qui præter naturam ad ipſas fluunt,& in iis tumorem excitant,quemadmodũ euenit quotiesvel phlegmone,vel œdemate,vel eryſipelate,vel cancro alióve tumore præter naturam afficiuntur. Incaleſcunt & refrigerantur interim quoque propter ſolam intemperiem, hoc eſt, ob nudas qualitates abſque vllius humoris affluxu, vt loco iam citato,&capitulo 4.libri de Differ.morborum latiùs docet Galenus.Porrò intemperies calidæ & frigidæ in vna aliqua parte ortæ, eas quæ laboranti vicinæ ſunt partes vnà alterant,quòd illis ſcilicet ſuum calorem aut frigus,propter vicinitatem communicét. Fieri autem non poteſt vt in vniuerſum corpus extendantur calor & frigus, niſi anteà cor incaleſcat & frigefiat, adeoq; alteratũ fuerit. Alteratur vero cordis corpus duplici modo, per ſimplicem nimirum intemperiem,ſiue inæqualis,ſiue æqualis ea fuerit,& per humores calidos aut frigidos tumorem aliquem in eo excitantes, aut alicuius horum indigentiam.Sic in magna inedia,natiuum cordis temperamentum ſolui contingit.Quid verò alterationes cordis ſequatur,à Gale.lib.5.de male affe.locis,cap.1.copioſè demonſtratur.

Partes corporis bifariam incaleſcunt & refrigerantur.

Cordis corp⁹ duplici modo alteratur.

Porrò humores calidos frigidosque fieri demonſtratum eſt propter eorum quæ comeduntur & bibuntur quantitatem & ob plurimam animi corporisque tum motionem, tum quietem.Quemadmodum autem in ventriculo prauæ concoctiones frequenter eueniunt, iis quæ aſsumpta ſunt magis pituitoſis aut bilioſis effectis,aliámve quandam præter naturam corruptionem perpeſsis,aut crudis,& alterationis expertis plurimo tẽpore manentibus,& in flatum verſis:ita etiam vbi ſanguinis procreatione defraudamur,humorũ in arteriis venisque affectus proportione iis quæ à fruſtrata in ventriculo concoctione fiunt,reſpondebunt. Quoniam verò calida & humida omnia facillimè putreſcere apparent, potiſsimùm quando in calidis contineãtur locis,neceſſe erit alimentum quod ex ventriculo diſtribuitur, vbi à natura non vincitur,inque ſanguinem bonum haud mutatur,aliàs aliã perpeti putredinem. Atqui quum quæ ex calida materia putreſcunt calidiora fieri contingat,calidior proinde erit ſanguis putreſcens. Hoc verò calidiore facto, calidior quoque ſenſibiliter erit pars in qua putreſcit,Quoniamverò à ſenſibiliter calidis quæ vicina ſunt vnà incaleſcunt, ſic vtique affectis partibus quæ circunquaque ſunt omnia vnà incaleſcent,idque mordaci & acri calore, Eiuſmodi enim eſt qui à putredine proficiſcitur.Si igitur pars quæ ita incaluit effatu digna fuerit,calorẽq; ſuũ ad cor vſq; protẽdere valuerit,idq; vel quòd vicina ſit vel quòd princeps vel quòd calida,vnà quoq; ipſum accẽdet, vtpote naturâ calidiſsimum. Quòd ſi verò ſemel illud accenſum fuerit, prõptè iã totũ ipſius corpus ſimul incaleſcet,perinde atque à foco aliquo ingentem flammam habente quæ illum continet domus. Vocant autem id malum corporis febrem. Verùm interdum priuſquàm ſanguinis multitudo putreſcere incipiat,in partem aliquam confertim decumbens aut prorſus eam extinxit,vt actio aboleretur, aut non contemẽndam noxam acciperet.Siquidem ad hunc modũ apoplexiæ fiũt,multo nimirum ſanguine in princi

Febris quid?

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 573 sur 637

©BIUM

pium animantis confertim irruente. Proinde vbi in aliam partem cum impetu ruit, tumorem in ea præter naturam efficit. Ex hoc genere est phlegmone. Vbi verò crassior magisque melancholicus fuerit sanguis eò decumbens, durus fit tumor: sicuti vbi pituitosior fuerit fluxio, laxus. Bilioſa verò existente fluxione, erysipelas efficitur. Sed hæc omnia exquisitè discriminata habes in ijs quæ modò diximus operibus.

COMMENTARIVS.

Nunc Galenus ea quæ paulò antè dixit magis illustrare pergit. Nam quum partes corporis bifariam incalescere aut refrigerari, nempe vel propter humores, vel nudas qualitates dixisset, nunc ob quam causam humores, atque inter eos sanguis potissimũ calidiores iusto, aut frigidores fiant, exponit. Quippe pro ciborum potuumque modo humores calidi aut frigidi fiunt. Hinc capite primo libri de Morborum causis ita scriptum reliquit: Inter illa quæ immodicum calorem inducere possunt, quintum obtinent locum ciborum qualitates acres & calidæ, cuiusmodi sunt alliorum, porri, cepa-
" rum, & id genus aliorum. Nam qui iis immodicè vtuntur, febre nonnunquam labo-
" rant. Eiusdem generis sunt potiones calidæ, vt vinum vetus & acre, si imbecillo corpo ri largius ingeratur. Quòd autem cibi frigidos humores efficiant, capite secundo iam citati libri in eum scribens modum ostendit: Optimi succi cibus, & qui plurimum alimenti præbere potest, si animanti immoderatius ingeratur, frigidos morbos excitabit. Præterea tum cibi, tum potiones suapte natura frigidiores, ipsi quoque inter frigidorum morborum causas numerantur cuiusmodi sunt Papauer, mandragora, hyoscia-mum, cicuta. Motum verò corporis calefacere, quietem verò refrigerare humores, notius est quàm vt longius à nobis dici debeat, præsertim quum Galenus locis nũc indicatis id ipsum etiam abundè docuerit. Quid verò animi motus pariant, idem Galenus capite vltimo libri secundi de Sympto. causis copiosè docet, vt nihil attineat hic inserere. Porrò quòd concoctio quæ in venis fit proportione quadam illi quæ in ventriculo perficitur respondeat, non hoc solùm in loco, verũetiã aliis multis capite nimirũ vltimo libri quarti de Tuẽda San. & cap. primo lib. tertii de Symptoma. caus. monstrat. Quadrifariam autem prauas fieri in ventriculo concoctiones hoc loco docet. Primum vbi illa quæ assumpta sunt pituitosiora & bilioſiora redduntur: id quod ex nido
" re quem referunt cognoscitur, quemadmodum Galenus cap. 1. libri de Sympt. causis
" tertii in eum scribens modum ostendit: Ac corruptela, inquit, si nidorem refert, à cali-
" dis bilioſisque cibis accidit. Sin acida fuerit, à frigidis natura & pituitosis. Secundò deprauatur concoctio propter corruptionem quam cibi assumpti patiuntur. Hoc autem accidit, Galeno ibidem teste, vbi vitiosa ciborum qualitas infestat, aut excrementa in ventriculo redundant. Idem etiam efficere possunt ordo præposterus, & cibus intempestiuè exhibitus, vt videre licebit loco nunc citato. Tertiò praua fit coctio propter cruditatem. Cruditas autem propriè est quando nulla prorsus fit alteratio cibi. Quanquam æquiuocè sic etiam, eodem Galeno capite 5. libri de Symp. differ. authore, vocetur in alienam qualitatem alteratio. Quartò deprauatam fieri concoctionem contingit, vbi in flatum cibi conuertuntur. Id quod sanè accidit, vt atteſtatur capite 7. libri tertii de Caus. sympt. Galenus, vbi humores pituitosi in ventriculo continentur, vel cibi ab imbecilli calore in vapores soluuntur. Cæterùm quales affectus sint qui frustratã in venis sanguinis procreationem sequuntur, Galenus cap. primo iam citati libri copiosè admodum monstrat. Postquam obiter causas deprauatę concoctionis Galenus perstrinxit, nunc quòd alimenti à natura haud superati ex vẽtriculo distributionem sequatur putredo ostendit, dicens: Si omnia quæ natura calida & humida sunt, potissimùm si in calido & humido loco maneãt, & vt ait lib. II. Therap. metho. capite 4. vbi ex pro-

Humores pro ciborum potionũque modo calidi aut frigidi fiunt.

Motus & quietis effectus; Animi motus

Quadrifariam prauę in ventriculo concoctiones fiunt.

Cruditas quid.

Alimenti natura non superati ex ventriculo distributionem putredo sequitur.

feſſo de putredine agit, neque perflata, neque vētilata ſint, prompt ē putreſcunt, quid mirum ſi alimentum naturâ calidum & humidum à natura non victum, neque in ſanguinem bonum mutatum, loco corporis calido contentū putreſcat? Sed quū ea quæ ex calida materia putreſcunt fiāt calidiora, vt ſanguis putreſcēs etiā calidior fiat neceſſe eſt. Hinc eſt quòd Galenus cap. 1. libri de Cauſis morborum dicat: Ex putredine caleſiunt tum corpora reliqua omnia, tum maxime ſemina, aut ſtercora. Porrò ſanguine calidiore reddito, calidiorem quoque ſenſibiliter fieri partem in qua putreſcit oportet. Senſibiliter autem calidis, quæ vicina ſunt vnà etiam incaleſcunt. Quod Galenus loco iam citato iis verbis confirmat: Quòd verò, inquit, ob calidorum vicinitatem proxima quæque corpora caleſcant, ſatis patere puto iis, qui balnearum, Solis eſtiui, & flammæ cuiuſlibet vim fuerint experti: Hæc ille. Parte itaque corporis in qua ſanguis putreſcit calidiore facta, neceſſe eſt vicinas quoque calidiores fieri. Etſi pars quæ incaluit effatu digna fuerit, caloreq́ ſuum ad cor diffundere, vel quòd illi vicina ſit, vel quòd principatum in corpore gerit, vel quòd natura calida ſit, poterit vnà quoq; cor ipſum, quod natura calidiſsimum eſt, vtpotè innati caloris fons, vt ait libro quinto de Male affectis locis, capite primo Galenus accendet. Eo autem accenſo, facilè vniuerſum corpus ſimul incaleſcet, haud ſecus atque domus tota à foco ignem habente immenſum. Vbi verò vniuerſum corpus incaleſcit, malū ipſum Febris nominatur. Quod Galenus præcitato loco fuſius in hunc modū ſcribens declarat: Si ab exercitatione, ait, quiſpiā fuerit fatigatus, is immodicum ſuſtinere calorem dicetur, maiorem inquam quàm pro naturali habitu, tum in muſculis, tū in articulis: quippe ad hos imprimis mouendi munus pertinet. Quòd ſi calor nō vltrà progrediatur, ſed priuſquam per totum animantis corpus fuerit ſparſus, ſoluatur affectus ita genitus laſsitudo duntaxat fuerit. Si verò in totum extendatur corpus, morbus ipſe Febris nominari debet. Cæterùm non rarò cōtingit vt ſanguinis multitudo antequam putreſcat in vnam aliquam corporis partē confertim decumbat, & tunc eiuſdem actionē prorſus aboleat, aut ſaltem noxā haud contemnendam inferat neceſſe eſt. Sic ſanè vbi in cerebrum confertim irruit, apoplexiam facit, corporisq́ motum & ſenſum tollit. Si verò in aliam partem corporis ſanguis decumbit, phlegmonen efficit. Qui ſi craſſus & melancholicus fuerit, ſcirrhum & durum tumorē cancrumq́ procreat. Sin pituitoſior, œdema, Quòd ſi fluxio fuerit bilioſa, eryſipelas, quemadmodum cap. vlt. libri de Morb. differ. & in eo libro quem de Tumoribus præter naturam inſcripſit, & multis aliis ſuorum monumentorum locis Galenus fuſius docet.

Febris quid?

Apoplexia.
Phlegmone.
Schirrus.
Cancer.
Oedema.
Eryſipelas.

Verùm nunc, vt dixi, ea quæ demonſtrata ſunt hypotheſium loco in hoc libro aſſumens, congruenter illis ſermonem de ſanguinis miſsione demonſtro. Quum itaque plenitudo ſit duplex (optimum enim eſt ab ea auſpicari) & ea quæ vires prægrauat, in putredinem promptè incidat, & nonnunquam etiam in partes quaſdā impetu aliquo decumbat, inibiq́ tumores præter naturam efficiat: altera verò quæ ad vaſa nominatur ſæpe in partes ingruat, ac tumores excitet, imò & apoplexias, venarúmque ruptiones moliatur, eam protinus vacuare tentandum eſt, priuſquam magnum aliquod malum in homine creet. Atqui pleniſsimè quo pacto vtraque mala & dignoſcere, & ſanare oporteat, in tractatione de Tuenda ſanitate dictum eſt. Sicuti ubi vel febris, vel ſanguinis reiectio propter plenitudinem, vel apoplecticorum morborum aliquis inuaſerit, quomodo & illis mederi conueniat, in Medendi ratione oſtenſum eſt: ideóque hoc ſcriptum ſuperuacaneum eſſe cenſeo. Nam ſi perinde atque in illis libris ſcripſi, & hic ſcribam, bis eadem

©BIUM

de re differere cogar, & propterea ſermonem admodùm prolongare. Si verò in cõpendium librum hunc contraham, duorum alterum accidere periculum erit, vt vel obſcurius aliquid, ob breuitatem, dicam, vel diſtinctionem aliquam vtilem præteream. Sed cùm non meo conſilio hunc librum aggreſſus ſim, ſi quod iam dictorum in eo delictum occurat, illi culpam ferent qui vt onus hoc ſuſciperem authores fuerunt: ſicuti ſi rectè eueniat, vtiliſque appareat, laudem illis omnem concedo.

COMMENTARIVS.

In vtraque plenitudine celeriter vacuandum.

Finita tandem commemoratione eorum quæ alibi à Galeno ſunt demonſtrata, hęc ipſa hypotheſium loco hoc in libro vſurpaturus, ſermonem de ſanguinis miſsione auſpicatur, initioque quòd in vtraque plenitudine celeriter ſit vacuandum docet, eiusque rei cauſas affert, Siquidem vbi ea quæ ad vires refertur plenitudo fuerit, in putredinem facilè incidit, aut cum impetu in partes corporis irruit, & in iis tumorem præter naturam excitat. Quare in tempore & confeſtim priuſquam tale aliquid eueniat, quod redundat vacuandum erit. Sic quoque ſi ea quæ ad vaſa dicitur plenitudo aderit, antequàm in partes corporis decumbat, acin iis tumores præter naturam excitet, imò antequàm ſua copia ſubitò ſuffocet, venarumque ruptiones afferat, eam cõfeſtim vacuare oportet. Id quod Athletarum exemplo Hippocrates etiam nos monere voluit, ita ſcribens: Athletarum ſummè firmæ corporis conſtitutiones periculoſæ, ſi ad extremum progreſſæ fuerint: neque enim eodem in ſtatu conſiſtere poſſunt, neque interquieſcere. Quum verò non quieſcunt, iam in melius proficere haud poſſunt Reſtat igitur vt in deterius vergant. His itaque de cauſis firmam conſtitutionem ſine mora ſoluere expedit, vt rurſus corpus refici incipiat. Hæc ille. Vt ex iis quæ diximus perſpicuum ſit in vtraque plenitudine per ſanguinis miſsionem eſſe vacuandum. Cæterùm quomodo vtrunque malum ſit dignoſcendum & ſanandum, libro tertio & quarto de Tuenda Sanitate eſt dictum. Item, qua ratione febri, aut ſanguinis ex rupta vena reiectioni, aliisque morbis ſuffocationem afferentibus, quos Apoplecticos hoc loco vocat, ſit medẽdum, in libris de Curandi ratione inſcriptis eſt oſtenſum. Quum itaque alibi hæc omnia copioſè ſint expoſita, ideò hoc ſcriptum ſuperuacaneum cenſet, deq; prolixiore de iis tractatione ſe excuſat, ne ſcilicet illi bis de vna & eadem re ſit differendũ. Sed dicet aliquis, non quidem opus eſſe vt ſingula referat hoc in loco, ſed ſufficere ſi ea quæ copioſius alibi tractauit in compendium contrahat. Cui quidem ita reſpondet, futurum ſanè ſi hoc conetur, vt vel aliquid propter breuitatem obſcurius dicat: vix enim breuitas obſcuritate vacare poteſt: vel diſtinctionem aliquam vtilem ad præſentem tractationem omittat. Neque enim is qui breuitatis paſsim ſtudioſus eſt, diſtinctè de ſingulis differet. Tandem tamen omnem culpam in eos transfert qui vt hunc libellum conſcriberet crebris ſuis efflagitationibus eum impulerunt.

Apoplectici morbi.

Breuitas vix obſcuritate caret.

CAPVT VI.

HOc igitur deinceps orationis ſit exordium. Quibus vtique dum conſueta adhuc obeunt munia, aut pars aliqua princeps, aut vniuerſum corpus grauatur, vel tenditur, iis quidem neceſſaria eſt vacuatio. Si verò ætate nec pueri adhuc fuerint, nec ſenes, de ſanguinis miſsione conſilium inito, primos hoſce maximè ſcopos intuens, nempe plenitudinis tum quantitatem tũ qualitatẽ, et viriũ robur aut imbecillitatem, deinde naturalẽ vniuerſi corporis habitũ, rẽpusq; et regionẽ victũque præcedentẽ, nũ ſcilicet qui ſic affectus eſt plurimis cibis & potionibus, & præſertim multùm nutrientibus, vſus ſit.

Ad hæc

Ad hæc conſueta & inconſueta, quos motus exercuerit, quasq; excretiones habuerit, aut præter conſuetudinem retentæ ſint, ad omnia verò hæc num gracilior aut craſsior euaſerit.

COMMENTARIVS.

Orditur tandem ſermonem de ſanguinis miſsione Galenus noſter, atq; quòd iis qui vtraque plenitudine, dum conſueta adhuc munia obeunt, in principe aliqua parte vel toto corpore laborant, neceſſaria ſit vacuatio, eaq́ue per ſanguinis miſsionem, ſi neque adhuc qui ita afficiuntur ſint pueri, neque ſenes: adhibitis tamen primis ſcopis, vt paulò pòſt dicemus, maximè neceſſariis, docet. Porrò plenitudinẽ ad vires iis verbis innuit, ſi princeps pars aliqua vel totum corpus grauatur: quippe grauitas eius plenitudinis eſt certiſsima nota. Plenitudinẽ verò ad vaſa ſignificauit, iis verbis, vel tenditur: tenſio enim ipſiſsimum eſt huius plenitudinis ſignum, vt in libello de Plenitudine Galenus copioſius monſtrat. Tenduntur enim ex hac ſolidę animalis partes, prę-cipuè in quibus humores continentur. Non autem temerè adiectum in contextu eſt, dum conſueta adhuc munia faciunt: neque enim expectandum eſt dum functiones lædantur, quòd ſcilicet plenitudines maxima mala & pericula comitentur, vt præcedenti capite eſt expoſitum. Quare celeriter, antequam nimirum ille noxæ ingruant, vacuandum erit. Captare itaq; hoc in loco occaſionem ipſam oportet. Cæterùm primi ſcopi in ſanguinis miſsione expendendi decem numero exiſtunt. Horum equidem primus eſt plenitudinis tum quãtitas, tum qualitas. Quantitas, num ſcilicet plurimùm quatuor humores ſupra naturalem ſuam proportionem adaucti ſunt. Qualitas etiã, hoc eſt ſpecies ſeu forma plenitudinis conſideranda erit, num ſcilicet ſanguinea, bilioſa, pituitoſa, aut melancholica ſit. Ideoq́; hoc in loco, vt multis etiam aliis, qualitas idem quòd ἰδέα ſignificat. Vt autem illę plenitudinis ſpecies ſint diſtinguendæ paulò poſt docebit Galenus. Alter ſcopus in vena ſecãda neceſſarius, eſt virium robur & infirmitas. Nam non ſolùm in ſanguinis miſsione, verumetiam omni alia vacuatione, Galeno lib. 1. Aph. com. 3. teſte, vires ęgroti attẽdere oportet, ac donec tolerat, & nondum laborat, tentandum eſt exuperantem humorem educere. Quum verò diſſoluuntur, etiamſi reſtant ſuperuacua, cauere eorundem vacuationem conuenit. Viriũ enim imbecillitas adiectionem potius quàm detractionem requirit. Tertius ſcopus eſt naturalis vniuerſi corporis habitus, hoc eſt, conſiderandum in ſanguinis miſsione num homo molli ac tenera, aut denſa & ſolida carne ſit. Habitus enim, ut teſtis eſt libro. 4. Vict. acu. com. 22. Galenus, ad corporis conſiſtentiam refertur, quum hic quidem mollis ſit, ille verò durus. Quippe qui denſa ſolidaq́ue ſunt carne, eodem Galeno lib. primo ad Glauconem authore, largam vacuationem ſuſtinent. Qui verò mollem, teneram, raram, laxam, prompteq́ue diffluentem, quum ex ſe reſolutioni ſint idonei, vacuationem non ferunt. Quartò, in mittendo ſanguine tempus expendendum, num ſcilicet calidum aut frigidum ſit. Siquidem, Galeno loco iam citato teſte, in calido tempore improbè vacuati ſyncope & reſolutione intereunt. Calor enim ambientis ẽ corpore foras euocatum ſpiritum digerit, reſiccatq́; corporis habitum, & imbecilliorem reddit. Quapropter tum omninò à ſanguinis miſsione abſtinendum erit. In frigido tempore, corpus refrigeratur, proinde ſanguinis miſsionem impedit. Quum enim ſit anteà refrigeratus corporis habitus, rurſusq́ue in febribus per acceſsionis initia refrigeretur, nunquam poſteà priſtinæ valetudini reſtituitur, natiuo ſcilicet calore à frigoris vi deuicto. Nihil itaque attinet corpus anteà abundè ſatis refrigeratum, ſanguinis detractione magis refrigerari. Quintò, conſideranda in vena ſecanda regio, num calida aut frigida ſit, propter eaſdem cauſas. Temporis nanq; conditio, & regio eandem habent rationem. Sexto contemplandus in ſanguinis detractione victus præcedens, cũ videlicet pluribus cibis & potionibus, iiſq; multùm nutrientibus vſus ſit, aut cõtrà.

Vacuandum in plenitudine dum conſueta adhuc munia facimus.

Primi ſcopi ī ſanguinis miſsione expendẽdi decẽ.

Plenitudinis quãtitas & qualitas.

Virium robur & infirmitas.

Naturalis vniuerſi corporis habitus.

Tempus.

Calido tempore cur nõ vacuãdũ.

Frigido tempore cur non mittendus ſanguis.

Regio.

Victus præcedẽs.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 577 sur 637

©BIUM

Si enim largo cibo vſus eſt,adeoque per vitæ intemperantiam crudorum humorum copiam congeſsit,huic certè ſanguis,vt capite ſeptimo latius docebimus, minimè eſt mittendus.Sin exiguo cibo cõtentus fuit,adeoque vacuationem tolerare poteſt, huic intrepidè ſanguinem detrahes.Septimò,qui ſanguinem mittere alicui inſtituit, is conſuetudinem conſiderabit. Quippe habet hæc ipſa plurimum momenti, Galeno libro primo,capite decimotertio ad Glauconem teſte,tum ad alia omnia, tum maximè ad vacuationis indicationem.Alij enim nunquam ſunt vacuationem anteà experti,neq; integram pertulerunt,largoque cibo vſi ſunt.Quapropter ſanguinis miſsionem, inediamque citra noxam non ferent.Quum enim conſuetudo procliuitas quędam ac facilitas ſit eodem modo ſemper agendi aut patiendi in rebus naturæ tam amicis,quàm aduerſis vſu comparata,ſi quid ægro inſolitum,iniucundum,quodque extimeſcat obiiciatur,id ſine magno detrimento,ſæpe etiam ſine graui periculo, ſubire haud poterit.In quo genere quum ſit ſanguinis miſsio,hanc vacuationem ſine metu ac plęrunque animi deliquio,ſi meticuloſus ſit, & vacuationem nunquam antè expertus, ſed liberali cibo ſemper vſus, non ſuſtinebit. Alij contrà vacuationibus ſunt aſſueti, & parco cibo vtuntur:hos itaque modò reliqua conſentiant,intrepidè vacuare oportet. Octauò,in mittendo ſanguine perpendendum quo genere exercitij vſus ſit.Qui enim exercitis crebrò vtuntur,quum parum hac ratione ſuperuacuorum cõgerant in corpore,parcius ſunt vacuandi. Contrà qui hæc ipſa prorſus negligunt, aut rarò ſaltem iis vtuntur,largius vacuabimus.Nonò,conſiderandum erit num excretiones conſuetæ ſupprimantur nec ne.Verbi gratia,in viris diligenter inquirendum, num hæmorrhoides ſolito tempore profluant, vt in mulieribus, num ſtatis temporibus menſes erumpant, aut prorſus ſupprimantur. Quibus enim ſolitæ per has aut alias corporis partes excretiones præter naturam retinentur, hos intrepidè vacuare conuenit. Sic ſanè in anaſarca quæ ex ſuppreſsis vel menſibus,vel hæmorrhoidibus nata eſt,venam audacter incidemus.Decimò & vltimò,in ſanguinis miſsione contemplandum num eger obeſus aut gracilis ſit. Nam graciles propter virium imbecillitatem affatim vacuare non licet. Obeſos verò propter ſanguinis inopiam, ſiquidem anguſtas venas, Galeno libro ſecundo de Temperamentis,capite quinto teſte,habent.

Conſuetudo.

Cõſuetudo quid.

Exercitia.

Excretiones conſuetæ.

Habitus corporis.

Cæterùm vtriuſque plenitudinis quantitas è propriorum ſignorum magnitudine definietur.Quantò enim grauior ſibi homo videtur eſſe,tantùm etiam plenitudinem ad vires auctam eſſe manifeſtum eſt. Ad eundem modum, quantùm tenſionis ſenſus augetur,tantùm etiam altera plenitudo,quam à nonnullis κατὰ τὸ ἔγχυμα vocari dixi,aucta erit.Verùm vtriuſque plenitudinis qualitatem partim è colore dignoſces, memor colorem humorum eſſe, ſiquidem vniuerſum corpus in calore & frigore externo mediocriter ſe habeat,partim ex iis quæ humorũ naturæ inſunt.Frigidiores nanque frigidior totius corporis ſenſus ſequitur, calidiores autem calidior: & eos quidem qui in venis coaceruantur humores, tumor & tenſio vaſorum: qui verò in carne ſunt,eos ſenſus aut grauitatis, aut tenſionis,ſicuti etiam caloris in illa comitatur.Porrò gubernantium nos facultatum imbecillitatem & robur propriis iudicari functionibus monſtratum eſt, voluntariis quidem,ea quæ in neruis,& horum principio cerebro eſt facultas: iis verò quæ per pulſus fiunt,ea quæ in arteriis & corde.Verùm per bonam, & prorſus abolitã nutritionem, tum colorem bonum & vitioſum, tertia facultas, nutrix nimirum, quam ex iecore proficiſci demonſtraui,dignotionem ſortita eſt.

COM-

COMMENTARIVS.

Quum paulò antè primum ſecandæ venæ ſcopum eſſe dixiſſet plenitudinis tum quantitatem tum qualitatem,nunc quibus ſignis vtraq; ſit cognoſcenda docet.Quantitas quippe vtriuſque plenitudinis,eius nimirum quæ ad vires refertur,& eius quæ ad vaſa,è propriorum ſignorum magnitudine definitur. Proprium verò ſignum plenitudinis ad vires eſt grauitas,quemadmodum in lib. de Plenitu. inſcripto Galenus copioſè monſtrat:quapropter quantò grauior nunc ſibi quàm antea homo eſſe videtur, tantò etiam auctior ea quæ ad vires dicitur plenitudo erit.Plenitudinis autem ad vaſa proprium ſignum eſt tenſio,vt ibidem Galenus oſtendit, ideoque quantùm tenſionis ſenſus augetur,tantùm etiam plenitudo illa creſcat neceſſe eſt.Cęterùm qualitas vtriuſque plenitudinis bifariam cognoſcitur.Primùm ex colore,is enim humores redundantes oſtendit,quemadmodum Galenus ſectio.primæ Apho.com.2.iis verbis diſertè monſtrat,inquiens:Humorem redundantem ex colore debemus cõiectari, niſi aliqui „ fortè in profundum receſſerint.Color enim ſimilis efflioreſcit humoribus,ſi non in- „ trò redierint,Et lib.4.de Tuen.ſanit.cap.5.ait:Iam albiores,pituita ſuperãte, pallidio- „ res bili abundante cernuntur homines:quòd ſi meracior bilis ſit,etiam planè flauio- „ res.Siquidem color ab humore prouenit,non ex ſolidis animalis partibus, vtique quũ „ ſucci ſe in altum non receperunt. Hæc ille. Ex colore itaque humores cognoſcuntur, „ modò corpus in calore & frigore externo mediocriter ſe habeat. Si enim immoderatè à calore & frigore corp⁹ affectum fuerit,nihil certi ex colore iudicari poteſt. Calor enim aëris ambiẽtis ad exteriora trahit,frigus cõtrà ad interiora humores pellit. Atque hinc eſt quòd Gale. in libello de Plenitu.ruborẽ ſanguineæ plenitudinis eſſe notã tradat,ſed diſtinctione adhibita: Si nãque,inquit, ab extrinſeco aliquo rubor eueniat, „ verbi gratia Sole,vel balneo,vel exercitatione,vel itinere, vel vt ſummatim dicam ex „ calore,pari modo ex ira,pudoreque atque aliis ſimilibus,vt ex acuta febre,iam nõ ſan „ guinem indicat.Quòd ſi igitur æqualis totius corporis fuerit affectus, nullum autem „ eorum quæ percenſuimus adſit,tunc vtique rubor ſanguineę plenitudinis in vniuerſo „ animantis corpore nota fuerit.Sin minus,illius quidem partis,in qua apparet . Et rurſus in fine ferè præcitati libri ait:Proinde neque excandeſcentem,vel lotum,vel lauantem ſe vel exercitatum,vel vino recẽs impletum,vel alio quouis modo calefactum ad „ diiudicationem adhibere conuenit,ſed eum qui in quiete omnium externarum motionum exiſtit.Porrò ea diſtinctiõe adhibita,plenitudinis ſpecies ſeu qualitates, quum „ vniuerſum corpus humoribus ęqualiter diſtentum fuerit,Galeno loco iam citato authore,diſtinguendæ erunt.Rubicunda ſanguinis plenitudo eſt, ſubpalida verò flauæ „ bilis.Albeſcit ſupra naturam,vbi pituita ſuperat,quemadmodum nigreſcit,ſi atra bilis excedit.In ſingulis autem prædictorum ſanguinem ſimul coactum eſſe oportet. „ Animaduertendum etiam hoc loco erit,Græcum codicem non tantum eſſe deprauatum,ſed & mutilum.Emendandus verò erit hunc in modum: ἐπειδὰν μετρίως ἔχει θερμότητι καὶ τενικῇ ψυχρότητι καὶ ἔξω θεν ὅλον τὸ σῶμα, καὶ πρὸς ἐκ τῶν σωυπαρχόντων τῇ τοῦ χυμοῦ φύσει. Cui quidẽ lectioni noſtra per omnia reſpondet cõuerſio. Et hanc planè eſſe legitimam antiquus interpres confirmat, qui præſentem locum ita reddidit. Quando moderatè ſe habet in caliditate & frigiditate extrinſeca totum corpus: & adhuc ex iis quæ coexiſtunt humoris naturæ . Secundò qualitas vtriuſque plenitudinis cognoſcitur ex iis quæ naturæ humorum inſunt.Id autem quomodo ſit intelligendũ metipſe Galenus explicat,inquiens:Humores nanque natura frigidiores, ſenſus totius corporis frigidior ſequitur:calidiores aũt calidior.Hinc eſt quod Hippo.etiam dixerit:Qua parte corporis calor aut frigus eſt,ibi morbus.Calidus itaque corporis ſenſus, calidorũ humorũ plenitudinis nota eſt.Frigidus aũt,cõtrariorũ. Quòd ſi eorũ qui in venis ſunt humorũ plenitudo fuerit, earundẽ tumor & tenſio comitabuntur. Tumor enim cũ tenſione,Galeno in lib.de Plenitu.teſte,maiorẽ indicat copiam.Sin eorũ qui

Grauitas ſignum plenitudinis ad vires.

Tenſio ſignũ plenitudiis ad vaſa.

Qualitas plenitudinis bifariam cognoſcitur.

Color humores oſtendit.

Plenitudinis ſpecies vt diſtĩguẽde

Græcus codex eẽmendatus.

3. Aphor.39.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 579 sur 637

©BIUM

in carne ſunt, aut grauitatis, aut tenſionis, ſicuti etiã caloris in carne ſenſus ſequitur. Grauitatis, in ea quę ad vires vocatur: tenſionis & caloris in altera quę κατὰ σύγχυμα nominatur plenitudine. Eſt & hoc loco codex Græcus deprauatus, perperàm enim legit διάθεσις pro διάτασις. Eſſe autem ſcribendũ διάτασις, antiquus interpres cõfirmat, qui hoc loco conuertit extẽſio. Porrò virium ſeu facultatum robur & imbecillitas nõ aliunde quàm è propriis functionibus melius cognoſcitur. Animalibus quidem ſeu voluntariis ex actionibus, ea quę in cerebro & neruis eſt facultas cognoſcitur: vitalib⁹ verò è functiõibus, ea quæ in corde & arteriis eſt. Nutrix verò ex bona vel abolita nutritione, itẽ colore bono, vel vitioſo. Quippe eius fons iecur eſt, cuius robur color bonus, imbecillitatem verò vitioſus ſequitur, quemadmodum libr. 5. de Sympto. cauſis. capite. 5. Galenus copioſè admodum monſtrat.

Codex Græcus reſtitutus.

Facultatũ robur & imbecillitas vnde cognoſcenda.

Vbi igitur præſentibus plenitudinis ſignis facultates robuſtæ fuerint, ſanguinem mittes, videlicet in affectu tenſionis nulla adhibita diſtinctione, magisq; etiã in phlegmonoſo. Si verò degrauans plenitudo infeſtat, non ſemper ſanguis detrahẽdus eſt. Fieri enim poteſt vt crudus per corpus ſit coaceruat⁹ humor. In quo exquiſitè attendere oportet quantum valeat virtus, & quantum ipſius humoris ſit genitum. Quippe prius exoluta ab eiuſmodi affectibus virtus, per ſanguinis miſſionem in extremum malum recidere ſolet, vt nequaquam ipſa poſteà reparari queat. Quod ſi factum fuerit, periculum haud leue ſequitur, præſertim ſi æſtiua conſtitutione ſtomacho malè habente febris acceſſerit, aut vniuerſo corpore natura molli, & temperamento humido exiſtente. Hi enim promptè diſcutiuntur, celerrimeque animi deliquium incidunt, etiamſi magna febris haud accedit. Si verò horum nihil fuerit, cæterùm hyems, vel regio natura frigida ſit, aut hominis natura frigidior, iis per ſanguinis miſſionem & totum corpus refrigeratur, & accidunt nonnulla quæ ad vehementem refrigerationem ſequuntur ſymptomata. Qui ſic affecti ſunt, hos ſanguinis miſſione vacuare non conuenit, ſed frictionibus, & mediocriter calefacientibus vnctionibus, potionibúſque craſſitudinem humorum incidentibus, ac mediocriter calefacientibus. Quæ enim valenter calefaciunt, confertim admodum vires deuciunt, vt curationi haud ſufficiant. Sæpe etiam febrem auxerunt, vt & inde vires noxam contraxerint. Quapropter tum ciborum, tum potionum humorum craſſitudinem incidentium calefaciendi facultas mediocris eſto.

COMMENTARIVS.

Nunc tandem in qua plenitudine ſanguis tutò mitti poſsit Galenus mõſtrare incipit. Si igitur, inquit, plenitudinis ſigna aderint, virtusque robuſta fuerit, & tenſionis affectus comparuerit, nulla prorſus diſtinctione adhibita, ſanguis mittendus eſt: plenitudinem enim ad vaſa tenſionis affectus denotat, qua vacuatione per ſanguinis miſſionem, vt dictum eſt principio huius capitis, curatur. Magis verò ſanguis mittendus. vbi phlegmonoſus fuerit affectus, vt copioſius lib. 5. de Tuenda ſanitate, capite 5. Galenus oſtendit. Si verò plenitudo ad vires vocata infeſtauerit, non ſemper ſanguis mittendus erit. Fieri enim poteſt vt crudus humor in vniuerſo corpore coaceruatus ſit, quod vbi acciderit, venam incidere haud licet. Quod clarius libro quarto de Tuenda ſanitate, cap. quinto Galenus docet, in eum ſcribens modum: Si in laſſo corpore, inquit, ſanguis bonus exiguus ſit, crudi verò humores plurimi, huic ſanguis haud mittendus.

In plenitudine ad vires non ſemper mittendus ſanguis.

tendus. Quippe incisa vena bonum sanguinem emittit, malum qui in primis maximè venis circa iecur, & quod meſenteriū vocant colligitur, in vniuersum attrahit corpus. Hæc ille. Crudus autem humor, Galeno ibidem, cap. 4. & lib. 1. de Alimen. facul. cap. de tritico, teste, proprie dicitur qui frigidus & crassus est. Quapropter crudo humore coacernato duo præsertim exquisitè considerandа erunt, nempe quàm robusta sit virtus, & quantum crudi humoris sit genitum. Si enim virtus per eiusmodi affectus prius abundè exoluta fuerit, à sanguinis detractione prorsus abstinendum erit. Siquidem per hanc ipsam in extremum malum recidet, adeò vt nullo modo subinde reparari queat. Neq; enim parum in sanguinis missione dissolui vires, omnibus est manifestū. Quòd si igitur medicus parum prudens & peritus tum sanguinem miserit, maximum sequi vitæ periculum necesse est: præsertim si æstiua fuerit constitutio, quę & ipsa dissoluere corporis vires potest, & æger ad syncopen stomachicam habilis admodum sit, febrisq; accesserit, aut vniuersum corporis temperamentum molle & humidum, quale est puerorum, fuerit. Hinc Galenus lib. 9. Ther. metho. cap. vlt. vacuantis præsidij non egere pueros tradit, quòd substantia eorum, quum facillimè digeratur ac dissipetur, habeat ex seipsa vnde naturaliter vacuetur. Ita hoc etiam loco eandē ferè, curiis qui prædictis affectibus laborant non sit mittendus sanguis, rationem subiungit, dicens: Horū enim promptè discutitur substantia, celerrimeque animi deliquium incidūt, etiamsi magna febris non accedit. Quòd si verò iam dictorum nihil adsit, tempus tamen in quo ille cui sanguis est detrahendus ægrotat hybernum fuerit, aut regio in qua degit frigida, aut ægrotantis temperamētum (id enim hoc loco & multis aliis Galeno lib. 3. de Temper. cap. 4. authore, natura significat) frigidius, sanguis minimè mittendus erit. Per sanguinis enim missionem vniuersum corpus refrigeratur, & nonnulla quę vehementem sequuntur refrigerationem, vt sunt caros & coma seu profundus somnus, accidūt symptomata. Quapropter frictionibus potius tum vtendum erit, & calefacientibus vnctionibus, ex oleo nimirum chamęmelino, & huic similibus confectis, potionibusque crassos humores incidētibus, de quibus in libris nostris de Medendis corporis malis copiosè diximus, & mediocriter calefacientibus. Quum enim vires imbecilles sunt, fieri non potest quin valenter calefacientia vires deiciant, vt curationi quæ adhuc reliqua est haud sufficere queant. Ex quorum vsu hoc etiam incommodum sequitur vt febrē augeant, quæ subinde vires corporis eneruat. Hac igitur de causa potiones ac cibi, quibus æger ad incidendos humores vtitur, mediocriter calefacere debent. De quibus abundè lib. 8. Therap. method. cap. 4. Galenus pertractat.

Crudus humor quid.

Duo in crudo coacernato humore considerandа.

Natura quid.

CAPVT VII.

SI qui sanguinem excrearunt breui admodum curati sunt tempore, cæterùm eam nunc in partibus thoracis & pulmonis sortiuntur constitutionem, vt si paululo plus coaceruent sanguinis, rursus vel vasis alicuius osculum reseretur, aut rumpatur: ijs etsi nullum in corpore etiamdum symptoma est, initio Veris sanguinem mittere oportet. Similiter & iis qui facile in comitialem morbum incidunt, aut apoplexiam. Ad eundem modum si reliquorum morborum alicui obnoxium esse hominem perspectum habuerimus, verbi gratia, aut peripneumoniæ, aut pleuritidi, aut anginæ: committendum non est vt expectemus dum euidens aliquod plenitudinis symptoma appareat, sed anteuertere sanguinis missione præstat. Parit ratione etiam quibus hæmorrhoides suppressæ sunt, maximè vbi natura magis melancholici fuerint. Et qui singulis annis æstate plenitudinis morbis laborant, etiam hos Vere ineunte vacuare oportet. Eodem modo & eos qui Vere ipso morbis eiusmodi

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 581 sur 637

©BIUM

capiuntur. Sunt verò nonnulli oculis imbecillioribus, aut vertiginosis obnoxij malis, qui & ipsi Veris initio vacuari postulant.

COMMENTARIVS.

Quibus verno tempore sit mittendus sanguis.

In hoc capite septimo Galenus quibus verno tempore, etiamsi nullum in iis plenitudinis compareat symptoma, sit mittendus sanguis, docet. Sanguinem enim detrahere primùm conuenit iis qui aliquando sanguinem spuerunt, atque ab eo malo prorsus curati sunt, tamen eam in partibus thoracis & pulmonis sortiti sunt constitutionẽ, vt si vel paululũ coaceruent sanguinis, iis vel vasis alicuius osculum aperiatur, vel rumpatur. Nisi enim sanguinis exiguam etiam copiam auferamus, venæ imbecilliores eã ferre haud possunt, ideoq́ue vel aperiuntur confestim, vel rũpuntur. Verno autẽ tempore potissimùm mittendus sanguis, quòd hoc tempus sit temperatum, adeoq; vacuationibus corporis aptissimum. Quod etiam Hippocrates testatur, qui ita scriptum reliquit: Quibus sanguinis missio, aut medicamentum purgans confert, iis verno tempore sanguinem detrahere, aut medicamenta purgantia propinare oportet. Eodem sanè tempore sanguis quoque mittendus iis qui promptê apoplexiam aut comitialem morbum incidunt. Cuius rei rationem tradit Galenus. sect. 1. Aph. com. 15. dicens: Necesse siquidem est vt Vere sanguis auferatur, ne calor æstiuus repentè superueniẽs sanguinem diffundat, & quodammodo extendat, efferuereq́ue faciat, ita vt qui hactenus exiguus fuerat, non possit amplius in venis contineri, sed vel disrumpat ipsas, vel exedat, Et quãdo cum impetu in aliquam corporis partem aliis imbecillioré fertur, vel in ipsa phlegmonen, vel erysipelas, vel aliquod aliud morbi genus operatur. Præstat itaque, vt hoc etiam loco Galenus monet, hæc mala sanguinis missione anteuertere, vt nimirum humorum ad partem aliquam corporis impetus in contrarium auertatur. Pari ratione si quibus solitæ corporis vacuatiões, vt sunt hæmorrhoides, supprimuntur, iis sanguinem mittere oportet, præsertim si natura magis melancholici fuerint: vt scilicet hoc nomine caueamus ne suppressis hæmorrhoidibus superuacua ad iecur, aliámve partem principem decumbãt. Quid multa? oportet omnes eos qui quotannis plenitudinis morbis æstate, aut Vere capiũtur, aut oculis sunt imbecillioribus, aut vertigini obnoxij, verno tempore, ad auertendos & vacuandos humores à locis malè affectis, sanguinis missione vti.

Cur verno tempore mittendus sit sanguis.

6. Aphor. 47.

Prius autem à nobis considerandum est quale sit hoc quod ipsis coaceruatur. Siquidem nonnulli amaræ bilis humorem plus cæteris aceruant, alij melancholicum, aut pituitosum, alij verò ex æquo omnes, in quibus sanguis redundare dicitur. Hos igitur omnes vacuabis, quemadmodum etiam podagricos & articulorũ dolore conflictatos, Veris initio, dato nimirum aut medicamento purgante, aut misso sanguine. Equidem complures qui tribus aut quatuor annis per interualla pedum doloribus molestati sunt, ego sanaui, aut redundante humore Veris initio purgato, aut sanguine detracto. Manifestum autem est quòd tales in vniuersa victus ratione moderati sunt. Proinde incontinentes, ebriosq́ue ac gulæ deditos neque purgatione, neq; sanguinis missione magnopere iuuabis. Nam per victus intemperantiam crudorum humorum multitudinem celeriter coaceruant. Verùm vt hos cures ne studere quidem oportet. Vbi autem obediunt, summopere eos iuuabis, si Veris initio primùm quidem vacuans, deinceps ad exercitia, victusq́ue rationem salubrem perducas. Cæterùm quæ de istis dixi, hæc tibi de omnibus qui prædictis paulò antè malis, nempe comitiali morbo, apoplexia, vertigine, sanguinis spuitione, aut melancholia, capi apti sunt, dictum esse putato.

COM-

COMMENTARIVS.

Quum anteà quibus verno tempore ſanguis ſit mittendus expoſuerit, nunc quid in vniuerſum in iis qui Vere vacuatione indigent ſit conſiderandum, docet, nempe quale ſit quod in ipſis aceruatur. Sunt enim qui amaræ bilis plus cęteris coaceruare ſolent, quos Hippocrates πικροχόλους appellat. Alii humorem potiùs melancholicum, nõnulli verò pituitoſum, aliqui ex æquo omnes, in quibus ſanguis redundare dicitur, Cuius rei rationem reddit Galenus in libro de Plenitudine, vbi in eum ſcribit modum Fieri nõ poteſt vt exquiſitus vſqueadeò ſanguis in venis interim contineatur, vt nihil in eo nec bilis, nec pituitæ, nec ſeroſæ ſaniei feratur. Proinde nos in ſuperioribꝰ idẽ intelligi volumus, ſiue humores, ſiue ſanguinẽ abũdare diceremus. Quippe immixtus, & ab aliis humoribus ſyncerus ſanguis nunquam in venis comprehenditur. Demonſtratum eſt alibi de mixto nihil referre humores an ſanguinem appelles, non tamen qualibet, ſed mediocri quadam menſura, in animantibus naturali habitu præditis, aliis humoribus ei admiſtis. Nam vniuerſis in naturali ſymmetria & commoderatione adauctis cum ſanguine per excellentiam dicto, idem humorum vocabulum ſignificat, nullumque diſcrimen eſt humores auctos, vel ſanguinem dicas. Hæc ille. Pari ſanè ratione nihil refert an plenitudinem eſſe dicas vbi ex æquo vniuerſi humores aucti ſunt, an quemadmodum Galenus libro ſecundo de compoſi. med. localium, cap. 1. facit, vbi ſanguis auctus eſt. Cæterùm omnes eos qui plenitudine aut cacochymia laborant, veluti etiã podagricos & articulorum dolore conflictatos, incipiente Vere vacuabis. Sanguinis quidem miſsione, plenitudine laborantes: vitioſis verò humoribus redundantes, medicamento, quod moleſtantem humorem purgat, dato. Hac quidem ratione complures triennio aut quadriennio per interualla doloribus pedum laborantes Galenus ſanauit. Porrò ad integram podagræ & doloris articulorum curationem temperantia in victus ratione opus eſt: qua quidem neglecta cætera præſidia certè parũ vel nihil prorſus conferunt. Hinc perſpicuum omnibus fit, cur hodie pauci aut nulli propemodum podagrici ſanentur. Quum enim omnes ferè, niſi quibus fortè hęreditatis iure hoc malum euenit, in victus ratione plurimùm delinquant, ac ſupra modum incontinentes viniq́ue meracioris ac robuſtioris amantes ſint, quid miri ſi etiam perpetuò hoc morbo conflictentur, nec vllis præſidiis iuuentur? Quare rectiſsimè Galenus ſubiungit, manifeſtiſsimum eſſe quòd tales qui ſanantur, per vniuerſam victus rationem moderati ſunt. Incontinentes autem, ebrios, gulęque deditos nullis remediis magnopere iuuari. Quòd ſcilicet per intemperantiam in victus ratione crudorum humorum copiam celeriter coaceruent, adeoque prædictorum malorum authores ſint. Quare medicum illis ne manum quidem admouere oportet, ne eorundem incontinẽtia accidat vt præſidia quæ aliis fuere ſaluti apud vulgum infamentur. Obtẽperantes autem ſummopere iuuabuntur, ſi Veris initio vacuati fuerint, & deinceps exercitiis idoneis, victuſque ratione ſalubri vtantur. Verùm quod de podagricis & arthriticis dictum eſt, hoc etiam ad alia mala corporis transferri debet. His enim correpti vacuatione verna iuuantur, ſi in victus ratione non peccent.

Quid in iis quos verno tempore vacuamus ſit conſiderandum.

πικροχόλοι

Nihil refert ſiue humores auctos, ſiue ſanguinem dicas.

Plenitudo.

Ad podagræ & articulorum doloris curationem temperantia in victu opus eſt.

CAPVT VIII.

NOn ſolùm autem vbi adeſt plenitudo, vel ad vires, vel ad vaſorum humores continentium capacitatem, dicta miſsio ſanguinis plurimũ iuuat: ſed & citra plenitudinem incipiente phlegmone aut propter ictum, aut dolorem, aut partium imbecillitatem. Quippe dolor ipſe ſanguinem ad inflammationis locum trahit: & multoties partium imbecillitas inflammationem citra totius corporis plenitudinem excitat. Demonſtratum enim eſt in cõmentariis de Naturalibus facultatibus, imbecillam naturam partem prom

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 583 sur 637

©BIUM

ptè grauari,vbi vel paulò plus excrementi in ea coaceruetur. Quinetiam quòd quælibet pars facultatem vt familiariũ attractricem, ita etiam alienorum excretricem obtineat. Tum quòd duplex sit alienum,alterum quantitate,alterum qualitate. Proinde etsi pars aliqua ab humoribus in se contentis non grauatur,tamen, quia excrementa quædam in qualitate præter naturam habet, ad eorundem excretionem per venas quæ in ea sunt,tanquã per canales,excitari. Cæterùm si quod propulsatur prauus fuerit sanguis, aut alius humor, vt ad aliquam propinquam veniat partem necesse est. In ea alterum duorum eueniet, vt aut concoctus,aut per halitum digestus in aliam tertiam haud transfluet:aut si neutrum prædictorum assequatur, denuò ex secunda parte in aliam confluat, deinceps ex illa rursus in aliam,& idipsum non desinet fieri, quoad in talem quampiam decumbat,quæ amplius quod in ea redundat in aliam propellere nequeat. Accidit verò hoc ipsum illis partibus quæ facultatem excretricem vicinis omnibus imbecilliorem habent. Siquidem non iam in illas quæ propter robur quod obtineat haud assumunt,id quod molestat propellere valent. Demonstratũ enim à nobis hoc quoque in illis est commentariis,quòd quælibet pars non solùm quod superuacuum est in vicinam protrudat:verumetiam quòd suscipiat,sæpe verò contrà remittat,& propellat,in se haud assumens. Atque in hoc certamine validior vincit. Quapropter partes omniũ imbecilliores excrementitiis morbis primæ capiũtur. Hac quapiam ratione è fluxione natos affectus fieri scito,vniuerso videlicet corpore imbecillo existente,quæ vna aliqua est mali habitus species:principibus illius partibus, etiamsi paucus in ipsis est sanguis, grauari solitis, eumque ad carnosas iuxta cutem partes protrudentibus, magisque ad glandulas excipiendo superuacuo idoneas, tum propter substantiæ laxitatem, tum quia inter alias partes infirmissimas habeant naturales facultates quemadmodum etiam pinguedo. Nã quum quatuor eæ sint, vt ostensum est,prima quidem attractrix, altera retentrix, tertia excretrix,& quarta alteratrix, alias quidem tres imbecillimas glandulæ carnesque obtinẽt:alteratricem verò solam haud ita multò cæteris partibus minorem. Post glandulas pulmo fluxioni recipiendæ promptissimus est. Nam et hic tres facultates imbecillas obtinet,& corpus laxum. Deinceps lien. Cerebrum autem perinde vt illæ,aut etiam plus excipiendo fluxui est habile. Cæterùm hoc illis meliore est conditione,quòd constructionem habet excernendis iis quæ suscepit promptam. Magnos enim ventriculos obtinet,qui pronis meatibus vacuantur. Quibus igitur pulmo,lien,ac cerebrum carnoso genere natura robustiora sunt,in iis ad glandulas & carnes fluxiones perueniunt,vbi nimirũ vniuersus corporis habitus imbecillus fuerit,sicut in affectibus è fluxione natis accidit. Meritò itaque curationis horum scopus est non quidem vacuatio,sed totius corporis roboratio:quanquàm curationis initium in iis à sanguinis missione fit. Si verò excrementa praua etiam qualitate sunt prædita,purgationem quoque adhibemus. In quibus maximè corporibus neutrius plenitudinis proprium symptoma expectare oportet, grauitatem

quidem

quidem eius quæ ad vires dicitur, tensionem verò eius quæ ad vasa. Pari ratione in iis quibus pars aliqua grauiter icta est, siue aliter quomodocunque incipientem obtinet phlemonen, vbi magnam ipsam fore suspicamur, curationem à vacuatione ordimur, aut purgantes, aut venam incidentes, prout alteram altera magis conuenire vacuationem iudicamus.

COMMENTARIVS.

Quum in superioribus monstratum sit sanguinem tum potissimùm esse mittendum quando plenitudo nata sit in corpore, nunc certè quòd interdum etiam sit detrahendus sanguis, vbi nulla adest plenitudo monstrat, nempe vbi phlegmone aliqua vel propter ictum, vel dolorem, vel partium imbecillitatem incipit. Quippe ex ictu, aut casu ex alto loco partes corporis afflictæ sanguinem ad se præter naturam trahunt, ideoque phlegmone fit. Quare sanguis quem alliciunt per venæ sectionem auertendus & vacuãdus erit. Dolor aũt quo pacto phlegmonen efficiat, Galenus lib. 13. The. meth. tradit, in hunc scribens modum: Quæ dolent cernuntur ea quoque phlegmonen ex dolore pati, sed causam eius quidam omninò non assignant, quidam nullo modo probabilem. Nostra verò sententia talis est. Docuimus in eo opere quod de Naturalibus facultatibus ędidimus, vnam esse naturæ facultatem quam excretoriam dicimus. Ea suo munere fungitur quùm triste aliquid sentit. Vnũ verò quiddam est ex eis quæ eam contristant, ipsa quæ dolorem excitat causa, quæcunque ea sit. Hanc igitur eiicere dum properat, phlegmonen interdum in particula concitat. Quum enim primis suis conatibus nihil profecit, vehementius aggressa quod infestat expellere, sanguinis aliquid & spiritus ex superpositis partibus in afflictã simul exprimit. Atque hinc fit quòd ex dolore particula proportione confluẽtis in eam humoris, in tumorem attollitur. Hæc ille. Quinetiam libr. 5. Ther. meth. dolorem fluxiones concitare, & cap. 95. Artis medicæ Galenus tradit. Quomodo autem imbecillitas partium citra plenitudinem excitet phlegmonen, & hîc & alibi copiosè Galenus docet. In lib. enim tertio de Naturalibus facultatibus, capite 13. Ther. meth. & lib. 6. de Tuenda sanitate, cap. 11. & 13. Ther. meth. demonstratum est imbecillam partem facilè grauari, vbi vel paulò plus excrementorum in ea coaceruatum fuerit, & quòd quælibet particula habeat non solùm facultatem familiarium attractricem, verumetiam alienorum excretricem, & quòd duplex sit alienum, Ita enim in sexto de Tuenda sanit. inter cætera scribit: Siquidem demonstratum est in iis commentariis qui sunt de Naturalibus facultatibus inscripti, singulas partes trahendi facultatem habere proprii sibi ac conuenientis humoris, quem alterantes assimilantesque abutuntur ad nutrimentum. Rursus aliam facultatem habere, qua quod superuacuum est expellere in vicinum desiderent. At si ipsa quidem quę vicina est particula corporis habitum firmum habeat, quod sibi obtruditur, vtique non admittit, facitque vt in ipsa solùm quæ primùm affecta particula est, dolor vsque subsistat: sin imbecillior sit, quàm illa vnde excrementum mittitur, admittit illa quidẽ, cęterùm ipsa quoq; ad imbecillioré quãpiã à se rursus trãsmittit, atq; hęc rursus ad aliã, donec in eã procũbat, cui imbecillior nulla sit reliqua. Atq; ad hũc quidẽ modũ, quorũ nulla victus sui cura est, alius alia parte assiduè vexatur. Qui verò nihil colligũt superuacui, his manent imbecillæ partes semper in tuto. Cuius rei euidentissimum argumentum est, quòd aliqui sex mensibus pluribusve infirmis partibus laborant. Quum si sola imbecillitas ipsa efficeret, perpetuò laboraret pars infirma, ceu cui vt malè afficiatur causa nunquam abesset. Nunc quoniam perpetuò non laborat, manifestum est aliud quippiam interuenire quod eius mali gignẽdi sit occasio: quòd certè aliud non est, quã quòd vel quantitate, vel qualitate redundat. Hactenus Galenus. Idem sanè, sed multò breuius, cap. 4. de Morborum causis Galenus docet, nempe non solùm sua quantitate

Sanguis interdũ præsente plenitudine mittendus.

Imbecillitas partium excitat interdũ phlegmonen citra plenitudinem.

©BIUM

excrementa particulas ad excretionem irritare,ſed & praua ſua qualitate.Excernũt autem eadẽ per venas quæ in iis ſunt tanquam per canales quoſdam.Cæterùm quod excernitur,ſiue prauus ſanguis fuerit,ſiue alius humor,vt in vicinam aliquam veniat particulam neceſſe eſt.Quo facto alterum duorum eueniat oportet,vt aut illic concoquatur,aut diſcutiatur.Legendum enim hoc loco διαφορηθέντα,& non διαφθαρέντα,vt Aldinus exemplar habet. Id quod antiquus confirmat interpres, qui locum illum Galeni ita conuertit. In illa verò alterum duorum eueniet, vel digeſtos, vel tranſpiratos non adhuc ad aliam transflui tertiam. Præterea ſi humor in ſecunda magis corrumperetur,ex illa in tertiam neceſſariò transflueret. Neque enim ſecunda, quæ tertia robuſtior eſt, illum retineret, Quòd ſi itaque humor prauus in ſecunda particula vel concoquitur, vel diſcutitur, in tertiam haud transfluet. Si verò neutrum horum accidat,ex ſecunda in aliam confluat neceſſe eſt,& ſubinde ex illa rurſus in aliam,idque tantiſper duret,donec in talem aliquam decũbat,quæ amplius quod in ſe redundat in aliam propulſare nequit Eiuſmodi autem eſt quæ excretricem facultatem cæteris ſibique vicinis omnibus imbecilliorem habet.Neque enim id quod moleſtat in alias,quæ propter robur quod habent nihil aſſumunt,propellere poteſt.Nam vt in libris de Naturalibus facultatibus demonſtratum eſt, quæuis corporis pars non ſolùm quod ſuperuacuum eſt,& in ea redundat in vicinam protrudit, verumetiam ab alia ſuperuacua aſſumit:quum ſcilicet ea imbecillior fuerit:ſæpe etiam accidit,vt quod ab altera mittitur hæc eidem remittat,& viciſsim à ſe repellat,haud quod mittitur aſſumens. Et in eo quidẽ certamine penes validiorẽ particulam victoria erit. Verba autẽ » Galeni ẽ libro tertio iam citati Commentarii ita ſe habent : Sicuti inter ſe particulæ » altera ab altera nutrimentum trahunt, ita altera in alteram quod ſuperuacuum eſt à ſe » deponit.Et ſicut trahentium ea vicit quæ valentior erat,ſic & à ſe deponentium.Eſtq; » hæc vocatarum fluxionum cauſa . Habet enim particula quæque natiuum quoddam » robur,quo quod ſuperuacuũ eſt perſequitur. Vbi igitur earum aliqua affectus alicuius » occaſione imbecillior eſt reddita,ex omnibus in illam confluere quæ ſuperuacua ſunt » eſt neceſſe.Ea nanque quæcunque pars valentiſsima eſt,in vicinas omnes reponit.Ea- » rum rurſus ſingulæ in alias quæ ipſis ſunt imbecilliores,dein rurſus illarum ſingulę in » alias,idque eatenus longiſsimè procedit,quoad ex omnibus fugatum ſuperuacuum in » vnam quampiam maximè imbecillarum procũbat.Hinc nanque in aliam transfluere » nequit,vtpote nec valentiorum aliqua id recipiente,nec malè affecta & laborante ipſa à ſe repellere valente.Hæc Galenus. Quæ quidem quum non parum lucis iis quæ hoc loco dicuntur afferunt,præterire non voluimus. Cęterùm ex iam dictis omnibus perſpicuum fit,partes cæteris omnibus imbecilliores morbis ex ſuperuacuis atque excrementis ortis primas corripi,quòd nimirũ illa in ſe recipere ob cauſam paulò antè expoſitam cogantur.Hac itaque ratione affectus ẽ fluxione nati fiunt, vniuerſo nimirũ corpore imbecillo exiſtente,& principibus illius partibus,etiamſi exiguus in iis eſt ſanguis,grauari ſolitis.Quum enim imbecillæ ſint,principes quoq; partes in ea mali habitus corporis ſpecie,nihil mirum ſi à modico etiam ſanguine grauentur.Quare illum ad carnoſas iuxta cutem partes,magisque ad glandulas, quòd ſcilicet excipiẽdis ſuperuacuis idoneę ſint:idque duplici ratione,propter nimirum ſubſtantię laxitatẽ,& quòd inter omnes alias corporis partes,naturales facultates, perinde atque pinguedo, infirmiſsimas habeant.Priores enim tres,attractricem videlicet,retentricem & excretricẽ, glandulæ ac carnes maximè imbecilitas habent alteratricẽ autem ſolã haud ita multo reliquis partibus debiliorem. Hinc libro.13.Ther.met.Galenus ita quoque ſcriptũ reliquit:Sæpe à nobis monſtratum eſt ſuperuacanea quæ valentioribus partibus ob plenitudinem vel qualitatem expelluntur,ea in imbecilliores procumbere:atque hinc accidere vt glandulæ facilè fluxiones recipiãt,& maximè quę rariores natura ſunt.Quippe valentius eſt arteriarum & venarum,& neruorum,& muſculorum robur : imbecillius

Aldinus codex emendatus.

Quæ partes morbis ab excrementis natis corripiãtur.

Glandulę fluxiones facilè recipiunt.

lius autem & fortè nullum corporum quæ glandularum ſunt naturæ. Sic igitur fit, vt » & propter vlcus quod in manus aut pedis digito ſit, eiuſmodi glãdulæ in inguinibus & » alis tum intumeſcant, tum phlegmone occupentur, quum defluentem ad vltimos » artus ſanguinem priores exceperint. Quinetiam in ceruice & ſecus aures ſæpenumero » glandulæ iis quibus in ceruice, capite, vel aliqua vicina parte vlcus eſt natum, intu- » meſcunt. Hæc Galenus. Cæterùm poſt glandulas ad excipiendas fluxiones pulmo prõ- » ptiſsimus eſt quòd videlicet hic tres facultates imbecillas habeat, corpusque eius laxũ, leue, & rarum ſit, quemadmodum lib. 4. 6. & 7. de Vſu partium Galenus abunde monſtrat. Poſt pulmonem ad fluxiones excipiendas lien idoneus eſt, quòd corpus huius viſceris rarum, & ſpongiæ modo laxum, Galeno lib. 4. de Vſu par. teſte exiſtat. Cerebrum excipiendis fluxionibus perinde atque iam dictæ partes habile eſt, propter caua & ventriculos quos continet. Verùm hoc illis eſt meliore conditione, quòd ita conſtructum eſt, vt promptè quas recipit fluxiones excernere queat. Magnos enim ventriculos obtinet, qui pronis & deorſum ſpectantibus meatibus, per palatum nimirum & nares, vacuantur. Ex iis itaque clarum fit quibus pulmo, lien, & cerebrum carnoſo genere natura valentiora ſunt, illis ad glandulas & carnes fluxiones, vbi ſcilicet totus corporis habitus imbecillus fuerit, peruenire, quod ſint partes omnium debiliores, & ad fluxiones excipiendas aptiores. Quocirca in affectibus à fluxione procreatis curationis præcipuus ſcopus, totius corporis roboratio eſt, non vacuatio. Niſi enim vniuerſo corpori robur concilietur, nunquam fluxionum cauſa deerit. Nihilominus tamen initium curationis à ſanguinis miſsione fit. Niſi enim ſanguis auferatur, periculum eſt ab ipſis excrementis ad imbecilliores partes defluentibus fieri phlegmonen. Quòd ſi ſimul praua quoque excrementa qualitatem ſortita ſunt, purgatio etiam adhibenda erit, ne videlicet putredinis morbos procreent. Atque iis quidem præſidiis vtendum, etiamſi nullum plenitudinis ſymptoma adeſt. Pari ratione in iis quibus pars aliqua corporis grauiter icta eſt, ſiue aliter quomodocunque incipientem ſuſtinet phlegmonen, vbi magnam fore metuimus, curationem à vacuatione auſpicabimur, venam incidentes, aut purgatorium medicamentum propinantes, prout alterum altero præſidio magis conuenire iudicauerimus. Atque hæc quidem de Hippocratis ſententia dicta eſſe intelligantur, qui lib. 2. Victus acutorum morborum, Aphor. 10. & 11. in pleuritide & phlegmone coſtarum nunc venæ ſectione, nunc purgatione vtendũ eſſe docet, Tutius verò ſemper eſt, vt in Commentariis ibidem Apho. 11. Galenus teſtatur, vbi etiam dolor ad hypochondria finitur, in pleuritide ſanguinis miſsionem vſurpare, propter cauſas quas illic commemorat. Quòd autem venæ ſectio internis, phlegmonis commodior ſit ipſa purgatione. hinc palàm fit. Venæ nanque ſectio citra loci male affecti impletionem, dolorem, calorem, aliámve inſignem læſionem retrahit, deriuat & vacuat. Proinde materiam infeſtantem minuit, naturam exonerat, vires roborat, dolores mitigat, calorémq; reſtinguit. Purgatio autem etſi vacuat, retrahit, & deriuat humorem, tamen id non ſemper poteſt. Hinc ab Hippocrate dictum eſt: Qui ſtatim inter morbi initia phlegmonas medicamento purgante ſoluere conantur, ii à diſtenta, inflammataque parte nihil auferunt, affectus verò vtpote crudus, non remittitur, ac partes ſanæ morbo reſiſtentes colliqueſcunt: quocirca morbus imbecillum iam corpus vincens, curationi nõ obedit. Hæc ille. Præterea purgatio calefaciendo, trahendo, locum male affectum irritando ac implendo, febrémque augendo mirificè nocet. Quare meritò fugienda in phlegmonis erit. Cauſam autem cur Hippocrates in pleuritide ea vti voluerit, infrà capite nimirum 15. exponemus.

In affectib. à fluxione procreatis præcipuus curationis ſcopus roboratio.

Tutius eſt in omnipleuritide miſsione ſanguinis, quã purgatione vti.

Cur venæ ſectio in internis inflãmationibus commodior. » 4. Victus acut. » aphor. 16.

CAPVT IX.

Rectè igitur in iis quæ de victu acutorum morborum propoſita & diſputata ſunt admonemur vt ſanguinem mittamus, vbi magnus fuerit morbus, & æger florentis ætatis, illique robur aderit. Perperam

©BIUM

quoque Menodotus in ſola ſyndrome plethorica vocata venæ ſectionem obſeruari tradit. Contrà enim in vniuerſum ſanguinis mittendi ſcopi plenitudinem in ſe primò haud cõplectuntur, ſed ſuſpicionem eius quod adhuc ſit mali. Nam ſi magnum fore appareat, ſanguinem mittemus etiamſi nulla plenitudinis nota adeſt, ætatẽ, regionem, & vires conſiderantes, quæ ſola etiam in iis quæ de victu acutorum diſputantur dicta eſſe conſpiciuntur. Vigentes enim ætate, propter pueros & ſenes, ad diſtinctam explicationem adſumpſit. Primi autem & maximè proprij ſanguinis mittendi ſcopi ſunt, morbi magnitudo, & robur laborantis. Et hanc primam eſſe ſyndromen dicere oportet, haud plethoricam, in qua ſanguinis miſſio obſeruata ſit: quippe in illa & hæc comprehenditur, vt quæ morbi magnitudinem adaugeat. Non ſolùm enim vbi iam adſit morbus magnus ſanguinis mittendi occaſio eſt, ſed & vbi futurum eſſe ſuſpicio eſt. Doctrina enim quam Hippocrates tradidit anteuertit, docens nos quæcunque præſentibus iam morbis rectè faceremus, melius eſſe vt hæc incipientibus ipſis, aut iam imminentibus anteuertendo faciamus. Proinde & prædictos ſcopos ad ſanos transferre licet. Siquidem & iis ſanguinem mittes, vbi magno aliquo capi morbo ſuſpicio eſt: ætatis tamen & roboris habita ratione. Nam ſi quis vt magnum incurrat morbum habilis ſit, etiamſi nullum adhuc in corpore ſymptoma apparet, ſanguinem tamen mittendum cenſemus. Satis eſt enim ætatem vnà cum uiribus conſideraſſe. Tria itaque ſunt quæ dignotionem continent, morbi magnitudo, aut præſens, aut imminens, ætas vigens, & virium robur.

Primi & maximè proprii ſanguinis mittendi ſcopi.

COMMENTARIVS.

Mittendum eſſe interdum ſanguinem nulla etiam plenitudinis nota præſente, modò præcipui mittendi ſanguinis ſcopi, morbi videlicet magnitudo ætas vigens, roburque facultatis adſint, Hippocratis teſtimonio confirmat. Depromptum autem hoc ipſum eſt ex libro 4. de Victu acutorum morborum, vbi Apho. 16. ita ſcriptũ reliquit: In acutis, inquit, morbis ſanguinem mitte, ſi vehemens eſſe appareat morbus, & ægrotantes ætate floreant. ipſisque robur adſit. Quibus ſanè verbis Hippocrates ſanguinem eſſe detrahendum hortatur in acutis morbis, nulla etiam plenitudinis nota apparente, ſi mittendi ſanguinis tres præcipui ſcopi idipſum fieri ſuadeant. Proinde Menodotum erraſſe cõſtat, qui in ſola plethorica vocata ſyndrome, venæ ſectioné obſeruare tradidit. De quo in explicatione iam citatę Hippocratis ſentẽtiæ ita ſcribit Galen. Quũ omnia hæc rectè dicta ſint, quoſdam tamen non rectè vſos fuiſſe putandum eſt: quo quidem è numero Menodotus empiricus eſt, qui in ſola plethorica vocata ſyndrome, ſanguinis miſsionem obſeruari affirmat. Nos autem & ea haud exiſtente ſanguinem mittimus, vbi vehemens dolor repente hominem prehenderit, vel pars aliqua fracta fuerit vel os è ſuo articulo motum ſit. Non autem ſemper ſanguinem mittimus etiam ſi plethorica ſyndrome facta eſt, ſed frictione, & balneis multis, & abſtinentia bidui aut tridui, ad id quod naturale eſt reducimus. Hæc Galenus, quæ commemorare voluimus, vt lucem aliquam iis quæ hoc loco dicuntur afferrent. Eadem planè tradit etiã lib. 4. Ther. meth. cap. 6. vbi inter cætera de methodicis vocatis ſcribit: Nam vbi in plethorico, vt illi loquuntur, concurſu, vacuationem à ſe obſeruatam dicunt, manifeſtè fatentur ob nullius alterius eorum quæ in ægro viſuntur reſpectum ſe ad vacuationem accedere. Neque hoc dico propterea quòd purgatio vacuatio ſit, quam plethoricus concurſus non indicet, ſed quod etiam tametſi plethoricus cõcurſus non adſit, ad ipſam tamen

Menodotus.

tamen ſanguinis miſsionem interdum ſit confugiendum: quãdo ſi valens ſit morbus cum virium robore, nemo eſt qui ſanguinem non mittat, qui vtique in artis operibus ſit exercitatus. Quippe ipſos Empiricos videmus quum lapſus ab alto quis ſit, aut alius plaga aliqua contuſas vehementer corporis partes habuerit, ad ſanguinis miſsionem confugere, quanquam idẽ homo paulò antè ſanus, fuerat prorſus plethorici concurſus expers. Ex quo patet non hoc eſſe quod mittendum ſanguinem indicet, ſed magnitudinem morbi, ac virium robur, exceptis tamen à ſermone pueris. Hactenus Galenus. Cæterùm quid ſit plethorica ſyndrome aut plethoricus concurſus, multis in locis docet Galenus, nullibi autem clarius quàm in libro de Plenitudine, ubi in eum modum ſcriptum reliquit: Quin & tertius quidam cœtus alius eſt, qui nec ſit an non ſit aliqua facultas norit, nec ſe inquirere fatetur, verùm ex nonnullis quę euidenter apparent notis circa ęgrotantem, vacuationem per longum vſum ſibi inuentam ait. Hic ſi deinceps quænam notæ hæ ſint rogetur, Vaſorum, inquit, diſtentio, & rubor, & vniuerſi corporis grauitas, & pigritia ad motum, traducta in otio prior vita, non ſine eiborum & potuum larga ingeſtione, & ſolitarum excretionum retentio. Ex hac igitur ſyndrome (ſic enim ſymptomatum congeriem appellat) venæ ſecandæ vtilitatem obſeruatam eſſe dicit. Hæc ille. Monendus autem hoc loco nobis lector erit in codice Græco eſſe immenſum errorem, qui citatam paulò antè ſententiam ita legit: κσὶ ἀκμάζῃ νόσος, ἢ ὁ νοσῶν: hoc eſt, & morbus, aut ęger in vigore fuerit. Conſtat enim hunc alibi ita præcepiſſe: Quum morbi inchoant, ſi quid mouendum videtur, moue: quum verò conſiſtunt ac vigent, melius eſt quietem habere. Expungenda igitur hęc verba, ἢ νόσος erunt, quandoquidem initio morbi, nõ eo vigente ſit mittendus ſanguis, vt alibi etiam docuit Hippocrates, ita ſcribens: Quapropter prius adhibito fomento ſtatim ab initio venam ſecare oportet, quum nondum fixa ſunt omnia quæ infeſtant, tum flatus, tum fluxiones, ſic enim facilius remediis vincuntur. Hæc quum ita ſe habeant, palam omnibus fit, quòd ſanguinis mittendi ſcopi plenitudinem in ſe primò non complectantur, vt Menodotus cenſuit, ſed potius ſuſpicionem eius mali quod adhuc ſit. Si enim magnum fore morbum ſuſpicemur, ſanguinem mittemus etiam ſi nulla adeſt plenitudinis nota, ętatem tamen, regionem, & vires inſpicientes, quorum ſolorum etiam Hippocrates in ea diſputatione quæ de Victu acutorum morborum ab ipſo inſtituta eſt meminit. Vigentium enim ætate mentionem facere voluit propter pueros & ſenes, quorum neuter ad ſanguinis miſsionem habilis & idoneus eſt, vt capite decimotertio latius docebimus. Regionis tamen & ambientis aëris Hippocrates non meminit. Hinc in enarratione eius ſentẽtię Galenus ita ſcriptum reliquit: Verùm vt nihil deſit, adiiciam & eum qui ab ambiente nos aëre deſumitur ſcopum, quum fuerit abundè calidus & ſiccus, ita vt citò ab eo corpus euaporetur. Nẽpe tunc ſanguinis miſsione abſtinemus etiamſi morbus magnus eſt, florenſque ætate homo. Id ergo author ſolùm prætermiſit. Hæc ille. Primi igitur & maximè proprij ſanguinis mittẽdi ſcopi ſunt duo, morbi nimirum magnitudo, & laborantis robur. Et hanc ſyndromen, magnitudinis ſcilicet morbi, & roboris laborantis, primam dicere conuenit. Plethorica enim ſyndrome in illa complectitur, vt quę magintudinem morbi adauget. Quanto enim vehementiora fuerint plerhorica ſymptomata, tanto vehementiorem quoque eſſe morbum oportet. Non ſolùm igitur quum iam adeſt morbus magnus mittendi ſanguinis occaſio eſt, ſed & vbi futurum propter plenitudinem, aliámve cauſam ſuſpicamur. Quippe doctrina quam Hippocrates in libro Aphoriſm. tradit, anteuertit, eò ꝙ doceat nos quæcunq; preſentibus iam morbis rectè faceremus, melius eſſe vt incipientibus ipſis, aut iam planè imminentibus anteuertẽtes faciamus. Ita enim in ſecunda ſectione Aphoriſmorum ſcriptum reliquit. Quum morbi incipiunt, ſi quid mouẽdum videtur, moue. Vt hinc certè planum fiat prædictos duos ſcopos etiam ad ſanos

Plethorica ſyndrome.

Græcus Aldinus codex caſtigatus. 2. Aphor. 29.

4. Vict. acut. 24.

Duo primi & maximè proprij mittendi ſanguinis ſcopi.

Plethorica ſyndrome in prędictis ſcopis complectitur.

2. APhor. 29.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 589 sur 637

©BIUM

transferri poſſe,quôd ſcilicet iis quoq;,vbi eoſdem magno aliquo capi morbo ſuſpicamur,ſanguiné mittamus,nõ obſtante,quòd omnes adhuc actiones integras,& nondũ labefactatas habeant,modò ętas & vires permitãt.Quocirca tria ſunt in vniuerſum quæ dignotionem mittendi ſanguinis continent,morbi nimirũ magnitudo aùt præſens,aut imminens,vigor ætatis & robur virium.His enim præſentibus, etiamſi nulla plenitudinis apparent ſymptomata ſanguinem intrepidè mittemus.

Tria ſunt in vniuerſum quæ dignotionem mittendi ſanguinis continent.

Verùm negligentius fortè in iis quæ in libro de Victus ratione acutorum propoſita ſunt,ſola particula ætatis expoſita eſſe videbitur.Neq; enim vigentium ætatem ſolùm dixiſſe rectè ſe habet,ſed & eam quæ hanc præcedit, & quæ illam ſequitur,vt ſcilicet duæ tãtùm diſtinctione ipſa,nempe puerorũ & ſenum, exemptæ ſint.Sed ſenum ætas in verbo virium complecti poteſt: nulli enim qui in ea ætate eſt conſtitutus,robur ineſt.Quibuſdam verò medicis,ne pueris quidem robur ineſſe viſum eſt, ſed malè rem intelligentibus, vt alibi à nobis eſt demonſtratum. Sanguinem itaque mittemus vbi magnum fore morbum ſuſpicabimur, aut præſentem iam intuebimur, aut incipientem, robur virium conſiderantes, pueris tantùm ex oratione exemptis.Dicemus etiam minùs perfectè dignotionis quæ ab ætate fit ab eo qui propoſita libri de Victus ratione ſcripſit,mentionem factam fuiſſe.Sufficiunt enim ad mittẽdum ſanguinem hi ſoli ſcopi. Neq; enim vbi copia crudorum humorum tanta eſt coaceruata, vt ſanguinis miſsionem prohibeat,ſermo redarguitur,quippe virium robur iſtis non adeſt. Eſtq; ipſa hæc nota quòd illi ſanguinis miſsionem perferre haud queant,quando vnà cum colore totius corporis qui tũ accidit,ſanguinẽ redũdare ſignificãte,pulſus fuerit in vehemẽtia & magnitudine inæqualis,per eius inæqualitatem ſuperantibus debilibus,& paruis.

COMMENTARIVS.

Reprehendit hoc loco Galenus quod in citata paulò antè ex libro de Vict. acut. morb.ſententia de ætate negligentius eſt dictũ. Neq; enim vigentis tantùm ætatis eius ſententiæ author meminiſſe debuit,ſed & eius quę hanc prędedit,hoc eſt adoleſcẽtię, & eius quæ ſequitur,id eſt,conſtantis ſeu mediæ ætatis,quippe poſſunt etiam hæ ferre, haud ſecus atq; iuuenes,ſanguinis miſsionem:vt hac ſcilicet ratione duę tãtùm ętates, puerorum nimirum & ſenum,diſtinctione ipſa exemptę eſſent, vt quibus detrahere ſanguinem haud liceret. Sed poteſt quidem ſenum ætas ſub virium verbo complecti, quòd nullus ſit in ea ætate conſtitutus,qui robuſtas vires habeat.Vtcunq; autem concedamus ſenes in virium verbo comprehendi poſſe,non poſſunt tamen pueri,q; ſcilicet viribus ſint validis præditi.Vt errare neceſſe ſit eos qui iiſdem nullum ineſſe robur affirmant.Nam vt lib.1.de Tuen.ſanitate,cap.5.Galenus teſtatur,in functionibus quas naturales appellamus,veluti auctione,concoctione,diſtributione, & nutritione infantes planè cætéris ætatibus longè præſtant.In explicatione quoq; eius ſententiæ quam ſuprà citauit,ſic ſcriptum reliquit:At certè pueri quanquàm vitali facultate valent, tamen neq; hi ſanguinis ſuſtinent miſsionem.Facilè enim eorundem ſubſtantia tum ob humiditatem,tum temperaméti caliditatem diſcutitur.Hæc ille. Vnde palàm fit & vitalem & naturalem facultates in pueris & infantibus eſſe admodũ validas.Porrò de ætatibus,& earundem numero diximus copioſè in enarratione Aphor.15.ſect. primæ.Ex iis igitur perſpicuum fit ſanguinem eſſe mittendum tum vbi morbum magnum fore ſuſpicio eſt,aut vbi iam adeſt eiuſmodi morbus,aut incipit,modò vires robuſtæ

Senectus ſub viriũ robore complectitur.

Pueri non ſunt viribꝰ imbecillis pręditi.

buſtæ ſint,pueris tantùm exemptis,quibus non obſtante quod vires robuſtas habent, propter cauſas expoſitas ſanguinem detrahere non licet. Quare author ſuprà citatæ ſententiæ(neq; enim Hippocratis eſt is liber,vt in præfatione eius diſerrè Galenus atteſtatur)haud perfectè dignotionis eius quæ ab ætate fit mentionem fecit: iuuenũ enim meminit,quos omiſiſſe cõſultius fuiſſet,& pueros ab oratione exemptos eſſe,aut adoleſcentium,& conſtantis quoq; ætatis mentionem factam eſſe. Tres itaq; tãtum ſcopi ad mittendum ſanguinem ſufficiunt,morbi nimirum magnitudo,viriũ robur,& ętas. Nunc obiectionem quandam diluit de crudis humoribus.Poſſet enim quiſpiam aduerſus hæc quæ dicta ſunt in eum modum inſtare:Crudorum humorũ copia ſanguinis quoq; miſsionem impedit,quare ad hos quoq; medicum reſpicere oportet,& nõ tantùm ad tres ſcopos comprehenſos. Reſpondet itaq; Galenus, ſermonem habitum non poſſe propter crudos humores coaceruatos in corpore redargui, quòd ſub viriũ ſcopo ſint comprehenſi. Nemo enim eorum qui crudos humores coaceruant,viribus robuſtis eſſe poteſt. Id quod manifeſtè pulſus illorum, vnà cũ colore totius corporis, qui crudum ſanguinem abundare monſtrat(eſt autem is,vt ex ſequenti capite patebit, plumbeꝰ,aut ex pallido cãdidus)ſignificat. Quippe is in vehemẽtia & magnitudine eſt inæqualis,atq; in ea inæqualitate pulſus debiles & parui ſuperãt. Quorum ſanè vterq; facultatis & roboris imbecillitatẽ denotat. Cęterùm hoc loco mirificè eſt deprauatus Aldinus codex Græcus:pro κωλύεσθαι enim malè legit κελδύεσθαι,& pro διηλοωῦε nõ rectè habet διηλοωῦτ⊖. Deniq; pro ἀνώμαλ⊖ ῆ, legendum erit ἀνώμαλ⊖ ῆ. Tum enim eum ſenſum adferent Galeni verba quem in noſtra conuerſione expreſsimus. Cui etiã antiqui interpretis tranſlatio ſuffragatur. Porrò non eſſe in humorũ crudorum copia mittendum ſanguinem,Galenus copioſè admodũ lib.4.de Tuen. ſanit.cap.4.oſtendit. huc itaque lectorem amandamus.

Quart⁹ de victu acutorum morborum liber non eſt Hippocratis.

Obiectio.

Reſponſio.

Crudis humoribus referti robuſtas vires haud obtinent.

Aldinus græcus codex emẽdatus.

Tribus itaq; ſcopis mittendi ſanguinis definitis,magnitudine nimirum morbi aut præſente,aut imminente,aut incipiente,vigẽte ætate,& robore virium,extra puerorum ætatem,ad alias prædictas mittendi ſanguinis notas,quas nõ pauci medicorum adiecerunt,accedamus,qui quantitatem quidem detractionis,non ipſam ſanguinis miſsionem ſimul indicarunt. Proinde è morbo,ætate,& viribus q̃ mittendus ſit ſanguis cognoſcitur:quantitas autem vacuationis,non ſolùm ex iſtis,ſed & aliis deprehenditur. Hæc verò ſunt plethorica vocata ſyndrome, ambientis nos aëris temperatura,in tempus & regionem diuiſa, & quæ in anteacta vita circa ciborum tum qualitatem tum quantitatem acciderunt, excretiones item ac motiones aut factas, aut non factas.

COMMENTARIVS.

Quum ex iis quæ præceſſerunt in hoc capite omnibus perſpicuum ſit tres eſſe in vniuerſum ſanguinis mittendi ſcopos,nempe magnitudinem morbi aut præſentem, aut imminentem,aut incipientem,vigorẽ ætatis,& robur virium,exemptis tamen pueris, quibus,etſi viribus ſunt robuſtis,ſanguinem,vt cõprehenſum eſt, detrahere non licet: nunc quòd notæ quæ plethoricam vocatam ſyndromen conſtituunt quãtitatem detractionis ſanguinis, non ipſam ſangninis miſsionem indicent, docet. Nam quum plethoram, adeoq; ſanguinis redundantiam ſignificent, quòd multum ſanguinis, modò per vires liceat,ſit detrahendum, ex illis colligitur, non autem quòd ſit mittendus ſanguis, quòd non rarò nulla in corpore exiſtente plenitudine ſanguis nihilominus mittatur, quemadmodum abundè anteà eſt monſtratum. Signa autem è quibus vacuationis quantitas cognoſcitur, & quę plethoricam conſtituunt ſyndromen,ſunt aëris nos ambientis temperatura, quæ & in tempus & regionem diuiditur. Nam hæc ipſa pro temporum & regionum varietate mutatur, quòd ſingula

Nota quę plethoricam vocatam ſyndromen conſtituunt, quantitatem detractionis ſanguinis indicant.

Signa quibus vacuationis quantitas cognoſcitur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 591 sur 637

©BIUM

tempora, ſingulæque regiones ſuas aëris conſtitutiones habeant. Itē qualitas & quantitas ciborum anteà ingeſtorum, excretiones retentæ, motusq; ſeu exercitia neglecta, vt initio huius capitis fuſius eſt à nobis oſtenſum. Quę ſanè omnia quantitatem vacuationis demonſtrant.

CAPVT X.

DE differentia quidem illorum paulò pòſt videbimus, de vtriuſq; autem plenitudinis notis in præſentiarum contemplabimur, num mittendus omnino ſanguis ſit quando hæ in homine ſolita adhuc obeunte negotia apparuerint, aut neceſſarium non ſit vbi nulla magni morbi fuerit ſuſpicio. Porrò quid hac de re ſentiam, vobis perſpectum eſt, vt qui ſæpe adfueritis mihi ſanguinis miſſionem ſuadenti aut podagricis, au arthriticis, aut comitiali morbo obnoxiis, aut melancholicis, aut iis qui ſanguinem anteà expuiſſent, aut in thorace ſtructuram ad id malum idoneam ſortiti eſſent, aut vertiginoſis, aut iis qui crebrò corripi ſolent angina, vel peripneumonia, vel pleuritide, vel hepatitide, vel vehementi ophthalmia, vel vt ſummatim dicā, magno quopiam morbo. Quippe in iis omnibus ſanguinis miſſionem neceſſarium eſſe præſidium arbitror, confeſtim adhibitam, poſt habitam virium & ætatis rationem. Hæc ſi aliquando non dicantur, ſubaudire tamen oportet. Verùm iis qui nihil tale anteà perpeſſi ſunt, omniumque corporis partium inculpatam habent conſtitutionem, geminam me viam vacuationis proponere noſtis. Per ſanguinis quidem miſſionem, ſi in victus ratione fuerint intemperantes: citra æanc, ſi temperantes. Licet enim & frictione multa, & balneis, & ambulationibus, aliisque motibus, adhæc vnctionibus diſcutientibus, celeriter plenitudinem vacuare, modò tibi haud videatur nonnunquam craſſi ſanguinis eſſe redundantia. Talis eſt maximè melancholicus, vtplurimū, ſanguis: rarò verò crudorum vocatorum humorum. Atqui in melancholica nominata redundantia ſanguinem mittere præſtat, aut omnino medicamento nigros humores purgante vti. Crudis aũt humoribus aundantibus, antequam ægrotare incœperint, cautè vacuabis. Vbi verò iam febricitant, vt anteà dixi, nequaquam: Cæterùm eorundem notam habebis tum plumbeũ colorem, aut ex pallido album, omniaque magis quàm rubrum, & pulſuũ inæqualitatem. Si verò admodum creuerit eiuſmodi plenitudo, etiam grauitas illis adeſt, & ad motus pigritia, mentisque tarditas, & ſenſuum hebetudo. Contrà verò quibus ex retentis hæmorrhoidibus coaceruatus ſanguis fuerit, iis audacter ſanguinem mittes, etiamſi anteà magnum morbum experti non ſunt. fieri enim poteſt vt apti ſint ad eiuſmodi aliquem, cæterùm propter hæmorrhoidum vacuationem nondum perpeſſi. Quòd ſi verò aliquæ illorum partes prauam ſortitæ ſunt ſtructuram, potiſſimùm quæ in thorace ſunt, omnino eis celeriter ſanguinem mittes.

COMMENTARIVS.

Hoc in capite Galenus quæſtionem mouet, num homini ſolita negotia adhuc obeunti ſit mittẽdus ſanguis ſi plenitudinis notæ apparuerint, aut nõ mittendus, niſi magni alicuius morbi futuri ſit ſuſpicio? Et reſpõdet quidẽ, iis quibus adſunt plenitudinis notæ, & ſuſpicio eſt futuri alicuius morbi magni etiamſi adhuc obeũt ſolita negotia, modò

modò vires,& ætatis ratio permittant,esse semper detrahendum sanguinem, vt nimirum hac ratione caueamus ne morbi qui è plenitudine nasci consueuerunt sequãtur. Sic se multos liberasse à podagra,articulorum doloribus, comitiali morbo, melãcholia,sanguinis sputo,per sanguinis missionem in tempore adhibitam ait.Idoneam autem structuram thoracis ad sanguinis spuitionem sortiuntur,quibus thorax angustus est. Quippe ij leuissima de causa ruptionis venarum quæ sunt in instrumentis respirationi seruientibus periculum incidunt. Et in omnibus qui prædictis morbis, & aliis etiam quos commemorat,angina nimirum,vertigine,pleuritide,peripneumonia,hepatide, & ophthalmia seu lippitudine crebrò corripiuntur, necessarium est vt sanguis confestim mittatur, viribus tamen & ætate anteà consideratis. Quòd si etiam non adiicitur manifestè,subaudiendum tamen perpetuò erit. Cærerùm si plenitudinis signa appareant, nulla tamen morbi futuri suspicio est, quòd scilicet nihil tale vnquam anteà perpessi sint, & omnium corporis partium inculpatam habeant constitutionem,tunc quidem vacuandum,atqui non semper,vt in priori hypothesi, per sanguinis missionem.Per sanguinis quidem missionem,vbi in victu fuerint intemperantes.Ita enim fit vt ex intemperantia magnam humorum plenitudinem coaceruent, quæ nullo alio præsidio commodius quàm per venæ sectionem vacuari potest.Quòd si verò in victu non ita intemperantes fuerint,leuiora remedia vsurpanda erũt,vt sunt frictio multa,balnea,ambulationes,aliiq; motus,& vnctiones discutientes. Hæc enim celeriter plenitudinem exhauriunt;quemadmodum Galenus lib.4. Ther.metho.cap. 6.in hunc scribens modum testatur:Nam,inquit, & alia ratione si quis etiamnum sanus,nec adhuc quicquam læsus in plethorico concursu sit positus,non statim huic mitti sanguinem est necesse:imò alij satisfacit inedia,alij cibi parcitas,alij soluta aluus, vel purgatio, vel frequentius balneum, alij sola exercitatio,vel multa frictio abundè fuit. Hæc ille.Prædictis itaq; præsidiis plenitudinem pulchrè exhauriemus,modò hæc ipsa ex crasso sanguine non sit orta.Quum autem sanguis bifariam crassus dicatur, nimirum aut propterea quòd melancholicus sit, aut quia crudus:siquidem melancholicus fuerit,quod vt plurimũ accidit,præstat mittere sanguinẽ.Quod etiã docet faciendum esse lib.3.de malè affect.locis.cap.6.ita scribens: Vbi vniuersum corpus sanguinẽ melancholicum continet,curationem à venæ sectione incipere oportet . Vbi verò cerebrum dũtaxat, infirmius, quòd ad hunc affectum attinet,sanguinis detractione nõ indiget.Hæc ille.Atque hinc est quòd hîc dicat , aut omnino medicamento nigros humores purgante indiget.Sin crudi humores abundauerint,autequam homo ægrotare cœperit,cautè vacuandum erit.Pro quo quidem loco plenius intelligendo,sciendum, crudum humorem,vt testis est lib.4.de Sanitate tuenda, cap.4. & libro primo de aliment.facul.cap.de tritico Galenus,frigidum & crassum esse, atque eum qui citra sanguinem consistit,ac odoris grauitate & lentore caret.Differtque à pituita, vt quæ frigida quidem est,non tamen crassa , vtpote multa humiditate referta . Crudis itaque humoribus abundantibus antequam ægrotare cœperint cautè ac solicitè vacuandum erit.Nam considerandũ tum erit num crudi humores copiosi sint & bonus sanguis exiguus,aut cõtrà humores crudi exigui,bonus verò sanguis copiosus. Deniq; an crudi humores sint duntaxat in venis primis, aut habitu totius corporis,quemadmodum disertè & copiosè Galenus lib.4.de Tuen. Sanit.cap.4.& sequentibus monstrat. Porrò vbi iam homines febricitare cœperint,nequaquam vacuandum erit , vt suprà, capite nimirum sexto,dictum est. Vt autem medico perspectum planè sit quando crudi humores in corpore abundent,eius rei signa certissima recensetur,calorem nimirum corporis plumbeum,aut ex pallido album: omnia enim potius alia quàm rubeum colorem in hoc corpore conspicies,& pulsuũ inęqualitatem,vt loco iam citato est commemoratum.Et si admodum plenitudo crudorum humorum creuerit,grauitas quoque prædictis notis accidit,ad motum pigritiã,mentis tarditas,& sensuum hebetudo.

Num si plenitudinis notæ apparuerunt hominí solita adhuc negotia obeunti,sit mittendus sanguis.

Idonea ad sanguinis spuitionẽ thoracis structura.

Sanguis bifariã crassus dicitur.

Crudus humor.

Redundantis in corpore humoris signa.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 593 sur 637

©BIUM

Hæc enim omia ſymptomata crũditatem magnam ſequi neceſſe eſt. Cæterũm ſi ex retentis hęmorrhoidibus ſanguis coaceruatus eſt, tunc iterum, idq; audacter, ſanguinẽ mittere oportet, etiamſi anteà magnum morbum non inciderunt. Nam fieri potuit vt ad eiuſmodi aliquem ſint apti, tamen propter hæmorrhoidum vacuationem hunc nondũ ſint perpeſsi. Quippe hæmorrhoidum profluxus à variis & multis morbis homines tuetur, quemadmodum teſtatur Hippocr. qui lib. 6. Epid. Par. 5. Apho. 9. in hũc modum ſcribit: Habentes, inquit, hæmorrhoidas neque laterum dolore, neq; pulmonis phlegmone, neque depaſcenti vlcere, neque furunculis, neque terminthis, pariter neque lepra, neque alphis corripiuntur. Hæc ille. Quòd ſi aliquæ illorum quibus hæmorrhoides retentæ ſunt partes prauam ſtructuram ſortitæ ſunt, potiſsimùm hæ quæ ſunt in thorace, omninò celeriter iis ſanguis mittendus erit, antequam ſcilicet ſanguis aceruatus in aliquam illorum partium irruat, illicque morbum pariat grauem & periculoſum. Vniuerſæ enim corporis partes, vt anteà eſt demonſtratum, ſua ſuperuacua ad partes imbecilliores deponunt.

Hęmorrhoidum profluuij cõmoda.

CAPVT XI.

IDem me ſentire noſtis etiam de mulieribus quibus menſtrua eſt ſuppreſſa purgatio. Neque enim in iis prorogare vacuationem oportet, quanquam venam incidere non eſt neceſſe. Nam malleolorum ſcarificationes ad vacuandum ſuperuacuum ſufficere poſſunt, quæ & aliud habent commodum, nempe quòd menſium motum concitant, quemadmodum etiam in malleolis & poplitibus ſecta vena. Quippe plenitudines à retentis menſtruis natas, ex cruribus omnino vacuabis, ſiue venam incidere, ſiue ſcarificare oporteat. Sanguinis enim ex gibbero miſsio, purgationes muliebres reuellere conſueuit. Cæterùm quæ inter mulieres candidiores ſunt, hæ ſanguinem magis tenuem coaceruare ſolent: quapropter malleolorum ſcarificationibus maximè iuuantur. At quæ nigriores ſunt, ſecta vena curato: craſsiorem enim & magis melancholicum ſanguinem congregant. Idque magis etiam ſi magnas habuerint venas. Hoc autem gracilioribus & nigrioribus accidit. Obeſis verò & cãdidis, exiguæ ſunt venæ. In iis quidem malleolos ſcarificare præſtat, quàm venam incidere. Nam venas in cruribus hæ exiguas habent, Proindè ſi etiam probè incidantur, mediocris tamen non profluit ſanguis.

COMMENTARIVS.

Quomodo in ſuppreſsis menſibus ſit vacuandum.

Quum ſuprà Galenus expoſuiſſet quid medico faciendum foret ſi ex retentis hæmorrhoidibus ſanguis eſt coaceruatus, nempe audacter ſanguinem eſſe mittendũm: nunc quomodo in ſuppreſsis menſibus ſit vacuandum docet. Non eſſe autem in mulieribus quibus menſtrua purgatio retenta eſt prorogandam vacuationem inquit, nó tamen neceſſe eſſe venam ſemper incidere. Quippe vacuatio ea quæ fit per malleolorum ſcarificationem interdum ſufficit ad id quod ſuperuacuum eſt educendum, neq; opus eſt ex vena mittere ſanguinem. Id verò accidit vbi ſuperuacua exigua fuerint.

Malleoli.

Cæterùm malleoli (Græci σφυρὰ vocant) ſunt extremæ & imæ ab vtroque latere tibiæ fibulæque proceſſuũ partes, gibbæ quidem & omninò exteriore parte carne vacantes, intrinſecus verò cauę. Hos multi interpretũ Galeni, veluti Coruarius, & alij quidã falſò talos nominãt, q Gręcis ppria voce ἀστράγαλοι dicũtur. Sic paſsim multis anatomes, quę ab oĩbus propemodũ contẽnitur, ignoratio imponit, variisq; erroribus inuoluit. Mirum verò eſt tantum, ſi Diis placet, leonem in tantilla re tam turpiter labi poſſe.

Galeni interpretum erratum.

Porrò

Porrò ſcarificatio malleolorum non tantùm quæ redundant educit, ſed & menſium motũ concitat. Adeoque non ſecus atque venæ quę in malleolis & poplitibus ſecantur menſtrua ciunt. Poples autem poſterior genuum pars eſt. Eius autem vena propter chirurgorum imperitiam hodie incidi deſiit. Quocirca generale hoc præceptũ ſit, omnes plenitudines à ſuppreſsis menſibus ortas à cruribus eſſe vacuandas, ſiue vena ſit incidẽda, ſiue malleoli ſcarificandi. Quippe ſanguis ex gibbero miſſus purgationes mẽſtruas ſurſum reuellit. Vt etiam lib. 2. ad Glauconem, cap. 7. & lib. 5. Ther. Meth. cap. 3. Galen. copioſius oſtendit. Eſt autem gibberus proceſſus poſterior, & inferior vlnę, quẽ Atheniẽſes ὠλένεκρανον, alii verò Græci, Hippocra. præſertim & Galenus ἀγκῶνα nominãt. Interpretes Galeni non ſine multa confuſione legentium, cubitum, conuertunt. Quum itaque menſes retinẽtur, vel crura ſunt ſcarificanda, vel ex iiſdem ſanguis mittendus. Mulieribus autem candidis crura ſunt ſcarificanda, propterea quòd ſanguinem tenuẽ coaceruare ſolent, qui facilè per ſcarificationes educi poteſt. Quocirca illis maximè iuuantur. Contrà nigrioribus, quia craſsiorem magisque melancholicum ſanguinem aceruant, qui per ſcarificationes educi haud poteſt, vena potius incidẽda, ea quæ in cruribus erit. Hoc autem eo magis faciendum erit, quo maiores venas habuerint. Habent autem maiores cæteris venas quæ ſunt graciliores & nigriores. Contrà quæ obeſæ & candidæ, exiguas. Hinc eſt quòd lib. 2. de Temper. cap. 5 Galenus ita ſcriptum reliquerit: Quibuſcunque, ait, latiores venę ſunt, hi calidiores natura ſunt. Quibus anguſtiores contrà magis frigidi. Caloris nanque opus eſt has dilatare, & extendere. Ita rationabiliter in idem ferè recidit venarum anguſtia cum habitu pingui, & craſsiore: habitus gracilis cum venarum amplitudine. Hæc ille. Obeſas autem hoc loco diximus quę Galenus εὐσάρκους. Quippe εὔσαρκος vox apud Galenũ & Hippocra. duo ſignificat, nempe obeſum, & interdum etiam mediocri corporis habitu præditum, quemadmodum multis exemplis idipſum monſtrauimus in noſtris in Hippocratis Aphoriſmos commentariis, in explicatione nimirum Aphoriſmi ſeptimi, ſectionis quartæ. Obeſis igitur præſtat malleolos ſcarificare, quàm venas incidere, quod ſcilicet has ipſas in cruribus valde exiguas habeant. Proinde ſi recte etiam à Medico incidãtur, tamen ſanguis ne quidem mediocriter, propter earundem anguſtiam, profluet.

Poples.

Plenitudines à ſuppreſsis menſibus ortæ à cruribus vacuandæ.

Gibberus.

Mulieribus candidis crura ſcarificanda.

Quæ mulieres maiores venas habeant.

Obeſæ quæ. εὔσαρκοι

Cæterùm haud oportet nos contemnere ſanguinis miſsionem, acſi eſſet auxilium minimè reuulſorium, quum me ſæpenumerò conſpexeritis in ſanguinis è naribus eruptione vehementi, eo remedio vſum eſſe, & repentè effluxum ſedaſſe. Conuenit autem, vti vidiſtis, non expectare donec ad extremum imbecillitatis vires perueniant, ſed vbi quod moderatum eſt iam vacuatum eſſe videtur, prorumpentisq; ſanguinis impetus validus permanet, ſecare in gibbero venam conuenit, dextra quidem nare ſanguinem profundente è dextra manu, altera autem, è ſiniſtra. Simul verò cùm hæc agis, artubus iniycito vincula ex faſciis, aut lanis: et hypochondrio quod è directo ſupponitur cucurbitam affigito. Hæc enim & nos quũ faceremus, vt noſtis, ſemper erumpentem ex naribus ſanguinem compeſcuimus, quum antea experiremur medicamenta quæ ſcribunt naribus eſſe inſerenda, & fronti illinenda omnia infirma eſse. Proinde ad ea quæ ſuprà de ſanguinis miſsione dicta ſunt, & hoc quoque rationem Menodoti conuincit, putantis plethoricam nominatam ſyndromen remedij nos admonere. Nam affectus qui nunc expoſitus eſt, plethoricæ ſyndromæ planè contrarius eſt. Vſurpamus autem in eo venæ ſectionem, non vt vacuatorium, ſed vt reuulſorium præſidium.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 595 sur 637

©BIUM

Venæ ſectionem eſſe reuulſorium remedium hoc in loco Galenus oſtendit, adeoq; hortatur nos ne ſanguinis miſsionem tanquam preſidium quod in contrarium reuellere non poſsit contemnamus. Reuulſorium autem eſſe remedium venæ ſectionem, ſanguinis è naribus eruptio manifeſtiſsimè conuincit, vt quam ſæpenumero repentè ſedauerit. Quod certè efficere nunquam potuiſſet, ſi non in contrarium ſanguinis impetum auertiſſet. Cæterùm hîc animaduertendum erit non quouis tempore iis quorũ è naribus ſanguis erumpit venam eſſe ſecandam, neq; enim tum quum iam ad extremum imbecillitatis vires illorum peruenerint, ſed tum potius, vbi id quod iam vacuatum eſt non multum, & moderatũ eſt, & vbi impetus prorumpẽtis ſanguinis adhuc validus eſt, in gibbero venam incidere oportet. Neque etiam quauis ex parte corporis ſanguis eſt detrahendus: verùm ſi ex dextra nare ſanguis effluit, è dextra manu: ſin ex ſiniſtra, ex altera ſanguis mittendus. Quæ ſingula clarius lib. 5. Ther. metho. cap 5. Galenus docuit, in eum ſcribens modum: Quum è naribus ſanguis erumpit, ſi æger adhuc reſolutus non eſt, vena etiam in gibbero incidenda eſt, qui profuſioni è directo reſpõdet. Vbi paululùm detraxeris, moxvnam horam intermittens, rurſus detrahes, pòſt iterum atque iterum pro laborantis viribus. Hæc ille. Porrò quum hoc agis, ſimul etiam artubus, hoc eſt, manibus & pedibus iniicito vincula, ex faſciis, aut lanis. Nam, vt loco iam citato Galenus ait, vincula valentius adducta, iis quæ ad contrarium reuellunt remediis adnumerantur. Porrò vbi nos conuertimus faſciis, Græcè enim eſt ταινίαις, hîc alius interpres ineptè admodum cannabe reddidit. Denique hypochondrio quod è directo ſupponitur cucurbitulas etiam affigere oportet. Quod clarius Galenus loco iã ſæpius citato iis verbis ſignificauit: Eãdem, inquit, ob cauſam quum è naribus ſanguis erumpit, eum retinent maximæ in hypochõdriis defixæ cucurbitæ. Infigendæ autem ſunt ſi ex dextra nare profluit ſanguis, ſuper iocinore: ſin ex ſiniſtra, ſuper liene: ſi ab vtraque nare, ſuper vtroque ſunt imponendæ viſcere. Hæc quidem præſidia Galenus ad ſanguinem erumpentem è naribus cõpeſcendum eſſe efficacia, experientia cognouit, quum interim ea quę naribus inſeruntur, & fronti illinuntur omnia infirma eſſent, nec ſanguinis erumpentis impetum cohibere poſſent. Et ex hoc etiam loco ratio Menodoti, putantis plethoricam ſyndromen nos ſanguinis miſsionis admonere, conuincitur. Nam affectus de quo iam diximus, nempe profluuium ſanguinis è naribus, plethoricæ ſyndromæ planè contrarius eſt. Quippe hæc ipſa ex retentis excremẽtis & ſuperuacuis generatur. In ſanguinis autem eruptione illa potius, & vtilia quoque, vbi inualuerit, vacuantur. Quapropter ſi nunquam niſi plethorica præſente, ſanguis mittendus eſſet, vt Menodotus cẽſuit, certè in hoc affectu venę ſectioni locus haud eſſet, quũ tamen plurimùm illi conferre & ratio & experientia teſtantur. Vt hinc labefactari Menodoti rationem omnibus ſit perſpicuum. Cæterùm in profluuio ſanguinis venæ ſectionem vſurpamus, atqui non vt vacuatorium (neque enim vacuationem hoc malũ indicat) ſed vt reuulſorium præſidium. Quocirca quum reuellere & in contrarium agere queat venæ ſectio, non eſt temerè, vt nonnulli factitarunt, contemnenda.

Venę ſectio reuulſorium remedium.

Quando in profluuio ſanguinis narium vena ſit ſecanda.

Artuum vincula reuellunt.

Gaudani erratũ.

Menodoti ratio vt conuincatur.

Venę ſectione in profluuio ſanguinis vt reuulſorio præſidio vtuntur.

CAPVT XII.

Quantitas cuiuſque præſidii arte coniectrice facit.

Nihil æque medicam artem in ſuis actionibus coniectricem efficit, atque cuiusque remedij quantitas. Quippe quum frequenter exquiſitè ſciamus tempus inſtare exhibẽdi aut cibi, aut potus, eiuſque aut calidi, aut frigidi: tamen quantum dandum ſit certò haud nouimus. Idem in purgantibus etiam medicamentis vſu venit. Nam quòd ægrotanti præbendum ſit medicamentum quod aut bilem flauam, aut atram, aut pituitam, aut ſeroſa

ſeroſa excrementa vacuet, exquiſitè nouimus, cæterùm quantum dari oporteat ignoramus.

COMMENTARIVS.

Docet hoc loco Galenus quid artem medicam, maximè coniectricem faciat, nempe cuiuſque remedii quantitas. Nam etſi compertum habemus tẽpus exhibendi cibi aut potus, eiuſque calidi aut frigidi, inſtare, tamen quantum dandum ſit, certò ſcire non poſsumus. Sic ſæpe accidit vt exquiſitè noſcamus dandũ eſſe medicamentum purgans aut bilem flauam, aut atram, aut pituitam, aut ſeroſos humores, tamen quantum eius da ri oporteat, neſcimus. Hinc eſt quòd lib. 3. Ther. metho. cap. 5. ita ſcriptum reliquerit Galenus. Nulla eſt, inquit, in arte medica nec res, nec medela quæ ſpecie dicibilis non ſit: ſed quod nec dici, nec ſcribi, nec omninò percipi poteſt, id quantitas in vnoquoque particulari eſt. Et lib. 1. ad Glauco. cap. 8. ait: Singulorum quantitas nec ſcribi, nec verbis vllo modo explicari poteſt. Proinde medicam coniectricem facit in primis cuiuſque remedii quantitas, deinde etiam actiones medentium & operę. Hę ſiquidem incertum euentum habent. Quapropter quum cuiuſque remedii quantitas exquiſitè ſciri non queat, neque etiam finis medicæ artis ſemper attingatur, ideò ipſa coniectrix appellatur. Minimè autem propter ipſius præcepta, quæ certè ſunt perpetua, firma & ſtabilia, vt copioſius Galenus in libro de optima ſecta, ad Thraſibulum, oſtendit.

Quãtitas nec dici, nec ſcribi poteſt.

Medicina cur ars coniectrix.

Verùm quod ita datum eſt correctionem ſubinde nullam admittit. Nam quod ſemel in ventrẽ ingeſtũ eſt medicamentum, quo minus totum deuoratum ſit fieri non poteſt: neque licet vbi plus iuſto iam purgatur homo partem eius quod oblatum eſt auferre. At in ſanguinis miſsione maximum id bonum eſt, vacuationem vbi voles poſſe ſiſtere, ac rurſus quo vtique placuerit tempore, iterum vt fluat permittere, quoad rectè tibi habere videatur. Quocirca præſtat, ſi nihil vrgeat, prima detractione parcius facta, iterum auferre, imò ſi volueris etiam tertio. In quibus igitur multa vacuatione eſt opus, vires autem ſunt imbecilliores, in iis vacuationem recondere conuenit, quemadmodum nimirum & me in iis qui crudorum humorum copia laborabant facere conſpexiſtis. Nam pauco ſanguine vacuato. protinus mulſam probè coctam cum extenuantium medicamentorum quopiam, aut hyſſopo, aut origano, & nonnunquam calamintha, aut pulegio exhibeo: aut cum mulſa oxymeli, aut oxyglycy. Deinceps rurſum ſanguinem aufero, interdum quidem eodem die, interdum verò poſtero, in quo rurſum ſimiliter prædictorum medicamentorum quodpiam exhibens, iterum ſanguinem detrahо, ac tertio die ſimiliter bis.

COMMENTARIVS.

Venæ ſectionem purgationi, aliisque præſidiis hoc loco Galenus præfert, quòd ſcilicet purgatoria medicamenta, aliaque remedia data nullam correctionem admittant. Quod enim ſemel eſt in ventrem ingeſtum medicamentum, quo minus totum ſit hauſtum fieri non poteſt. Neque vbi plus iuſto ab aſſumpto medicamento purgatur homo, partem eius quod datum eſt auferre licet, adeoque periculum quod ab eius copioſiore ſumptione imminet euitare haud poſſumus, quòd nimirum de eo auferre nihil nobis liceat. Sanguinis autem miſsio eo incommodo prorſus caret, licet enim hanc pro arbitrio noſtro ſiſtere, & rurſum vbi ita ægrotanti conducere nobis viſum fuerit, vt ſanguis effluat permittere. Atque hinc eſt quòd in libro etiam de ſanguinis miſsione aduerſus Eraſiſtratum inſcriptoin eum modum pronunciet: Medicus, inquit, ſolius

Venæ ſectio purgationi præfertur.

©BIUM

» vacutionis quæ per ſanguinis ſit miſsionẽm liberam habet ſiſtendi poteſtatem quan-
» docunque illi placuerit,aliorum autem nullius . Et eo in loco reliquorum quoque re-
mediorum,purgatoriorum præſertim,pericula commemorat . Vt certè inter omnia
alia præſidia ſanguinis miſsio minus periculorum, ſi modò rectè illa vtamur, habeat.
Deinceps quando vacuationem partiri expediat,hoc in cap.oſtendit: Tum ſcilicet vbi
Quando vacuationem partiri oporteat. multa vacuatione eſt opus,vires autem ægrotantis ſunt imbecilliores quàm vt confer-
tam ſanguinis detractionem ferre queant . Quare in iis vacuationem ταμιέυεσθαι,hoc
ταμιέυεσθαι. eſt,recondere,aut in futurum reponere oportet:neque enim ſatis huius verbi proprie-
tas Latinis verbis exprimi poteſt.Hoc eſt,non ſemel vniuerſum vacuare conuenit,ſed
aliquid recondendum ac relinquendum in corpore,quod in futurum & deinceps va-
cuetur.In iisigitur in quibus crudorum humorum copia eſt,quando quidem vires pa
rum robuſtas habeant,vt ſuprà capite ſexto eſt commemoratum, ſanguis vitioſus non
vna vice vniuerſus vacuandus erit, ſed primùm exiguo admodum detracto, deinceps
mulſum in qua hyſsopum origanum,calamintha,pulegium,&alia medicamenta qui-
bus extenuandi craſſos humores facultas ineſt,decocta ſunt,dare oportet . Aut cum
mulſa oxymeli exhibendum,quorum vtrunque in craſsis ac glutinoſis attenuandis mi
ram efficaciam obtinet,quemadmodum Galenus. lib.4.de Tuenda ſanitate, cap.4.&
ſequentibus aliquot,vbi ex profeſſo de crudis humoribus agit,copioſius docet.Neque
ὀξυγλυκὺ. alienum ab inſtituto hoc erit, ſi quis cum mulſa oxyglycy exhibeat . Eſt autẽ ὀξυγλυκὺ
Græcis vox compoſita,nihilque niſi acetum dulce aut muſtum ſignificans,perinde at-
que ὀξύμελι,acetum mulſum.Componitur autem oxyglycy ex muſto & aceto, adiecta
etiam interdum aqua potabili cocta,veluti eſt apud Conſtantinum lib.8.de Re ruſtica.
capite 35. Niſi quis oxyglycy eſſe mixtionem quandam ex aceto & vino paſſo, quod
Græcis γλυκὺ dicitur, contendat,quod tamen parum retulerit . Siue enim ex muſto &
aceto,ſiue ex paſſo & aceto mixturam intelligas oxyglycy, acetum dulce erit. Quippe
etiam paſſum vinum eſt dulce, quod ex paſsis ſolùm vuis, & diutius in vite aduſtis fit.
Cæterùm poſt extenuantium medicamentorum vſum iterum ſanguis auferendus erit,
interdum eodem,interdum poſtero die.In quo tamen ante ſanguinis detractionẽ rur-
ſus aliquid incidentium & extenuantium medicamentorum,de quibus plura Galenus
in libro de Extenuante victu tradit,præbendum.Quod etiam die tertio,in quo ſimili-
ter ſanguis detrahetur,faciendum erit.

*Porrò vbi feruentis ſanguinis copia acutiſsimam accendens febrem, inerit,con-
fertim vacuare expedit, eamque vſque ad animi deliquium educere tentandum,
virium inſpecto robore.Proinde noui quibuſdam ſex detractas eſſe cotylas confe-
ſtim, nempe ſecundo vel tertio, vel quarto die:nonnunquam primo quoque die,
quum febris noctis initio cœpiſſet,aut medio,ac quæ pridie comederant rectè fuiſ-
ſent concocta.Quibuſdam autem pridie inæqualitatem,aut ſudorem, aut capitis
dolorem, aut alterius cuiuſpiam partis ſe ſentire querentibus, ac propterea parcè
victitantibus,febricitare autem præcedente nocte incipientibus, primo die deſi-
nente ſanguinem me detraxiſſe memini.In quibus enim tibi feruentis ſanguinis co
pia apparet,quàm ocyſsimè ipſum vacuare conator,priuſquàm in principem ali-
quam partem cum impetu decumbat.Quocirca per noctem nonnunquam incide-
re venam contêris.Quippe ridiculum eſt quod quidam faciunt,à ſecunda diei ho-
ra ad quintam aut ſextam ſolummodo ſanguinem mittentes,alio autem nullo tem
pore:quos niſi clyſteribus:cibi oblatione,aliisque remediis quocunque tempore no-
ctis vti conſpexiſſem,grauiter vtique in eos inueherer . Quum verò omnia agunt*

non

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 598 sur 637

non præfinito horarum numero vno, & in omnibus morbis communi, ſed vt malum vtique iubet, in ſola miſsione ſanguinis prædictum modò tempus ſemper obſeruant, maximè tolerabile eſt illorum erratum. Sic itaque affectis ægrotis, vt diximus, ad animi vſque defectionem ſanguinem detrahere conuenit. Noui enim quoſdam illorum ex animi deliquio neceſſariò eſſe refrigeratos, ac toto corpore ſuccedentibus madoribus, aluo ſoluta, celeriter morbo liberatos.

COMMENTARIVS

In acutiſsimis febribus ſanguinem vſque ad animi defectionem eſſe mittendum hoc loco Galenus hortatur. Quod etiam facit ſectione prima Aphoriſmorum, commentario 23. vbi ita ſcriptum reliquit: Ea igitur quæ fit animi defectio vacuationis ratione, nunc ab Hippocrate dicta eſt, quòd ſit menſura vacuationis & in maximis inflammationibus, & in adurentibus febribus, & vehementiſsimis doloribus. Hęc ille. In præſentia itaque ait: Porrò vbi feruentis ſanguinis copia acutiſsimam febrem accendit, confertim, hoc eſt vniuerſim, non ſenſim & paulatim, vacuare, atque hanc ſanguinis copiam vſque ad animi defectionem educere conuenit. Et animaduertendum hoc loco Galenum loqui de ea vacuatione quæ animi defectionem affert & includit, ac minimè de ea quæ hanc ipſam excludit, quod nonnulli putant. Id quod alius Galeni locus qui eſt in lib. 9. Ther. meth. cap. 4. manifeſtiſsimè euincit. Ibidem enim ſic ſcribit: Aufero itaque ab homine eouſq; de induſtria ſanguinẽ, quoad animo linqueretur ὡς λειποθυμίαν ἐπιγενέσθαι, vt animi deliquiũ ſuccederet. Itẽ paulò pòſt inquit: Noui ex iis quoſdam neceſſariò ἐπὶ τῇ λειποθυμίᾳ, ex animi deliquio refrigeratos. Quæ itidem verba diſertè docent eos animi defectionem incidiſſe, ita vt minimè dicere liceat hanc fuiſſe excluſam. Verũm vbi éouſque vacuare voluerimus, virium robur diligenter inſpiciendum erit. Hinc loco paulò antè citato Galenus hanc ipſam vacuationem quæ ad animi deliquium fit, maximum planè, vbi valentes vires ſunt, continentis febris eſſe remedium ſcribit. Quocirca in virium imbecillitate huic vacuationi locus reliquus nõ eſt. Quod dixit, Galenus exemplo confirmat, ſe nouiſſe quoſdam, inquiens, quibus confeſtim ſex detractæ ſint cotylæ. Veteribus autẽ duplex fuit cotyla, quod alibi quoq; mõſtrauimus, attica & italica. Attica vncias menſurales nouem, ponderales autem ſeptem cum dimidia capiebat. Italica autem non fuit niſi libra menſuralis. hoc eſt vnciæ menſurales duodecim, quod in noſtris annotationibus in quartum Galeni de Sanitate tuenda librum conſcriptis exemplis aliquot oſtendimus. Siue igitur atticam, ſiue italicam intelligamus in præſentiarum cotylam, certè magna fuit eius quem Galenus detraxit ſanguinis copia. Quippe ſex cotylæ atticę faciunt libras quatuor & ſemiſſem. Italicæ verò, ſex libras menſurales. Ea autem copia, vt diximus, confeſtim fuit detracta, hoc eſt ſecundo, vel tertio, vel quarto die: nonnunquam etiam primo, quum ſcilicet febris initio noctis, aut media nocte cœpiſſet, ac quæ pridie comderant probè fuiſſent concocta: neque enim crudis adhuc cibis in ventriculo exiſtentibus, temerè ſanguis detrahi debet, ne ſcilicet crudi adhuc cibi ac parum rectè cocti rapiãtur in venas, ac ſubinde in totum corporis habitum. Nonnullis autem qui pridie inæqualitatem, aut ſudorem, aut capitis alteriũsve alicuius partis dolorem cauſabantur, ac propterea parcè comedebant, febricitare verò præcedente nocte cœperunt, primo etiam die detractus eſt ſanguis. Cuius quidem rei rationem Galenus hanc ſubiungit. Niſi enim feruentis ſanguinis copia ocyſimè vacuetur, metus eſt ne in partem aliquam principem cum impetu decumbat. Cæterum animaduertendum hoc loco erit inæqualitatem, cuius paulò ante meminit Galenus, nihil aliud eſſe quàm moleſtæ cuiuſpiã in nobis rei ſenſum, quo à noſtra ipſorum natura immutatos nos eſſe coniicere poſſumus. Quippe tunc quidpiam in corpore ſentimus à nobis prorſus alienum, quod tamen quale ſit, haud-

In acutiſsimis febribus ſanguis „ad animi vſque „ defectionem „ mittendus

Confertim.

Quando ad animi defectionem mittend' sãguis.

Cotyla dupler. Attica. Italica.

Crudis adhuc cibis in ventriculo exiſtentibus ſanguis haud detrahendus.

Inæqualitas quid.

©BIUM

quaquam ſatis exprimere poſſumus, vt copioſè admodum Galenus capite 7. libri ſecundi de Symptomatum cauſis oſtendit. Porrô quum propter cauſam ſuprà commemoratam citiſsimè ſanguis vacuandus ſit, ideò noctu etiam interdum vena incidenda erit. Nec certè hac in parte ridiculus quorundam error ne minus idipſum faciamus nos impediat, qui à ſecunda diei hora ad quintam aut ſextam vſque, ſequentibus verò nequaquam, tantùm abeſt vt nocte venã incidere velint, ſanguinẽ detrahũt. Nam ſi clyſteribus, ciborũ oblatione, aliisque remediis quocũquetempore, iiſdem quoque medicis conſentiẽtibus, vti liceat, quare nõ etiam ſanguinis miſsione? neque enim vlla diuerſitatis ratio apparet. Hi ſanè ſi reliqua omnia præſidia præfinito vno horarũ numero, & omnibus morbis communi, & nõ vt malum quodque iuber, adhibenda eſſe ſtatuerent, certè magnam mererentur reprehenſionem. Nunc quum in vno tantùm præſidio, nẽpe venæ ſectione, præfinitum tempus obſeruent, tolerabilior eorũdem eſt error. Porrò quòd veteribus duplices fuerint horæ æquales, & inæquales, copioſè admodum in annotationibus noſtris in librum quintũ Galeni de Tuen. ſanit. diximus. Hoc in loco de inæqualibus loquitur, quippe citra adiectionem verbi ἰσημερινῶν de horis verba facit. Cur autem iis qui feruentis ſanguinis copia laborant, ſanguis vſque ad animi defectionem ſit mittendus, iam exponit Galenus, eiusque rei tres affert cauſas, quarum prima quidem eſt, quòd poſt deliquium corporis habitus refrigeratur. Altera quòd totius corporis ſudores ſuccedant. Tertia quòd aluus ſua ſubinde ſponte ſoluatur, adeóque æger iis rationibus à morbo liberetur. Harum quidem cauſarum meminit etiam Galenus comment. 25. ſectionis primæ Aphoriſmorum, vbi in eum ſcribit modum: In » ardentiſsimis febribus, ſi vſque ad animi defectionem ſanguis mittatur, ſtatim totius » corporis habitus refrigeratur, & febris extinguitur, & plurimis etiam aluus citatur, & ſu» dores emanant, & quidam eorum ſanitati ſunt reſtituti, alii adiuti plurimùm, vehemẽ» tiam morbi abſciderunt. Et libro 9. Ther. meth. capite 4. Aufero, inquit, ab homine » eouſque de induſtria ſanguinem, quoad animo linqueretur: maximum planè vbi va» lentes vires ſunt, continentis febris remedium, id quod tum ratione, tum experientia » didici. Primùm nanque in contrarium ſtatum agitur corpus, celerrimè ex animi defe» ctu refrigeratum. Hoc verò nemo inuenire poteſt, neque quod ipſis ægris, neque quod » naturæ quæ animantes gubernat, iucundius, vtiliúsve ſit. Poſtmodum in eiuſmodi cor» poribus neceſſariò ſuperuenit alui deiectio, nonnunquam etiam bilis vomitio. Quas » res ſtatim à toto corpore madores ſudorésve excipiunt.

Noctc etiam interdum ſanguis mittendus.

Quare iis qui feruentis ſanguinis copia laborant ſanguis vſque ad animi defectionẽ mittendus.

Bonum itaque eſt pulſuum imminutioni attentum eſſe, tangentibus nobis eos ſanguine etiamnum fluente, quemadmodum in omnibus aliis quibus ſanguis mittitur facere ſum ſolitus, ne aliquando nobis nil tale opinantibus pro animi deliquio mors ſuccedat, quod tribus ſanè accidiſſe medicis noui. Vnus eorum mulieri febricitanti venam incidit. Aliorum vterque viro: ſed ad tantam duxere animi defectionem, vt refici amplius haud potuerint. Quocirca præſtat confertas has vacuationes vitare ac fugere, niſi magna quædam neceſsitas vt id faciamus iubeat. Quinetiam reuulſio ipſa, non leue exiſtens auxilium, per ſanguinis quoque miſsionem ſæpius facta, quanto maiorem in numerum particulares auxeris detractiones, tanto efficacior fit. Hæc itaque præſciſſe melius eſt.

COMMENTARIVS.

Præcepta duo admodum vtilia hoc in loco Galenus tradit. Quorum primũ in omni venæ ſectione, potiſsimum verò in ea quæ ad animi ſit deliquium obſeruari debet, vt ſcilicet pulſuum imminutioni diligenter attenti ſimus, ne aliquando nobis nihil tale ſuſpicantibus pro animi defectione mors ingruat. Quocirca in omni venæ ſectione potiſsi-

potiſsimũ verò quãdo ad defectionẽ vſq; animi extrahere ſanguinẽ annitimur, pulſ⁹ tãgere medicũ oportet, vt hic virtutis robur & imbecillitatẽ rectè deprehẽdere queat. Neq; enim vitalis roboris firmitudinẽ aut imbecillitatẽ recti⁹ q̃ ex pulſu, q̨ cordis motũ denũciat, ſcire licebit. Vt aũt huic præcepto attẽtiores ſimus triũ medicorũ errata nobis ob oculos ponit, vt horum temeritate moti, quod alterũ præcepũ eſt, caueamus cõfertas has vacuationes, niſi magna quędã neceſsitas nos eis vti coëgerit. Tum enim, vt ĩ cęteris oĩb⁹ neceſsitati parẽdũ erit. Meminit aũt duorũ poſteriorũ etiã lib. 9. Ther. cap. 4. iis quidẽ verbis: Duos nanq; in ipſis medicorũ manib⁹ perire vidi, qui poſtquã aĩo linquerẽtur, nũq̃ recuperati ſunt. Et q̨ nõ niſi vrgẽte neceſsitate ſanguis cõfertim ſit vacuãdus, hinc etiã colligi poteſt, q̨ remiſsio ipſa, & ad cõtraria loca tractio, nõ leue multis in morbis præſidiũ exiſtẽs, efficacior multo ſit, ſi particulares ſanguinis detractiones maiorẽ in numerũ auctæ fuerint. Ita enim natura toties irritata, per particulares has detractiões ſãguinis quę ad partẽ malè affectã cõfluunt, maiori cũ impetu in cõtrariũ locũ reponere ac detrudere aſſueſcit. Vt hoc noĩe neceſſe ſit auerſionẽ quę p ſãguinis miſsionẽ ſępi⁹ iteratã fit, multò eſſe præſtãtiorẽ, q̃ eã quæ cõfertim fieri ſolet.

Conferte vacuãtiones cauendæ, niſi magna neceſſitas vrgeat.

Sanguinis miſsio ſæpius iterata efficacius reuellit.

CAPVT XIII.

RVrſum verò ab initio ad ꝓpoſitã nobis ſpeculationẽ reuertentes, exponam⁹ q̃ ſummè eſſe neceſſaria iis q̨ ſemp̨ ſanguinis miſsione citra noxã vti volẽt cõpertũ habem⁹. Primũ quidẽ oĩm ſcire oportet dũ prædicti hui⁹ præſidij ſcopis augẽtur, maiorẽ indicari vacuationẽ. Imminutis verò, tãtũ de quãtitate vacuationis detrahẽdũ, quãtũ illi imminuti fuerit. Morbi igitur magnitudo vnà cũ robore virtutis primi mittẽdi ſãguinis ſcopi fuerũt, ille quidẽ q̃ facere oportet ĩdicãs, hic verò tanq̃ illũ haud impediẽs, quod ſimul indicare nõnulli recẽtiorũ medicorũ vocãt. Interdũ enim affect⁹ ipſe ſãguinẽ mittẽdũ eſſe iubet, viriũ verò imbecillitas ꝓhibet. Ambob⁹ aũt iiſce ſcopis præſẽtib⁹, cõſtat quidẽ, vt dictũ eſt antea, nullã plenitudi nẽ crudorũ humorũ tãtã talẽq; eſſe, vt hoc remediũ impedire queat. Deinceps aũt cõſiderãdũ erit quale ſit hoĩs naturale tẽperamẽtũ. Nã amplas habẽtes venas, mediocriterq; graciles, & minimè cãdidos, neq; tenera carne prædituos, liberali⁹ vacuabis: eos aũt q̨ cõtra ſe habẽt, parcius. Quippe ſanguinẽ exiguũ habent, carnẽq; facilè trãſpirabilem. Hac igitur de cauſa neq; pueris ſãguinẽ mittes vſq; ad 14. ætatis ſuæ annũ. Poſt hũc verò, ſi ſãguis mult⁹ coaceruat⁹ appareat, tẽpusq; anni vernũ fuerit, & regio naturâ tẽperata, pueriq; natura ſãguinea, ſanguinẽ eo magis auferes, ſi vel peripneumoniæ, vel anginæ, vel pleuritidis, aut alterius acuti ac vehemẽtis morbi periculũ immineat. Primũ aũt, vt plurimũ, cotylã auferes. Quòd ſi poſtea tibi vires expẽdẽti validæ ꝓmanere videãtur, dimidiũ eius iterata detractiõe, adiicies. Didiciſti verò vehemẽti pulſui cũ æqualitate, tanq̃ certo & minimè fallaci robuſtæ virtutis ſigno fidendũ eſſe, ex abũdãti aũt etiã magno. Proinde & ſeptuagenariis, prædictis pulſib⁹ præſentib⁹, quãdo iubet affect⁹, ſanguinẽ mittes. Sũt enim nõnulli etiã in hac ætate multi ſãguinis, vnà cũ validis viríb⁹, ſicuti alij ſicci, & pauci ſãguinis, faciléq; quacũq; corporis parte percuſsi nigreſcentes. Itaq; nõ numero ſolũ, quod quidã faciũt, animũ aduertes, ſed & corporis habitui. Nã ſũt qui ſexageſimo ætatis ſuæ anno ſãguinis miſsionẽ nõ ferũt, quũ ſeptuagenarij ferãt. Atqui minus iis vtiq; auferes, etiamſi eundem affectum quem florẽs corpus habere videantur. COMMENTARIVS.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 601 sur 637

©BIUM

Quæ cognitu necessaria sint iis qui innoxiè semper sanguinis missione vti volunt.

Reuertitur hoc loco Galenus ad institutum, exponitque breuiter admodum quæ cognitu necessaria sint iis qui semper innoxiè sanguinis missione vti volunt. Principiò autem considerãdos esse monet duos sanguinis mittendi præcipuos modos, an scilicet illi ipsi aucti, aut imminuti sint. Si aucti enim fuerint, maiorem indicãt vacuationem. Sin contrà imminuti, tantum de quantitatis vacuatione detrahendum, hoc est tanto minus vacuandum erit, quanto prædicti scopi minores euaserint. Sunt verò primi mittẽdi sanguinis scopi, vt dictum est capite nono, morbi magnitudo, & virium robur. Cæterùm morbi magnitudo quid faciendum sit indicat, nempe sanguinem esse mittendum, vt loco iam citato copiosè admodum est demonstratum. Virium autem robur scopum primum non impedit, sed illum potius iuuat. Viribus enim robustis, largius etiam vacuamus. Non prohibere autem nonnulli iuniorum medicorum ἀντιενδείκνυσθαι hoc est, simul indicare vocant. Quippe ἀντὶ Græcis interdum pro simul vsurpatur. Sic libro primo de Tuenda sanitate, capite vltimo ἀντιδιαίρεται idem quod simul diuisa sunt significat. Porrò accidit interdum vt affectus ipse sanguinem esse mittendum iubeat, virium verò imbecillitas, vtpote quæ sanguinis detractionem nõ fert, prohibeat. Si itaque vires robustæ fuerint, simul cum affectu sanguinem esse mittendum indicabunt. Ambobus itaque scopis præsentibus, hoc est morbo existente magno, & virtute valida, audacter sanguis mittendus erit. Siquidem manifestum est tum nullam esse crudorum humorum tantam talemq; plenitudinem, quæ sanguinis missionem impedire queat. Si enim crudorum humorum copia subesset, virtutem esse robustam haud accideret. Nam, vt capite sexto est comprehensum, robur virtutis à copiosa cruditate exoluitur. Deinceps ei qui citra noxam venæ sectione vti vult considerandum erit quale sit hominis cui detrahendus sanguis erit naturale temperamentum, atque adeò ætas ipsa, quæ hoc ipsum immutat. Naturale autem temperamentum est, quod ex quatuor elementorum commixtione, quam naturam Hippocrates & Galenus vocant, nanciscimur. Hoc quidem ideò cognoscendum erit, quòd ex eo num omnino sit mittendus necne, & an copiosè etiam aut parcè mittendus sit cognoscitur. Amplas nanque venas habentes, eo quòd Galenus libro secundo de Tempe. capite quinto attestante, calidiores natura sunt, caloris enim opus est dilatare & extendere, & sanguine multo abundant, largius vacuandi sunt. Mediocriter etiam graciles, quippe vt loco paulò antè citato Galenus testatur, habitus gracilis cum venarum laxitate incidit. Quibus autem latæ sunt venæ, his copia sanguinis, vt ibidem ait Galenus & citra noxam venæ sectionem tolerant. Non autem temerè adiectum est, mediocriter graciles: si enim vehementer graciles fuerint, copiosè vacuandi non sunt. Habent nanq; & illi sanguinem exiguum. Nulla enim alia de causa sic vehementer graciles euaserũt, quàm quòd copia sanguinis, adeoque alimento destituti sunt. Quapropter qui hac ratione sunt graciles, ij non laxas, sed potius angustas venas habent. Sic eos quoque qui non sunt candidi, sed florido potius colore, neq; carne tenera præditi, largius vacuare oportet, nulla alia de causa, quàm quòd sanguine abundẽt. Contrà candidos, & tenera carne præditos, eò quòd exiguum habeant sanguinem, parcius vacuare conuenit. Hac igitur de causa, quia videlicet carnem teneram, ac facilè perspirabilem obtinent, pueris vsque ad decimumquartum annũ sanguis mitendus non est. Hinc est quod libro nono „ Ther. meth. capite vltimo sic scriptum reliquerit Galenus: Puerorum, inquit, substãtia „ omnium facillimè discutitur ac dissipatur, propterea quòd omnium est humidissima. † aliàs Nulla verò frigidior. Nullius verò quę frigidissima existit. Quo minus vacuantis præsidij eget, quum habeat ex seipsa vnde naturaliter vacuetur. Post annum verò decimumquartum, si peripneumonię, pleuritidis, anginæ, aut alterius acuti morbi periculum instat, præsertim si sanguis copiosus in iis coaceruatus sit, tempus anni vernum, atque adeò temperatum fuerit, regio itidẽ temperata, & pueri natura sanguinea, sanguis iis audacter mittendus erit. Nam morbi vehementia, & ægroti natura sanguinea, sanguinis missionẽ requirũt, tempus

Primi mittendi sanguinis scopi.

ἀντιενδείκνυσθαι.

Robur virtutis à copiosa cruditate exoluitur.

Pueris vsque ad decimumquartũ annum sanguis non mittendus.

tempus anni,& regio temperata, ad ſanguinis detractionem ſine noxa ſuſtinendam aptiſsima ſunt. Principiò autem,vt ſummùm,extrahenda erit cotyla vna,hoc eſt menſurales vnciæ nouem,aut ponderales ſeptem cum dimidia,ſi Atticam intelligas cotylam. Aut vnciæ duodecim,ſi Italicam accipias. Quòd ſi poſt eam ſanguinis detractionem vires adhuc validæ fuerint,dimidium eius, hoc eſt,menſurales vncias quatuor, & drachmas quatuor,aut vncias tres ponderales cum dimidia,adiicies,detractione ſcilicet iterata. Vt autem medicus ſciat quando vires adhuc validæ ſint, ſigna eius rei è pulſu ſumenda eſſe hortatur. Vehemens enim pulſus cum æqualitate,& ex abundanti magnus,minimè fallax robuſtarum virium ſignum eſt,quemadmodum ſuprà capite nono,& in libro de Cauſis pulſuum copioſè & luculenter oſtendit Galenus. Quòd ſi ita in ſeptuagenariis iam dicta pulſuum ſigna appareant, modò idipſum iubeat affectus, iis ſanguinem mittere nihil metues. Porro vt nonnulli in ea ætate conſtituti multi ſanguinis, & viribus robuſti: ita alij contrà ſicci ſunt, & pauci ſanguinis, & in partibus corporis percuſsi facilè nigreſcentes. Sic enim legendum,quum in græco ſit μελαινόμενοι, non areſcentes, vt alius interpres conuertit,qui legit μαραινόμενοι. Quam quidem lectionem etiam antiquus confirmat interpres, qui hoc loco conuertit facilè nigreſcentes. His ſanè cùm exigui ſint ſanguinis,& frigidi,ſanguis non erit mittendus. Nigredo enim quæ in percuſsis partibus apparet certum paucitatis caloris natiui, adeoque ſanguinis,qui illius quaſi materia eſt,vt ſuprà capite quinto oſtendimus, ſignum exiſtit. Nigredinem verò facultatis vitalis extinctionem indicare Galenus etiã libro ſecundo Prognoſticorum commentario octauo teſtis eſt. Quapropter non numero ſolùm annorum, vt nonnulli medicorum faciunt, ſed etiam corporis habitui attentum eſſe oportet. Quippe ſunt qui ſexageſimo ætatis ſuę anno ſanguinis miſsionem ferre non poſſunt,quum tamen ſint ſubinde ſeptuagenarij qui illam citra noxã ferant,quòd ſcilicet habitus corporis eorum ſit eiuſmodi qui ad detractionem ſanguinis eſt idoneus. Vtcunque verò ſenioribus propter corporis habitum interdum ſanguinem mittere liceat,tamen ſemper illis,etſi eodem affectu laborent,minus quàm ætate florentibus eſt auferendum ſanguinis:quòd ſcilicet virtus eorundem ſit imbecillior,minusque ſanguinis habeant quàm florentes ætate.

Cotyla vna.

Signa validę virtutis è pulſu cognoſcenda.

Nigredo in percuſsis & afflictis partibus quid ſignificet.

Nõ numero tantùm annorũ, ſed & habitui corporis attentũ eſſe oportet.

Senioribus minꝰ quam florẽtibus ætate ſanguinis extrahendum.

CAPVT XIIII.

OPtimum quidem erit priuſquàm incidatur vena hæc omnia expendere,maximè de retentis hæmorrhoidibus, & purgatione muliebri. Quando igitur inciſa vena ſanguis effluit,mutationi eius,præſertim vbi iam phlegmone adeſt,& labaſcenti effluxionis roborı,potiſsimũ verò mutationi pulſuum,tanquam indicio nequaquam mendaci animum attendere oportet, confeſtimque quieſcere pulſu vel in magnitudine, vel in quauis inæqualitate mutato. Nam de mutatione in imbecillitatem quid attinet dicere? Quippe didiciſti in huiuſmodi qualitate certum validarum & infirmarum virium fieri diſcrimen. In quibus autem prope ſectam venam ingens quædam phlegmone eſt, optimum fuerit ſanguinis & in colore, & in conſiſtentia mutationem expectare, quemadmodum etiam Hippocrates in libro de Victu acutorum de pleuritide verba faciens ſignificauit. Alius enim qui iuxta phlegmonen hæret ſanguis eſt ab eo qui ſecundum naturam ſe habet, vtpote plus calefactus. Si enim anteà crudior erat, rubicundior & flauior fit. Sin eiuſmodi prius erat, aduſtus in nigrum conuertitur. Quocirca Hippocrates de pleuriticis ita ſcriptum reliquit: Incidenda verò in gibbero interna vena, nec cunctę-

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 603 sur 637

©BIUM

ris copiosè auferre, donec rubicundior flauiorque multo effluat, vel pro puro & rubicundo liuidus, vtrunque enim accidit. Nam signum statuit aliquid sanguinis eius qui est prope phlegmonen in sectam venam assumptum esse, in hoc quòd mutatio in eo appareat Non tamen omni ex parte hanc expectare oportet, verùm accidit interdum vt antequam hæc fiat cessandum sit, duabus de causis, quòd videlicet imbecilla sit virtus, aut phlegmone maligna. Nonnunquam enim nihil concedit, sed vehementer impactus est sanguis. Si itaque virtus vacuatione nondum exolui videatur, pulsum iam ipsorum attingens, vbi is cui sanguis mittitur ætate viget, mutationem expectare conuenit. Idque magis si ambiens temperatus fuerit.

COMMENTARIVS.

Tria signa quib' quo tempore sanguinis effluxus sit cohibẽdus cognoscimus.

Expeditis iis quæ in mittendo sanguine diligenter sunt medico expendenda: nunc quibus signis intentum esse oportear medicum, vt quando in detractione sanguinis sit interquiescendum, cognoscat, luculenter admodum docet. Sunt autem tria potissimum signa quibus cognoscimus quo tempore sanguinis effluxus sit cohibendus, mutatio nimirum sanguinis, labescens effluxionis robur, & pulsuum mutatio. Quod ad primum quidem signum attinet, in quibus prope venam quæ secta est ingens fuerit phlegmone, sanguinis & in colore, & in consistentia mutationem expectare oportet, quemadmodum etiam Hippocrates lib. 2. Vict. acut. morb. Aphor. 10. vbi de pleuritide verba facit, nobis significauit. Disertè enim ibidem asserit incisa in gibbero interna vena non esse desistendum à sanguinis detractione, donec rubicundior flauiorque multo quàm fuerat initio effluxionis, aut pro puro & rubicundo lucidus effluat. Quippe sanguis qui iuxta phlegmonen hæret, alius est ab eo qui in reliquis corporis partibus secundum naturam se habet, vtpote à vehemẽti ac præter naturam qui in phlegmone est calore plus calefactus. Quapropter, si anteà sanguis qui in totum spargitur corpus, pituitosior ac crudior erat: rubicundior sanè & magis flauus euadet qui in eo quod phlegmone obsidetur latere continetur. Quòd si verò sanguis in corpus totum diffusus rubidus fuerit, is proculdubiò qui ad phlegmonen est, adustus, assatusq; in nigrum permutabitur. Liuidus autem in ea quæ fit à rubido ad nigrum transmutatione, medium obtinet. Coloris igitur mutatio, sanguinis ex particula phlegmone obsessa translationem sufficienter demonstrat. Quanquam verò coloris mutatio modũ & mensuram vacuationis indicat, non tamen oportet hanc semper expectare, sed interdum antequam hæc apparet à sanguinis detractione erit desistendum, idque dupliciter de causa. Primùm quòd virtus sit imbecilla, nec tantam vacuationem quam coloris sanguinis mutatio sequitur ferre queat. Secũdò, quia phlegmone maligna est, nec quicquam de se sanguinis concedit, vtpote qui illi vehementer sit impactus. Tũ igitur potissimum sanguinis in colore mutatio expectanda erit, quando virtus est valida, quod pulsu, qui tangendus medico erit, vt paulò pòst latius dicemus, deprehenditur, ęgerq; ætate viget, & aër sit temperatus. Hæc enim singula ad sanguinis commodam missionem non parum conferre partim anteà demonstrauimus, partim in sequentibus docebimus. Alterum quod nobis monstrat quando sanguis secta vena sit cohibendus, est labascens effluxionis robur. Si enim sanguis minori impetu quàm antea effluat, signũ est satis iam eius esse detractum. Tertium signum, atque inter alia minùs mendax, pulsuum est immutatio. Quapropter pulsuum mutationi diligenter animus attendendus est, & confestim quiescendum à sanguinis detractione, vbi vel in magnitudine, vel in quauis alia inæqualitate pulsus mutatus fuerit. Est enim in hac qualitate, hoc est specie pulsus, vehementis nimirum & languidi, certa validarum & infirmarum virium discretio. Quippe hoc genus pulsuum à virium robore sumitur, vt copiosè admodum

Non semper sanguinis mutatio expectanda.

Quando sanguinis mutatio expectanda.

Labascens effluxionis robur.

Pulsuum immutatio.

Qualitas idem quod species significat.

Galenus

Galenus in lib. de differen. pulſuum demonſtrauit. Quapropter immutatio pulſus in imbecillitatem certiſsimum eſt indicium ſanguinis effluxum eſſe cohibendum.

Duo enim hæc ſunt propter quæ maximè coniecturalis in hoc præſidio vacuationis quantitas efficitur, nempe quòd qualis ſit laborantis natura nobis exquiſitè cognoſcere non liceat, & ambientis temperamentum quale ſit à miſsione ſanguinis futurum. Quando enim febrilis calor multum ſanguinis diſcutit, æger verò tenui vtitur victu, neceſſariò illum alimentum ex ſanguine breui deficit, interimq; virtus exoluitur. Abſumitur aũt ob ægrotantis temperamentum, ſiquidem calidum & humidum exiſtat, quale etiam eſt puerorum. Propter verò ambientem, ſi regio calida, & hora æſtiua fuerit. Quocirca minus detrahimus quàm plenitudo imperat, per ætates quidem, in pueris: per corporis habitus, in iis quibus mollis teneraque eſt caro, & candidis, quales ſunt Galli. Per tempus autem, ſub Cane. Similiter verò per regiones & temporum conſtitutiones. Alia autem ratione, vt anteà eſt cõprehenſum, in contrariis, hoc eſt, in frigidis temporibus & regionibus, largã ſanguinis vacuationẽ vitamus, propter ſequentem nimirum refrigerationẽ. Quapropter vnum in vno quoque dictorum ſcripto definire vacuationis modum haud licet. Noui enim quibuſdam ſex libras ſanguinis detractas abundè fuiſſe, vt febris confeſtim extingueretur, nec vlla virium ſequeretur afflictio. Nonnullis verò ſeſquilibram, haud citra leue ſaltem aliquod virium detrimentum. Quibus ſi quis duas vacuaſſet, ſummè vtique læſiſſet. Proinde noui etiam quibus vnam vtiliter detraxi libram, & hac nonnunquam etiam minus, idque à venis gibberi, poplitis, & tali. Nam ex venis quæ ad magnos ſunt oculorum angulos, aut ſub lingua, nihil effatu digum effluere ſolet: ſicuti nec ſi quis in pedibus, aut ſumma manu incidat venam, quemadmodum qui lienem curari arbitrantur à venæ quæ ad ſecundum paruorum digitorũ eſt ſectione, de qua fuſius deinceps dicetur.

COMMENTARIVS.

Duo eſſe hoc loco docet Galenus propter quæ quantitas vacuationis per venæ ſectionem maximè coniecturalis efficiatur, laborantis nimirum naturam, & ambientis temperamentum. Qualis enim ſit ægrotantis natura nemo exquiſitè ſcire poteſt. Per naturam autem hîc intelligere oportet non ſolũm hominis temperaturam quę ex cõmixtione quatuor Elementorum conflatur, ſed etiam proprietates quæ illam ſequuntur. Quapropter quum naturam ægrotantis medicus exquiſitè cognoſcere non poſſit, coniecturis certè illi vtendum erit talibus, quæ illum quoad fieri poteſt ad eius cognitionem proximè ducant. Pari modo fieri non poteſt vt quale futurum ſit aëris nos ambientis temperamentum à ſecta vena exquiſitè ſciamus. In horas enim ſingulas interdum aërem mutari accidit. Plurimùm igitur ſitum eſt in eo, vt qualis ſit ægrotantis natura, & qualis etiam à vena ſecta futurus ſit aër cognitum habeamus. Nam ſi æger febre vehementi laboret, fieri non poteſt quin calor febrilis multum ſanguinis diſcutiat. Quum verò vt tenui quoq; in febre vtatur victus ratione neceſſariũ ſit, quæ vires, vt teſtis eſt ſect. 1. Aph. com. 4. Galenus, comminuit, vt breui illum alimentum ex ſanguine deficiat, virtusq; interim exoluatur neceſſe eſt. Quę vt citius diſsipetur & abſumatur ægrotantis quoq; & ambientis temperamentum efficit. Si enim temperamentum ægrotantis ſit calidum & humidũ, quale eſt puerorũ, vt citò diſcutiatur aptiſsimũ

Duo ſunt propter quæ quãtitas vacuationis per venę ſectionem cõiecturalis efficitur.

Natura.

Quæ diſſolutionis viriũ cauſæ.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 605 sur 637

©BIUM

Temperamẽtum ægrotantis calidum & humidũ. Ambiens calid⁹.

erit. Puerorum nanque ſubſtantiam omnium facillimè diſcuti & diſsipari, propterea q̃ eſt humidiſsima & calida, Galenus libr. 9. Ther. method. capite vltimo, & ſuprà cap. 13. copioſius mõſtrauit. Pari modo ſi ambiens fuerit calidus, vt accidit in regione calida, & æſtate, citius etiam vires exoluuntur. Quapropter non rarò fit vt minus nobis ſanguinis ſit detrahendum quàm plenitudo ſuadeat ac iubeat: idq́ue vel propter ætatẽ, vt in pueris, vel propter habitum corporis, vt in iis quibus eſt caro mollis teneráque, & candidis, quales Galli ſunt, vt ſuprà quoque, capite nimirum ſexto huius libri dictum eſt. Gallos autem hîc intelligere oportet eos qui Galeno aliiſq́; Græcis κέλτοι dicuntur. Qua quidem voce veteres Græci & Gallos & Germanos ſignificabant quemadmodum noſtris annotationibus in lib. 1. de Tuend. ſanit. Galeni fuſius docuimus.

κέλτοι.

Tempus anni & regio. 4. Aphoriſ. 5.

Præterea minus detrahimus propter tempus anni, vt ſub Cane. Atque hinc eſt quòd Hippocrates etiam dixerit: Sub Cane, & ante Canem purgantium medicamentorum vſus moleſtus eſt. Minus quoque detrahimus ſanguinis propter regiones, & temporũ anni cõſtitutiones, vtpote quæ vires corporis etiam diſſoluunt. Cæterùm alia ratione largam ſanguinis vacuationem vitamus in contrariis, hoc eſt frigidis temporibus & regionibus, nempe propter eam quæ ſequitur refrigerationem, vt capite ſexto dictum eſt. Quare quum non liceat in vnoquoq; prædictorum ſcripto definire vnum, adeoq́; certum vacuationis modum, perſpicuum omnibus fit, vacuationis quantitatẽ in ſanguine mittendo eſſe coniecturis quibuſdam colligendam. Fuerunt enim quibus ſex libræ ſanguinis detractæ nihil viribus incommodarunt, ſed confeſtim potius febrẽ extinxerint. Atque ex eo Galeni loco palàm eſt, veteres in ſuis venæ ſectionibus multò plus quàm hodie ſolemus ſanguinis detraxiſſe, vt illas adeò parcas & exiguas, quibus vulgò hodie Medici vtũtur, ſanguinis detractiones, vix ſcarificationis nomine dignati fuiſſent, quemadmodum plenius ſect. 5. Apho. Hippocratis comm. 31. monſtrauimus. Sunt autem alij quibus vix vnam cum dimidia libram, citra ſaltem leue virium detrimentum, detrahere poſsis. Quibus ſi duas auferres, ſummè quidem lęderes. Sunt denique quibus vna tantùm libra vtiliter vacuatur, & interdum minus, idq́ue ab iis venis quæ in gibbero ſunt, poplite, & talo. Ex nõnullis venis, vtpote iis quæ ad magnos oculorum angulos, aut ſub lingua ſunt, nihil effatu dignum, vt quæ exiguæ ſunt, effluere poteſt. Sicut certè accidit vbi quis in pedibus aut in ſumma manu incidat venam, vt faciunt qui in lienis affectibus venam quæ ad ſecundum paruorum digitorum, ſeu annularem eſt aperiunt, de qua fuſius cap. 16. dicemus. Animaduertendũ autem hunc locum prorſus explanari ab iis quę Galenus lib. 3. de Anatomic. adminiſtr. ſcribit, dum inter cætera ita inquit: Reliqua pars venę quę paruum auricularémve digitum adit, dũ obliquũ cubiti appendicẽ perreptat, exilem quandã ad poſterioré medij digiti ſedem tranſmittit. Poſt hęc bifariã ſciſſa, altera quidẽ parte mediã inter magnũ & annularem digitum regionem ingreditur: Quam ſanè venam nonnulli in ſiniſtra manu ſecantes, ſinentesq́; ex ea fluere ſanguinẽ quouſq; ſua ſponte ſiſtatur, lienem ex tali vacuatione iuuari aſſerũt. Altera autem parte venę humiliore, rurſus in eam regionem quę eſt inter anularem & paruum digitum media fertur. Hæc ille. Vnde certè omnibus palàm fit, olim in lienis affectibus non eam quę inter auricularem & anularem eſt venam, vt hodie paſsim fieri cernimus, ſed eam potius quę inter anularem & medium digitum eſt fuiſſe ſectam.

Sex libręſanguinis quibuſdam detractæ.

Veteres plus ſanguinis quàm hodie fit detraxiſſe.

Olim in lienis affectib⁹ vena quæ inter anularem & medium digitũ eſt ſecabatur.

CAPVT XV.

SI igitur quæcunque à Medicis de hoc cõſilio dicta ſunt ſcribere vellem, libro mihi opus eſſet magno, & per ſe perfecto. Quemadmodũ verò in aliis quæ hucuſq; definita ſunt meã vobis ſententiã expoſui, qui eã in artis operibus probari cõſpexiſtis: ita nũc quoq; faciã, initio ſermonis

ſermonis ab is quæ quotidie in laborãtibus manifeſtè videtur ſumpto, quæ primus Hippocrates diligenter obſeruans ſcripſit. Eſt verò eorũ vnũ & primum caput. Quæcunq; ſanguinis eruptiones κατ' ἴξιν fiunt, maximã ægrotãtibus commoditatẽ afferre. Quod verò κατ' ἴξιν vocat ſecundum rectum, omnibus confeſſum eſt, quòd ipſe manifeſtè hac voce κατ' ἴξιν ſæpenumero in hoc vtatur ſignificatu. Quæ verò contrà ſanguinem excernunt, nihil iuuare, aut etiam nocere, quòd ſcilicet interdum citra mali leuamen vires exoluant. Neq; enim liene magno exiſtente è dextra nare ſanguis erumpens, neque in iecore è ſiniſtra ullam adfert vtilitatem: ſed reuulſio quidem quæ in rectum fit manifeſtam vtilitatem celeriter oſtẽdit: in quibus autem contrà accidit, nequaquam. Dextra igitur nare ſanguinem effundente, ad dextrum hypochondrium affixa cucurbitula ſanguinis eruptionem clarè celeriterque ſiſtit: perinde atque ad ſiniſtrum, ſanguinem excernente ſiniſtra.

COMMENTARIVS.

Oſtendit initio huius capitis Galenus ſe non poſſe hoc loco ſingulorum medicorum de vacuationis quantitate conſilia atque opiniones ſcribere, quòd ſcilicet ſi hoc præſtare conaretur ſibi magno, & qui per ſe perfectus eſſet, libro opus foret. Quàm variæ enim fuerint de hac re Medicorum ſententiæ, in libro de Sanguinis miſsione aduerſus Eraſiſtratæos nonnihil ſignificauit, vbi ita ſcriptum reliquit: Fuerunt nonnulli Medici qui vacuationis quantitatem quibuſdam ſignis definierunt, veluti ſi vel color, vel tenor, vel ſanguinis fluxio mutetur, aut pulſus tempore ſubtractionis ex debilitate collabantur, ac ſudores prorumpant, aut ea quæ aliqui labores vocant, aut denique vomitus vehementiores exuperantésve alui deiectiones appareant. Alii etiam vſque ad animi defectionem, producendam vacuationem putant. Aliqui item tum coloris in toto corpore permutatione, tum pulſuum alteratione commoderatam ſubtractionẽ coniectantur. Nec defuerunt quidam qui conſtitutam etiam quandam menſuram illius proponere auderent, proinde quaſi duabus cotylis atticis, aut paulò plus minúsve moderata ſubtractio circumſcriberetur: quum ex commoderata proportione adhibitis ad id & ætate hominũ, & natura, & tempore anni, & regione, noſipſi maius minúsve cuique quadrans inuenire poſsimus. Hæc & alia multa ibidem Galenus percenſet, quæ in præſentia omittere ſtatuit, & ea quæ adhuc reſtant de venę ſectione dicenda potius definire pergit, initio ſumpto ab iis quæ quotidie in ægrotantibus apparẽt, & ab Hippocrate diligenter ſunt obſeruata, quorum ſanè hoc primum eſt caput. Eruptiones excretionésve ſanguinis κατ' ἴξιν factæ, maximam ægrotis commoditatem afferunt. κατ' ἴξιν autem Hppocrati nihil aliud, niſi κατ' ἐυθὺ, hoc eſt, in rectum, aut è directo, vel ἐυθυωρίαν, id eſt, rectitudinem ſignificare, hoc in loco, & multis aliis teſtatur Galenus. Quippe libro 1. de Victu acutor. morborum. com. 29. ita ſcriptum reliquit: εἴσμεν ὅτι τὴν ἴξιν ὡς ἐπὶ πολὺ μὲν ἐυθυωρίαν λέγει ἱπποκράτης. Quod eſt, ſcimus quòd Hippocrates ἴξιν, vt plurimùm, rectitudinem dicit. Et lib. 2. de Curandi ratione ad Glauconem, cap. 7. in eum ſcribit modum: Quod κατ' ἴξιν ab Hippocrate dicitur, hoc ipſum eſt ſecundum rectitudinem, è directóve. Rectitudinem autem non mathematicam, ſed naturalem, quæ ſecundum fibras & filamenta ſtamináve fit venarum & arteriarum Hippocrates intellexit. Quippe venæ fibris contextæ ſunt rectis & tranſuerſis, quibus actiones ſuas motusque obeunt. Rectis nanque attrahunt. Tranſuerſis verò excernendi functionem obeunt. Non eſt autem fibra niſi pars ſubſtantiæ tenacioris ſolida, gracilis, oblonga, filoque perſimilis, quæ motui inſeruit. Hanc ſanè fibrarum rectitudinem atque conſenſum Hippocrates in ſpontaneis ſanguinis eruptionibus medico diligenter eſſe obſeruandum paſsim hortatur. Si enim natura in excernendo ſan-

Variæ veterũ de vacuationis quãtitate opiniones.

κατ' ἴξιν quid Hippocrati ſignificet.

Rectitudo.

Fibra quid.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 607 sur 637

©BIUM

guine rectitudinem illam obſeruat, maximam certê ægrotãtibus commoditatẽ affert. Si verò contrà ſanguinem excernit, nihil iuuat, aut etiam nocet, quia ſcilicet nonnunquàm vires exoluit, vacuato nimirum ſanguine bono, vitioſo autem & inutili intus relicto, morbumque nihil leuat. Neque enim quicquam hac lege à loco laborante excernitur ſanguinis noxij. Hinc eſt quôd lieni malè affecto, ſanguinis ex dextra nare eruptio nullam adferat vtilitatem: & iecori, ê ſiniſtra nare erumpens ſanguis nihil commoditatis afferre ſolet. Quod confirmant etiam ea, quæ lib. 3. de Criſibus, cap. vltimo, „ ſcribit Galenus, inquiens: Dextra hypochondria ex dextra nare bonam iudicationem „ afferunt: ſiniſtra verô, ex ſiniſtra. Atque hunc quidem naturæ motum medicus quoque in ſuis reuulſionibus, vtpote fidelis miniſter, ſequi debet. Si igitur per reuulſionem in contrariúmve attractionem, ſanguinis eruptionem ſanare expedit, vt in rectum fiat curare debet. Ea enim reuulſionis ratio celeriter manifeſtam vtilitatem oſtendit, contraria verò nequaquam. Quapropter qui ſanguinis ex naribus profluuium curare recta ratione cupit, is ſanguine ex dextra nare emanante, dextro hypochondrio cucurbitulam affigat: ex ſiniſtra verò nare ſi erumpat, ſiniſtro. Sic enim clarè & celeriter ſanguinem erumpentem ſiſtet. Quod libro quoque quinto The. Meth. cap. 3. Galenus docet, „ ita ſcribẽs: Quum è naribus ſanguis erumpit, eum retinent magnæ in hypochondriis „ defixæ cucurbitulę. Infigendæ autem ſunt, ſi ex dextra nare profluit, ſuper iocinore: ſin „ ex ſiniſtra, ſuper liene: ſi abvtraque nare, ſupervtroque ſunt imponendæ viſcere: Quòd „ ſi reſolutus adhuc æger non ſit, etiam vena in gibbero incidenda eſt, qui profuſioni è „ directo reſpondet. Cæterûm animaduertendum hoc loco erit, poſtremam huius capitis partem de reuulſionibus medicis in Græcis codicibus eſſe mirificè deprauatam ac mutilam. Tamen ex antiquo interprete ſatis colligi poteſt ita prorſus eſſe legendum:

Græcus Aldinus codex emaculatus.

ἀλλ' ἡ ἀντίσπασις μὴ ἐπὶ τοῖς κατ' ἐυθείαν ἀντισπῶσιν ἐναργῆ τὴν ὠφέλειαν ἐν τάχει δεικνύει.

Quorum quidem verborum is ſenſus erit, quem in noſtra conuerſione expreſsimus.

CAPVT XVI.

PVrrò ſi in eruptionibus ſanguinis quæ in rectum fiunt, reuulſionis gratia ſanguinem mittas, mox conſpicuam videbis vtilitatem. At ſi contrà venam ſeces, nullum ſequetur commodum. Sic itaque liene laborante, inciſio eius venæ quæ ad anularem eſt digitum ſiniſtræ manus iuuat æquè, acſi internam quæ in gibbero eſt ſecueris. Siquidem multùm iuuat lienem malè affectum ſanguinis ex ſiniſtra manu vacuatio. Præſtat autem nõ ſemel quod conuenit vacuare, ſed in duos partiri dies. Scire nequeo qua de cauſa medici lienoſis mittere ſanguinem neglexerint. Ego enim ſemper magnam ſequi vtilitatem cognoui, ſi etiam libram vnam vacuaſſem. Verùm vacuationis quantitatem ac menſuram ex prædictis ſcopis coniicere oportet. Quinetiam pleuriticis quæ è directo laborantis lateris facta eſt venæ ſectio, euidentiſſimam ſæpe vtilitatem oſtendit: quæ verò ex manu contraria, aut omninò obſcuram, aut longo pòſt tempore. Adhæc oculorũ vehementiſſimos dolores perſæpe intra horæ vnius ſpatium humerariæ vocatæ venæ ſectio compeſcuit.

COMMENTARIVS

In miſsione ſanguinis rectitudo obſeruari debet.

Vt præcedenti capite inter expulſiones excretionésve naturæ eas quæ in rectum fiunt cæteris prætulit, vtpote meliores, ita hoc loco medicum hortatur, vt in miſsione ſanguinis rectitudinem, ſiue reuulſionem, ſiue deriuationem moliatur, non negligat, ſed diligenter obſeruet. Quum enim is naturæ miniſter ſit, debet in ſuis vacuationibus hanc ipſam rectè operantem ſummo imitari ſtudio. Sunt autem vacuationis modi quatuor

quatuor. Prior enim retrahit materiã, & hæc quidẽ Græcis ἀντίστασις, Latinis retractio, & reuulsio dicitur. Neque enim aliud est reuulsio, quàm humoris fluxuri: aut iã fluentis retractio. Altera verò ad latus trahit seu deriuat, Hæc Græcis παροχέτευσις, Latinis deriuatio nominatur. Quippe per eam humor particulam laborantem obsidens, ex parte propinquiore sana educitur. Quod testatur Galenus, qui lib. 6 Epide. parte 2. cõment. 3. deriuationem ita describit: Deriuationem, inquit, appellare consueuit Hippocrates, quum humor aliquis vacuatione indigens, neque per conuenientem locum ferri cœperit, neque tamen valde procul à conueniente, neque ad remotissimum. Tertia ex ipsamet particula malè affecta vacuat: Et hæc simplex vacuatio commodissimè appellabitur, eo quòd vacuet tantùm neque reuellens, neque deriuans. Quarta est quæ retrahit simul & deriuat. Prioris vsus erit inter initia statim morbi, dum adhuc confluit humor. Alterius, vbi iam humor partem obsedit. Tertiæ, quando malum iam est inueterа tum. Quartæ, vbi pars humoris adhuc fluit, pars iam locum obsidet. His præmissis facillimum erit quæ hoc in capite Galenus tradit intelligere. Semper enim, etiãsi reuellere per venæ sectionem animus est, sanguinem è directo mittendum esse docet, dicens: Si in eruptionibus sanguinis in rectum factis reuulsionis gratia venã seces, mox manifestam vtilitatem conspicies. Atsi contrà sanguinem mittas, nulla sequetur commoditas. Sic sanè sanguine ex sinistra nare erumpente, rectè feceris, modò nihil obstet, si reuulsionis gratia venam in manu sinistra secueris. Cuius equidem venæ sectio, siue in gibbero, siue ad anularem vocatum digitum fiat, alios quoque lienis affectus iuuat. Pari ratione pleuriticis etiam è directo laborantis lateris vena secanda erit, quòd scilicet euidentissimam sæpe vtilitatem adferat. Contrà verò quæ ex manu contraria haud secanda, quòd obscuram, & non nisi longo pòst tempore, vtilitatem præbeat. In oculorum denique vehementissimis doloribus persæpe humerariæ venæ quæ in rectũ est sectio plurimum commodi attulit, & dolores intra vnius horæ spatium sedauit. Rectitudinem verò & contrarietatem hîc intelligere oportet eam quæ ex fibrarum quæ in venis sunt consensu aut dissidentia sumitur, vt etiam capite præcedenti monuimus. Quod vt iterum moneamus necesse est, propter eos qui fortè Galenum hoc loco & alibi de mathematica rectitudine & contrarietate loqui existimant, adeoque docere, quòd semper ex latere, quod situ & positu in rectum est, sanguinem auferre oporteat, quod planè absurdum foret. Nam ita in omni pleuritide sinistri lateris ex interna eiusdem lateris gibberi vena sanguis detrahendus foret, quod tamen anatomes ratio non permittit, quę nobis fibrarum in venis rectitudinem ob oculos ponens, & clarissimè demonstrans, illam magis quàm mathematicam esse nobis obseruandam monet. Quam rem vt lector rectius intelligat animaduertendum erit quòd in pleuritide costarum tam superiorum trium, quàm inferiorum nouem dextri lateris, semper ex dextra axillari est mittendus sanguis. In sinistri autem lateris pleuritide, non perpetuò ex sinistra axillari sanguinem auferre oportet. Sed tum tantùm, quando in tribus eiusdem lateris costis superioribus phlegmone constiterit: quòd scilicet huic venæ cum iam dictis costis consensus & rectitudo sit. Quòd si verò in inferioribus costis sinistri lateris phlegmone fuerit, tum axillaris dextra, non sinistra incidenda venit, eo quòd hæ costæ à vena coniuge carente, ac paris experte, ἄζυγον Græci vocant, nutriantur. Siquidem ita appellari meruit, quòd ex latere opposito nullam sibi respondentem venam sortiatur. Oritur autem hæc à dextro cauæ venæ, postquam cordis inuolucrum transcendit, latere, ac deorsum ad quartæ propemodum thoracis vertebræ corpus contorquetur, & decliuis secundum dextrum vertebrarum latus porrecta, vtrinque ad inferiorum nouem costarum interualla ramos has enutrientes emittit, vt ex isto schemate omnibus euidentissimum fit.

vacuationis quatuor modi.
Retractio.
Deriuatio.
vacuatio simpler.
Vacuatio retrahens & deriuans.
Semper sanguis è directo mittẽdus.
Rectitudo.
Quę vena in pleuritide secanda.
Vena paris experS.

©BIUM



In hac rudi figura A litera ſignificat venam axillarem dextrã: B verò ſiniſtram, C & D ambas venas ad anteriora thoracis ſub pectoris oſſe perreptantes. E venulam nutrientem tres coſtas ſuperiores dextri lateris. F venam alentem tres elatiores coſtas ſiniſtri lateris. G venæ cauæ truncum diſſectum, vbi dextram cordis auriculam caua tangit, atque in dextrum cordis ſinum ingreditur. H venam ſine pari ex caua enatam. I. I. &c. nouem ramos venæ paris expertis, nutrientes nouem coſtas dextras inferiores. K. K. &c. propagines eiuſdem venæ humiliores coſtas ſiniſtras alentes indicant.

Quare Galenus venam paris expertem ſub corde emergere tradit.

Porrò quòd Galenus libro 2. Victus acuto. com. 10. venam paris expertem ſub corde emergere tradit, non alio factum eſt nomine, quàm vt is Hippocratis ſententiam, qua in inferiorum coſtarum phlegmonis venæ ſectionem non admodum probat, honeſta aliqua ratione tegeret, & excuſaret. Sũma enim qua potuit moderatione ſe nunquam ferè non repreſsit, vniceque ſtuduit vt quàm minimùm ab Hippocratis præceptis recederet. Quantumuis autem Hippocrati contradicere religioſiſsimè cauerit, adeoque aliquam rationem, nempe venarum diſtantiam, comminiſci ſtuduerit, qua Hippocratis ſententiam, qui ſanguinem non eſſe mittendum, ſed purgante potius medicamento vtẽdum, quum dolor ea quæ ſub ſepto ſunt petit, ſtatuit, tamen tandem hanc rationem parum eſſe efficacem perpendens, venæ ſectionen in omni pleuritide, ea etiam in qua ad hypochondrium finitur dolor, purgante medicamento ſecuriorem eſſe diſertè ſubiicit: idque rectiſsimè. Nã ſi Hippocrates arbitratus fuiſſet à vena ſine coniuge per venæ ſectionem nihil educi poſſe, aut eam longius ab axillare diſtare, quàm vt hæc aut alia quæuis, illius gratia incîdi poſſet, quomodo interim in pulmonum, cordis, iecoris, ventriculi, lienis, & renum malis, venam in gibbero alibi ſecandam eſſe docere potuiſſet? Cæterùm ex iis quę de rectitudine paulò antè diximus omnibus perſpicuum fit, dextra cũ ſiniſtris etiam interdum habere rectitudinem, non tamen mathematicam, ſed naturalem, quæ eſt ſecundum venarũ fibras. Hinc eſt quòd Galenus lib. 13. The. metho. cap. 5. altero crurũ malè habente reliquum eſſe ſcarificandum, aut ex altero eſſe mittendum ſanguinem doceat, quòd ſcilicet ſecundum fibrarum rectitudinem hæc venæ ſectio fiat, quod venarum ſchemate, multoque magis ex anatome ipſa ſatis liquet, Huc etiam reſpexit haud dubiè Cornelius Celſus, qui libro 2. cap. 9. ſcribit ex altero brachio mittendum eſſe ſanguinem, ſi quod vitium in humero fuerit. Nam in ea quoque venæ ſectione ſeruatur fibrarum rectitudo & conſenſus. Quam ſanè rectitudinem Hippocrates quoque reſpexit, dum lib. 5. apho. 68. ait: Dolenti partem capitis poſteriorem, in fronte recta inciſa vena prodeſt. Quæ omnia copioſius ante me proſecutus eſt ſingulari eruditione & humanitate præditus Andreas Vueſalius, vir de ætate noſtra plurimũ meritus, vt qui anatomes rationem ita illuſtrauerit vt nemo alius ante illum. De quo ſanè viro eiuſque excellenti ingenio & doctrina alio & magis conueniente loco fuſius dicemus. Satis ſit nos hoc loco

Dextra cum ſiniſtris etiam rectitudinem habent.

Andreas Vueſalius.

©BIUM

loco eum ſua defraudare laude noluiſſe. Porrò quum iam quæ ſit vera rectitudo quam in vena ſecanda obſeruare oportet demonſtrauerimus, reliquum eſt vt rationes cur hanc ipſam hoc in loco Galenus in pleuritide eſſe obſeruandam tam diligenter monuerit, afferamus. Eſt autē harū hæc certè præcipua, quòd hoc modo perpetuus rectarū fibrarū cōſenſus, atque adeò venarū cōmunitas obſeruetur. Quibus equidē obſeruatis, melior ac facilior fit humoris ad ægrā parte cōfluentis aut confluxuri reuulſio ac deriuatio, rectis nimirū fibris trahētibus, acveluti exugētibus. Venę enim ad ſanguinis verſus impactū ipſis vulnus, & dolorificā ligationē, frictionēq;, aut calētē aquā, attractionē ſuis rectis fibris plurimùm auxiliātur. Hinc eſt quòd Gal. lib. 2. ad Glauconē, ca. 7. tā reuulſionē, quàm deriuationē per cōmunes fieri debere de ſententia Hippocratis præcipit venas. Communes enim venæ ſunt, quæ perpetuò recti aut oblongi filamenti ordine connectuntur. Secundò in pleuritide ideo eſt obſeruanda rectitudo inciſa interiore gibberi vena, quòd hæc ipſa ſit laboranti parti proximior & communis. Quare per eam ſanguis vitioſus commodiſsimè vacuatur. Hinc eſt quòd ab Hippocrate dictum ſit: Dolorum proximam cauitatem incidere oportet, Et à Galeno in lib. de conſtitutione artis. Ex proximioribus & communioribus malè affectæ partis venis, vacuatio fit optima & facillima. Optima quidem, eo quòd ſanguis, qui in laborante eſt parte, per eā educitur, bonuſque in corpore relinquitur. Facillima verò, propter conſenſum, vt dictum eſt, fibrarum. Tertiò competit prædictæ venæ ſectio in pleuritide, quia, vt teſtis eſt lib. 2. victus acut. comm. 10. Galenus, à laborante parte magis & citius reuellit & deriuat, ſeu vacuat. Vacuationis enim voce Galenus interdū pro deriuatione vtitur. Reuellit, eo quòd fluentem ſanguinem ad contraria ducit & vacuat. Deriuat, quia etiam ſanguinem qui laborantem partem obſedit vacuat. Vnde ſatis cō ſtat per vnam & eandem venam ſectam fieri poſſe reuulſionem & deriuationem, non tamen eodem tempore. Nam quando initio is ſanguis qui ad laborantem partem fluit è vena educitur, reuulſio fit. Dum verò ad laborantem partem dimiſſus ſanguis, & qui iam illis hæret ex eadem vena inciſa profluit, deriuatio fit. Diuerſis itaque temporibus reuulſionem & deriuationem fieri neceſſe eſt. Ex iis verò abundè patet eos hallucinari, qui reuulſionem fieri cenſent, quando à laborante parte per venam quæ alit coſtas ſanguis educitur. Deriuationem verò, quando ex ampla & communi vena, interna nimirum gibberi quæ in rectum eſt, vacuatur. Reuulſionem enim deriuationem, & contrà deriuationem reuulſionem non rectè nominant. Cæterùm debent hæ duæ vacuationes vna venæ ſectione perfici, vbi ægri vires validæ fuerint. Quod Hippocrates maximè ſignificauit lib. 2. vict. acut. Apho. 10. dum educendum eſſe in pleuritide ſanguinem præcipit, quoad coloris mutatio apparuerit. Nō enim apparet, niſi ſanguis qui iuxta partem laborantem continetur educatur, quemadmodum ſupra cap. 14. eſt à nobis copiosè monſtratum. Vbi autem vires imbecilliores fuerint, partiri vacuationes oportet, ptimumque reuulſionem duntaxat, idque fluente adhuc ſanguine, dein verò poſt temporis interuallum, deriuationem fieri conuenit. Quapropter quum neque celeriter, neque ſimiliter ex omni vena ſanguinis vacuatio fiat, in pleuritide ea vena ſecāda erit, quæ celeriter & reuellit, & vacuat. Nam vt Galenus loco ſuprà citato ait: Id vnicum noſtrum ſtudium eſſe debet, vt a parte phlegmone laborāte celeriter reuellamus & deriuemus, In pleuritide igitur interna gibberi quæ in rectū eſt vena incidenda, vt quæ celeriter & reuellat & deriuet, vt dictum eſt. Ex iis quæ dicta ſunt perſpicuum eſſe iudico reuulſionem ac deriuationem tum eſſe adhibendas, quando morbi pars quædam iam genita eſt, pars autem in gignendo. Sin adhuc in generatione eſt, ſola reuulſio ſufficit, vt quæ ſanguinem ad laborantem partem fluentem in contrarium trahat & vacuet. Debet autem fieri per venam paulò antè dictam communem & proximam. Quòd ſi a morbo qui futurus eſt præſeruare animus ſit, ex diſtantibus, obſeruata tamē rectitudine, vacuare licebit, quod tum non ſit vllus metus ne vitioſus ſanguis, quemad-

Rectitudo ī pleuritide cur obſeruanda.

Cōmunes venæ.

„ 6. Epidi part. 6
„ Apho. 7.

Vacuationis voce Galenus interdum pro deriuatione vtitur.

Per vnam & eādem venam ſectā reuulſio fit & deriuatio.

Quæ in pleuritide ſecanda vena.

„
„
„

Quando ex prōximis venis vacuādum.

Quando ex diſtā tioribus.

©BIUM

modum vbi pars morbi iam facta eſt,intus relinquatur.Hinc eſt quòd iis qui comitiali morbo laborare conſueuere,verno tempore venam,vt ſuprà,cap.nimirum 7.eſt cõmemoratum,non tamen in gibbero,ſed potius in cruribus,incidamus. Quod Hippocrates etiam lib.2.de natura humana,& in 5.de Oſsium natura libro iis verbis ſignificare voluit:Dãda eſt opera,inquit,vt quàm longiſsimè à locis vbi dolor eſt,& ſanguis
» cogi didicit, venarum inciſiones fiant: ſic enim haud magna repente mutatio fiet,&
» conſuetudinem mutaueris ne amplius eò loci ſanguis coeat . Quando igitur morbus
» in generatione eſt, reuulſio quidem fieri debet,ſed non ad diſtantiſsima,quemadmo-
» dum in eo qui adhuc futurus eſt morbo.Fit itaque reuulſio ſemper ad contraria,atqui non ſemper ad diſtantiſsima,vt copioſius lib.2 .paradox.cap.4. & in Apologia noſtra aduerſus Bracheliũ monſtrauimus . Cæterùm nunc cuiuis promptum eſt ſcire, cur in pleuritide vena in contrario latere non ſit incidenda. Primùm enim huic venæ cum parte laborante nulla eſt fibrarum rectitudo,nec aliquis conſenſus.Dein per venam in contrario latere ſectam neque reuulſio,neque deriuatio fit, quarum tamen vacuationum vtraque in internis phlegmonis neceſſaria eſt.Quocirca non temerè Galenus lib. 2.ad Glauconem.cap.7.vtrunque vacuationis iam dictæ genus, per communes venas fieri debere præcipit.Secta enim in contrario latere vena,à laborãte parte nihil attrahit:quòd ſcilicet non niſi per rectas fibras attractio fiat:vel parum ſaltem,vbi nimirum copioſiſsima fuerit.Hinc accidit vt ſanguis duntaxat bonus per eam venam educatur, vitioſo in laborante parte relicto . Qui vt paulatim ſubinde in locum boni ſanguinis vacuati ſuccedat,ac reliquum ſanguinem bonum corrumpat neceſſe eſt.Proinde æger ob eam venæ ſectionem nihil leuatur à morbo,ac periculum imminet trãſitionis morbi in alterum latus.Quòd ſi verò deinceps vena quæ in rectum eſt incidatur (vt plerique recentiorum medicorum,non ſine maximo errore,facere ſoliti ſunt) tum iterum pars vitioſi ſanguinis aliò tranſlati,ad phlegmones locum partemque laborantem retrahitur . Quid multa? ex venæ contrarij lateris ſectione,multa, eaque grauia ſequũtur incommoda. Quippe ſangnis melior vacuatur,& prauus inutilisque intus relinquitur.Vires præterea,probo vacuato ſanguine,collabuntur,& ex vna pleuritide non rarò geminæ fiunt,vt fuſius in apologia noſtra aduerſus Brachelium monſtrauimus. Ex prædictis omnibus euidentiſsimum eſt quàm perniciosum,quamque omnibus deteſtandum ſit hoc Auicennæ præceptum,quod tradit Fen.10.can.tertii,tract.5.ca.1.de
„ curatione communi apoſtematum partium pectoris & pulmonis,in eum ſcribens mo-
„ dum:Ex rebus communibus eſt phlebotomia, ſed in principio ex latere diuerſo. Et
„ magis feſtina de ſaphena oppoſita in longitudine.Et poſt ipſam de baſilica oppoſita in
„ latitudine.Et poſt ipſam de nigra oppoſita in latitudine . Si autem non appareat,nũc
„ non oportet vt dimittatur phlebotomia cephalicæ,quamuis ſit eius iuuamentũ minus & tardius.Deinde poſt aliquot dies ex latere conueniente in latitudine.Hæc ille. Quibus vtique verbis in pleuritide quatuor venas eſſe incidendas docet. Vnam malleoli, quam ipſe Saphenam vocat,eiuſdem lateris,vel vt ipſe ait,oppoſiti in longitudine.Alterã internã gibberi oppoſitã in latitudine.Tertiã mediã eiuſdẽ lateris cõtrarij.Quartam internam lateris laborantis.Sed,prò Deum immortalem, quis tam robuſtus, quis tam validis ac conſtantibus eſt viribus,vt toties ſibi ſanguinem auferri ſuſtineat?Quid quæſo ex malleoli eiuſdem lateris ſectione commodi ſentiet æger? Nullum me herclè, ſed maximum planè incommodum.Sanguis enim bonus ex hac vena ſolùm vacuatur, & prauus in laborante parte relinquitur,aut in communem venam transfertur, in qua vt paulò antè dictum eſt,eum qui de bono reliquus eſt vitiat & corrumpit.Eodem aut certè maiore incommodo ex contrarii ſeu oppoſiti brachij venis bis ſanguis aufertur. Quum enim humorum tractus per rectas fibras fiat, vt comprehenſum eſt, is ſanguis potiſsimũm vacuatur,qui in eius venæ quæ ſecta eſt parte continetur.Remanet autem vitioſus,qui vel in laborante parte relinquitur,vel in communem venam, vt commemora-

Reuulſio ſemper ad contraria fit, non tamen ſemper ad diſtãtiſsima;

Cur in pleuritide in contrario latere vena non ſit incidenda.

Incõmoda quę ex contrarii lateris venæ ſectione ſequuntur.

Auicennæ perniciosiſsimum de vena ſecanda præceptum.

moratum eſt,transfertur,nouamque illic parit pleuritidem.Sic ſanè Briſſotus vir non vulgaris eruditionis,ſcribit ſe in vna Pariſiorum vrbe obſeruaſſe,vno anno pleuriticis propemodum ducentis morbum ab vno latere ad alterum tranſiuiſſe. Verùm obſtabit hîc aliquis dicens, quomodo trãsferretur in alterum latus cùm illic nulla ſit fibrarum rectitudo?Reſpondeo duplici de cauſa. Primô quidem vacui ratione:quippe neceſſe eſt in vacuati ſanguinis locum,vicinis ſaltem venis vehementer vacuatis, alium ſuccedere. Trahentibus itaq; venis in parte contraria,laborantes partes promptè concedent,vtpote quibus ſanguis nõ tantum copia,ſed & mala ſua qualitate moleſtus eſt. Et ſi non ſua ſponte concederent,aut à ſe detruderent,tamen vt trahẽtibus partibus, vtpote fortioribus,aliquid concederent,planè cogerentur. Trahit enim perpetuò ab imbecilliore pars fortior.Secundò,quia expultrix facultas,quæ ſuam functionem per tranſuerſas fibras obire ſolet,ocyſsimè in oppoſitam contrariámve partem iam vacuatam,atque adeõ vacui ratione,& quia validior eſt,trahentem,trãsfert.Sed inſtabit hîc iterum inquiens:Quî fit vt non potius à reliquis partibus in quibus probus eſt ſanguis trahant?Reſpondeo,quia non poſſunt.Hæ nanque,vtpote iis validiores, eiiſdem nihil concedent. Trahit enim id quod eſt valentius,Galeno lib.3.de Natu.facul.teſte, vacuatur autem quod eſt imbecillius.Nihil igitur mirum,etiamſi nulla eſt fibrarũ rectitudo,ab vno in alterum latus pleuritidem transferri.Cæterùm quartam & vltimam ab Auicenna præſcriptam venę ſectionem,quę ſola ex omnibus in tempore adhibita commoda erat,vires,vtpote iam propter copioſi ſanguinis ablationem prorſus reſolutæ,ferre haud poſſunt.Sed eſto ſatis etiamnum validæ ſint,tamẽ eius venæ ſectionis hoc tempore nullus vſus eſſe poterit.Nam à phlegmone ipſa nihil educitur,quòd inibi ſanguis vitioſus,vt ſuprà cap.14.dictum eſt,fortiter impactus ſit,ita vt nulla ratione euelli queat.Proinde venæ ſectio quæ in rectum fit tanto eſt præſtantior ac commodior,quanto morbi initio eſt vicinior. Tum enim nulla adhuc materia vehemẽter eſt affixa,adeoq; per eam omnia quę ſunt præter naturam facilè auferuntur.Quapropter veriſsimè quidam dixit,Auicennam iugulare,non curare homines.Dignus ſiquidem propter vnũ hoc ſaltẽ horrendũ & exitioſum dogma cui à ſtudioſis medicinæ parum fidei habeatur,quiq; è ſcholis Medicis tanq̃ carnifex,& is qui multa falſa & pernicioſa præcepta tradat explodatur,penitusq; proſcribatur. Atq; hæc in præſentia de venę ſectione quæ in rectum fit dixiſſe ſufficiat.Porrò præſtat non ſemel,quod ſuprà quoq;, capite nimirum.12.Galenus monuit,quod conuenit vacuare, ſed in duos partiri dies, propter cauſam ibidem expoſitam. Tandem Galenus peruerſam quorundam ſententiam notat,qui lienoſis non eſſe detrahendum ſanguinem dixerunt. Quippe quotidiana experientia teſtatur eos ex venæ ſectione, etiam ſi vna duntaxat libra detracta fuerit,magnam cõſequi vtilitatem.Sed quantitas & menſura vacuationis ex prædictis capite decimoquarto ſcopis, nempe magnitudine morbi, & viribus ægrotantis eſt coniicienda.

Briſſotus.

Obiectio.

Reſponſio.

Venę ſectio quæ in rectum fit tãto eſt præſtantior, quãto morbi initio vicinior.

Auicenna homines iugulare docet.

Lienoſis ſanguis vtiliter mittitur.

Conari verò in omnibus malis præſtat,vt poſt mediocrem ſanguinis miſsionem factam,iteratò ſanguis auferatur:interim quidem eodem die,quãdo ſic facere expedit,interim poſtridie,niſi vbi,vt anteà dictum eſt, ad animi vſque defectionem vacuare conemur.In oculorum itaque doloribus tum humeraria vocata vena, tũ quæ ex ea deriuata eſt in gibbero inciſa,manifeſtum celeriter cõmodum adferunt. Laborante aũt latere,aut pulmone,aut ſepto tranſuerſo,aut liene,aut iecore,aut ventriculo,ea quæ per alas ad gibberi iuncturam pertingit.Secanda verò tũ maximè interior erit.Quòd ſi nõ,ea quæ ab ipſa deducta in iũcturæ flexura apparet. Cognouiſti ſanè paulò antè ab humeraria vena diduci prædictam, connecten-

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 613 sur 637

©BIUM

tem ipſam. Tres enim hi ſunt mittendi ex gibbero ſanguinis loci, interior, exterior medius. Interior igitur in quibus partes quæ infra collum ſunt, laborant, vtilis eſt. Exterior verò quibus partes quæ ſupra collum ſunt, vt facies, aut caput, malè afficiuntur. Medius locus interdum vtraſq; habet diductas venas, in anteriorem manus partem protenſas: ac deinde hîc coëuntes: interim verò ſtatim in ipſo iunctura flexu in vnum mutuo congredientes, nonnunquam manifeſtam earum alteram, obſcuram verò alteram. Proinde vbi vena laboranti parti propria obſcurior exiſtit, & ad mediarum aliquam accedis, conare eam quæ à propria deriuatur potius incidere. Accidit autem vbi & quæ inferiores ſunt gibberi iunctura, eas uimirum quæ in cubito ſunt, ſecare nihil impediat, nõ apparentibus iis quæ in gibbero ſunt: atque harum quidem eas quæ in rectum ſunt laborãtium partiũ. Porrò tam perſpicuam ſæpe celeriter vtilitatem quæ in rectum fiunt laborãtium partium venæ ſectiones afferunt, vt & qui laborant, & familiares ipſorum ſæpenumero obſtupeſcant.

COMMENTARIVS.

Iterandam eſſe ſanguinis miſſionem.

Hortatur hoc loco Galenus in omnibus corporis malis hoc eſſe conandum, vt poſt primam eamq; mediocrem ſanguinis miſsionem, iterum ſanguis auferatur: idq; interdum eodem die, vbi ita expedire videbitur, interdum poſtridie, quemadmodum ſuprà cap. 12. eſt dictum. Niſi vbi ad animi vſq; defectionẽ vacuare conabimur, tũ enim vna vice vniuerſum detrahendum erit. Dein iterum ad præceptum de rectitudine fibrarũ redit, eiusq; miram eſſe in morbis profligandis vtilitatẽ docet. Siquidem in doloribus oculorum humeraria, quam hodie facientes medicinã cephalicam vocant, aut quæ ex ea in gibbero diducta eſt, hoc eſt media nominata, ſi incidãtur, manifeſtum celeriter adferunt cõmodum, propter cauſas paulò antè expoſitas. Sic etiã latere aliquo, aut pulmone, aut ſepto tranſuerſo, aut liene, aut iecore, aut ventriculo laborãte, ea incidenda vena erit, quæ per alas ad gibberi iunctura pertingit. Hęc autem axillaris, & gibberi interior, inque dextra manu iecoraria, in ſiniſtra verò lienaris appellatur. Qui hodie medicinam exercẽt, Baſilicam nominare ſolent. Quòd ſi tamen interior hæc gibberi incidi nõ poteſt, ea quæ ab ipſa in iũcturæ flexu diducta eſt, id eſt media, ſecetur. Hæc quidem ab humeraria deriuatur, & ipſam axillarem per ramum ab ea diductum ſibi connectit. Vnde omnibus perſpicuum fit tres eſſe in gibbero locos vnde ſanguis mittitur, nempe interiorem, exteriorem, & medium. Interior locus tum cõmodiſsime inciditur, quando partes quæ infra ceruicem ſunt, verbi gratia latera, pulmo, & aliæ quæ paulò antè nominatæ ſunt, laborant. Exterior autem, quando partes quæ ſupra collũ ſunt, verbi gratia facies, aut caput, malè afficiuntur. Medius locus vtraſq; interdum venas, humerariam nimirum & interiorem, diductas, in vlteriorem partem manus protenſas, ac deinde hîc coëuntes habet. Interdum verò ſtatim in ipſo iunctura flexu in vnum mutuò congredientes. Nonnunquam etiam altera earum venarum manifeſta, altera verò obſcura eſt. Neque enim eodem ſemper modo ramos diffundunt. Cęterùm ſi vena laboranti parti propria obſcurior eſt, nec apparet, & ad mediarum aliquam accedis, curato vt eam quæ à propria vena diducitur ſeces, verbi gratia, ſi lienarem dictam venam in lienis affectibus, quia nuſquam rectè in gibbero apparet, incidere non licebit, mediam nominatam ſecabis, ſed eam quæ à lienari, non autem eam quæ ab humeraria diducitur incidito. Nonnunquam etiam licebit vt eas venas quæ infra gibberi iunctura ſunt ſecemus, vbi nimirum quæ in gibbero ſunt haud apparent. In iis verò incidendis rectitudo fibrarum vnicè nobis obſeruanda erit. Quippe tam perſpicuam ſæpe, idque celeriter, vtilitatem venæ ſectiones quę in rectum

Præceptum de fibrarum rectitudine.

Vena axillaris, gibberi interior, & iecoraria eadem.

Tres in gibbero loci vnde ſãguis mittitur.
Interior.
Exterior.
Medius.

Quæ vena incidenda, ſi ea quæ parti laboranti propria eſt, non apparet.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 614 sur 637

rectum fiunt, afferunt, vt & ipsi ægrotantes, & horum familiares sæpenumero obstupescant. Et certè nemo est medicorum qui hoc ipsum non quotidie etiam accidere videat. Vt meritò ab iis qui ad gubernacula reipublicę sedent, publico edicto contraria venæ sectio inhibenda esset, propter multa & varia quæ hanc ipsam sequũtur incommoda & pericula.

CAPVT XVII.

EGo itaq; rogatus sum aliquando à diuite quopiam viro in suburbio Romanæ vrbis habitãte, vt suarum rerum œconomum inuiserem, cui cæcitatis imminebat periculum (hoc enim ipse dicebat) vehementer dolentem, idque propemodum diebus viginti. Erat autem familiæ diuitis illius præfectus medicus Erasistratius, studiose semper venæ sectione abstinens. Vbi igitur laborantem inspexissem, iuuenemq; esse multi sanguinis, oculosq; nondum exulceratos habere deprehendissem, cæterum phlegmonen, fluxionemque maximam, & in ambabus palpebris densitatem, in altera etiam asperitates iam quasdam, à quibus obtenebratione orta magis dolebat, & phlegmone defluxioque ipsa exacerbabãtur: iis inquam conspectis, cognitaq; omni curationis qua medicus ille vsus erat ratione, me quidem non posse assidue in suburbium venire dicebam, ex vsu verò esse vt homo triduum, vt minimùm, breuibus interuallis à me inspiciatur. Permitte igitur illum, inquã, mihi per hosce tres dies. Imò verò, ait, hoc abs te contendo, gratiamque habebo: quin iam hominem ad ædes tuas abduc. Venit autem horam circiter quintam, ac prima statim detractione sanguinis libras tres exhausi, dein hora nona aliam extraxi. A quibus plurimùm leuatus, postridie leuium quopiam collyriorum, cui admixtum erat id quod ex vino conficitur, inunctus est, veluti in eiusmodi facere consueuimus, inunctione sub palpebris per summum cuspidis specilli facta. Id autem primùm manè factum est, dein hora tertia, postea nona, à quibus inũctionibus, sub occasum Solis lotus est. Postero deinceps die palpebris extra versis bis inunctus est, maiore copia collyrij illius quod vinum recipit molli collyrio admixta: postea ad vesperam lotus est. Sequenti die manè diuiti illi obuiam factus eò loci vbi è vehiculis descendere solent, salutauit illum oculis apertis, phlegmoneq; ac fluxione liberis, qui ante biduũ palpebras præ fluxione ac dolore aperire non potuit. Quapropter res incantationi cuidam similis visa est, ita vt & ille ipse curationis celeritatem admiratus exclamaret, omnesq; qui cum eo erant similiter in clamorem prorumperent, quum nos haud magnum quippiam feciſsemus, nisi comparatione medici eius familiaris, qui propter metum venæ sectionis maximum malum attulerat. Porrò opus erat laborãti vt ex palpebris extergerentur tum densitates, tum asperitates: id quod citra mordax medicamẽtum fieri haud poterat. Tale autem nihil ferre potuit, nisi prius vacuatus foret. Dictũ enim iam, & sæpe nobis demonstratum est, omnia acria medicamenta partibus quibusdã admota, nisi vniuersum corpus vacuum fuerit, & exquisitè excrementorũ expers, fluxionẽ attrahere, phlegmonẽq; efficere. Percõtat° igitur est tũ diues, quænã incãtatio curatiõis fuisset, & cũ oĩa quæ facta sũt audiuisset, ab eo tẽpore Erasistratiũ illũ medicũ sanguifugũ noĩauit. Hæc itaq; narratio vtriusq; indica-

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 615 sur 637

©BIUM

tionem continet, tum quòd in eiuſmodi affectibus ſanguinem mittere oportet, quod in præſenti ſermone nobis propoſitum non erat: tum quòd in rectum laborantium partium ſecare venam conueniat, & quòd humerarias venas, vbi partes thorace ſuperiores laborant incidere oporteat.

COMMENTARIVS.

In prolixa admodum huius capitis hiſtoria, quemadmodum metipſe in fine eius meminit, tria potiſsimùm Galenus docet. nempe quòd in doloribus oculorum ſit mittendus ſanguis, & quòd ex venis quæ in rectum ſunt partium laborantium, neque tamen è quauis, ſed humeraria vocata. Prætereà Eraſiſtrati & ſuorum ſequacium notat dementiam, eò quòd in nullo vnquam affectu ſanguinem miſerunt, ideoque meritò ἀιμοφόβους & ſanguifugos aut mittẽdi ſanguinis timidos eſſe appellatos. Quo ſanè nomine vſus eſt etiam Gale. lib. 9. Ther. meth. cap. 5. Cæterùm quum hæc hiſtoria longa ſit & ſatis perſpicua nihil attinet ſingula eius verba explicare. Sufficiat itaque nos ea tantùm quæ difficultatem aut obſcuritatem aliquam præ ſe ferunt, expoſuiſſe. Proinde ſciendum primum per λασότητα, hoc eſt denſitatem, hîc nõ aliud eſſe intelligendum, quàm palpebrarum craſsitiem rubicundam, à ſordibus contractam, quod ex ſequentibus ſit manifeſtum. Paulò enim pòſt ait, ad pellendam extergendámve denſitatem mordaci medicamẽto opus eſſe, quod de ſordium craſsitie eſſe intelligendum clarum eſt, & minimè de hirſutia aut piloſitate, vt antiquus conuertit interpres, quam Græci ξιχίασιν nominant: malum nimirum in quo inutiles & oculos pungentes pili in palpebris naſcuntur. Dein habet hæc hiſtoria exemplum quantitatis extracti per venę ſectionem ſanguinis, nempe tres libras, & paulò pòſt iterum vnam. Ita vt vno die libras quatuor eduxerit Galenus. Quare ſi eam cum noſtris venæ ſectionibus, & hodie vſitatis conferas, vix ſcarificationis nomen, vt alibi copioſiùs diximus, merebuntur. Per horas autem quintam & nonam inaudiendæ ueniunt inæquales, quòd ſcilicet ſine adiectione ac vlla determinatione loquatur, quemadmodum in annotationibus noſtris in quintum Galeni de Tuen. ſanit. librum ſcriptis fuſius docuimus. De mollibus deuibúſve collyriis, quorum in hac hiſtoria mentio fit, plura habet Galenus lib. 4. de Compoſ. medic. localiũ, cap. 1. & ſequentibus. Nonnulla quoq; de iis annotauimus in lib. 6. de Tuen. ſanit. cap. 11. vbi etiam de ſpecillo multa & ad inſtitutum facientia diximus. Collyrium autem ex vino deſcribit Paulus lib. 7. cap. 16. Porrò Romanos ſenatores & diuites vſos fuiſſe vehiculis notius eſt quàm vt dici à nobis copioſius debeat. Ad quę ſanè morem hoc loco Galenus reſpexit, dum ait, œconomum diuiti illi obuiam factũ eò loci vbi ex vehiculis deſcendere ſolent. Fuit autem is haud dubiè locus vbi multitudinis ex quotidie Romanis ditioribus ſalutatum occurrebat, id quod matutino tẽpore fieri conſueuerat, vt ex illo Martialis ſatis liquet.

Prima ſalutantes atq; altera ſuſcipit hora,
Exercet raucos tertia cauſidicos.

Habetur etiam in hac hiſtoria ſalubre præceptum ſummoq; ſtudio medicis obſeruandũ quòd ſcilicet acria medicamenta non ſunt temerè partibus corporis admouenda, niſi vniuerſum corpus prius vacuatum fuerit, adeoque excrementorum expers, aliàs enim fluxionem attrahunt, ac phlegmonen in ea parte cui adhibita ſunt excitant. Reliqua huius hiſtoriæ clara ſunt, ideo vberiore explicatione non egent.

Eraſiſtratij ſanguifugi dicti.

λασότης.

ξιχίασις.

Exemplum quãtitatis extracti ſanguinis.

Mollia collyria.

Romani ſenatores vehiculis vſi.

Acria medicamẽta non ſunt temerè partibus corporis admouenda ante vacuationem.

CAPVT XVIII.

QVemadmodum omnes prædictæ partes venæ ſectione in gibbero facta, vt dictum eſt, iuuantur: ita quæcunque ius inferiores ſunt, eorum quæ in poplite & malleolis inciduntur. Sunt autem prædictis inferiores,

inferiores, quæ iuxta coxam, veſicam, & vterum ſunt. Renes autem ancipites ſunt, ſiquidem inferiores ſunt iis quas prius recẽſuimus: ſuperiores autem iis quas ſecundo loco commemorauimus. Quapropter venæ ſectionibus in gibbero factis interdum auſcultant, quando nimirum phlegmone recens fuerit, & ſanguinis redundantia affuerit. Qui verò affectu illo laborant quem propriè Nephritin nominant, eam quæ in poplite eſt tum incidere oportet, aut omninò eas, quæ ſunt in malleolis venas.

COMMENTARIVS.

Quòd partes quæ ſunt infra thoracem à ſectione venarum quæ in poplite, aut malleolis ſunt, iuuentur plurimùm, nunc Galenus oſtendit dicens: Quemadmodum omnes partes prædictæ, ſuperiores nimirum thorace, & in ipſo thorace contentę, ſectionibus venarum in gibbero iuuantur: ita quæ thorace inferiores ſunt, earum quæ in poplite & malleolis inciduntur. Inferiores autem quas dicat, metipſe nominatim exprimit, coxam videlicet, vterum & veſicam. His itaque partibus laborantibus quæ in poplite, & malleolis ſunt venæ incidendæ, quòd cum illis communitatem quandam obtineant. Renes autem in numero prædictarum & inferiorum thorace partium nõ complectuntur, ſed planè ancipites ſunt, ἐπαμφοτερίζουσι, in vtranq; partem vergũt, mediam naturã habent, & inter duo genera ita intercedunt, vt in nullo iſtorum planè cenſeri queant: id enim Græcis propriè eſt ἐπαμφοτερίζειν. Inferiores enim ſunt renes partibus quas prius recenſuimus, collo ſcilicet & thorace. Superiores autẽ iis quas ſecundo loco commemorauimus, coxa nimirum, vtero & veſica. Quum itaq; ancipites eſſe renes conſtet, fit vt interdum venæ ſectionibus quæ in gibbero ſunt auſcultent, vbi videlicet phlegmone recens eſt, copiaque ſanguinis affuerit. Quia tum reuulſione tantùm humorum ad renes confluentium opus eſt, & nequaquam deriuatione: nulla enim adhuc humorum pars, effatu ſaltem digna, renes obſidet. Cæterùm qui affectu quem propriè νεφρῖτιν Græci vocant, laborare deprehenduntur, iis ea quę in poplite eſt vena, aut omninò quæ in malleolis incidenda erit. Quippe tum retrahendum ſimul & deriuandum erit, humoris enim pars adhuc fluit, & pars locum laborantem obſidet. Non poſſunt autem hæc commodius fieri quàm per iam dictas venas, ideò incidendæ prę cæteris veniunt. Sciendum etiam hoc loco erit nephritin vocem Græcis bifariam accipi. Vno modo generatim, pro quouis vitio renum. Altero priuatim ſeu propriè, pro renum phlegmone cum vehementi dolore, quandoque verò & vrinę difficili tranſitu, in qua fibroſa & arenoſa cum modico ſanguine excernuntur. Eius quod diximus teſtis eſt author introductorij ſeu medici, & Definitionum libri.

Partes infra thoracem quarũ venarum ſectione iuuantur.

Renes ancipites ſunt partes.

ἐπαμφοτερίζειν.

Nephritis quid.

Porrò vteri phlegmonæ magis quàm renum, à venis in cruribus inciſis iuuantur. Vacuationibus enim quæ in gibbero fiunt, aliud etiam quoddam accedit malum, quippe menſtruas purgationes ſupprimunt, eò quòd ſanguinem ad ſuperiora corporis reuellunt. Quæ verò ex cruribus fiunt, non ſolùm reuellunt, ſed & menſes euocare ſolent. Ac quando hoc facere volueris, prope tempus conſueti mulieri circuitus, tribus aut quatuor diebus anteuertas, aut venam incidens, aut malleolos alterius cruris ſcarificans, partim vacuato. Dein poſtridie eodem modo ab altero crure iterum ſimiliter vacuato, vt tamen vnà iſtis diebus in quibus ita vacuas, & ante hos aliis quatuor aut quinque de extenuante victu proſpicias. Scriptus eſt autem à nobis ſeorſum vnus liber de Extenuante victu. Verum mulieribus etiam citra huiuſcemodi victus rationem menſes abundè pro-

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 617 sur 637

©BIUM

uocant & calamintha, & pulegium. Dare verò ea oportet in mulſa cocta, & arida tuſa, cribroque ſubtili tranſmiſſa, ac rurſus in mortario trita vt pollinem referat mulſæ inſperge. Tempus verò potionis optimum eſt à balneo, inuolutis adhuc linteo. Hæc itaque mitia ſunt medicamenta. Vehemẽtiora autem ſauina & dictã num: cæterùm vſus prædictis ſimilis. Datur verò hoc etiam tempore medicamentum quod propriè amarum nominatur, centum habens drachmas mixtas aliorum medicamentorum cuiuſq; ſex. Optimum autem eſt quando Cinamomũ acceperit. Hæc quidem obiter dicta ſint, quanquam à re ipſa non aliena, eò quòd delationi ſanguinis ex vtero auxiliantur, cum vacuatione quæ ex cruribus fit, ſiue malleolis ſcarificatis, aut inciſa quæ ad talum eſt, aut in poplite vena.

COMMENTARIVS.

Qua ratiõe quibũſque auxiliis menſtrua ſint euocanda.

Qua ratione quibũſve auxiliis menſtrua ſint euocanda hoc loco Galenus docet. In primis verò vteri phlegmonen magis à venis quæ in cruribus ſecantur iuuari ait, quàm renum, quòd nimirum maior illis cum vtero, quàm renibus ſit communitas. Venæ enim quæ ad vterum pertingunt à venis crurum oriũtur. Hinc eſt quòd venæ crurum non ſolùm ab vtero reuellant, ſed & menſes euocent. Quapropter prædictarũ venarum ſectione non ſolùm reuulſio, ſed & deriuatio fit, ideoque in vteri phlegmonis inciſio eius optima eſt, vt quæ non tantùm retrahat, verumetiam deriuet, quod in internis phlegmonis, vt ſuprà eſt oſtenſum, maximè neceſſarium eſt. Proinde minus rectè Theodoricus Gaudanus hunc locum ita conuertit. Quæ verò ex cruribus fiunt, tantùm abeſt vt retrahant, vt etiam menſes promoueant. His enim verbis negat per ſectionem venarum quę in cruribus ſunt fieri retractionem, quod ſententia Galeni plurimùm aduerſatur, vt qui diſertè dicat has venas nõ ſolùm reuellere, ſed & menſes euocare, adeoque deriuare. Atque hinc fit, vt ſanguinis miſsionem ex iis venis iam retractionem, vt hoc loco, iam deriuationem, vt libro ſecundo ad Glauconem, capite ſecundo nominet, inquiens: Deriuabis autem ſi quæ in poplite ſunt venas diuiſeris. Contrà ſanè quæ in gibbero fiunt venæ ſectiones ab vtero tantùm ad ſuperiora retrahunt, & non deriuant, ideò mẽſtruas purgationes non promouet, vt dictum eſt ſuprà cap. 11. ſed potius ſupprimũt. Cæterum quod ad menſium euocationem attinet, ſciendum quando hoc nomine venam in poplite, aut malleolis, ſcilicet internis, quas Saphenas hodie vocant, quæque vteri malis abigendis idoneæ ſunt, ſecare voluerimus, hoc ſanè faciendum triduum aut quatridum ante conſuetum mulieri circuitum, hoc eſt, tempus vbi purgatio muliebris appetit. Tum enim naturam nobis adminiculante, vt quæ per id tempus purgare mulierem per vterum ſoleat, habebimus. Primumq; in altero crure ſecanda vena. Poſtero die ab altero crure eodem modo, vt anteà, vacuandum erit, ita tamen, vt iſtis diebus quibus vacuamus, & aliis quatuor aut quinque, hos ipſos antecedentibus, victum extenuante præſcribamus. De quo quidem victu ſcriptus eſt ſeorſum liber vnus à Galeno. Atqui hac in parte Aldinus Græcus codex mutilus & deprauatus eſt. Reſtituendus autem in hunc modum erit: γένεσθαι δὲ τοῦ φλεγμονῆς διαίτης οὐ ἰδίας βίβλιον. Ἀλλὰ ταῖς γυναιξὶ καὶ χωρὶς τοιαύτης διαίτης ἐκκενῶσαι καταμήνια. &c. reliqua enim rectè habẽt. Horum autem verborum is planè ſenſus eſt, quem in noſtra conuerſione expreſsimus. Ait enim mulieribus citra etiã extenuantem victum abunde poſſe prouocare menſes calamintham & pulegium, propter peculiarem vim incidendi & extenuandi craſſos humores quam obtinent. De Calamintha verò, qua crebrò vſus eſt Galenus ſect. 5. Aph. cõmen. 36. ita ſcribit: Epota medicamenta quæ incidunt, & humorum craſitudinẽ extenuant, quale eſt quod ex Calamintha fit, quo nos aſsiduè vtimur, ſæpe ciêre ſolent tardantes menſiũ purgationes.

Theodorici Gaudani erratum.

Sãguinis miſsionem ex venis poplitis & malleoli iam retractionẽ, iam deriuationẽ vocat Galenus.

Qua ratiõe menſes euocandi, & quo tempore ſecanda vena.

Græcus Aldinus codex emẽdatus.

Calamintha idonea ad menſes prouocandos.

Duplici

Duplici verò ratione calamintham & pulegium exhibebis. Primò enim in mulsa cocta bibenda dabis. Et si ea ratio minus placebit, alteram arripe nempe prædictas stirpes aridas tusas, & per cribum subtile transmissas, & iterum in pollinem tritas, mulsæ insperge, & bibendas præbe. Optimum verò tempus hanc potionem offerendi est à balneo statim, vbi mulier adhuc linteis est inuoluta. Tũ enim omnes corporis meatus laxiores & aperti adhuc existunt, adeoque vis medicamenti epoti promptius ad vterum per venas peruenire potest. Atque hæc mitia admodum sunt medicamenta. His autem validiora sunt sauina & dictamnus cretica, de quibus in lib. Simpl. Galenus, & Dioscorides multa. Quòd ad vsum autem illorum spectat, à prædictis nihil variant, sed simili ratione sunt exhibenda. Danda etiam hoc tempore hiera picra Galeni, quæ tamen sit eiusmodi, vt ad aloës drachmas centum reliquorum cuiusque coniiciantur drachmæ sex. Hæc enim est picra quam olim omnes, vt testis est Galenus lib. 6. de Tuenda sanit. cap. 9. Romæ præparabant. Optima autem est si Cinamomum accipit, vt ibidem etiam scribit Galenus. In penuria tamen cinamomi, ponendum pro eo esse optimæ casiæ duplum statuit. De compositione Hierę picræ plura habes apud Galenum in lib. 7. Ther. Meth. cap. 11. Hæc quidem quæ hactenus dicta sunt euocationi mensium vnà cum vacuatione quæ ex cruribus fit, malleolis, aut venis quæ in poplite sunt pertusis, non parum auxiliantur. De mensium verò prouocatione plura diximus in libro nostro 3. de Medendis morbis, cap. 53.

Exhibendi calamintham & pulegium ratio.
Tempus propinãdæ potionis.
Validiora medicamenta.
Hiera picra Galeni.

Scio & Ischiadas vno die uacuatione ex cruribus sanatas esse, quæ scilicet non ex frigore, sed à vasis quæ in coxa sunt sanguine impletis factæ erant. Quocirca sic affectis sanguinis missio à vena poplitis, quàm in malleolis commodior est. Scarificatio autem illos manifestè haud iuuat.

COMMENTARIVS.

Absoluta vna parte quæ infra thoracem est, vtero nimirum: ad alteram, nempe coxam ipsam progreditur, docetque quæ ea laborante & doloribus vexata sit incidenda vena. Nam si Ischias malum oriatur non quidem à causa externa, frigore scilicet, sed propter copiam sanguinis quæ in venis coxæ continetur, poplitis vena incidenda erit. Eius enim sectio, ob vicinitatem ac communitatem cum coxa, plus auxilii affert, quàm eius quæ in malleolis est. Fit enim ex vicinis venis, Galeno in lib. de Artis constitutione teste, vacuatio melior. Tamen vbi poplitis vena quæ hodie secari ferè desiit, commode incidi non potest, ea quæ in malleolo exteriore est, quam hodie Ischiaticam, vel barbara admodũ voce Sciaticam, nulla alia de causa, quàm quòd coxæ doloribus prodest, nominant, secari potest, Has autem venas secãdas esse in Ischiade Galenus etiam lib. 10. de Compos. medicam. localium, cap. 2. docet. Scarificatio autẽ malleolorum ischiaticos non manifestè iuuat, minus enim educit, quàm opus sit in ista sanguinis copia. Cæterũm coxa nihil aliud est, Galeno etiam capite 21. libri de Ossibus authore, nisi os quod amplos continet sinus in quos femorum capita inseruntur. Nõ meminit autẽ malorũ vesicę, quã tamẽ in partiũ diuisione nominatim expressit, quòd scilicet malorum eius, quòd ad sanguinis missionẽ attinet, eadẽ quę vteri sit ratio. Eũdẽ enim sitũ vesica & vterus in corpore, Gale. in libello de vteri dissect. teste obtinent.

Poplitis venæ sectio.
Sciatica.
Coxa.

CAPVT XIX.

Caeterùm vt summatim dicam incipientes phlegmonas reuulsoriè vacuare oportet: quæ verò diuturnæ sunt, ex ipsis, si fieri potest, laborantibus partibus. Sin minus, ex ea quæ iis maximè vicina est. In incipientibus enim, id quod influit auertere conuenit. In diuturnis autem ipsum tantum quod laboranti parti impactum est vacuare oportet.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 619 sur 637

©BIUM

Vacuabitur verò id optimè per venas coeuntes cũ iis que in partibus ipſis ſunt ſitæ. Huic rationi experiẽtia quoq; ipſa teſtimonio eſt. Quocirca iis qui ĩ faucibus et arteria vehemẽti laborãt phlegmone, ĩ principio quidẽ quæ in gibbero eſt, poſt hãc quæ in ipſa lingua magnificè auxiliatur, ambabus nimirũ quæ in ea ſunt venis inciſis. Sic etiam in oculis induratas phlegmonarũ reliquias vena quæ ad magnũ eſt angulũ ſecta iuuat: quẽadmodũ capitis grauitates, & diuturnos in eo à plenitudine dolores, vena in frõte inciſa manifeſtè leuare ſolet. Incipiẽtes autẽ & vigẽtes reuulſio per cucurbitã in occipite, interim quidẽ ipſam ſolã, interim etiam cũ ſcarificationibus appoſitã. Verùm vniuerſum corpus anteà vacuatũ eſſe oportet. Eadem ratione dolores in poſteriore capitis parte incipientes & vigentes, vena in fronte ſecta iuuat. Quippe reuulſiones cum vacuatione magis fluxionibus incipientibus fieri oportet. Quæ verò ab ipſis laborantibus partibus, aut illis vicinis vacuant, in phlegmonis iam veluti induratis.

COMMENTARIVS.

Quæ venæ laborantib. iam partibus corporis incidendę.

Quanquam ſuprà capite decimoquinto Galenus abundè qua corporis parte vena ſit incidenda docuit, tamen vt hanc rem diſcentium animis altius infigat, hoc loco iterum, idque ſummatim, quæ venæ laborantibus iam corporis partibus ſint incidendæ monſtrare pergit, inquiens: Si pars aliqua phlegmone laborare incœperit, reuulſoriè vacuandum erit. Siquidem fluentem ad partem humorem in contrarium trahere, & auertere oportet. Et ſunt qui ex hoc Galeni locò, inter initia phlegmonarũ ex oppoſitis ſeu contrariis, & diſtantiſsimis partibus reuellẽdum eſſe docere contendunt, quaſi verò reuulſio non fiat niſi ex contrariis partibus, aut maximè diſtantibus. Parum itaque memores ſunt qui in abſurda iſta opinione verſantur, quid alibi, nempe in libro 2. ad Glauconem, ſcribat Galenus. ibidem enim diſertè vtrunque vacuationis genus, hoc eſt tam reuulſionem, quàm deriuationem, per communes venas, id eſt metipſo interprete, quæ κατ' ἴξιν, hoc eſt in rectum ſunt, fieri debere tradit. Quod clarius lib. 15. The. metho. cap. 9. in eum ſcribens modum docuit: Satius igitur ſit, inquit, vbi partes quæ in ore ſunt phlegmone laborare incœperint (φλεγμαίνειν ἀρχομένων) deriuare ad nares. Pari modo venam quoque, vbi hæ partes ſic laborant, incidere humeralem in manu. Si ea non cernitur, mediam. Vbi iecur, thorax, pulmo, aut cor ſic afficiuntur, internam. in angina, primas in manibus, ſecundas eas quæ ſub lingua habentur. At iis quæ in occipite ſunt ſic affligtis, etiam eam quæ in gibbero eſt, necnon eam quæ habetur in fronte. Renibus verò & veſica, pudendo & vtero ſic habentibus, eas quæ in cruribus ſunt ſitæ: ac potiſsimum quæ circa poplitem ſunt. Sin minus, eas quæ iuxta malleolũ. Perpetuò verò in omnibus, quæ in rectum ſunt. iecore quidem phlegmone laborare incipiente, quæ in dextra ſunt manu: liene verò, contrà. Hæc ille. Quem ſanè locum ideò lubentius ſubieci, quòd multis quæ hîc dicuntur lucem afferat, & quòd perſpicuè doceat vacuationem reuulſoriam inter initia phlegmonarũ, atque ex iis venis quæ in rectum ſunt, faciendam eſſe. Porrò in diuturnis phlegmonis vbi nihil amplius ad laborantem partem affluit, vacuandum quod parti phlegmone obſeſſæ impactum eſt. id quod bifariã fieri poteſt, Primò, ſi ex ipſis laborantibus partibus vacuamus: id quod ſimpliciter vacuationem, vt ſuprà cap. 16. eſt dictum, nominamus. Nam vacuat tantùm neque tamen reuellit, neque deriuat. Quum enim iam remiſſus ſit dolor, & fluxio reſtiterit, reliquum eſt hoc ſolum, vt id quod in laborante adhuc hæret, & impactum eſt, vacuetur. Ea autem non ſemper vtimur, ſed tum ſolùm, vbi ſcalpello partem laborantem attingere, & ea ſcarificata ſanguinem extrahere licet. Addimus autem præter partis ſectionem aliquando hirudines, cucurbitulas, aut earum vice cornua, aut vitra cũ igne.

Confutatio quorundam non rectè intelligentiũ Galenum.

vacuatio ſimplex

igne. Idq; nõ alia de cauſa,quàm vt ea quæ in parte laborãte coaceruata ſunt educamus.Quòd ſi verò ex parte laborãte vacuare adeoq; prima ratione vti nobis minùs ſit integrum,ad alteram nobis progrediendum erit,quę ſcilicet ex iis quæ maximè vicinæ ſunt partibus laborantibus venis, hoc eſt, iis quæ coeunt & vniuntur (Id enim eſt *συμμέναν* Græcis) cùm his venis quæ in laborante ſunt particula, vacuat. Ea autem vacuationis ſpecies deriuatio propriè,vt loco paulò antè citato oſtenſum eſt, dicitur. Deriuatio.

Prædicta præcepta Galenus exemplis aliquot illuſtrat,quorũ primum eſt de phlegmone faucium & arteriæ,hoc eſt angina, in qua principiò vacuandum erit ex gibbero, id eſt humerali vena. Dein ex venis quæ ſub lingua ſunt, vt patuit ex verbis quæ paulò antè ex Galeni The. methodo citauimus, & cap.10.huius libri. Et ſciendum hoc loco erit per *φάρυγγα*,fauces eſſe intelligendas,non obſtante quòd interdũ etiam guttur ſignificet.Nam quùm ſimul etiam aſperæ arteriæ,cuius quidem guttur pars eſt ſumenda mentio hîc fiat,ne eandem partem bis nulla alia interueniẽte nominaſſe videatur, per *φάρυγγα* ,fauces accipiẽdę erũt,vt pote in quibus perinde atque in gutture angina fieri ſolet. Alterum exemplum quod affert Galenus,eſt de phlegmone oculorum,in qua itidem initiò humeralis incidenda erit, dein verò vbi reliquiæ phlegmones induratæ fuerint,quum non liceat ex ipſis oculis vacuare quod iis infixum eſt, ex maximè vicina vena,vt eſt illa quæ ad magnum eius angulum exiſtit,vacuabimus.Hæc enim vnita eſt venis quæ in oculo ſunt. Tertium eſt de capitis grauitatibus, & à plenitudine natis doloribus diuturnis,in quibus frontis venam ſectam manifeſtè ait iuuare. incipientibus autem & vigentibus doloribus,reuulſio per cucurbitam in occipite appoſitam vel ſe ſolam, vel cum ſcarificationibus, prodeſt . Cæterùm antequam cucurbita vſus fueris, præſtat totum corpus per humeralis vocatæ venæ ſectionem vacuatum eſſe. Cuius quidem rei cauſam reddit Galenus. capite 95. Artis medicæ, inquiens : Si vniuerſum corpus plus æquo plenum fuerit , per laborantem partem minimè. Nam ſi ſcarificationibus , aut ſectionibus ſenſibiliter:vacuabimus,plus, ratione excitati doloris attrahemus. Si verò calefacientibus diſpergere tentabimus, plus erit id quod vi caloris ad partem adtrahetur,quàm diſperſum . Quòd ſi in eo elaborabimus, vt quod influxit retrocedat,corpus plenum non admittet. Adhæc igitur ambo totum corpus vacuare oportet,aut omnino ad contraria loca, quod laboranti parti influit, attrahere.&c. Pari ratione,corpore nimirum prius vniuerſo vacuato,dolores in occipite incipientes,aut vigentes,vena in fronte ſecta iuuat:iuxta hoc Hippocratis:Dolenti poſteriorem capitis partem , recta in fronte vena inciſa prodeſt . in cuius ſententiæ explicatione in noſtris commentariis plura ad inſtitutum facientia reperient ſtudioſi.In fine huius capitis iterum generale præceptum de vacuationibus,cuius ab initio meminit,repetit,dicens:Fluxionibus incipientibus eſſe retrahendum cum vacuatione:hoc eſt reuulſione & deriuatione vtendum. Neque enim hoc loco vacuatio aliud,quàm deriuationem ſignificat.Qua quidem in ſignificatione non rarò hac voce vtitur Galenus. Nempe lib.2. Vict.acut.morb.com.10. vbi inquit, Venam in gibbero ſecare oportet,quæ ſanguinem à laborante parte& magis &velocius tum reuellere,tum vacuare poſsit.Etlib.13. The.meth.cap.9.vbi in eum ſcribit modum:Ergo pariter tum reuellendus,tum vacuandus qui ad iecur fluit ſanguis eſt,interna in dextro gibbero ſecta vena,propterea quòd in rectum ſita ſit,& ampla via cum vena quæ caua dicitur,ſocietatẽ habet. Porrò vbi diuturnæ fuerint phlegmonæ ab ipſis partibus laborantibus, & illis maximè vicinis,vt comprehenſum eſt,vacuandum erit.

Phlegmone faucium.

φάρυγξ.

Phlegmone oculorum.

Dolor capitis.

Ante cucurbitæ vſum corpus vacuandum.

„
„
„
„
„
„
„

5. aphor.68.

Fluxionib. incipiẽtib. reuulſione & deriuatione vtendum.

Vacuatio interdum idem quod deriuatio ſignificat.

In quibus autem corporibus nulla dum particula laborat,cæterùm Vere ineũte vacuationem anteuertimus,in iis,ſi quidem homo ille quotannis æſtiuo tempore febrilibus morbis capi conſueuit,dum redundantiam eorum,quæque morborum

©BIUM

generatoni opitulantur, vacuare ſtudemus, quæuis pars ad ſanguinis detractionem eiuſdem conditionis & ſortis eſt, quemadmodum vtique ſi arthriticus fuerit omnibus articulis laborãs. Quibus verò pars quæpiam niſi, prius vacuati fuerint, præcipuè iuſeſtatur, haud æque ex quauis particula vacuationem moliri oportet, ſed perinde atque in iis quæ iam laborare incipiunt. Quocirca podagricos ex gibbero vacuabis: comitiali autem morbo & vertigini obnoxios potiùs ex cruribus. Si verò propter retentas hæmorrhoidas ſanguinem miſeris, ſi quidem cohibere has voles, eas quæ in manibus ſunt, ſin elicere, quæ in cruribus ſunt venas ſecare oportet. Verùm in iis quibus ſuppreſſa ſunt menſtrua, ſemper quæ in cruribus ſunt. Non enim vt in hæmorrhoidibus quidam liberari eiuſmodi vacuatione volunt, quidam verò habere cupiunt: ita quoque in mẽſtrua purgatione res ſe habet. Quippe vacuatio per hæmorroidas ſuſpecta eſt ne in tantam euadat immoderationem, vt aut hominem protinus interimat, aut omnino hydropicum, aut malo corporis habitu præditum reddat. At per vterum purgationibus, vt quæ naturales ſunt, tale nihil accidit. Euenit tamen aliquãdo vt etiam ex vtero propter eroſionem ſanguis erumpat, in quibus non idem eſt curationis ſcopus. Non enim effluere ſanguinem, vti in menſtruis; ſed planè ſiſtere conſilium eſt. Communis igitur in iis omnibus qui Vere eneunte ad ſanguinis miſſionem veniunt hæc ratio eſt, ſi quidem præcipuè infirmam aliquam partem habeant in quam quæ coaceruatur plenitudo decumbat, reuulſorie vt vacuemus. Si verò tale nihil ſit, vnde cuique magis placebit, excepta tamen hæmorrhoidis, aut menſium ſuppreſſione, vt paulò antè definitum eſt.

COMMENTARIVS.

Quæ venę ſecãdæ ſint partibus nõdum laborãtibus.

Quæ venæ ſecandæ ſint partibus corporis nondum laborantibus hoc loco Galenus docet. Nam ſi vere ineunte, quo potiſsimùm tempore vacuationi ſtudẽdũ eſt, in corporibus quorum nulla adhuc particula laborat vacuatione anteuertere morbos cupimus: vt ſi homo quiſpiam æſtiuo tempore ſingulis annis febribus capi conſueuit: dum redundantiam eorum, quęque morborum generationi opitulantur (nam idipſum vox χορηγία ſignificat, vt paulò pòſt latius dicemus) vacuare conamur, quęuis pars ad ſanguinis detractionem eiuſdem eſt conditionis & ſortis: hoc eſt nihil refert tum, qua in parte venam ſeces. Perinde atque ſi quis omnibus partibus, vt arthritici, laboret. Nam quũ omnes ex æquo laborent, parum refert qua ex parte ſanguinem mittas. Si verò pars quæpiam, niſi prius vacuemus, præcipuè infeſtatur, tunc non æquè ex quauis particula vacuationem molimur, ſed ſicut in iis quæ iam laborare incipiunt plurimùm refert quam venam ſeces, ita etiam tum vbi vna aliqua præcipuè infeſtabitur. Quapropter podagrici ex gibbero vacuandi ſunt, quòd hac ratione humorum ad pedes defluxio & impetus in contrarium trahatur. Comitiali autem morbo & vertigini obnoxios, ex cruribus eandem ob cauſam vacuare oportet. In retentis hæmorrhoidibus, ſi eas ita retentas ſeruare ac cohibere ſtudemus, venas quæ in manibus ſunt, quòd humorum fluxum in contrarium agant, incidemus. Si verò hæmorrhoidas elicere conſilium eſt, eadem de cauſa quæ in cruribus ſunt venas, incidere oportet. Mẽſtruis autem ſuppreſſis, perpetuò venas quæ in cruribus ſunt ſecabimus. Cuius rei hanc rationem reddit Galenus: Nemo enim, inquit, eiuſmodi vacuatione quę per menſes fit, perinde atque ab hæmorrhoidibus liberari vult, vtpote quæ naturalis ſit, & corpus ab omnibus excre-

χορηγία.

Menſtruis ſuppreſsis perpetuò venæ quæ in cruribus ſunt ſecandæ.

mentis

mentis expurget. Quod autem nonnulli ab hæmorrhoidibus liberari velint, hæc ratio eſt. Quippe metus eſt ne aliquando hæmorroidum vacuatio in tantam euadat immoderantiam, vt hominem vel protinus interimat, virtute nimirum prorſus extincta, vel aquæ inter cutem, vel malo corporis habitui, ob iecur per hanc vacuationem immoderatam refrigeratum, obnoxium reddat. Hinc eſt quod Galenus lib. 5. de Laborantibus partibus, cap. 6. ita ſcriptum reliquerit: Proinde rationi magis conſentaneum eſt, vt ob viſceris refrigerationem cibus diſtributus in ſanguinem tranſmutari non poſsit. Quinetiam refrigerantur cum ipſo vniuerſi corporis venæ, idque maximè vbi nullo plerunque tumore in iecore apparente, laborans aqua inter cutem moleſtari videtur, vitio exiſtente vel in liene, vel ieiuno, vel tenui inteſtino, aut meſenterio, vel pulmone vel renibus. Aut etiam vbi plurimus per hæmorrhoidas ſanguis excernitur. Hæc ille. Quum vero in purgationibus quæ per vterum fiunt naturalibus nihil, tale accidat, ideò nemo ab iis vult liberari. Cæterùm accidit interdum vt ſanguis ex vtero erumpat, non quidem naturæ ratione, quæ per hunc vniuerſum expurgaret corpus, ſed propter eroſionem venarum. Et tum planè is ſanguis per commodam curationem, & iis medicamentis quæ eroſionem ſanant, ſupprimendus erit. In fine huius capitis Galenus quæ iam dicta ſunt ſummatim perſtringit, inquiens: Communis igitur in omnibus qui Vere ineunte ſanguinem mittunt hæc eſt ratio, vt ſi vnam aliquam præcipuè infirmam partem habeant in quam quæ colligitur plenitudo decumbat, reuulſoriè vacuétur, atque interdum ex diſtantiſsimis. At ſi nulla pars præ cæteris plus affligatur, vt ex quacunque parte magis placebit vacuemus, excepta tamen hæmorrhoidum & menſium retentione, in qua vacuandum perpetuò erit ea ratione quæ paulò ſuprà eſt definita & expoſita, licebit. Quòd ad vocem χορηγίαν attinet, ſciẽdum hanc Græcis nihil aliud ſignificare niſi δόσιν, hoc eſt dationem, cõtributionem, ſuppeditationémve. Vſus eſt itaque ea hoc in loco Galenus μεταφορικῶς, pro redundantia quæ ad morbi generationem ſuppeditatur. Vt enim alicui ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria ſuppeditantur, ita quoque corpus plenum ad morbi generationem redundantem materiam, quã χορηγίαν nonnat Galenus, ſuppeditat. Præterea in Aldino codice Græ. dictio vna, nẽpe καταστήσει deſideratur. Legendum igitur hoc modo erit, ἐφ' ὃν ἀθροιζόμενον τὸ πλῆθος καταστήσει: in quam coaceruata decumbit plenitudo. Aldinus codex græcus emẽd

CAPVT XX.

DE hoc quidem in ſuperioribus poteſtate dictum eſt. Veruntamen præſtat & nunc omnia percurrere, omnibus quæ antè dicta ſunt in vnum hunc ſermonem coaceruatis, & vnà definitis quæ minus ſunt diſtincta. Igitur in ſumma hoc ſciendum primùm, quòd in ſanguinis miſsione dierum numero non ſit attendendum, quemadmodum nonnulli ſcripſerunt, & quidam vtique admodum ridiculè poſt tertij diei acceſsionem, quando videlicet, vt aiunt, iam dignotionem aliquam habemus qualis ſit formâ & moribus, totaque ſua natura morbus. Alij verò extremum terminum mittendi ſanguinis quartum definiunt diem, intra quem vtique vt ſanguis mittatur in acceſsionum interuallis, quando libuerit decernunt. Alij verò auferre feſtinant, quibus ſanguinis detractionem ex vſu eſſe definiunt, eo etiamnum tranſfluente, & nondum in aliqua parte ſuperuacua recipiente firmiter retento, vnum ſolummodo conſiderantes, num cibi in ventriculo concoquendi corruptio aliqua facta ſit, aut tarda concoctio, aut etiam cibi ab eo amplectantur. Quòd igitur maturandum ſit in quibus vacuatio ex vſu eſt, niſi vbi prius cibos, & in primis venis ſemicoctos hu-

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 623 sur 637

mores concoqui oporteat, rectiſsimè dicunt, eisque credendum eſt. Verùm quoniã ſæpe poſtquam aliquis dies iam quinque aut ſex ægrotauit, ad curationem accerſimur, expediet vtique ſanguinem mittere, etiamſi huius remedij prima occaſio ſit prætermiſſa. Quocunque enim die mittendi ſanguinis ſcopos in ægrotante inueneris, in eo præſidium hoc adhibito, etiamſi vigeſimus ab initio morbi dies fuerit. Qui nam verò fuerunt hi ſcopi? Magnus morbus, virium robur, excepta ætate puerili, & ambiente nos aere admodum calido. Quoniam verò temporis progreſſu in plurimis morbis virtus exoluitur, ideò mittendi ſanguinis occaſio dierum numero amittitur, non quòd idipſum primariò efficiat, ſed interueniente aliquo, priuſquam ſcilicet virtus diſſoluatur. Proinde vbi altero à principio die aliquando virtus exoluta videtur, à miſsione ſanguinis abſtinebimus.

COMMENTARIVS.

In ſanguinis miſſionenon eſſe primario attendendũ numero dierũ

Percurrit hoc capite Galenus, & ſummatim perſtringit quædam in ſuperioribus poteſtate dicta, iisque exquiſitiorem diſtinctionem adhibet. Docet autem in ſanguinis miſsione non eſſe primariò attendendum numero dierum, quemadmodum nonnulli fecerunt, quòd non rarò dierum numero occaſio ipſa quæ præceps eſt, Hippocratis etiam teſtimonio, amittatur. Porrò qui in ſanguinis miſsione dierum numerum obſeruauerunt, inter ſe non conueniebant, quòd ſcilicet nonnulli fuerint qui ridiculè admodum non niſi poſt diei tertii acceſsionem ſanguinem eſſe mittendum ſtatuerint,

Diatritarij.

iique Diatritarij dicti ſunt, quod ante tertium diem neque cibum neque medicamentum vllum exhibuerint. Ante diem enim tertium nullam medicum habere poſſe dignotionem qualis ſit morbi forma, aut qui eiuſdem mores, & quæ ſit vniuerſi eius natura cenſebant, quemadmodum multis in locis, præſertim autem lib. 8. Ther. metho. ca.

Acceſsio.

5. Galenus monſtrat. per acceſsionem autem hîc deterius tempus totius circuitus, hoc eſt principium, augmentum, & vigorem intellige. Excluditur itaque remiſsio & intermiſsio, vt quæ totius circuitus tẽpora ſint meliora. Forma autẽ quàm ἰδέαν vocat Galenus, nihil eſt niſi ſpecies, aut differentia morbi, vt teſtatur lib. 1. Epid. conſt. 5. cõ. 1 Gale. Nihil itaque refert ſiue differẽtiã ſiue ſpeciẽ, ſiue formã, τρόπον Græ. nominãt, dicas.

Forma morbi.

Mos morbi.

Mos verò morbi non eſt niſi eius bonitas aut malitia. Hinc morbus qui minimè malus eſt, Græcè ἐνήθης dicitur, vt eſt apud Galenum lib. 3. prognoſt. com. 2. Morbi autem mos ex eius maximè ſymptomatis cernitur. Alij verò extremum terminum mittendi ſanguinis definierunt diem quartum, ita vt à quarto die nulli eſſe incidendam venam putauerint. Intra quartum autem diem concedebant mittendum eſſe ſanguinem, idq;

Interuallum.

in acceſsionum interuallis ſeu remiſsionibus quandocunque libuiſſet. Interuallum autem remiſsióve, Græcis διάλειμμα dicitur, eſt, Galeno lib. 1. de Iudiciis teſte, quando acceſsio in quietem febre vacantem deſinit. Et notandum quidem hoc loco Aldinum

Aldinus codex emaculatus.

codicem, eſſe mutilum & deprauatum, legendumque in hunc modum, antiquo confirmante interprete erit: ἔνιοι δὲ τὸν μὲν ἐξοχώτατον ὅρον τῆς φλεβοτομίας εἶναι τὴν τετάρτην ἡμέραν ὁρίζουσι, ἐφ' ᾗ ἂν φλεβοτομεῖν ἐν τοῖς πρὸ τῶν παροξυσμῶν διαλείμμασι. &c. Alij fuerunt qui feſtinauerunt ſanguinem detrahere iis quibus ex vſu eſſe cenſuerunt, eo adhuc transfluente, & nondum in parte aliqua firmiter retento, vnum tamen conſiderantes, num ſcilicet cibi in ventriculo corruptio aliqua facta ſit, aut tarda concoctio, aut etiã cibi ab eo amplectantur. Quando enim ventriculus non probè amplectitur, aut non tantiſper donec concoctio perficiatur, ventriculi actionem lædi neceſſe eſt. Quandocunque igitur vnum ex iam dictis accidebat, prædicti medici, etiam adhuc transfluente ſanguine, venam non incidebant. Atque hæ quidem veterum quorundam medicorum qui dierum numerum in mittendo ſanguine obſeruandum eſſe ſtatuebant fuerunt

runt ſentẽtiæ. De quibus quid ſentiat Galenus nũc explicabimus. Quòd, inquit, feſtinã dum ſit in iis quibus vacuatio competit, niſi vbi cibi crudi, aut ſemicocti in primis venis, hoc eſt iis quæ iuxta iecur & meſenteriũ ſunt (ita enim metipſe Galenus lib. 12. The. metho. cap. 3. interpretatur) humores ſunt, rectiſsimè dicunt, eisque credendum eſt. Nam cruditate exiſtente in ventriculo, & in primis venis exiſtentibus humoribus ſemicoctis, incidẽda vena non erit. Inciſa enim vena crudos aut ſemicoctos humores in totum, vt copioſius lib. 4. de Tuen. ſanit. cap. 5. Galenus docet, corpus attrahit. His verò malis non prẽſentibus, feſtinandum vt primò quoque tempore, iis quibus ex vſu eſt ſanguinis detractio, vena ſecetur. iuxta conſilium quidem Hippocratis, qui ita ſcriptum reliquit: Quum morbi incipiunt, ſi quid mouendũ videtur, moue. Cæterùm in eo veteres errauerunt, quòd extremum terminum mittendi ſanguinis ſtatuerunt quartum diẽ & quòd non niſi etiamnum transfluente ſanguine, & nondum in aliqua parte fixo venam eſſe ſecandam prẽceperunt. Sæpe enim accidit vt medicus ad ægrotum ante quintum vel ſextum diem non accerſatur, ita vt ex illorum præſcripto ſanguinem mittere haud poſsit. Expedit tamen nihilo ſecius ſanguinem mittere etiamſi huius præſidij prima occaſio, reuellendi ſcilicet, ſit prætermiſſa. Deriuationis enim humoris qui ad laborantem partem confluxit occaſio nondum præteriit. Deriuandum autem ex vena quẽ communitatem cũm laborante parte, vt ſuprà dictum eſt, habet. Generale itaque præceptum ſubiungit Galenus, hoc ſcilicet. Quocũque die mittẽdi ſanguinis ſcopos in ægrotante inueneris, in eo venam incidito, etiamſi vigeſimus ab initio morbi dies fuerit. Sunt autem præcipui ſanguinis mittendi, vt dictũ eſt cap. 9. ſcopi duo, magnitudo nimirum morbi, & virium robur. Magno igitur exiſtente morbo, & ægro robuſto, ſanguinem mittes. Excipiuntur tamen pueri, vt cap. 11. fuſius diximus. Aẽre quoque nos ambiente admodum calido exiſtente, vt oſtenſum eſt cap. 14. ſanguis haud mittendus. Porrò ne medicus temerè quouis tempore venam incidat, ideò Galenus ſubiicit, fieri interdum vt occaſio mittendi ſanguinis dierum numero amittatur, non quòd hoc ipſum primariò dierum numerus efficiat, ſed quòd progreſſu temporis in plurimis morbis virtus exoluatur. Interueniente igitur exolutione virtutis, fit vt occaſionem mittendi ſanguinis amittamus, non autem propter dierum numerum. Nam ſi ſtatim altero à principio morbi die virtus exoluta videtur, à miſsione ſanguinis abſtinebimus, tantùm abeſt vt dierum numero certo, quarto nimirum diei, hoc ſit acceptum referendum. Quapropter potentia etiam in ſcopis venæ ſecandæ præcipuis, de occaſione dictum eſt. Amiſso enim robore virtutis, amittitur vnà mittendi ſanguinis occaſio. Et hoc loco Græca in Aldino codice deprauata ſunt. Legendum enim ita erit: ὑπερῶτον τοῦτο ἐργαζομένης, ἀλλὰ διὰ μέσου &c. Id eſt, non primo hoc efficiente, ſcilicet numero dierum, ſed per medium, nempe priuſquam virtus diſſoluatur.

Primæ venæ quę.

2. Aphor. 29.

Generale deuenã ſecãda præceptũ.

Sanguinis mittẽdi occaſio quõ dierum numero amittatur.

Aldinus græcus codex emẽdatus.

CAPVT XXI.

QVòd verò in ipſo rurſum die in quo ſanguinem mittimus, obſeruare oporteat febris inclinationem, notum eſſe arbitror. Quanquam quibuſdam non eſt cognitum, qui manè tantùm venam ſecandam eſſe præcipiunt, aut quod longiſsimũ eſt vſq; ad quintam aut ſextam horas. Verùm ſi quis memoria tenet quæ antea toto hoc libro dicta ſunt, nihil in iis errabit, quauis vtique diei noctisque hora, modo reſpiciat in febrientibus particularium acceſsionum declinationem, ſanguinem mittens. In quibus verò vel propter lippitudinem, vel aliud eiuſmodi citra febrem hoc auxilio opus eſt, non declinationem omninò non exiſtentis febris, ſed magnitudinem doloris, aut phlegmones, aut totius affectus in quo ſanguinis miſsione opus eſt, inſpicere conuenit.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 625 sur 637

©BIUM

In febribus quo tempore mittendus ſanguis.

1. Aphor. 11. & 4 vict. acu. 34.

Acceſsio.

Quod in mittendo ſanguine ſit obſeruanda ſeu expectãda acceſsionis declinatio, ab initio huius capitis Galenus monſtrat. Nam vt in ipſa acceſsione dare cibum, Hippocrate teſte, non oportet, ne naturam à morbi concoctione auocemus: ita quoq; reliqua præſidia, ſanguinis nempe miſsio, purgatio, & id genus alia hoc tempore non ſunt adhibenda. Per acceſsionem verò, deterius totius circuitus tempus intelligendum erit. Quare neque in principio, neque in augmento, neque etiam in vigore acceſsionis ſanguinem mittere oportet. Hæc enim deteriora ſunt tempora: ſed in declinatione potius febris. Hinc perſpicuum fit omnibus, Theodoricum Gaudanũ hunc locum peſsimè ita conuertiſſe, cauenda eſt febris declinatio. Non enim vult Galenus vt declinationem caueamus, ſed hanc potius obſeruandam atque expectandam planè eſſe (id enim ſignificat vox ἐπιτηρήσαι) præcepit, imò hoc verè doctis notum eſſe ait. Sunt tamen quidam qui hoc ignorant, vt qui perpetuò mane ſecandam eſſe venam, aut quod longiſsimum eſt, vſque ad quintam aut ſextam horam, hoc eſt, ante meridiem (loquitur enim Galenus hoc in loco de horis inæqualibus, quibus Iudæi olim etiam vſi ſunt) diem & noctem partibus horisve inæqualibus diſtinguẽtes. Quoties enim ſine determinatione, vt alibi etiam monſtrauimus, Galenus horarum meminit, ſemper inæquales intelligendæ veniunt, quarum certè prima oriente Sole incipiebat, ſexta verò ſemper meridies, vt duodecima occaſus Solis fuit. Putauerunt itaque prędicti medici matutino tantùm tempore ſecandam eſſe venam, vel certè ante quintam & ſextam horas, hoc eſt, planè ante meridiem. Neq; id ſanè ſine maximo errore, quòd ſcilicet non rarò in id temporis febris acceſsio incidat, in qua ſanguis detrahẽdus nunquam erit, ſiue veſpertinum, ſiue matutinum tempus fuerit. Quapropter qui memoria tenet quæ ſuprà, capite nimirum duodecimo, dicta ſunt, is vtique quauis diei noctisque hora ſanguinem mittens nihil errabit, modo in iis qui febricitant particularium acceſsionum declinationem reſpiciat. Hoc eſt, medicus non errat mittens ſanguinem in febribus quacunque diei aut noctis hora id faciat, modò illa ſit extra acceſsionem, & in tempore declinationis febris. Cæterùm in aliis affectibus qui vacant febre, Galenus ſolam magnitudinem in mittendo ſanguine eſſe conſiderandã hortatur. Quapropter in lippitudine, & id genus aliis malis in quibus venæ ſectione opus eſt, non declinatio febris, quandoquidem ægrotantes febre vacent, nullaque adſit, ſed doloris, aut phlegmones, aut totius affectus magnitudo inſpicienda erit, vt ſuprà capite nono fuſius diximus.

Horæ inæquales.

Theodorici Gaudani erratum.

Quum verò nihil eiuſmodi vrgeat, aut prohibeat, præſtat mane venam ſecare, non confeſtim à ſomno excitis, verùm horam circiter vnam iam anteà vigilantibus. Dictum eſt autem quòd & vti balneo quibuſdam expedit. Quòd ſi verũ eſt, & præeunte quoque deambulatione vti nonnullis vtile eſt. Cæterùm quibus Vere ineunte venam incidere conamur propter febris metum, aut alterius cuiuſpiam affectus, quibuſdam etiam poſtquam ſolitorum operum quippiam obiiſſent, ſiue in ludo literario, ſiue in officinis, ſiue in foro, ſiue in ædibus miſiſſe me ſanguinem noui. Iteratæ tamen detractionis, in quibus vtique ſimpliciter vacuare ſtudemus, tempus eodem die eſto. At in quibus reuellere conamur, ſi vel duobus deinceps diebus fiat, melius fuerit. In omnibus vero his laborantis vires te attendere oportet, manu illius arterias contingentem. Sunt enim quidam quorum vires tam facilè laborant, vt confertam vacuationem ferre non queãt. In quibus refecto primo die ægrotante, ſecundo detractionem iterare conuenit.

COM-

COMMENTARIVS.

Quando nihil eorum quæ paulò antè dicta ſunt vrget, aut prohibet, tunc Galenus conuenientiſsimum ſecandæ venæ tempus, matutinum eſſe ait, non quidem cõfeſtim nobis à ſomno excitis, ſed anteà horam circiter vnam vigilantibus, & corpus ab excrementis tum per vrinam, tum per aluum expurgantibus. Quæ ſequuntur in contextu in Græcis codicibus deſiderantur, ex veteri autem conuerſione ſunt reſtituta. Dicit verò expedire quibuſdam ut balneo vtantur, iis nimirum quibus venæ procul à viſceribus diſtantes ſecantur, & qui craſsiorem in venis obtinẽt ſanguinem. Is enim balnei calore liquatus ac diſſolutus, prõptius effluit. Quo ſanè nomine, nempe vt incaleſcat corpus, deambulatione quoque vti nonnullis vtile eſt. Cæterùm ſubdit Galenus ſe nõnullis quibus ineunte Verno tempore, propter metum febris in æſtate futuræ, aut alterius cuiuſpiam affectus venam incidere conatus eſt, ſanguinem miſsiſſe, poſtquã ſolita munera in ludo literario, vel officinis, vel foro, vel domi obiiſſent. Vt hinc etiã clarum ſit interdum etiam longiùs quàm horam vnam à ſomno excitis ſanguinem detrahi poſſe. In fine huius capitis de iterata ſanguinis detractione præcepta affert, nempe in quibus ſimpliciter vacuare & citra reuulſionem ſtudemus, iis eodem die ſanguis iteratò mittendus erit. In quibus autem reuellere conamur, melius eſt vt detractio duobus deinceps diebus fiat, quemadmodum ſuprà quoq; cap. 12. docuit, reuulſionem inquiens eò fieri efficaciorem, quò maiorem in numerum particulares detractiones auctæ fuerint. Natura ſiquidem toties irritata ea quæ ad partes laborantes confluunt, maiori cum impetu in contrarium locum depellere aſſueſcit. Hinc etiã eſt quòd lib. 4. de Tuen. ſanit. cap. 8. ita ſcriptum reliquerit: Idcirco detractionem ſanguinis etiam ſecundo die iteramus. Aliquando verò & in tertio, vbi videlicet & reuellere, & ex aliis in alia transferre viſum eſt conducere. Tamen medicum eſſe prudentem in iis vacuationibus, ac diligenter laborantis vires attendere oportet, manu ſua ſanguine adhuc effluente arterias contingentem. Sunt enim nonnulli viribus tam imbecillis, vt confertam vacuationem ferre non queant, tantùm abeſt vt iteratã ſanguinis detractionem tolerare poſsint. Illis igitur primo die conuenientibus cibis refectis, adeoque viribus firmatis, ſecundo ſanguinis detractionem iterare decet. Atque hæc dixiſſe de venæ ſectione ſatis ſit.

Matutinum tempus quando ad venam ſecandam conuenientiſsimum.

Quibus balneo ante venę ſectionem vti expedit.

Nonnullis ante venę ſectionẽ vti deambulatione vtile eſt.

De iterata ſanguinis detractione præcepta.

CAPVT XXII.

QVòd autẽ veteres arterias appellant venas, & à nobis alibi demonſtratum eſt, & ante nos aliis cõfeſſum fuit. Ob hoc igitur ipſum, & præterea doctrinæ affinitatem melius eſſe mihi viſum eſt haud ſcribere alium de arteriarum ſectione librũ, ſed orationi de venæ ſectione adnectere, & hoc ipſum in ea parte in qua cõſideramus quas venas in quibus laborantibus partibus incidere oporteat. Vt enim alias venas in aliis partibus ſecandas eſſe monſtrauimus: ſic vtique & quæ in temporibus ſunt arterias, & quæ poſt aures, medici incidere conſueuerunt. Eas quidem quæ in temporibus ſunt, in defluxionibus ad oculos tum calidis tum ſpirituoſis. Poſt aures verò in iis qui vertigine laborant potiſsimùm, & iis qui diuturnis capitis calidis & ſpirituoſis doloribus infeſtantur. Iamverò & propter alia mala in capite conſiſtẽtia diuturna, nonnulli arteriarum poſt aures ſectione vſi ſunt, non tamen in alia aliqua parte laborãte hoc vſi ſunt remedio, tametſi multi ſunt quibus eo magis q̃ venæ ſectione opus eſt. Vbi enim calidus ſanguis & ſpirituoſus in arteriis coaceruatus infeſtat, hîc cõmunibus laborãti parti ſectis arteriis opus eſt. Verũ quũ arteriæ difficulter

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 627 sur 637

©BIUM

compescantur, ideò medici eas incidere non audent. Quum etiam si qui secantes venam vulnerarint arteriam, ægrè confestim sanguinis eruptionem sistant, ac vbi res optimè cadat ad cicatricem perducta diuisione, tamen aneurisma fiat.

COMMENTARIVS.

Veteres arterias appellauerũt venas.

De arteriarum sectione, propter doctrinæ affinitatem, in hoc capite agit Galenus, docetque initiò veteres arterias appellasse venas, id quod in lib. 6. de Placitis Hippocratis & Platonis, & in eo cui titulus est, Quòd animi mores sequantur temperaturam corporis, & multis aliis locis copiosius monstrauit. Sufficiat autem eius rei vnum saltem exemplum ex Hippocrate protulisse. Is enim lib. 6. Epide. part. 6. Apho. 2. disertè venam pro arteria accipit, dum ita scribit: εἰ θερμότατον φλέβιον αἷμα τῷ πλήθει, αὐλοχέα καυσώδεες. Hoc est, arteria sanguinis copia vbi calidissima fit, fuliginosum quid oritur &c. Vide nostros in hanc sententiam conscriptos commentarios. Doctrinæ autẽ ratio planè requirebat, vt hoc in libro, in quo id potissimum docetur in qua parte laborante sit secanda vena, ageret etiam de arteriarum incisione, ne sibi subinde nouus aliquis liber exarandus foret. Docet etiã hoc in capite Galenus quæ arteriæ, & in quibus corporis malis sunt incidendę. Eas siquidem quæ in temporibus sunt, & post aures Medici secare consueuerunt. Et eas quidem quę in temporibus sunt, quando defluxio aliqua calida & spirituosa fertur in oculos. Eam enim tum vniuersam hac secta arteria exhauriunt. Quæ verò post aures sunt tum secant, quum vertigo aliquẽ, aut diuturnus capitis dolor à calido & spirituoso sanguine natus infestat. Quod autem vertigine vexatis veteres arterias post aures secuerint, testantur ea quæ lib. 3. de laboran. lo. cap. 8. in eum scribit modum: Quamobrem, inquit, nonnulli vertigine laborãtium ab arteriarum sectione præsidium petierunt, arterias pone aures ad tantam scilicet altitudinem secantes, vt medius inter duas partes locus cicatrice induceretur. Sed constat non omnes huius auxilij beneficio curari. Etenim aliæ arterię iis maiores ad cerebri sustentamentum per retiformem vocatam membranã ascendunt, per quas huiusmodi malum fieri rationi consentaneum est, elato per ipsas vaporoso calidoque spiritu atq; implente cerebrum. Hæc ille. Cæterùm fuerunt qui etiam in aliis diuturnis capitis malis arteriarum post aures sectione vsi sunt. Tamen in nulla alia parte laborante hoc remedio, tametsi eo magis quàm venę sectione indiguerint laborantes, vti voluerunt. Nam vbicunq; calidus & spirituosus sanguis in arteriis coactus molestat, hic sectione arteriarum quæ cum laborante parte communitatem habent, opus est. Par verò est sanguinem in arteriis esse calidiorem, feruentiorem, & magis spirituosum, quòd scilicet ex corde oriantur arteriæ, quod natiui caloris, & vitalium spirituum fons & origo est, vt in libro de Formatione fœtus, & lib. 6. de Placitis Hippocr. & Plato. Galenus fusius docet. Porrò in fine capitis causam affert quare Medici incidere arterias metuerint, nempe quòd difficile compescatur & constringatur ex iis effluẽs sanguis: id enim est quod ait, διὰ τὸ δυσεπίσχετον. Præterea si secantes venam simul etiam vulnerent arteriam, præter id quod ęgrè sanguis sistitur, rarò rectè glutinantur arteriæ, & si res ad cicatricem perducta arteriæ diuisione optimè cadat, tamen fit ἀνεύρισμα. Quod adapertę arteriæ malum est, ac fit vbi incumbens ipsi arteriæ cutis ad cicatricem quidem peruenit, manet autem vulnus, arteria nec coëuntę, nec glutinata, nec carne obturata, quemadmodum in libro de Tumoribus præter naturam Galenus scribit.

In vertigine arterię post aures secandę.

Quare Medici incidere arterias metuerunt.

ἀνεύρισμα.

CAPVT XXIII.

Vin & interisse quosdam nouimus à sectione arteriæ interiori in gibbero venæ subiectæ. Nonnullos autem confestim ob vinculum iniectum, medicis errantibus, vt sanguinis eruptio in gangræ-

Necesse

Neceſſe enim eſt hìc funiculo vaſculum complecti. Effatu igitur dignas ac maiores arterias propterea medici refugiunt, paruas autem tanquam haud plurimùm conferre potentes. Quanquam & ipſæ ſæpius haud exiguum nobis attuliſſe commodum viſæ ſunt, cùm eo quod ſine aneuriſmate cicatricem contraxerunt. Quin etſi maior eſt arteria, & ipſa quoque citra aneuriſma cicatrice clauditur, tota ſcilicet diſſecta: idque ipſum multoties quod ex ſanguinis eruptione imminet periculum ſuſtulit. Manifeſtè enim apparet quum tota per ſe totam tranſuerſim præciditur, reuulſis retractísve vtrinque ambabus partibus, vnam quidem ſurſum, alteram deorſum concedere. Atq; id etiam venis accidit, ſed arteriis ſemper magis quàm venis.

COMMENTARIVS.

Aliquot pericula quæ ex ſectis arteriis acciderunt huius capitis initio commemorat Galenus. Quoſdam enim ſe nouiſſe ſcribit qui propter ſectionem arteriæ quæ internæ in gibbero venę ſubiacet, mortui ſunt. Quare accurata opus eſt chirurgis & medicis opera ac diligentia dum internam gibberi venam ſecant, ne ſimul etiam huic venæ ſubiectam arteriam vulnerent. Nonnnullos autem eſſe mortuos quibus propter vinculum ſeu funiculum, in eius iniectione errantibus medicis, ſanguinis eruptio in gangrẹnam euaſit, Galenus ait. Eſt autem Gangrẹna vbi pars aliqua corporis propter inflammationis magnitudinem emoritur. Tamen non ſignificat iam confirmatam mortificationem, ſed quæ etiamnum fit, quemadmodum lib. 7. Aphor. comment. 51. Et lib. 2. de Laboran. locis. cap. 2. Galenus copioſius docet. Facilè autem accidit vt ex vinculi parum recta, & vehementer ſtringente coarctanteque iniectione fiat inflammatio, quam tãdem gangræna ſequitur. Variant verò hoc loco Græci codices Galeni, alij enim, vt Aldinus, legunt σφαλησάντων, eritque ſenſus quem in noſtra conuerſione expreſsimus. Alij ſic ſcribũt, ἐθελησάντων τε τῶν ἰατρῶν ἐπὶ χειρὶ τὴν αἱμορραγίαν: hoc eſt volentibus medicis ſiſtere ſanguinis fluxum. Et ita legiſſe conſtat antiquum interpretẽ, qui hunc ſenſum ad verbum expreſsit. Quem quidem Galeni locum Auicenna quarta primi capite vigeſimo ita retulit: Aliqui etiam ob vehementem dolorem ligaturæ cuius ſtrictura valida quæritur ad prohibendũ fluxum ſanguinis arteriæ, ita vt membrum ad perditionem deuenerit, mortem ſubierunt. Hæc ille. Poſterior lectio Galeni mentem certius ob oculos ponere videtur. Quoſdam etiã ſe nouiſſe ait Galenus qui poſtea dum chirurgia curaretur aneuriſma, trucidati ſint. Proinde quũ in maioribus arteriis ſectis ſemper præſens adſit periculum, medici eas incidere noluerunt. Exiguas quoque ſecare neglexerunt, quòd ex harum inciſione exiguum, aut nullum commodũ ſperauerint. Quanquam in eo non parum errauerunt. Paruę enim arteriæ ſectę, ſæpe etiam non contemnendam vtilitatem adferunt. Accedit quòd cicatricem citra aneuriſma contrahant, quod in maioribus non fit. Poſſunt tamen & illæ ipſæ citra aneuriſma cicatrice claudi, ſi totæ tranſuerſim diſſecentur. Nam ita fit vt vtrinque ambæ earũdem partes retrahantur, vna ſurſum, altera deorſum concedente. Quod in venis etiam, rarius tamen quàm in arteriis accidit. Porrò arteriarum præciſio ſępe etiam periculum quod ex ſanguinis eruptione imminet, è medio tollit. Vt itaque in magnis arteriis ſectis diſcrimen aneuriſmatis, ac eruptionis ſanguinis euitare queat medicus, præſtat eas totas tranſuerſim præcidere.

Pericula quæ ſectas arterias ſequuntur.

Gangræna.

Græci codices variant hoc loco.

Quare magnæ arteriæ non ſecentur.

Cur paruæ. Paruæ arterię ſectæ nonnũquam non contemnendam vtilitatẽ adferunt.

Arterię cur totę diſſecandæ.

Ego verò qua ratione impulſus ſum vt arteriam ſecuerim iam tibi narrabo. Monitus per quædam ſomnia, quorum duo mihi euidenter viſa ſunt, veni ad dextræ manus inter indicem & pollicem ſitam arteriã, permiſíq; vt flueret, donec ſua ſponte ſiſteretur ſanguis, ſic quidẽ iubẽte ſomnio. Effluxit autẽ non tota libra.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 629 sur 637

©BIUM

Confestim verò diuturnus qui in illa maximè parte, qua iecur septo transuerso committitur, fixus erat dolor, desiit. Hoc quidem mihi ætate adhuc iuueni accidit. Minister autem Dei Pergami diuturno lateris dolore liberatus est per arteriæ in summa manu sectionem, ex insomnij quoque monitu illud aggressus. Porrò alteri cui ex malleoli vulnere dissecta arteria fuerat, sanguinis effluxus haud cessauit, donec ego vocatus totam præcidi, ac medicamento ex aloë, & manna, ouorum albo pilis leporinis excepto vsus sum: vulnusque citra aneurisma curatum est, osculo arteriæ carne obducto. Homo autem ille, annis iam quatuor ex interualis paruis coxæ dolore vexatus, deinceps perfectè sanus erat. Hæc itaq; mihi persuaserunt vt multoties in summis artubus, imò etiam in capite, arterias in omnibus doloribus à calida & spirituosa substantia natis, inciderem, & maximè in membranis, quarum dolor punctorius est, sensimque expanditur, punctorio quidè sensu in vna parte, tanquam in centro laborantis loci facto, tensionis verò sensu circumcirca centrum vniuerso percipiente musculo.

COMMENTARIVS.

Sōniis impulsus est Galenus secare arterias.

Hoc in loco primùm qua ratione impulsus sit vt arterias secaret Galenus ostendit. Monitus enim fuit vt idipsum faceret per quædam somnia, quorum duo illi euidenter admodum visa sunt. Primùm illi quidem occasionē dedit vt arteriam dextræ manus inter indicem & pollicem sitam incideret, sineretque effluere sanguinem donec sua sponte sisteretur. Effluxit verò non integra libra. Ab istius arteriæ sectione confestim diuturnus dolor qui ea parte erat qua iecur septo transuerso committitur, sedatus est. Copulatur autem iecur ea parte non solùm septo transuerso, sed etiam cordi per septum. Quare locus ille vulneratus, celerem affert mortem, quemadmodum copiosè admodum Galenus lib. 4. de Vsu part. cap. 14. monstrat. Hoc quidem primum somniū Galeno adhuc iuueni visum est. Alterum somnium eum monuit, vt ministro Dei Pergami, quod Galeni patria erat, quum diuturno lateris cruciatu molestaretur arteriam in summa manu secaret, & statim eo dolore est liberatus. Dein quo pacto arteria dissecta sanguis sisti queat, & qua ratione vulnus arteriæ citra aneurisma curari possit, docet. Siftitur autem sanguinis fluxus arteria tota præcisa. Hac enim ratione Galenus affluentem ex arteria sanguinem qui nullis aliis præsidiis constringi potuit, compescuit. Quare autem ista præcisione sanguis constringatur, paulò suprà est expositum.

Pergamum Galeni patria. Dissecta arteria quomodo sanguis sistendus.

Vulnus arterię citra aneurisma quomodo sanā-dum.

Vulnus verò arteriæ citra aneurisma commodissimè curatur ex medicamento quod constat ex aloé, manna, seu polline thuris, & ouorum albo, leporinis pilis excepto. De quo vtiq; medicamento sic lib. 5. The. meth. cap. 4. scriptū reliquit. Optimum omniū
„ quę noui medicamentorum, quo etiam ad cerebri membranarum sanguinis effluxum
„ tutissimè vtemur, est quod nunc subiiciam: Thuris pars vna, aloës partis vnius semissi
„ miscetur. Mox quum vtendi tempus instat, tantum huius cum oui candido subigitur,
„ quantum mellis reddat crassitudinem, hoc dehinc leporis mollissimo pilo excipitur.
„ Deinde tum vasi ipsi, tum vlceri toti liberaliter imponitur. Alligandum autem id forinsecus fascia est ex tenui linteo. Hæc ille. Hoc quidem medicamentū osculo arteriæ carnem obducit, ideoq; citra aneurisma curat. Homo verò ille cui in malleolo secta est arteria, dolore coxæ, quo iam totis quatuor annis, ex paruis temporum interuallis, vexabatur liberatus omninò est, vt deinde perfectè sanus fuerit. His itaq; sōniis & euentu rerū Galeno persuasum fuit, vt in extremis artubus, hoc est summis manibus & pedibus, adde etiā in capite arterias, in omnibus doloribus à calida & spirituosa substantia

Artus.

ortis,

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 630 sur 637

©BIUM

ortis,ſubinde incideret:idque maximê in membranis, quarum dolor punctorius eſt, paulatimque expanditur.Nam punctorius ſenſus in vna parte,veluti in centro laborantis loci fit . Senſum verò tenſionis vniuerſus muſculus circumcirca centrum percipit . Porrô quôd punctorius vocatus dolor ad membranas potiſsimùm pertineat, alibi quoq;,nimirum lib.2.de Labo.lo.cap.1.teſtatur Galenus in hunc modũ ſcribens: Punctorius dolor circa membranas potiſsimùm conſiſtit . Pathematis quidem veluti radix in eo quod pungitur videtur eſſe fixa . Verûm dolor circa locum punctum ad magnum ſpatium extenditur.Hactenus Galenus.Quæ quidem verba præſentem locũ pulchrè explicant,vt non opus ſit plura adiicere.Atque hîc Commẽtarios noſtros in Libellum de Curandi ratione claudemus. Pũctorius dolor.

FINIS.

Claudii Galeni pergameni,de hirudinibvs,revvlsione,cvcvrbitvla,et Scarificatione Libellus,Leonharto Fuchſio interprete.

Hirudines nonnulli venantes includunt, eiſq; ad multa vtuntur . Siquidem hæ cicuratæ carnes facilè apprehendunt,Eas autem quæ recens captæ ſunt,diem vnũ aſſeruare oportet,exiguo ſanguine in paſtum exhibito. Sic enim quod in ipſis eſt virulentum exprimitur . In vſu verò,pars cui hirudines admouebũtur,nitro prius perfricetur,vngaturq;,aut vnguibus ſcalpatur:promptius enim apprehendent.Cæterùm oportet eas iniicere in aquæ tepidæ vas purum & amplum : dein ſpongia comprehendentes , & ſordes abſtergentes,manibus admouere.Vbi autem inhæſerint,oleũ tepidum particulæ infundemus,ne refrigeretur.Si manibus aut pedibus admouebuntur,ipſam partem aquæ cui inſunt hirudines immergere oportet. Vbi verò parũ attigerint, forſice caudas ipſarum præcidendæ. Quippe ſanguine effluente, trahere non ceſſant donec ipſi aut ſalem,aut cinerem ori ipſarum inſperſerimus. Vbi autem deciderint,cucurbitulâ virulentum elicere oportet.Sin minus,ſpongiis fouere. Foraminibus autem ſi cruentæ lachrymæ effluxerint,cuminum,aut farinam inſpergito,dein lana exiguo oleo madida inuoluito . Si verò ſanguis cum impetu erumpat, linteum aceto imbutum iniicito,aut gallam vſtam,aut ſpongiam pice liquida madentem,ac poſtea vſtam imponito. Sciendum autem hirudines non eũ qui in profundo eſt ſanguinem elicere,ſed eum qui carni adiacet exugere. Vtimur verò iis pro cucurbitulis.Detrahimus autem eas vbi dimidiam ſanguinis partem eſſe extractam coniicimus . Prohibemus verò nec permittimus effluere donec quod ſatis ſit excretum fuerit:eò quòd particula tum ab hirudinibus natura frigidis,tum ab ambiente refrigeratur.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 631 sur 637

©BIUM

Quibus hirudinibus vtendū ſit.

In hoc breui libello quicquid ad hirudines ac earundem vſum pertinet Galenus perſtrinxit. Principio autem quibus hirudinibus ſit vtendum monſtrat, iis nimirū quę captæ aliquot diebus incluſæ, atque adeò cicuratæ ſint. Ita enim facilius carnes iam ſcilicet fameſcentes, apprehendunt. Eas autem quę recens captæ ſunt, ob ſuam virulentiam apponere haud licet, ſed vno die exiguo paſtos ſanguine, aſſeruare. Nam hac ratione quicquid in iis virulentū eſt exprimitur. Cedit enim ſanguini quē hauſerunt.

Quopacto pars cui hirudines admouebuntur ſit præparanda.

Secundò, quo pacto pars cui hirudines admouebuntur ſit præparanda monſtrat, vt eam facilius apprehendant. Nitro autem prius eſſe perfricandam, vt ſcilicet incaleſcat, & vt ſanguis ex alto in ſummum euocetur, ait. Aut inungendam aliquo calorifico, & ex alto in ſummum trahente medicamento. Aut ſi iis omnibus deſtituimur, vnguibus eſſe ſcalpendam docet, vt ſcilicet hac ratione incaleſcat, ad eamque ſanguis trahatur.

Quo modo parti iam præparatę hirudines ſint admouendæ.

Tertiò, quo modo ſint parti iam præparatæ adhibendæ hirudines oſtendit. Iniicere enim eas in vas purum aqua tepida plenum, & amplum oporet. Purum, vt ſordes rectius abſtergi poſsint. Ad abſterſionem autem hanc rectius perficiendam aquam eſſe tepidam conuenit. Amplum eſſe debet, vt manibus commodè attingi, atque adeò ſordes ſpongia cōprehenſæ, rectius abſtergi queat. Sic purgatas manibus admouere conuenit.

Quid poſt admotas hirudines ſit faciēdū medico.

Quartò, quid deinceps vbi iam admotæ ſunt hirudines faciendum ſit medico monſtrat. Eſt autem pars cui adhibitæ ſunt, tepido oleo fouenda, ne ſcilicet refrigeretur. Parte enim cui inhærent refrigerata, non facilè ſanguis ſequitur, vtpote qui à frigore craſſeſcat, & ad interiora pellatur. Cæterùm non ſemper opus eſt vt manibus hirudines admoueantur. Si enim ipſis manibus, aut pedibus admouebūtur, ſatis eſt ipſam partem aquæ cui inſunt hirudines immergere. Nam ita ſua ſpōte partes has apprehendent.

Quid faciendum ſit vbi hirudines parti iā adhęrēt. Qua ratione efficiatur vt decidāt.

Quintò quid faciendum ſit vbi parti iam inhæſerint, nec admodum ad ſe ſanguinem traxerint, oſtendit: forfice caudæ earundem præcidendæ ſunt. Sanguine enim quem emunxerunt tum effluente, trahere non deſinunt. Sextò qua ratiōe efficere liceat vt tandē decidant docet. Salem enim aut cinerē ſi ori ipſarū inſperſerimus ſtatim ſua ſponte decident.

Quid poſtquam deciderunt hirudines ſit agendū.

Septimò quid poſtquam iam deciderunt ſit agendum monſtrat. Cucurbita nimirum eſt adhibenda, quæ virulentum elicere queat. Si verò cucurbitularum vſus diſplicuerit, ſpongiis fouere partes quib⁹ admotę ſunt hirudines oportet. Spongia enim, noua præſertim, non tantùm eſt materia eorum quæ humores irrigandos excipit, vt teſtis eſt lib. II. de ſimplic. medi. facult. Galenus, ſed etiam manifeſtè deſiccat. Quippe ſeruatur etiamnum in ea quam à mare accepit facultas. Quare vt virus ab hirudinibus relictum diſsipetur ac diſcutiatur, ſpongiis nouis partē fouere conuenit.

Spongia.
Græcus codex emendatus.
Cuminum.
Farina.
Lana.
Oleum.

Quòd ſi verò è foraminibus cutis (legendum enim cenſeo ξήματα non σώματα) cruentæ lachrymæ effluxerint, cuminum, quod deſiccandi facultatem habet, fluxionesque compeſcit, & farinam, emplaſticam obturandique vim obtinentem inſpergere oportet. Effluentes enim cruentas lachrymas cohibent. Dein partem lana, quę exiguo oleo eſt imbuta, inuoluere conuenit. Lana enim commodiſsimè, Dioſcoride teſte, vulneribus imponitur. Oleo verò quod obturandi facultatē habet imbuta, efficacior fit.

Acetum.

Si verò non tantùm lachrymę cruentę, ſed & ſanguis planè cum impetu, amotis hirudinibus erumpat, linteum aceto imbutum iniiciendum. Acetum enim, vt author eſt Dioſco. adſtringit, erumpentemque vndecunque ſanguinem in ſuccidis lanis, aut ſpongia impoſitum ſiſtit.

Galla vſta.
Pix liquida.
Pix naualis.

Aut Galla vſta imponenda, quæ, vt lib. 7. Simplic. atteſtatur Gale. ſanguinis comprimendi facultatem habet. Aut certe ſpongia, cui glutinandi vis ineſt, liquida pice madida, & dein vſta imponenda. Quippe pix liquida admixtis aliis quib⁹ glutinādi vulnera facultas ineſt, profūda vulnera, Dioſc. teſte, ſanare poteſt.

Zopiſſa.

Eſt aūt pix liqda quæ incēſis pinguiſsimis arborū lignis in furno fluit. Officinis hodie naualis dicitur, à Zopiſſa Dioſc. quæ reſina eſt cū cera nauibus deraſa, diuerſa.

Quem ſanguinē hirudines è corpore eliceant.

Octauò, quem ſanguinem hirudines è corpore eliceant docet, nempe non eum qui

in

in profundo corporis, ſed eum potius qui carni adiacet. Atque hinc eſt quod pro cucurbitulis eis vtamur Nonò quando detrahendæ ſint hirudines monſtrat. Detrahendæ nanque vbi dimidiam ſanguinis vitioſi aut redũdantis partem eſſe extractam cõiicimus. Eiusque rei rationem ſtatim ſubiicit, inquiens: Prohibemus enim nec permittimus donec omnis ſanguis, & quod ſatis ſit excernatur, quòd ſcilicet pars ipſa duplici ratione refrigeretur, nempe ab hirudinibus admotis natura frigidis, & ab aere ambiente frigido. Quocirca aliquid ſangninis retinendum erit, vt inde pars incaleſcat. Hinc eſt quòd dimidiam tantùm ſanguinis partem prius extrahendam eſſe dixerit. Poſtremam hanc partem Gaudanus non rectè tranſtulit hunc in modum: Prohibemus verò decidere, donec quod ſatis ſit &c. Quod Græca ſatis docent, quæita habent: ἐκκωλύομεν δὲ μὴ ἐξαιμεῖν ἀποῤῥεῖν ἕως ἂν αὐτάρκως ἀποκριθῇ. Nam eum planè ſenſum hæc verba referunt, quem in noſtra conuerſione expreſsimus.

Quando detrahẽdæ hirudines.

Gaudani lapſus.

De Reuulſione.

VEHEMENTISSIMOS humorum influxus reuulſoriis præſidiis confertim ingruere prohibemus. Reuulſoria verò præſidia ſunt irruente in thoracem & ventrem humore, ad manus retractio. Vomitus autem, vbi ad inferna decumbit: quemadmodum ſi ad vomitus inclinat, per acriores clyſteres. Ambas verò has inclinationes, quæ ad ſuperiorem, inquam, & inferiorem ventrem vergunt, per vrinam & ſudores reuelles. Quin & vrina, per ſudores, & alui excretiones retrahitur. Reuulſorium autem auxilium eſt etiam mammis admota cucurbitula. His verò quæ hypochondriis affiguntur, ſanguinis ad nares impetum reuelles, perinde atque immodicum ex vtero effluxum. Cæterùm ad caput & viſcera humorum delationes, acria medicamenta pectori impoſita reuellũt. In ſumma humoribus ſurſum fluẽtibus, ad inferiora reuellendum. Deorſum autem fluentibus, citrà. Intro vero tendentibus, foràs & rurſus foràs vergentibus intro. Sin ad dextras partes repant, ad ſiniſtras. Et ſi ad ſiniſtras inclinent, ad contrarias. Sic etiam quæ retrorſum abeunt, antrorſum: quæ verò antrorſum, retrorſum reuelles.

COMMENTARIVS.

In hoc breuiſsimo libello præcepta quę ad reuulſionem ipſam rectè faciendam ſpectant Galenus pertractat. Atque principiò quis ſit reuulſionis præcipuus vſus monſtrat, nempe vt vehementiſsimos humorum in partem aliquam corporis influxus confertim & celeriter per hanc ipſam prohibeamus, retrahendo ſcilicet & auertendo humorum impetum in contrarium. Secundò reuulſoriorum auxiliorum aliquot modos & exempla profert, reuellere nos dicens, vbi eum humorem qui in thoracem & ventrem decumbit, ad manus retrahimus. Eum autem qui ad inferna delabitur retrahemus, ſi per vomitum expurgabimus. Veluti contrà ſi ad ſuperiora, & ad vomitum inclinat, per acriores acvehemẽtiores clyſteres reuellimus. Porrò ambas inclinationes, tam eam ſcilicet quæ ad ſuperiorem, quàm quæ ad inferiorem ventrem repit, per vrinam & reuellemus. Cuius rei exemplum extat apud Galenum lib. 1. ad Glauconem, in capite de tertianæ febris curatione, vbi flauæ bilis humorem nunc ad ventriculum, nunc ad inferiora repentem, per vrinam & ſudorem poſſe etiam Medicum retrahere

Præcipuus reuulſionis vſus.

Exempla reuulſionis.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 633 sur 637

©BIUM

Reuulſionis nomine quomodo hoc loco vtatur Galenus.

Reuulſio propriè, Deriuatio.

diſertè docet. Præterea quę ad vrinarios locos deferuntur, per ſudores, & alui excretiones reuelluntur. E quo ſanè loco Sole meridiano clarius apparet, Galenum hîc nomẽ reuulſionis generatim & καταχρηστικῶς pro omni remedio quod reuellit, non curando an ad contraria vel vicina fiat reuulſio, vſurpare. Priuatim enim & propriè loquendo reuulſio dicitur, quæ ad contraria fit, deriuatio autem quæ ad vicina. Sic enim metipſe Galenus lib. 5. Ther. metho. cap. 3. hæc vacuationis genera definit : Quum igitur hoc loco dicat ea quæ ad vrinæ loca decumbunt per alui excretionem poſſe reuelli, euidentiſsimum eſt reuulſionem generatim ab eo ſumi, vt ſcilicet etiam in ſe deriuationem complectatur. Tractio enim humorum quę ab vrinæ viis fit ad aluum, non eſt reuulſio propriè loquendo, ſed deriuatio: Quod luculenter admodùm loco iam citato Galenus monſtrat, vbi inter cætera ſic ſcribit: Quæ per aluum fluunt, ea vel per vrinas, vel vterum deriuabis. Quæ verò per vrinas, ea vel per vterum, vel per ſedem deriuare oportet. Reuulſorium denique eſſe præſidium Galenus docet ſi mammis admoueatur cucurbitula. Quod confirmat Hippocrates ita in Aphoriſmis ſcriptum relinquens : Si mulieri menſtrua ſiſtere volueris, cucurbitulam quàm maximam ſub mammis defige. In cuius

5. Apho. 50.

ſententiæ explicatione multa ad inſtitutum facientia diximus in noſtris in eum librum commentariis. Denique cucurbitulæ quæ hypochondriis affiguntur, ſanguinis ad nares impetum reuelunt Cuius rei loco paulò antè citato teſtis eſt Galenus in eum modum ſcribens : Quum è naribus ſanguis erumpit, retinent eum magnæ in hypochondriis defixæ cucurbitæ . Infigendæ autem ſunt, ſi ex dextra nare profluit, ſuper iocinore: ſin ex ſiniſtra, ſuper liene. Si ab vtraque nare, ſuper vtroque ſunt imponendæ viſcere. Denique humores ad caput & viſcera declinantes, acria medicamenta pectori impoſita reuellunt: id quod puto nemo inficias ibit. Sed notandum hoc loco erit in Græco Aldino codice legi ἐμ τοῖς κόλποις, ideoque reddidiſſe Gaudanum in ſinus. Quæ quidem lectio quid præ ſe ferat coniicere certò non poſſum . Ego quidem iudico locum hunc eſſe deprauatum, legẽdumque ἐμ τοῖς στήθεσι, hoc eſt, vt nos conuertimus, pectori. Quam quidem lectionem confirmat antiquus interpres, qui diſertè conuertit, pectori impoſita. Huic etiam ratio ipſa lectioni ſuffragatur. Nam vergentes ad caput & viſcera, hoc eſt internas corporis partes, humores, acria medicamenta pectori impoſita ad ſeſe retrahunt. Quòd ſi tamen quis retinere Græci codicis lectionem velit, is κόλπον hoc loco pro vlna, aut manu accipiet : Nam Phauorinus teſtatur κόλπον idem etiam quod ἀγκάλην, id eſt vlnam, & ſic accipi ab Homero in ζ. Iliadis tradit, & χειρὰ, hoc eſt manũ ſignificare. Et tum quidem ſenſus erit, illos humores qui ad caput & viſcera tendunt, ad manus, appoſitione acrium medicamentorum, eſſe retrahendos. Tertiò, ſummatim reuulſionis generatim ſumptæ ſpecies octo recenſet inquiens. 1. Surſum fluentibus humoribus, deorſum retrahendum. 2. Deorſum verò fluentibus, ſurſum. 3. Intro tendentibus, foràs. 4. Foràs vergẽtib⁹, intro. 5. Quæ ad dextras partes repũt, ad ſiniſtras. 6. Quæ cõtrà ad ſiniſtras, dextrorſum 7. Quæ retrorſum abeũt, antrorſum. 8. Quæ antrorſum, retrorſum reuellenda . Atque ſciendum hoc loco erit, ſi prædictæ reuulſionis ſpecies, quod quidam faciunt, ad venæ etiam ſectionem detorquentur, probè eſſe Galenum intelligendum, nempe tum à dextris ad ſiniſtras, & contrà reuellẽdum eſſe, vbi fibrarũ quæ in venis ſunt conſenſus & rectitudo non impedit. Neque enim perpetuò dextra cum ſiniſtris rectitudinem habent, quod copioſius in explicatione capitis decimiquinti, libri de Curandi ratione per ſanguinis miſsionem, docuimus.

Cucurbitulæ hypochondriis affixæ ſanguinis ad nares impetum reuellunt.

Aldinus græcus codex emẽdatus.

Reuulſionis generatim ſumptæ octo ſpecies.

Quando per venę ſectionem à dextris ad ſiniſtra fit reuellendum.

FINIS.

DE

©BIUM

De Cucurbitulis.

CVrcurbitulæ iis qui antea vacuati ſunt, vtilitatem afferunt. Si enim plethorici fuerint, illis haud vtimur. Eadem verò ratione & in cerebri & eius membranarum phlegmonis, in principio malorum cucurbitulis non vtimur: quemadmodum nec vlla alia in parte phlegmone obſeſſa. Verùm vbi nihil iam influit, vniuerſumque corpus antea vacuatũ eſt, opuſq; eſt, aut mouere aut amoliri quod in laborãte phlegmone particula exiſtit, aut foràs trahere. Porrò fiẽtibus adhuc malis, non laborare incipientibus mẽbris, ſed iis quæ eis cõiuncta continuáve ſunt, reuulſionis gratia affigenda concurbitula. Cucurbitula poteſt materiam vacuare, dolorem ſoluere, phlegmonen minuere, inflationem diſcutere, appetentiam reuocare, imbecillum ventriculum robuſtum efficere, animi deliquio liberare, ex alto fluxiones transferre, ac reſiccare, ſanguinis eruptiones cohibere, facultates menſium corruptrices extrahere, & menſes leuare.

COMMENTARIVS.

In hoc breuiſsimo libello vniuerſa quæ ad cucurbitularum vſum ſunt neceſſaria Galenus complexus eſt. Principiò autem quando cucurbitulis vtendum ſit docet, nẽpe tum, vbi vniuerſum corpus antea fuerit vacuatum. Plethoricis enim nihil conferũt, imò eis potiùs nocent. Quare in iis cucurbitulis haud vtendum erit. Cuius rei cauſam affert Galenus cap. 95. artis medicæ in eum ſcribens modum: Si vniuerſum corpus plethoricum fuerit per laborantem partem minimè vacuandum erit. Nam ſi ſcarificationibus, aut ſectionibus ſenſibiliter vacuabimus, plus, excitati doloris ratione attrahemus. Si verò calefacientibus diſpergere tentabimus, plus erit id quod vi caloris ad partem attrahetur, quàm diſperſum. Quòd ſi in eo elaborabimus, vt quod influxit retrocedat, corpus plenum non admittit. Ad hæc igitur ambo totum corpus vacuare oportet, aut omninò ad contraria loca retrahere quod laboranti parti influit. Hæc ille. Pari quidem ratione nec in cerebri & eius membranarum phlegmonis inter initia malorum, cucurbitulis vtendum, quemadmodum neque in vlla alia parte phlegmone laborante. Tum enim à partibus laborantibus influxus humorum auertendus magis, & nequaquam ad eas per cucurbitulas trahendum erit. Per phlegmonen autem cerebri & eius membranarum nihil aliud, quàm phrenitim intelligas. Nam, vt teſtis eſt lib. 2. de ſympto. cauſis, cap. 11. Galenus, phrenitis non eſt niſi cerebri & eius membranarum phlegmone. Tum verò cucurbitularum vſus optimus, & maximè opportunus erit, quando iam ad partem laborãtem nihil influit, vniuerſumque corpus antea per venæ ſectionem vacuatum eſt, opuſque eſt ea quæ iam in laborante parte hærent aut mouere, aut amoliri, aut foràs trahere. Hoc enim tempore ſine omni prorſus noxa idipſum quod deſideramus efficient. Fientibus autem adhuc malis cucurbitulæ non iis partibus quæ laborare incipiunt, ſed iis potius quæ illis coniunctę & continuæ ſunt affigendæ erunt, idque reuulſionis gratia, vt ſcilicet influxum humorum à laborante parte ad vicinas reuellant & attrahant. Nequaquam enim, vt dictum eſt, fluentibus adhuc humoribus ad laborantem partem eſt attrahendum, ſed ab ea potius ad vicinas, ſi commode fieri poteſt, aut longius diſtantes, reuellendum. Vbi notandũ venit, ex hoc loco perſpicuũ eſſe, mala quæ adhuc fiunt non dici Galeno morbos, ſed πάθη. ait enim: γενομένων ὀὲτι πω παθῶν. Neque enim ſunt affectus, hoc eſt, res permanentes, ſed eſſentiam ſuam habent in fieri, quemadmodum idipſum copioſius in annotationibus noſtris in librum primum Galeni de Tuend. ſanit. demonſtrauimus.

Quãdo cucurbitulis vtendum.

Phrenitis quid.

Mala fientia non ſunt morbi.

Cucurbitularum facultas.

©BIUM

Secundo loco in hoc breuiſsimo libello docet Galenus quæ ſit cucurbitularum facultas. primùm enim materiam in parte hærentem vacuant, præſertim vbi ſcarificatio accedit. Secundò dolorem ſoluunt. Hinc eſt quòd lib. 12. Ther. metho. cap. vltimo, ita
„ ſcriptum reliquerit Galenus: Dolor qui ſpiritum flatuoſum comitatur, propriam quan
„ dam curationem ſortitus eſt ex cucurbita cum flamma copioſa multoties admota.
„ Videbiturque tibi præſidium hoc in huiuſmodi malis incantamenti cuiuſquam ſimi-
„ le quid efficere, ſiue hi in inteſtinis, ſiue in quauis corporis particula ſunt excitati. Illi-
„ co enim cucurbitula admota, qui ſpiritu flatuoſo cruciantur, tum à dolore liberi, tum
„ omninò ſani redduntur. Tertiò, phlegmonen iam factam minuunt, quòd partem hu-
„ morum ab ea reuellant. Quartò, inflationem, vtpote cuius, vt iam ex Galeno monſtratum eſt, propria ſit curatio, diſcutiunt. Quintò, appetentiam reuocant, quòd nimirum
Appetentia quid. attractis humoribus penurię ſenſum, & ſuctionem in ventriculo excitent. Neque enim appetentia aliud eſt, Galeno lib. 1 de Sympto. cauſis, cap. 7. teſte, quàm impletionis deſiderium. Sextò, imbecillum ventriculum, quòd nimirum eius appetentiam naturalem excitent, quam ſtatim nutritio ſequitur ventriculi, robuſtum efficiunt. Septimò, animi deliquio, quòd ſanguinem & ſpiritum ad exteriora reuocent, liberant. Octauò, propter eandem cauſam, fluxiones ex profundo corporis ad eius ſuperficiem transferunt
Cucurbitulæ, facultates quæ menſes corrumpunt extrahunt. & reſiccant. Nonò, ſanguinis eruptiones, vt in libello de Reuulſione ſuprà à nobis eſt oſtenſum, cohibent. Decimò, facultates quæ menſes corrumpunt, extrahunt, & eoſdem leuant. Hoc eſt cauſas quæ impediunt quo minùs ſtatis temporibus effluant menſes, tollunt cucurbitulæ & extrahunt. Nam quando menſes nõ fluunt opportuno tempore, neceſſe eſt illos eſſe corruptos, hoc eſt ſanguinem menſtruum eſſe factum craſsiorem quàm vt per anguſtas venas tranſire queat. Aut ſaltem obſtructio aliqua in venis facta eſt, quæ menſium profluxum moratur. Has igitur cauſas menſes corrumpentes extrahunt cucurbitulæ, adeoque efficiunt vt iis ſine impedimento promanãtibus, mulieres menſibus leuentur. Atque hunc eſſe verborum Galeni ſenſum ex antiqua conuerſione colligi poteſt. ſic enim hunc locum interpres vetus conuertit: Menſtrua
„ retenta attrahere & alleuare poteſt, Quinetiam Auicenna. 4. primi cap. de cucurbitula
„ ſic eſſe legendum confirmat, qui locum hunc ita ex Galeno retulit. Appoſitio cucurbi-
„ tularum corruptionem quoque menſtruorum ſanat, & corpus ab ea leuat.

De Scarificatione.

Scarificamus partes corporis aut phlegmone laborantes, aut duratas, aut tenſas, aut dolore vexatas aut, fluxione quæ iam firmata eſt tentatas, aut acri materia adiacente, aut venenata facultate extrinſecus accedente, aut vbi materiam ex alius partibus in aliã traducere volumus. Verbi gratiã, crura ſcarificamus capite laborante, aut vbi materiam in corpore redundantem minuere nobis conſilium eſt, præſertim vbi redundantia prouenit à materia quæ vacuari conſueuerat. Veluti ſi hæmorrhoides ſupprimantur crura ſcarificamus balneo prius vſi, aut calida per ſpongiam fouentes. Nam anno ſæpius incidere venam non expedire cenſeo: quippe cum ſanguine copioſo vnà vitalis excernitur ſpiritus. Eo autem copioſius abſumpto, vniuerſa corporis moles refrigeratur, omniaque naturalia opera deterius fiunt. Quapropter ab ignobiliõribus, vtpote cruribus, detractionem fieri conuenit. Prodeſt autem ſcarificatio etiam oculis diu-

tina

tina fluxione vexatis, & capitis affectibus, malisque thoraci dorsoque accidentibus. Adhæc anginis, atque humoribus impactis.

COMMENTARIVS.

Quando scarificatione vtendum.

In præsenti libello quæ ad scarificationis legitimum ac commodum spectant vsum, Galenus edocet, & initio quando scarificatione vtendum sit, tradit. scarificandas verò primùm partes esse corporis, ait, quæ phlegmone laborant: idque non inter initia dum adhuc humores influunt, sed tum potius vbi iam in parte firmati sunt, quemadmodũ ex iis quæ paulò suprà diximus satis patet. Secundò, eas quæ iam induratæ sunt, vt scilicet tenaciter impacti humores educantur. Tertiò, partes tensas, eandem ob causam, vt nimirum tensionem efficientes humores eliciantur. Quartò, molestatas dolore partes, eo præsertim qui à flatibus est ortus, vt diximus in libelli de Cucurbitulis enarratione. Quintò, partes fluxione quæ iam firmata est vexatas scarificamus, vt quæ hærent in iis educamus. Sextò, vbi iis materia acris adiacet, vt ea scilicet euocata partes non amplius irritentur ac erodantur. septimò, vbi venenata facultas extrinsecus accedit, vt si quispiam à cane rabido aut scorpione sit morsus & ictus. Tum enim cucurbitis cum scarificatione admotis venenum iniectum extrahere conamur. Octauò, quando materiam ab vna in aliam partem transferre cupimus. Idque simul adhibita cucurbita quæ ad eam partem quæ scarificata est trahat. Quare eorum quæ iam diximus intellectus, ex superiore de Cucurbitulis libello pẽdet, vt hoc nomine hic nos esse breuiores necesse sit. Secũdo, huius libelli loco, quæ dixit exẽplo illustrat, & quibus malis prosit scarificatio, docet Gale. inquiẽs: Si caput laborat, aut vbi materia in toto corpore redũdans minuẽda erit, crura scarificabimus, vt scilicet à supernis & nobilioribus partibus ad ignobiliores, crura scilicet, humores noxios & superuacuos reuellamus, ac subinde vacuemus. Idque magis faciendum, vbi redundans materia talis fuerit, quę antea per hæmorrhoidas, aut alium vacuationi a natura destinatum locum, vacuari statis & certis temporibus cõsueuerat. Suppressa itaq; quæ per hæmorrhoidas fit vacutione, crura scarificabimus, prius tamẽ vsi balneo, vt ab eius calore tenuatus & dissolutus sanguis ad tractũ & vacuationem aptior fiat, Aut si balneo vti commodè non licet, saltem aqua calida madente crura fouebimus. Tertio, rationem reddit cur scarificatione crurum sit vtendum, hanc nimirũ. Non expedit sæpius per annum incidere venam, quòd ita non tantùm copiosus sanguis, sed & vnà cum eo vitalis excernatur spiritus. Cuius quidem vacuationem vniuersi corporis refrigeratio comitatur, omnesque subinde naturales actiones deteriùs fiunt. sunt autem naturales actiones seu voluntatis expertes, quæ ex vena & arteria procedunt, quæque à consilio, aut electione non pendent, sed sponte & naturaliter fiunt, vt est concoctio, nutritio, sanguificatio, pulsus cordis, & eiusmodi. Et sciendum hîc erit perperã in Aldino codice legi ψυχικὰ pro φυσικὰ Quippe scribendum esse φυσικὰ præter antiquũ interpretem, Aetius etiamlib. 3. cap. 21. qui hunc Galeni locum iis verbis refert, testatur inquiens: sæpius in anno venam incidere non vtile opinor, simul enim cum sanguine plurimum vitalis spiritus exhauritur, quo exhausto, & corpus totum frigidius redditur, & actiones naturales deteriores fiunt. Cæterùm prodest quoque scarificatio oculis diuturna fluxione vexatis, & capitis affectibus, quòd scilicet fluxionem ab iis partibus ad ignobiliores trahat, & illuc tractã vacuet. Eandem certè ob causam thoracis & dorsi malis confert. Item anginis, atque humoribus alicui parti corporis impactis, eos enim elicit, & subinde vacuat, vt antea quoque dictum est.

Quib' malis prosit scarificatio.

Ante crurum scarificationem balneo vtendum. Cur scarificatõe crurum vtendum. Sæpius per annũ incidere venam noxa non carer. Naturales actiones quæ.

„ Aldinus codex „ correctus.

FINIS.

Claudii Galeni Pergameni, medicorum facile principis : aliquot opera - page 637 sur 637